BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
D
11
NAPOLI

LEGATORIA
Miola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI

PUBLII PAPINII STATII

SYLVARUM LIB. V. THEBAIDOS LIB. XII. ACHILLEIDOS LIB. II.

NOTIS

Selectiſſimis in SYLVARUM libros
DOMITII, MORELLI, BERNARTII,
GEVARTII, CRUCEI, BARTHII,
JOH. FRID. GRONOVII Diatribe.
In THEBAIDOS præterea
Placidi LACTANTII, BERNARTII, &c.
Quibus in ACHILLEIDOS accedunt MATURANTII, BRITANNICI,

Accuratiſſime illuſtrati
A
JOHANNE VEENHUSEN.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LUGD. BATAV.
Ex Officina HACKIANA, Ao 1671.

VIRIS

Magnificis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Conſultiſſimis & Prudentiſſimis

DN. DN. HENRICO MEIERO, J.U.D. & p. t. Præſidi.

DN. DN. GUILHELMO à BENTHEIMB, J.C.

DN. DN. JOACHIMO BRAND, J.C.

DN. DN. SIMONI ANTHONIO ERP BROCHAUSEN, J.U.D. Comiti Palat. Cæſar. & Scholarchæ,

Liberæ ac Imperialis Reipublicæ Bremenſis CONSULIBUS *Graviſſimis.*

ET

DN. DN. JOHANNI WACHMANNO, J.U.D. Conſiliario, Comiti Palat. Cæſar. & Syndico Reipubl. Patriæ Seniori.

DN. DN. HENRICO ALERS, J.U.D. Senatori digniſſimo, Scholarchæ meritiſſimo.

DN. DN. MECÆNATIBUS, PATRONIS ac FAUTORIBUS meis æternum devenerandis, colendis,

P. PAPINII STATII POEMATA

Varior.

Debitæ obſervantiæ æternæque memoriæ qualicunque argumento teſtificandæ gratia

D. O. C. Q.

P. Papinii Statii Poemata Doctiſſimis clariſſimorum virorum obſervationibus adornata Vobis, Magnifici Nob. & Ampliſſimi Proceres, inſcribere & ſacra facere viſum fuit. Leve equidem opus, niſi Statius Max. Domitiani admirator, multoque ſcientiarum uſu exercitatus exhiberetur, parvum, niſi doctiſſima doctiſſimorum & de puriori Latinitate præclarè meritorum adjecta hic conſpicerentur ſymbola, nullum profectò, niſi benevolentia Veſtra ſæpius probata animum mihi addidiſſet liberius ad vos accedendi. Pauci ſunt anni, ex quibus me in clientelam veſtram ſuſcepiſtis, foviſtis, & ſola veſtra ad omnes exuberante Benevolentia tutaſtis adverſus illos, qui alterius famæ exitio reperti ſuæ ipſius exiſtimationis jacturam apud probos omnes patiuntur. Quamvis enim illis non annumerer, quos ab eruditione Veſtro Patroci-

trocinio commendatos habetis, tantum tamen in me Beneficentia veſtra redundavit, ut quicquid circum me conſpectem, beneficium veſtrum prædicem. Et hæc unica cauſa eſt, quæ tantum fiduciæ mihi injecit, ut non ſolum hoc, quicquid eſt exigui operis in gratitudinis & debitæ obſervantiæ τεκμήριον V.V. A.A. & N.N. deſtinarim, ſed & magnam inde favoris ulterioris acceſſionem mihi abundanter promiſerim. Accipite ergo, Magnifici & Ampliſſimi Viri, Promotores Maximi, in maximorum veſtrorum Nominum æternitatem, quâ jam à Vobis ipſis & aliis eſtis ſufficientiſſime inſtructi, has in STATIUM obſervationes, quibus ſi non ubique probi ſaporis vigor & nidoris gratia, alicubi tamen erit, quæ reliquis facile laudem conciliabit. In ratione enim convivarum quamvis à pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen cœnam laudare ſolemus, nec ea, quæ ſtomachus noſter recuſat, adimunt gratiam illis, à quibus reperitur. Benefico porro

ſavore me proſequimini, & ſtudia mea Deo & Patriæ conſecrata deinceps ex propenſa veſtra in quemvis mente promovete, ſic unicum hoc ſupererit, ut Deum ex animo precer, qui vos Reipublicæ huic, dilectæ Patriæ, pariter ac Scholæ illuſtri incolumes diutiſſime præſtet, ac porro de utraque optime merendi & animum Vobis ſuppeditet & vires.

Scripſi Bremæ, 6. Nonar. Julij, Anni æræ nobis uſitatæ M DC LXXI.

Ampliſſ. & Nobil. Veſtr. Magnificentiis Devotiſſimus

JOH. VEENHUSEN.

LECTO-

LECTORI CANDIDO SALUTEM.

B*Iennium fere eſt, quod* C. Plinii Cæcilii Secundi *Epiſtolas optimis clariſſimorum virorum notis illuſtratas Doctiorum orbi expoſuimus; cùm vero tunc optimi illi & de re literaria meritiſſimi Typographi Petrus, Jacobus & Cornelius Hackii fratres me de alio opere edendo ſollicitarent, in quo nos invicem exercere, multorumque votis ſatisfacere poſſemus, ſelegimus ex multis* P. Papinii Statii *Poëmata Studioſorum uſui accommodatiſſima. Non opus eſt inſtituti rationem operoſius præſcribere, quam Plinius abunde te docet: forma hic eadem, typi elegantiores, curaque præ cæteris tanta, ut nihil operi aut ejus exſpectationi deeſſe videatur. Textum quod attinet, vix credo correctiorem dari poſſe, ut qui ex correctiſſimis ſit expreſſus, imprimis ex nupera omnium merito principe Editione, Ampliſſimi & in hoc ſtudii genere accuratiſſimi Viri, D.* Joh. Frid. Gronovii, *cujus in me præclara merita non capit hæc charta celebranda Notæ ſummo ſtudio hic exhibitæ ſunt, integræ quidem Gronovii, ſelectiſſimæ vero Domitii, Morelli, Bernartii, Crucei, Barthii, Gevartii aliorumque, injectæ quædam ſunt ex doctiſſima Diatribe Celeberrimi* Gronovii, *cui præ reliquis Statius tantum debet, quantum cæteris omnibus, qui aliquid lucis ei affuderunt. Numero inſuper arithmetico verſus & notas diſtinximus, quo Lector ſingula*

ſtatim obvia haberet, indice adjecto rerum, verborum, phraſiumque accuratius obſervatarum locupletiſſimo. Hæc ſunt, Benevole Lector, quæ ex plurimis te ſcire volui; Tu interim labore meo fruere, pluraque indies meditanti fave. Vale.

P. PAPINII STATII
VITA
EX
LILII GREGORII GYRALDI,
de Latinis Poëtis Dialogo Quarto.

POST Baſſum ſequebatur P. Papinius Statius, cujus de patria inter Grammaticos controverſia fuit, uſque ad Domitii tempora, Domitii, inquam, de re literaria bene meriti, qui ſi non ſibi & memoriæ tantum indulſiſſet, multa certe obtrectatores in ejus ſcriptis fruſtra, quæ reprehenderent, perquiſiſſent. Sed de Domitio alias, inquit Piſo, nunc de Statio, qui, ab aliquibus Toloſanus, ab aliis ex Sellis, Epiri oppido, ab aliis Neapolitanus dicitur. Tunc ego, Poſtquam me provocas, & Picus attente & libenter hæc audire videtur, cauſam vobis exponam, cur Statio diverſa ſtatuatur Patria. Atque ut rem clarius percipiatis, Patris & Filii vitas vobis paucis recitabo, quas cum alii, tum Pomponius Lætus, & Literarum & antiquitatis, ut ſcitis, bene peritus, pridem Gaſpari Blondi filio conſcripſit, quibuſdam à me pro tempore additis. Sic agas, inquit Picus, & ſimul obticuit. Publius igitur, inquam ego, Papinius Statius pater, Græca & Latina lingua eruditus, ad noviſſimum uſque diem profeſſus eſt, ſummo honore apud Domitianum habitus, à quo etiam eſt auro donatus & corona, digno principe erga præceptorem munere. Primus genus ſuum, propter inopiam & egeſtatem obliteratum, celebritate nominis celebre fecit, adeoque claruit, ut, quod Homero, ei contigerit; duæ enim urbes, Sellæ Epirotarum, & Neapolis Campanorum, de ejus natali ſolo certarunt. Singularis profecto contentio, ex qua intelligi facile poteſt, quanto in pretio tum literæ fuerunt. Qui vero Toloſanum exiſtimarunt, inter quos Danthes fuit, poëta Hetruſcorum vernaculus, decepti ſunt alterius Statii rhe-

toris

toris patria, cujus meminit Euſebius. Ex Agellina uxore, quam unicam habuit, & ei ſuperſtes fuit, P. Papinium Statium genuit, cujus pueritiam ac juventutem literis fovit, copia, varietateque rerum referſit, & omne ejus ſtudium, quoad vixit, juvit, operaque caſtigavit. Annum agens ſexageſimum quintum, inexpergeſcibilis ſomni morbo, quem lethargum vocamus, periit, cujus mortem Epicedio filius proſecutus eſt. Multa & proſa & carmine ſcripſit, ſi filio credimus, ſed eorum nihil ad nos pervenit. Papinius vero filius, juvenis adhuc, Claudiam Claudii Apollinaris filiam, quæ Tibicini nupta fuerat, & ex eo filiam genuerat, amoris impatiens, duxit uxorem, cui tanta, ut ait Pomponius, modeſtia & caſtitas, amoriſque obſervantia mariti, XX. annis non fraudarit. Deceptum hoc loco crediderim Pomponium, & eum ſecutum Maturantium, nec enim à marito Claudia tandiu abfuit. Erroris, opinor, cauſam præſtitit, quod parum conſiderate Statii carmen ad Claudiam ipſam examinarunt. Filium cum ex Claudia uxore nullum haberet, infantem ſibi Statius adoptavit, quem præmatura extinctum morte carmine deflevit. Vergens vero ad ſenium Neapolim, communem ambobus patriam, Claudiam carmine revocavit, ambigitur, quis ſuperſtes fuerit. Albano certamine, Domitianus Cæſar eadem, qua patrem, qui præſens erat, filium corona, ac item agro Albano donavit, biſque auro inſignivit, ſplendidoque ac magnifico, cum ſenatoribus equitibuſque Romanis convivio ſuſcepit, id quod carmine poëta, quod Euchariſticon inſcripſit, teſtatus eſt. Quo fit, ut fabulæ potius, quam hiſtoriæ ſimile putem, quod ab aliquibus proditum eſt, Statium præacuto ſtilo à Domitiano confoſſum. Superſunt vero ad hæc uſque tempora hæc Statii opera, Thebais, ut ipſemet cecinit,

——— *Multa cruciata lima.*

atque idcirco durior & inconcinnior alicubi quibuſdam videtur, quam Junii Maximi, viri eloquentiſſimi judicio monituque

nituque publicavit. Antimachum argumento tantum imitatus, nam phraſi ille tumidus & laxus, hic durus & arctior. Item Achilleis imperfecta, in qua longe plus doctis quibuſdam, quam in Thebaide præſtare videtur. Non defuere etiam, qui Achilleida ipſam perfectam fuiſſe exiſtimarint, ſed reliquum, quod deeſt, deperditum, ut etiam diutius Silvæ fuerunt, alii, quod habemus, integrum eſſe, utrique magno, ut puto, acti errore, & manifeſtis pridem argumentis exploſi. Proditum eſt, cum Achilleida eſſet deſcripturus, Criſpinum Vectii Bolani filium, clarum militia juvenem, ſibi propoſuiſſe. Utranque vero Imperatori Domitiano dicavit. Extant & quinque Silvarum libri, ex quibus & vehemens in eo poëmatis genere illius, & pene extemporale ingenium, & ſubitum calorem, ut ipſe ait, percipere poſſitis. De quibus quidem Papinii Silvis ſic Apollinaris in hendecaſyllabo, ad Felicem:

At cum forte pedum minore rhythmo
Pingit gemmea prata Silvularum.

Ex iiſdem, inquam, Silvis & amicos & fortunam, & reliquam ipſius poëtæ vitam facile cognoſcetis. Scripſiſſe præterea tragœdiam à nonnullis exiſtimatur; idque Juvenalis innuere videtur, ut mox dicam. Non multum adeo Statium à ſuorum temporum Scriptoribus amatum ea ratione colligo, quod ab iis ejus nullam fere mentionem factam video, præterquam ab Juvenale, qui & illum perſtringere potius Satyrice videtur, quam laudare, ita enim canit in ſeptima:

Curritur ad vocem jucundam, & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cum Statius urbem,
Promiſitque diem, tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur, ſed cum fregit ſubſellia verſu,
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agavem.

Nec illud in præſentia vobis reticuerim, quod eſt ab Aligero Danthe, ſuo carmine proditum, Statium videlicet Papinium religioni Chriſtianæ addictum fuiſſe, Chriſtianiſque

niſque tum laborantibus, ob metum occulte; pro virili opem tuliſſe, ne ſcilicet ſuppliciis cruciatibuſque, quibus tum paſſim afficiebantur, agitaretur ipſe. In hanc autem pietatem & religionem inclinaſſe idem poëta innuit, ob eos Vergilii verſus ex Sibylla,

Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,

& reliqua. Sed an Danthes deceptus ſit, ut in ejuſdem etiam patria, non vobis facile dixerim, nam & recentiores alios nonnullos ſcriptores in eodem fuiſſe errore invenio. Legitur & epitaphium Statii à Pomponio, ut fertur, conditum, quod referre haud pretium operæ videtur.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS,

de Poëtis Latinis cap. III. p. 45.

STatius Papinius Poëta, qui ſub Domitiano vixit, perperam confunditur cum Statio Poëta, cognomine Surculo, qui claruit ſub Nerone. De Rhetore ſunt illa Hieronymi in Chronico Euſebiano: Olymp. CCIX. an. 1. (eſt is Neronis ſecundus) *Statius Surculus Toloſenſis in Galliis celeberrime Rhetoricam docet.* Ejus nomen verum ex Suetonii libello de Claris Rhetoribus ſupereſt, ubi non Surculus vocatur, ſed Urſulus, uti & in Chronico MSo ad S. Victoris. *Vrſi* enim & *Vrſuli* familiæ ſunt nomina, ut ex vett. inſcriptionibus conſtat. At Papinius Poëta nec *Vrſuli*, vel *Surculi*, cognomen habuit, nec Toloſenſis fuit, ſed Neapolitanus. Reliquit V. Silvarum libros, XII. Thebaidos, V. Achilleidos. In Thebaida & Achilleida commentatus Placidus Lactantius; quem neceſſe eſt poſt annum vixiſſe quadringenteſimnm cum Sedulium citet, Theodoſiani ævi ſcriptorem: imo & poſt quingenteſimum fuerit, cum Boëthii meminerit. Et vero commentarius ejus cento ex Servii, Hygeni Mythologicis, & Aſtronomico Arateo, & quibuſdam aliis, quos ad verbum exſcribit. Eſt idem, qui Argumenta reliquit Ovidianæ Metamorphoſeos. Etſi non ignorem à quibuſdam *Lutatium* dici. Prius nomen agnoſcit & Boccacius lib. 1. de Genealogia Deorum, pag. 8. *Lactantius, inſignis homo, doctuſque, ſuper Statium ſcribens.* Nec diſplicet quod ſuſpicantur eaſdem videri gloſſas, quæ Placidi dicuntur. Mirum vero Martialem, cum adeo celebret Stellam Poëtam, de quo inferius dicam, non meminiſſe Statii, tanti amici Stellæ, ut ei miſerit primum Silvarum. Nempe ab invidia id profectum videtur. Non ferebat Martialis Papinium tantopere in gratia eſſe apud Domitianum, idque ob extemporalem in carmine felicitatem, qua Martialis longe vincebatur. Parum amicum Papinio fuiſſe Martialem ex eo colligitur, quod nunquam æqualis ſui meminerit: tum aliis, quæ legas apud Gevartium ad 1. Silvarum.

DE

DE
P. PAPINIO STATIO,
VETERUM, SEMIVETERUM, NEOTERICORUM,

Commemorationes, Iudicia, Elogia, &c.

D. JUN. JUVENALIS SAT. VII.

Curritur ad vocem jucundam, & carmen amicæ
Thebaidos; Lætam fecit cum STATIUS Urbem,
Promiſitque diem, tanta dulcedine raptos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur: Sed cum fregit ſubſellia verſu,
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agaven.

JUL. CAPITOLINUS IN GORDIANIS.

Scripſit præterea, quemadmodum Virgilius Æneidos, Statius Achilleidos, & multi alii Iliados, ita etiam ille, Antoniniados.

OL. NEMESIANUS Ecloga I.

—— *hic in ſilvis præſens tibi, Fama benignum Stravit iter.*
Sunt verba Papinii, lib. XII. v. 812.

SERVIUS, ad Æn. X. v. 275.

Bene hoc Statius ad ipſa arma tranſtulit, dicens:
—— *Armaque in auro Triſtia.* ——

LUTATIUS PLACIDUS AD Thebaid. VII. v. 62.

Quare adultero Marti Vulcanus habitaculum fabricaſſet argutiſſime divinus hoc loco Poëta diſſolvit.

SCHOLIASTES ANTIQUUS ad Verbi Juvenalis ſuperiora.

Amicæ.] Gratæ. Significat Poema Statii de Bello Thebano. *Lætam Urbem*] Ideo quia libenter audiebat. Eſt enim & Poëma ipſum delectabile, & ipſe dicitur bonam vocem habuiſſe. *Sed cum fregit.*] Poſt tantum favorem audientium, niſi cantionem inauditam Pantomimo vendidiſſet, non habebat unde ſe ſuſtentaret.

AUCTOR

AUCTOR VETUS Vitæ Papinî.

Conſtat fuiſſe Statium temporibus Veſpaſiani Imperatoris, & perveniſſe ad Imperium Domitiani. Fuit nobili ortus proſapia, clarus ingenio, & doctus eloquio.

C. SULPITIUS SEVERUS, Dialogo III.

Nimirum, ut dixit Poëta neſcio quis, utimur enim verſu Scholaſtico, quia inter Scholaſticos fabulamur: *Captivumque ſuem mirantibus intulit Argis.*

CLAUDIANUS MAMERTUS de Statu Animæ, lib. I. c. 20.

Unde non Poëtice, ſed Philoſophice Papinius ait:

—— odi artus fragilemque hunc corporis uſum,
Deſertorem animi. ——

C. SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS, carm. V. ad M. Felicem.

Non quod Papinius tuus meuſque,
Inter Labdacios ſonat furores,
Tunc cum forte pedum minore rhythmo
Pingit gemmea prata ſilvularum.

IDEM carm. XXIII.

Si quis carmen prolixius eatenus duxerit eſſe culpandum, quod Epigrammatis exceſſerit parcitatem, iſtum liquido patet, neque Balneum Etruſci, neque Herculem Surrentinum, neque Comas Fl. Earini, neque Tibur Vopiſci, neque omnino quicquam de Papinii noſtri Silvulis lectitaſſe, quas omnes deſcriptiones, Vir ille præjudicatiſſimus non diſtichorum aut tetraſtichorum ſtringit anguſtiis, ſed potius, ut Lyricus Flaccus in Artis Poëticæ volumine præcepit, multis, iiſque purpureis locorum floſculis, primas ſæpe inchoatas materias decenter extendit.

AN. MANL. SEVER. BOETHIUS, de Muſica, lib. I.

Id etiam fuit antiquis in more poſitum, ut luctibus cantus tibiæ præiret. Teſtis eſt Papinius Statius hoc verſu:

—— Cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros ſuetum producere manes.

ENNO-

ENNODIUS carm. LXVI.

Pierius menti calor incidit. ——

Nota verba Papinii.

ISIDORUS lib. de Rerum Natura, cap. XXX.

Si lignum ligno teras, ignem emittit. Unde & Papinius:

Fulguraque attritis quoties micuere procellis.

IDEM lib. III. Orig. cap. 70.

Fertur quod hæc ſtella oriens Luciferum, occidens Veſperum facit, de qua Statius:

—— *& alterno deperditur * unus in ortu.*

* *deprenditur.* Serv. ad Æn. VIII. 591.

IDEM lib. XIV. cap. 8.

Æſtiva, ſunt loca umbroſa, quibus per æſtatem vitant pecora Solis ardorem. *Sunt verba Servii ad Georgicum 3. v. 472.*

AYMOINUS, lib. IV. de Geſtis Francorum, cap. I.

Nequeo ſine lacrymis ærumnas meæ referre Orbitatis:

—— *Fraternas acies alternaque Bella,*

Quæ profanis decertata ſunt odiis.

Sunt verba Clotharii Regis ad Brunichildin, mox crudeliter perimendam.

GUNTERUS, lib. V. Ligurini, v. 318.

Ergo dato paſſim varias rumore per urbes.

Verſus eſt totus, præter primam vocem, Papinii, lib. 2. Achilleidos 352.

WIPO, PANEGYRICO AD HENRICUM III. Imperatorem.

Ex noſtris monitis callebat STATIUS auctor

Thebanos juvenes miſtis diſcernere flammis.

PETRUS MAURITIUS *Abbas* CLUNIACENSIS.

Vos ô præcipui cultores Philoſophiæ,

Quos eadem propriis educat in laribus;

Ejus vos, inquam, poti paſtique papilla,

Quos proprio ſtudiis imbuit ore ſacris.

Naſo, Flacce, Maro, Stati, Lucane, Boëthi,

Et quicunque tuum carmine comis opus:

Hujus Livoris vos tangere mucro minatur,
Hic & de veſtro cogitat exitio.
Vos etenim lædet, qui lædere non timet illum,
Quem ſocium vobis Calliopæa dedit.

GUL. BRITO INITIO PHILIPPIDOS.

Aut qui tam ſapido Thebaida carmine ſcripſit,
Ut queat ad plenum digno memorare relatu
Tot victos hoſtes, tot bella, tot obſidiones.

IDEM, lib. IX. extremo.

O nunc Lucani ruat in me, ſive Maronis
Spiritus; aut ſaltem Thebani vatis imago.
—— tantum ut merear veſtigia lambere ſola,
Unius ſimilis in carmine factus eorum.

B. BERNARDUS de Converſione ad Clericos, cap. 3.

Tunc mihi id modicum conſolationis, quod utcunque mendico, tentas ſurripere? Dixit, & cum indignatione & furore recedens, *teneo*, inquit, *longumque tenebo. Papin.* 11. *Theb.* 429.

COSMAS PRAGENSIS Initio Chronici.

Id ſolum operæ pretium duxi in meo opere, ut vel tu, cui à Deo collata eſt Sapientia, vel alii potiores ſcientia, ſicut Virgilius habuit Trojæ excidia & Statius Thebaida, ita ipſi hoc meum opus habeant pro materia, quo ſuam ſcientiam poſteris notificent, & nomen ſibi magnificent.

GULIELMUS PICTAVUS IN REBUS geſtis Gulielmi Conquæſtoris, cap. LXIV.

Tydeus adverſum inſidiatos quinquaginta rupis petivit opem, Gulielmus par, haud inferior loco, ſolus non extimuit mille. Scriptor Thebaidos vel Æneidos, qui libris in ipſis, Poëtica lege, de magnis majora canunt ex actibus hujus viri æque magnum plus dignum conficerent opus vera canendo. * *Pro ſummis duobus auctoribus tum fuerunt Virgilius & Statius, etiam in illis barbaris pugnatoribus.*

HER-

HERMANNUS CONTRACTUS Comes, in Chronico.

Anno Chriſti LX. Statius Poëta clarus erat.

HONORIUS AUGUSTODUN. in Chronico.

Domitianus, frater Titi, xv. annos, menſes quinque. Statius Poëta claruit.

SILVESTER GIRALDUS, initio Libri de Miris Hiberniæ:

Egregius Poëta, Statius.

ALANUS lib. II. Anti-Claud.

Ut Sollius implicat, explicat alter
Ut Naſo, vernat ut Statius, ut Maro dictat.

HELMOLDUS Chron. Slav. l. 1. c. 43.

Quadam die, multis arbitris coram poſitis interrogavit Vicelinum; in Scholis poſitus quid legiſſet? Illo perhibente ſe Statii Libros Achilleidos legiſſe, conſequenter requiſivit, quæ eſſet materia Statii?

GULIEM PICTAVIENSIS, in geſtis Gulielmi Regis Anglor. & Duc Norm.

Cum Haraldo tali, qualem Poëmate dicunt Hectorem vel Turnum, non minus auderet Gulielmus congredi ſingulari certamine, quam Achilles cum Hectore, vel Æneas cum Turno. Tydeus adverſum inſidiatores quinquaginta rupes petivit opem. Gulielmus par, haud inferior loco, ſolus non extimuit mille. Scriptor Thebaidos vel Æneidos, qui libris in ipſis Poëtica lege, de magnis majora canunt, &c.

ORDERICUS VITALIS lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. in finem.

Guido, Præſul Ambianenſis, metricum carmen edidit, quo Maronem & Papinium, geſta Heroum pangentes imitatus, Senliacum bellum deſcripſit.

AUCTOR DE DISCIPLINA SCHOLARIUM.
cap. 1. Boethius quidam.

Senecæ traditio, Lucani inexpletio, Virgilii prolixitas, & Statii Urbanitas ſunt indaganda.

GUIDO ADDUANENSIS in Hiſtoria Palæſtina, cap. XII.

Cum nuncii Salutis adveniant, ſiniſtra prænuncia *Peſſimus in dubiis augur timor.* Papin. Initio lib. 3. Thebaid.

JOANN. SARESBERIENSIS Policrat. lib. 1. cap. 13.

Potuerat apud Statium præſagio volucrum Græcorum exercitus confortari.

IDEM METALOG. lib. 3. cap. 1.

Polynices ab Adraſto genus interrogatus, ait Utrumque complectens: *Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebæ,* 1. Thebaid. v. 680.

AUCTOR CHRONICI LAURISHAMENSIS, à M. Frebero editus pag. 92.

Ipſe quoque Palatinus Rheni Comes, frater Imperatoris Conradi præſentia, ejuſdem Eccleſiæ advocatus, divinam animadverſionem ſenſit & expertus eſt.

Fraternas acies, cognataque regna profanis
Decertata odiis. ——

GERBERTUS Epiſt. CXXXIV.

Si ergo te cura tantarum retinet rerum, volumen Achilleidos Statii diligenter compoſitum nobis dirige.

IDEM Epiſtol. CXLVIII.

Prægravat affectus tuus, amantiſſime frater, opus Achilleidos, quod bene quidem incepiſti, ſed defeciſti dum exemplar defecit.

CONTINUATOR Matthæi Pariſii. In Anno. M. CC. LII.

Nunc cum in ſe tenebroſus ſit qui rex appellatur, qualiter illuminabit obfuſcatos? Unde Statius: —— *Tunc omnia jure tenebis Cum poteris Rex eſſe tuis.* * *Sunt verba Claudiani. Apparet tamen utrumque hunc ſummum Poëtam iſti ſcriptori fuiſſe familiarem.*

EVERHARDUS Labyrintho.

Statius eloquii jucundus melle, duorum
Arma capit fratrum, ſub duce quæque ſuo.

ibid. paullo ante.

Statius Æacidem ſtantem cultu muliebri
Virtutem prodit calliditate viri.

NICOL.

NICOL. CLEMANGIUS Epiſt. v.

Statius Papinius omnium inter Heroicos Latinos, uno excepto Virgilio, graviſſimus: ſtudioſiſſimaque Virgilii imitatione, alter quaſi Virgilius.

JOANNES BOCCATIUS, Geneal. Deor. lib. 14. c. 20.

Heſiodum, Euripidem, Statium, Claudianum, conſpicuos vates.

RODERICUS ZAMORENSIS, Speculo Vitæ Humanæ, cap. 3.

Hinc Seneca noſter Cordubenſis pro immenſo ſe munere habiturum gratiam & famam apud poſteros precabatur, & Statius præſentem honoris & famæ gloriam benignum iter Operibus ſuis ad poſteros ſtraviſſe dicebat, & Ovidius Naſo, ſibi nomen indelebile futurum lætabatur.

ANG. DECEMBRIUS de POLITIA litterarum l. 1. p. 29. 30.

Statius in familiaribus complectendus eſt, & Juvenalis præcipua commendatione, qui de Romanis in eum plaudentibus dixit: *Curritur ad vocem*, & Virgiliana, quoad potuit, imitatione. Hujus duplex opus, Thebaidos majus, & minus Achilleidos multæ delectationis opuſculum. * *Poſteriora hæc verba corrupta ſunt apud Decembrium; Utique enim de Silvis ſunt ſcripta.*

IDEM lib. 6.

Statius, Virgilii æmulator.

DOMITIUS CALDERINUS Præfatione ad has Silvas.

Incidi in lib. 5. Silvarum Statii, opus granditate Heroica ſublime, argumentum varium, doctrina remotiſſimum, quod nemo ante nos aut auſus eſt aut potuit attingere.

ANGELUS POLITIANUS.

Hujus uberiorem de Laudibus Papinii Tractationem vide in Oratione quam habuit Silvas Prælecturus.

JOAN. JOVIANUS PONTANUS lib. 1. de Fortitudine. c. 8.

Amphiaraum vivum armatum, ad inferos ruere magis quam deſcendere faciunt, qui ne quidem aut arma manu aut fræna remittit. verum ſicut erat rectos defert in Tartara currus, ut magnifice ac luculenter de eo Statius canit.

M. ANT. SABELLICUS, Adnotat.

Velles Papinium Statium tam dextro genio Thebas fortiſſimumque Achillem, quam Silvas decantaſſe. Si non majus nomen, majorem certe gratiam inde haud dubio reportaſſet. Nulli umquam Poëtarum, quod ſciam, magis proprium fuit ſubito œſtro incaleſcere, atque ubi incaluiſſet, fortius feliciuſque debacchari, ut quantumcunque Phœbum hauſerit: ac neſcio an etiam majorem, eodem calore confeſtim reddat. Cuperes, dixi, omnem ejus operam in Silvis locatam, nihil eſt illis amabilius, floridius, magiſque Poëticum.

A. JANUS PARRHASIUS Epiſt. Quæſtion. 55.

Papinius, Poëta celeberrimus, & ob exactam rerum notitiam, ſuumque peculiare dicendi genus, non omnibus ſatis obvius. Cujus ego ſtudioſus cum ſemper fuerim, &c.

J. BAPTISTA PIUS ad Sidonium lib. 2. Epiſtolar.

Papinius, elegantiſſimus Poëta, * *Pius iſte alioquin frivolus nugator, Poëta tamen ſic ſatis aliquando bonus fuit.*

PHILIPPUS BEROALDUS ad Propertium, lib. 2. El. 33.

Lege Statium in x. Thebaidos, mortem Capanei luculentiſſimis verſibus enarrantem.

MARIANGELUS ACCURSIUS in Diatribis, pag. 93.

Ejuſdem ſignificationis intellectum latenti ſed acri judicio ſubeſſe in doctis tantorum operum orſis apud Ovidium Papiniumque, crediderim.

BAPTISTA MANTUANUS, l. 6. Silvarum ſ. ad Jovian. Pontan.

Te, virides inter Laurus, Bajanaque Tempe,
Per loca, quæ fertur coluiſſe Papinius olim,
Pierides aluere Deæ. ——

CONRADUS CELTES, ad Gunteri Ligurinum.

Proximus es vati, quem Mantua docta creavit,
Et qui Pompeii & Cæſaris arma canit.
Nec Stilico tantum, vel Honorius, aut Majoranus,
Nec qui Scipiadas Porciadaſque ſonat:
Per freta nec tumidum qui cantat Iaſona vectum,
Æaciden vel qui Thebaidemque tonat.
Geſta Ducis Macetûm totum vulgata per orbem
Qui colit, Heroicis cedat & ille tuis.

LUDO-

LUDOVICUS CÆLIUS, lib. Antiq. Lect. 28. c. 27.

Papinii verba ſunt, ex doctis illis Silvulis.

HENR. GLAREANUS notis in Terentium, Fine Eunuchi.

Virgilianæ Æneidos felix imitator Statius.

JOACHIMUS VADIANUS de Poëtica, cap. 28.

Statius, vates doctus & copioſus, qui ne conferri quidem ſuum Poëma Maroniano voluit, & decus tamen nomenque ſe ſecuturum haud temere ſperat.

LUD. VIVES DE TRADENDIS diſciplinis, l. 3.

Juvenalis multis in locis aſper eſt & durus; materiæ ſuæ conveniens, mollis & ſuavis Statius. *De Silvis loquitur Vives; alioquin homo parum Poëticus.*

NIC. GERBELIUS, Græciæ lib. 5.

Statius, lib. 9. Thebaidos Iſmenum fluvium venuſtiſſimis verſibus depingit.

IDEM lib. 5.

Sed qua culpa Papinii verſus omitterem, elegantiſſimos illos, quibus admirabili ſuavitate Alphi Amores decantat.

FR. FLORIDUS SABINUS lib. 2. Subſec. Lect. cap. 19.

Statius, excellens Poëta.

AND. TIRAQUELLUS de Jure Primogenit. cap. 17. §. 5.

Papinius in Libris Thebaidos id bellum belliſſime deſcripſit.

PETRUS FABER, Agoniſt. lib. 1. cap. 10.

Utrumque circa diſcobolos uſurpari ſolitum, ſignificat Papinius, his elegantiſſimis carminibus.

CHRISTOPH. MILÆUS, Hiſtor. Univerſal. lib. 5.

Heroicam dignitatem Silius exprimens, Statius conſequitur.

JOANN. PICARDUS, CELTOPÆDIÆ l. 5. pag. 205.

Statius Papinius Poëta eruditus & facundus, multa eaque elegantiſſima reliquit Poëmata.

JULIUS CÆSAR SCALIGER.

Ejus laudes ampliores, & Judicia varia legenda ſunt in Libris de Poëtica, præcipue Hypercritico.

JOSEPHUS SCALIGER ad Chronicon Euſebii. Num. 229.

Duplices Caryæ ſunt, alteræ Laconicæ, alteræ Arcadicæ, Laconicæ erant Dianæ ſacræ. Pauſanias, Laconicis. Celebri

lebritatem & choreas κυρυάνδα, vocat Heſychius, & manifeſto tangit Statius 4. Thebaidos, accuratiſſimi Operis. * *Recenſionem cum Wowerio ſuam pollicetur Scaliger, Epiſtola poſthuma* CCCLXXIV.

IDEM AD ÆTNAM.

De Amphirai morte exſtant magnifici verſus in Thebaide Statii.

ADR. TURNEBUS Adverſar. lib. 26. cap. 18.

Optimus Poëta, Papinius.

IS. CASAUBONUS ad Suetonii Domitianum.

Statius, eximius Poëta.

Idem ad ejuſdem Caligulam.

Optimus Poëta, Statius.

J. LIPSIUS, Centur. I. Epiſt. XIII.

Papinius ſublimis & celſus Poëta, non hercle tumidus.

Idem Epigrammate ad Bernartium.

—— Papinius Poëta magnus,
Vel dicam potius; Poëta ſummus.
Certe proximus eſt Poëta ſummo,
Quod mecum fateatur ipſe Livor.

Idem Phyſiolog. Stoicæ lib. 3. cap. 17.

Docte, ut multa, Statius.

IDEM, ad Annal. Taciti III.

In Statio Luxuria ingenii non indecora.

DION. PETAVIUS ad Themiſtii Oration. IV.

Præclare iſtud & graphice deſcribit Statius, lib. 6.

GILB. GAULMINUS, ad Cypri Theodori Prodromi Amanthum cap. 4.

Sciebat hoc Papinius, Poëtarum doctiſſimus.

JOAN.

JOAN. MEURSIUS, ad Librum de Gloria, Auctario, c. 39.
Statius Papinius, Poëta eximius.

LUD. CRESOLLIUS, Præfatione Vacationum Autumnalium.
Papinius, Poëta, meo judicio, maximus.

FAMIANUS STRADA, in Proluſionibus, pag. 359.
Invitatus à Sadoleto Pontanus, doluit mortali voce Statium eſſe referendum, qui aut ſuo aut Apollinis ore deberet audiri. Nihil tamen Statii perire dixit, dum reverebatur potius quam audiebatur; cum Statianæ magnificentiæ proprium ſit, ut nequeat cujuſquam in ore vileſcere.

J. RYKKIUS, de Capitolio cap. 28.
Statius in Tertio amæniſſimæ Thebaidos.

IDEM cap. XLVI.
Probatiſſimus Scriptor & graviſſimus Poëta Statius.

MATH. RADERUS ad Martial. lib. 10. Epigram. 4.
Nobiliſſimus Papinius, cujus aurea Thebais, XII. Libris comprehenſa, hodie legitur.

ST. CLAVERIUS ad Claudianum.
Statius, generoſus, & ſubito calore admirabilis.

JOS. GONSALIUS Salaſius ad Petronium pag. 107.
Apud Statium elegans perfectaque omnibus ſuis numeris id genus deſcriptio.

CAR. PASCHALIUS de Coronis lib. 2. cap. 17.
Doctiſſimus Poëta, Papinius.

IDEM, lib. 6. cap. 3.
Statius, omnis Antiquitatis peritiſſimus.

Idem, lib. 6. cap. 14.
Doctiſſimus Poëta, Statius.

JULIUS NIGRONUS de Vitanda Obſcœna Lectione, c.6.

Multa quoque in Ovidio ſunt, quibus non offendaris, Libri Triſtium, de Ponto & Faſtorum. In Virgilio, Latinorum Homero, in Statio, ſi paucula vites, cætera non vetantur.* *Bene Virgilio Papinium jungit. Bene etiam Παιδεγχίαν hujus amolitur.*

MARIUS SALOMONIUS ALBERTICUS, JC.
Comment. ad Leg. Gallus, pag. 9.

Statius Cæcilius Comicus, & Statius Papinius Heroicus, Poëtæ celebres fuerunt.

JACOBUS PONTANUS, Attic. Bellar. Part. 2. pag. 337.

Cur, quæſo, Statius, ſublimis ille, & celſus Poëta Lipſio, & præ omnibus veteribus, ac recentibus Virgilianæ majeſtati propior Scaligero, cur Claudianus, tam rotundus, & venuſtus Poeta diligentium, & bene litteratorum Interpretum luce deſtituti, in tenebris tandiu deſerti jacent? Gratiæ debebuntur magnæ Scoto cuidam, & alteri Hiſpano, & tertio Germano, ſi præſtiterint quod promiſerunt. Promiſerunt autem omnes in utrumque Commentarios. Quod Deus opt. max. bene fortunet.

CASP. CUNRADUS Proſopographiæ Melicæ
Millenario 2. p. 185.

PUBLIUS STATIUS PAPINIUS, Poëta.

Proximus es ſummo, Vatum niſi ſummus haberis:
Virgilius præeat! te via pone tenet.

SAMUEL DRESEMIUS, ad lib. 5. Joſephi Devonii.

Papinius: *Fortius incurſant Tyrii.* Unde Silius affirmavit ſe, cum lib. 15. *Acrius hoc Italûm pubes incurrit.* Ut multa alia ex illo deducta, quibus æſtimium magni illius Poëtæ augetur, cujus nomen nequaquam tam frivolis receſſibus obſcurari debuit, cum & Vir doctus, & Conſularis, & aliquandiu forte εὔζηλος, tanti poſt unicum Virgilium illum fecerit. IDEM: Maximi Poëtæ, Homerus, Virgilius, Statius.

L. VITRUVIUS ROSCIUS, de Ratione docendi, p. 77.

Poſt Virgilium Statii Papinii Thebais optime relinquetur. Nam cum ad illius imitationem compoſita ſit, minor erit labor in diſcendo.

JOSEPHVS CASTALIO, Obſervat. Dec. III. cap. 9.

Papinius Statius, Linguæ Latinæ auctor optimus.

Joan. Baptiſta Giraldus lib. 17. Epiſtolarum Variorum, Editarum à Thoma Porcachio, p. 897.

Ariſtotele inſegna che la Epopeia non è riſtretta a ſpatio di tempo, come è la Tragedia, che al ſommo non paſſare due giorni. La quale autorità di Ariſtoteli ha confirmato Vergilio con l'Eneide, Homero con l'Odiſſea, Silio Italico con l'Africa, & piu di tutti l'haurebbe confirmata Statio, ſe haveſſe compita la ſua Achilleide, la qual morte gli interruppe.

Albertus Lollius lib. 14. Ejuſdem Operis, p. 566.

Non vi aggrevi anco, per amor mio, dare un' occhiata à Statio, nel primo delle Selve, dove egli eſſalta molto la villa Tiburtina di Manlio Vopiſco. Et nel ſecundo delle medeſime, quando ei comenda tanto il Surrentino di Pollio. Et nel quarto pur delle Selve dove ei ſi dilegua proprio di tenerezza, depingendo il bel ſito della villa (*ſic legendum*) di Sep. Severo.

Franciſcus Sanſovinus in Chronologia Vniverſali, Anno Chriſti 92.

Huomini Illuſtri, Urbio Criſpo, Oratore. Statio, Juvenale, Martiale, Poeti, &c. floriſcono nelle lettere.

SERIES

SERIES OPERIS.

SILVARUM LIBRI V.

LIB. I.

PRÆFATIO AD STELLAM.

I. *EQVVS Max. Domitiani.*
II. *Epithalamion Stellæ & Violantillæ.*
III. *Villa Tiburtina Manlii Vopiſci.*
IV. *Soteria pro Rutilio Gallico.*
V. *Balneum Claudii Etruſci.*
VI. *Kal. Decembres Saturnales.*

LIB. II.

PRÆFATIO AD MELIOREM.

I. *Glaucias Atedii Melioris delicatus.*
II. *Villa Surrentina Pollii Felicis.*
III. *Arbor Atedii Melioris.*
IV. *Pſittacus Atedii Melioris.*
V. *Leo Manſuetus Imp.*
VI. *Conſolatio ad Flavium Vrſum de Amiſſione pueri delicati.*
VII. *Genethliacon Lucani.*

LIB. III.

PRÆFATIO AD POLLIUM.

I. *Hercules Surrentinus Pollii Felicis.*
II. *Propempticon Metio Celeri.*
III. *Lachrymæ Hetruſci.*
IV. *Coma Flavii Earini.*
V. *Ad Claudiam Vxorem.*

LIB. IV.

PRÆFATIO AD MARCELLUM.

I. XVII. *Conſulatus Imp. Aug. Germanici.*
II. *Euchariſticon ad Imp. Aug. Germanicum Domitianum.*
III. *Via Domitiana.*
IV. *Ad Victorium Marcellum Epiſtola.*
V. *Lyricum ad Sept. Severum.*
VI. *Hercules Epitrapezios Nonii Vindicis.*
VII. *Lyricum ad Maximum Iunium.*
VIII. *Ad Iulium Menecratem ob prolem.*
IX. *Riſus Saturnalitius ad Plotium.*

LIB. V.

PRÆFATIO AD ABASCANTIUM.

I. *Abaſcantii in Priſcillam Pietas.*
II. *Protrepticon ad Criſpinum.*
III. *Epicedion in Patrem.*
IV. *Ad Somnum.*
V. *Epicedion in Filium.*

THEBAIDOS LIBRI XII.
ACHILLEIDOS LIBRI II.

NOMI-

NOMINA
AUCTORUM,

Tam Antiquorum, quam Recentiorum, qui in Commentariis P. PAPINII STATII laudantur, emendantur & illuſtrantur.

A.

ACcius. 725
Æſchylus. 120.122.530
Afranius. 68
Agellius. Vide *Gellius.*
Albertus Aquenſis. 536
Alcæus. 517
Alciatus. 190
Ambroſius. 233
Apollodorus. 283.323
Apollonius. 368
Apollonii Scholiaſtes. 120
Apulejus. 68.107.232.283.324.402. 405.439.443.521.522.573.675
Archias Poeta. 209
Ariphron Sicyonius. 212
Ariſtænetus. 197
Ariſtobolus. 195
Ariſtoteles. 228.230
Arnobius. 546.713
Avienus. 584
Auſonius. 41.42.43.82.101.480.702. 782.857

B.

BAronius. 203
Barthius. *paſſim.*
Behotius. 640
Bernartius. *paſſim.*
Britannicus. *paſſim in duos Achilleidos libros à pag. 807. uſque ad finem.*
Brito (Gulielmus.) 715
Boxhornius. 34.37.49
Brodæus. 238
Bulengerus. 216.229

C.

CÆſaris Comment. 542.561
Callimachus. 60.139.168.206
Calpurnius. 791
Capella (Martianus.) 219.501.512
Caſaubonus. 219.232.239
Catullus. 60.90.110.112.135.398. 524.656.666.718
Cicero. 13.33.42.49.52.53.63.88. 115.206.211.213.219.331.343.382 420.422.429.488.506.510.517.542. 595.612.616.663.693.725
Claudianus. 14.22.37.42.53.69.112. 132.170.247.331.336.415.442.532 563. 584. 588. 598. 607. 611. 664. 674.677.687.696.741.742.776.780 876.877.879
Codex Juſtiniani. 28
Columella. 225
Corippus. 786
Cragius. 218
Crinitus (Pet.) 238
Cruceus.49.50.63.67.73.84.88.92.125 126.127.132.134.135.160.161.170 172.175.186.198.205.215.221.227. 260.261.264.268
Curtius. 423.453.545.550.713.746
D. Cyprianus. 92

D.

DEmoſthenes. 724
Dempſterus. 271
Dio. 525
Dioſcorides. 258
Domitius. *paſſim.*
Donatus. 521

E.

ELmenhorſt (Gebhardus.) 208
Ennius. 228.473.508.554.595.737
Euripides. 53.171.226.422.518.633. 694
Euſtathius. 204
Eutropius. 809

Feſtus.

F.

Feſtus. 344.506
Florus. 96.714
Freherus (Marquardus.) 208.232
Frontinus. 697

G.

Galenus. 55
Gallus (Cornelius.) 122
Gellius. 3.208.230.518.533
Georgius Piſides. 115
Gevartius. *paßim.*
Gloſſæ MSS. 451.456.457.460.768
Gratius. 132
D. Gregorius. 212
Gronovius. *paßim.*
Grotius (Hugo.) 202
Gruterus (Janus) 202

H.

Hæcathæus Mileſius. 325
Halicarnaſſeus (Dionyſ.) 205
Hearchus. 195
Heinſius. 11
Heliodorus. 72.85
Heraldus (Deſid.) 229
Hermolaus Barbarus. 190.191
Herodotus. 140.366.368.697
D. Hieronymus. 531
Higinus. 228.332
Hippocrates. 236
Hirrus de bello Africano. 689
Homerus. 59.71.110.114.116.163.183.414.418.422.473.517.519.526.547.576.581.783.600.627.658.680.692.703.714.771.821
Horatius. 9.23.47.52.139.283.391.397.424.428.451.467.480.493.519.521.524.532.550.570.579.597.616.629.651.678.683.684.708.710.724.727.746.757.774

I.

Iſidorus. 60.67.222.572
Iſocrates. 221.254
Junius (Had.) 219
Juſtinus. 349
Juvenalis. 338.396.454.510.318.529.607.775

K.

Kirchmannus. 239

L.

Labeo JC. 283
Lactantius (Placidus) aliis Luctatius. *paßim per XII. Thebaidos libros à pag. 279. uſque ad finem Operis.*
Lactantius. 47.775
Laërtius (Diogenes.) 147
Lampridius (Æl.) 62.696
Libanius. 604
Lindenbrogius. 189.208.440.450
Lipſius. 222.227.239.327.417
Livinejus. 220
Livius. 47.216.353.549.572.580.588.675.688.724
Lucanus. 123.155.382.384.386.403.413.417.420.422.435.437.438.459.461.463.486.500.509.520.526.538.550.556.576.581.593.596.612.613.618.619.624.642.646.655.657.658.665.675.681.689.702.715.724.787.797
Lucillius. 388.405.554.785
Lucretius. 26.376.405.406.480.584.594.663.700.710.725.761

M.

Macer JC. 245
Macrobius. 78.88.510.597.623.627
Mamertinus. 675
Manilius. 53.545.623
Marcellinus (Ammianus.) 215.468.689
Marcellus Sidites. 120
Marſilius. 243
Martialis. 4.10.24.51.62.63.68.81.84.87.88.95.101.106.109.159.179.182.183.184.188.672.743.746.844.878
Maturantius, *paßim in duos Achilleides libros à pag. 807. uſque ad finem.*
Mela (Pomponius.) 257.293.542
Meurſius (Joh.) 201
Modeſtinus JC. 579
Morellus. *paßim.*
Muſurus (M.) 190.191

N.

Nepos (Cornelius.) 206

O. Ovi-

O.

OVidius. 14.26.37.66.95.108.115.129.182.344.353.370.379.393.417.429.435.437.441.464.471.476.486.494.496.497.507.512.514.519.530.547.563.568.569.570.584.602.609.610.611.619.623.627.635.658.661.671.693.696.728.746.749.769.774.776.790.804.807.816.817.874.877

Onuphrius Panvinus. 195

Oppianus. 541

Orpheus Argonauticis. 529

P.

PAlladius. 283

Papinianus JC. 246

Parchaſius. 3

Paſſeratius (Joh.) 212.229

Paulus JC. 53.688

Pauſanias. 411.792.794.803

Perſius. 338.413.453.511.554.693

Petronius. 66.108.215.406.550.649

Phaſtus. 617

Philoſtratus. 101.165

Philoxenus. 540

Pindarus. 23.115.127.169.529.604.764

Plato. 467.542.548

Plautus. 37.122.420.450.463.480.496.501.522.552.561.572.597.629.688.795.831.874

Plinius. 16.62.63.95.206.207.208.423.491.507.551.607.705

Plinius junior. 52.64.96.217.579.580.583

Plutarchus. 27.122.211.220.583

Politianus. 3.81.188.190

Polybius. 216

Procopius. 93

Propertius. 35.38.42.43.61.238.463.501.533.549.661.694.614.757.792.794.804.861

Q.

QVimilianus. 3.51.221

R.

RHodiginus (Cælius.) 190

Rufinus. 211

S.

SAlluſtius. 204.343.377.455.465.474.486.519.537.546.572.578.717

Salmaſius. 231

Scaliger (Joſ.) 190

Scaliger (Jul.) 190.239

Scriverius (P.) 220

Seneca. 10.43.62.63.67.72.208.215.327.355.371.467.521.533.651.786.

Seneca Tragicus. 90.91.119.391.523.438.545.457.496.517.523.581.595.597.713.757.764.786.792

Servius. 216.282.311.419.435.454.557.713.741.746.875

Sidonius. 510.537.583.664.674

Silius. 30.74.96.160.211.414.431.496.520.571.631.633.693.694.767.780.845.877.879

Siſennius. 388

Solinus. 249

Sophocles. 152

Spartianus. 697

Strabo. 9.47.62.249.417.813

Stuckius (Guil.) 206

Suetonius. 11.12.41.50.71.91.473.499.506.513.518.520.522.530.549.572.573.689.781.799

Swartius (Euſtathius.) 191.235

Symmachus. 201

T.

TAcitus. 92.98.221.225.239.290.353.375.455.531.520.530.545.549.583.638.646.652.684.688.697.710.776.879

Terentius. 349.387.407.455.488.522.567.579.693.741.742.764.776.779.789 874

Tertullianus. 54.73.88.166.227.243.243.501.514.580.629.688.754.792.859

Theocritus. 71.532

Theocriti Scholiaſtes. 37

Theophraſtus. 87

Thucydides. 429

Tibullus. 81.116.183.467.501.502.695.792

Turnebus. 3.189.190

V. Va-

V.

VAlerius Cato. 422
Valerius Flaccus. 174.185.324.481.485.486.491.501.512.519.549.555.581.619.633.696.702.709.714.724.741.776.808.879
Valerius Maximus. 82
Varro. 11.55.203.206.222.351.388.424.520.554.613.616.633.705
Vegetius. 403
Venulejus JC. 518
Vetus Scholiaſtes. *paßim.*
Victor (Aurelius.) 73.809
Victor (Marius.) 334
Virgilius. 12.52.57.88.116.129.130.131.136.344.365.374.375.378.380.383.385.389.390.391.393.396.397.398.401.404.407.409.410.413.422.423.425.427.429.431.432.435.438.440.441.455.456.461.462.465.471.472.473.474.475.479.480.486.489.490.491.494.495.497.499.505.508.514.518.519.520.522.523.524.525.528.530.532.536.537.538.539.542.545.547.548.553.554.556.558.561.562.565.570.571.572.575.579.580.595.596.698.603.609.612.614.618.623.627.633.634.640.642.643.644.645.648.650.653.654.658.661.664.670.671.677.679.681.683.688.690.693.696.697.699.704.713.714.717.718.720.725.726.730.731.733.740.741.743.746.748.753.774.775.783.808.812.818.871.872.879
Vitruvius. 506
Vlpianus JC. 37.166.167.246.549.579.688.859

Z.

Zinzerlingus (Juſtus.) 427

P. PAPI-

*P. PAPINII STATII
†SYLVARUM
LIBRI QUINQUE.

LIBER PRIMUS.

Statius Stellæ suo Salutem.

DIU multumque dubitavi, Stella juvenis optime, & in ſtudiis noſtris eminentiſſime qua parte voluiſti, an hos libellos, qui mihi ſubito

* QUod omnibus etiam amœniſſimis nemoribus evenire ſolet, ut ſi diutius deſolata jaceant, multi peregrini & tralaticii fœtus lectiſſimis arboribus ſeſe interſerant: illud etiam cultiſſimis quondam Papinii Sylvulis accid t, in quibus partim temporum injuria, partim hominum incuriâ, multi adulterini frutices, plurimi novitii ſurculi cultiſſimis olim arbuſculis accreverunt.

Nec ipſas tantum Sylvulas hæc labes inſedit, ſed ipſius etiam Sylvarum autoris, Statii, inquam, nomen, quod m teris, ſylveſcere, & novos Surculos emittere cœpit. Nam qui antè nos auteolos hoſce libellos cura ſua excolere, polire, conati ſunt, non ſatis habuerunt frondationem in Sylvulis hiſce exercere, & ἐπιφυλλίδας ramuloſque malè flexos decerpere, ſed etiam, audactèr ſanè, ἐμφυτεύειν, & inſitionem exercere aggreſſi ſunt. Nam ecce Statiano nom.ni, novum neſcio quem, & peregrinum Surculum inſeruerunt. Nec vulgares ſane illi Inſitores, ſed præſtantes hujus ætatis viri, Fredericus inquam Tiliobroga, & Morellus, aliique, quos de Poeta noſtro omnique adeo litteratura quam optime meritos eſſe nemo negabit. Tiliobroga ecce, in nupera Statii Editione Pariſienſi, quam adornavit: hunc titulum dedit: *Papinii Surculi Statii Opera quæ exſtant.* Morellus vero ita: *Ad Papinii Surculi Statii Sylvas Conjectanea, &c.*

Ego certe, ut libere cum Plauto dicam, Surculus ille

—— quis ſit homo neſcio,
Neque novi, neque natus necne is fuerit, id ſolide ſcio.

Sed rationes eorum audiamus. Ait Tiliobroga in ſuis Obſervationibus, ſe illud, Surculus, in pleriſque manuſcriptis reperiſſe, in quibus ita legebatur: *Dictus fuit proprio nomine* Statius *cognomine* Papinius, Surculus *agnomine.* Deinde ait in appendice D. Hieronymi ad Euſebii Chronicon, ſic legi: *Statius Surculus Tholoſanus, in Gallia celeberrime Rhetoricam docet, Olymp.* 200. *An.* 59. *Imperat. Nerone.* Huc facit, quod Had. Behottius in ſuis ad Statium Variantibus Lectionibus, dicat ſe in vetuſtiſſimo cod. reperiſſe: *Statii Pampinei Surculi Tholoſani Liber primus, &c.* Juretus etiam, ad Symmachum lib. 1. ait Poëtam noſtrum in cod. D. Benigni Divionenſis Surculum appellari. Guil. vero Barclaius in Præmeſſis ad Taciti Agricolam, Poëtam noſtrum, ut natione Tholoſanum, Gallicæ juventuti commendat,

& SURCULI agnomen omnino defendit, aitque, *cum Romæ quidam agnomine* STOLONIS *dicti fuerint, quid ni*, inquit, *etiam* SURCULI? Modium alioſque quamplurimos omitto, qui idem cenſuerunt. Hæc itaque argumenta eorum ſunt, qui novum illud nomen Poëtæ noſtro adjiciendum exiſtimarunt. Nos vero, antequam falce noſtra inſititium illum SURCULUM averruncemus, videndum duximus, in quo tandem agro infelix illud lolium, primum creverit, & unde in omnes M. S. Statii codices ſeſe inſinuarit. Illud vero mihi diligenter rimanti, certiſſimum eſt, primum ex Euſebii Chronico ortum eſſe hunc errorem. Ubi ergo locum illum correxerimus,

— *tunc ipſa cubilia fraudum*

apertiſſimè patebunt. Vulgo itaque in Chronico illo, ut ſupra citavimus, legitur: *Statius Surculus Tholoſanus, in Gallia celeberrime Rhetoricam docet, &c.* ſed hic detracta littera, *Urſulus*, non autem *Surculus* legendum eſſe, teſtatur Vir Clariſſ. Aubertus Miræus, qui ſe in tribus veteribus optimæ notæ codicibus *Urſulus* reperiſſe aſſerit, in ſuis ad illud Chronicon Notis. Idem teſtatur maximus Scaliger, ſuis ad Euſebium Commentariis. Deinde in Chronico manuſcripto quod aſſervatur apud S. Victoris Lutetiæ, ubi hæc D. Hieronymi verba citantur, *Urſulus* legi, ipſemet teſtatur Tiliobroga, quámvis falſo ille nomen illud ibi exſcriptoris vitio corruptum exiſtimet. Poſtremo apud Suetonium lib. de claris Rhetorib. ubi vita hujus *Urſuli Statii*, (de quo D. Hieron.) deſcripta fuit, præter eorum Rhetorum nomina quorum vita etiamnum ibi ſupereſt, hæc etiam legebantur:

L. STATIUS URSULUS,

P. CLODIUS QUIRINALIS.

ut teſtatur Achilles Stat. Luſitanus in Commentariis ad illum Suetonii libellum. Quín & Auſonius alibi cujuſdam alterius *Urſuli* Grammatici meminit, & certe *Urſulorum* & *Urſinorum* familia celebris olim Romæ erat. Hinc *D. Urſula* & *Urſus*, cujus quidam Romanus apud Poëtam noſtrum, 2. Sylvar. Hinc ergo imprimis perſpicuum, SURCULUS non eſſe nomen, niſi corruptum & depravatum. Quod ut adhuc clarius evadat, ipſam erroris originem & fontem aperiemus. Repetita erat, ut ſæpe fit, ab indoctis librariis ultima littera S. vocis præcedentis *Statius*, & illa connexa erat cum ſequenti nomine URSULUS, hoc modo: STATIU SURSULUS, unde primum quidem natum SURSULUS, quod poſtea in SURCULUS mutatum. Confirmatur hæc mea opinio ex tribus M. S. codicibus, in quibus omnibus etiamnum SURSULUS legebatur non SURCULUS. Primus eſt cod. Buſlidianus quem ipſemet hiſce oculis Lovanii inſpexi, in quo clarè legebatur: PAPINII SURSULI THEBAIS *incipit*. quod gloſſa interlinearis ita explicabat: *Surſulus*, inquit, *Agnomen quaſi ſurſum canens*. Acumen gloſſographi! ſed linquamus nugas. Alter erat M. S. Caroli Langii, ex quo in cod. ſuo Livineius adnotarat etiam SURSULUS ibi legi. Tertius eſt codex Cl. V. P. Petavii, Conſiliarii Regii, in quo Tiliobroga ſe reperiſſe fatetur SURSULUS. Ita enim legendum eſt in ejus Obſervationibus, cum Petavianum codicem citat, quamvis operæ male ibi ediderunt SURCULUS. Nam ipſe Tiliobroga in calce edit. Pariſienſis, ubi operarum errata corrigit, ita legendum ait. & ſane alias pugnantia ibi locutus fuiſſet, ut legenti patet. ſed piget diutius σπερμολογεῖν. Ex his omnibus jam ſatis patet primus Tiliobrogæ, Morelli, & aliorum error. quod nimirum nihili nomen, & ex alio nomine depravatum, Poëtæ noſtro indiderint, & ſi aliud ex D. Hieronymi Chronico nomen ei adjiciendum fuiſſet (quod negabimus) URSULUS, non autem SURSULUS, vel SURCULUS dicendum fuiſſet. Alter, & quidem graviſſimus, eorum error eſt, quod duos *Statios*, Prænomine, Cognomine, Patria, Profeſſione & Tempore diverſiſſimos imperite confuderint. Duo namque, (ut Statium Cæcilium Comicum omittam,) Cæſarum temporibus maxime in litteris excelluere *Statii*, quorum unus hic noſter, *Pub. Statius Papinius*,

Neapo-

Neapolitan. Poëta. ſub Domitiano: alter vero, *Luc. Statius, Urſulus, Tholoſanus, Rhetor*, ſub Nerone floruit.

Sed ut alter eorum ex D. Hieronymi Chronico, ita & hic ex eodem natus eſt. Sciolus enim aliquis, qui olim Statii exemplaribus manu deſcribendis præfuit, cum in Chronico illo, Rhetoris *Statii Urſuli*, male ibi, *Surculus* appellati, mentionem reperiſſet, illud de Poëta noſtro etiam intelligendum putavit, illumque PAPINIUM SURCULUM appellavit, & utrumque confudit. Atque hinc origo erroris in M. S. nata, qui tot eruditiſſimos viros fefellit. Jam vero URSULUM illum Rhetorem longe diverſum eſſe à noſtro Papinio, vel ex ſolo Suetonio patet, qui vitam illius Urſuli deſcribit in libello de claris Rhetorib. ut ſupra diximus. Quod ſi autem ille idem fuit cum noſtro Poëta, cur inter Rhetores vita ipſius à Suetonio relata eſt? Et quod omnium clariſſime evincit, URSULUS ille Tholoſanus fuit, ut omnes MM. SS. teſtantur; at Poëta noſter non uno in loco ſeſe Parthenopæum ſeu Neapolitanum prodit. Et in primis lib. 3. Sylvar. in Epiſt. ad Pollium. Et in ipſa Ecloga de Neapoli. Et 1. Sylvar. Epithal. Violantillæ, quæ Neapolitana erat: *Et te naſcentem gremio mea prima recepit* Parthenope, *dulciſque ſolo tu gloria noſtro Reptaſti.* —— Et in Epiſt. 3. Sylvar. præmiſſa, Julium Menecratem Neapolitanum, *Municipem ſuum* appellat. Plura teſtimonia hic non accumulo: nam ex his ſole clarius patet, Statium noſtrum fuiſſe Neapolitanum. at *Urſulum* illum, Tholoſanum fuiſſe, verum eſt. *Gevartius.*

† Quærendum, qua ratione SYLVARUM nomen libellis hiſce indiderit Statius, An ſcilicet omnia opuſcula conjunctim ſumpta, an vero ſingula, & unumquodque poëmation *Sylvam* appellarit? Quod ut rectius intelligatur, notandum, veteres duplici ratione, opera ſua *Sylvas* appellaſſe. Primum quidem à multiplici materia, & varietate in iis contenta. Ut enim vulgo ſolemus, infinitam arborum indiſcriminatim naſcentium multitudinem *Sylvam* dicere, ita etiam libros ſuos in quibus variæ & diverſæ materiæ opuſcula temere congeſta erant, *Sylvas* appellabant. Ita eleganter Gellius lib. 12. cap. 10. *Qui variam*, inquit, *& miſcellam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiverant, eo titulos quoque ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Namque alii Sylvarum inſcripſerunt, alii Muſarum.* Secundo, veteres opuſcula ſua, à rudi & inchoata, & necdum ſatis compoſita materia, *Sylvas* appellabant. Olim namque maximi quique Poëtæ, cum ad juſtum aliquod poëma ſcribendum animum appellerent, primum totam materiam rudibus & ſubito effuſis verſibus deſignabant; & hoc, ob rudimentum operis, *Sylvam* vocabant, quod ſcilicet multa in iis adhuc rudia & luxuriantia amputanda & averruncanda forent. Quintilianus lib. 10. cap. 3. *Diverſum eſt huic eorum vitium, qui primum diſcurrere per materiam ſtylo quam velociſſime volunt, & ſequentes calorem atque impetum ex tempore ſcribunt.* Hoc Sylvam *vocant. Repetunt deinde, & componunt, quæ effuderant.* Jam, ſi prima ratione, *Sylvarum* nomen hiſce opuſculis inditum dicamus, graviter ſane lapſi ſunt doctiſſimi viri, Politianus, Domitius, Parrhaſius, Turnebus, aliique: qui unum aliquod & ſeorſim ſumptum Poëmation, *Sylvam* paſſim appellant. Nam ut unica arbor Sylvam non efficit, ita nec unicum opuſculum, *Sylvam* priori illa ratione ſumptam componet. Politianus ecce Oratione ſuper his Statii Sylvis: *Singulæ ipſæ quæ* Sylvæ *inſcribuntur, ſingula à ſe invicem disjuncta argumenta continent.* Idem Miſcell. c. 65. *Statius*, inquit, *in Sylvula prima, quæ in Equum Max. Imper. ſcripta eſt.* Parrhaſius Epiſtol. Quæſt. 57. ubi de eodem Equo Domitiani agit, *Indiget*, inquit, *aliqua luce, illud ex eadem Papinii prima Sylvula, &c.* Turneb. vero Adverſ. 12. cap. 6. ubi ſolum Statii Protrepticon ad Criſpinum intelligit, *Apud Papinium*, inquit, *in eadem Sylva legimus, quæ notanda eſſe putavimus, &c.* Domitius vero in Commentariis, ſexcentis locis ita loquitur, & putidum foret pluribus hoc

[1] ſubito calore & quadam feſtinandi voluptate fluxerunt, [2] cum ſinguli de ſinu meo prodiiſſent, congregatos ipſe dimitterem. [3] Quid enim oportet hujus quoque authoritate editionis [4] onerari, quod adhuc pro Thebaide mea (quamvis me reliquerit) timeo? Sed & [5] Culicem legimus, & [6] Batrachomyomachiam etiam agnoſ-

probare. Cum vero impudentis & temerarii ſit dicere, tantos viros in hac re adeo pueriliter lapſos eſſe; exiſtimo omnino, *Sylvam*, ſecunda ratione conſideratam, hiſce Poëmatiis inditam eſſe, ita ut, *Equus Domitiani*, primum horum libellorum opuſculum, ſeorſim ſumptum, recte vocari poſſit *Sylva*, id eſt rudis adhuc & inchoata materies juſti Poëmatii, quod Poëta de Equo Domitiani conceperat, adeo ut ſi verſus illos ſubito calore effuſos deinde ad incudem revocans magis poliiſſet Poëta, tunc *Sylvæ* eſſe deſiiſſent, & abſoluti poëmatis nomen obtinuiſſent. Et hoc ſenſu Sylvas accepit Sidonius, dum eas *Materias* appellat. Ejus verba vide in fin. Carm. 22. *Gevartius.*

1 *Subito calore.*] Fervor Poëticus, properans animo verſus, quorum curſum ægre manus exceptrix adſequatur. Princeps in talibus, ne Ovidio quidem ſemper excepto Papinius noſter. Plura de furore & calore Poëtico ad Claudianum & Petronium. Voluptatem feſtinandi non inſcitè explicat ex Dialogo Rhetoris Incerti, Parrhaſius, Epiſt. L VII. *Barthius.*

2 *Cum ſinguli de ſinu meo prodiiſſent.*] Ita Calderinus, cum in Veteri libro reperiſſet — *de ſinu meo pro congregatos, &c.* Non malè. Magis tamen ſententiam tangat longior vox *proſiluiſſent.* Ab hac autem facilitate judicii fuerunt qui Silvas has Editione indignas cenſerent, quos pulcrè, ut pleraque, refellit ſummus ingenio, doctrina, judicio, vir, ſive juvenis potius (obiit enim quadragenarius,) Angelus Politianus, Epiſtolis. *Id.*

3 *Quid enim oportet hujus.*] Verba *oportet hujus* ſuppletio ſunt ejuſdem Domitii. Qui ſenſum Poëtæ hic non eſt aſſecutus, neque itaque bene adjecit, quo melius carcamus. *Editionem* enim à ſe ſuorum horum carminum culpabilem quodammodo facit Papinius; ſatis fuiſſe autumans, quod paſſus fuerit, in publicum propria quaſi audacia has (uti videri per modeſtiam cupit,) nænias erupiſſe. Trajectis paullum verbis exibit plana utiliſque ſententia: *Quid enim? Editionis quoque auctoritate onerari?* Confidentiam velut ſuam abrupto ſermone pulcre caſtigat. *Idem.*

4 *Onerari.*] Indicat ſe ſatis ponderis ſuſtinere cum in manibus habeat Thebaidem grandius opus & Achilleidem: in quibus duobus operibus ſuam eſt interpoſiturus auctoritatem edendo. *Domit.*

5 *Culicem.*] Opus Virgilianum ubi deflet mortem Culicis paſtoris, quod juvenis & rudis compoſuit. Mart.

Quomodo vix Culicem fleverat ore rudi.

Et Papinius de Lucano ante annos Culicis Maroniani. *Idem.*

6 *Batrachomyomachiam.*] Id eſt, ranarum & murum pugnam, quam luſit Homerus. quamvis Plutarchus id conſtanter neget; aſcribatque poëtæ Iliadem tantum & Odyſſeam. Herodotus vero Phocidem. Iliadem minoræ margetem. Carminum opuſcula ei tribuit. Hymnos præterea Homeri in deos legimus, ex quibus Pauſanias teſtimonio ſæpe utitur. Ego tamen certa Græcorum monumentorum auctoritate affirmaverim, id opus eſſe non Homeri poëtæ quem veneramur, ſed alterius qui Homerus Sellius grammaticus eſt appellatus. is enim Hymnos ſcripſit & luſus vario carminum genere: ſolutaque oratione de perſonis comicis & argumenta comœdiarum Menandri. *Idem*

1 *Præ*

agnoſcimus. Nec quiſquam eſt illuſtrium Poëtarum, qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore [1] præluſerit. Quid? quod hæc ſerum erat continere, cum illa vos certe (quorum honori data ſunt) haberetis. Sed apud cæteros neceſſe eſt multum illis pereat ex venia, cum amiſerint, quam ſolam habuerunt, gratiam celeritatis. Nullum enim ex illis biduo longius tractum: quædam & ſingulis diebus effuſa. Quamvis metuo ne verum iſtuc, verſus quoque ipſi de ſe probent. Primus libellus Sacroſanctum habet [2] teſtem. Sumendum enim erat à Jove principium. Cæterum hos verſus, quos in Equum Maximum feci, indulgentiſſimo Imperatori poſtero die, quam dedicaverat opus, tradere juſſus ſum. Potuiſti illud (dicet aliquis) & ante vidiſſe. Reſpondebis illi tu, Stella cariſſime, qui Epithalamion tuum, quod mihi injunxeras, [3] ſcis biduo ſcriptum. Auda-

1 *Præluſeris.*] Exercitio velut ante capta arma, & bellum initum. Ita in Achilleide ad Domitianum —*magnusque tibi præludat Achilles*. Vide ad Claudianum, recenſito Opere, lib. 2. de Laudibus Stiliconis. v. 337. *Proludere* ſimili ſenſu aliis. Uti eadem talia Opuſcula, Virgilii nempe Culicem, & quæ cum comitantur, *Proluſiones* appellat Diomedes. *Barthius.*

2 *Teſtem.*] Omni exceptione majorem. *Celeritatis* nempe ſuæ. Blanditur autem & ſubſcalpit Diræ ambitioni monſtroſi Hominis, Domitiani; qui omni dubitationis ſpecie remota, *Deus palam haberi*, & appellari volebat. Ut teſtantur Temporum Hiſtoriæ. Jovem tamen habebat, ut ita dicamus, parum clementem, ut qui Minervam, opitulari ei creditam, exarmaverit, maturandæ tyranni neci. Vide Suetonium lib. 8. cap. 15. Jovem eidem vel præcipue cultum, diſcas ex cap. 4. Adeo ut novam ædem eidem conſecraverit, Nomine *Cuſtodis*. Ibidem cap. 5. De Invocatione Numinis, aggreſſione Operum vide ad Gratium, & lib. 57. cap. 17. Adv. Papiniana hæc verba intelligit, producto ſimul Cæſaris Germanici verſu, Pomponius Sabinus, ad Eclogam Tertiam, pag. 35. edit. Fabrit. *Idem.*

3 *Scis biduo ſcriptum.*] Cum, ſi recte numero, ducentis Septuaginta octo Hexametris (qui hic eſt numerus à Domitio Calderino adjectus, Sex ipſis corruptus minus habet) conſtet Epithalamion Stellæ, videmus Centum & quadraginta, uno minus, ſibi verſibus in diem fundendis non diſplicuiſſe, Papinium. Qui ſane numerus ſubducit illum vituperio Horatiano, *Ducentos ſingulis horis effuſos ſtoliditati Verſificatoris*, exprobrante, Lib. 1. Sat. 4. Quod ſane fictitium rei exaggerandæ datum autumamus. Alioquin nec ipſi talium experimentorum rudes; quippe tres primas Iliades olim diebus totidem Latine reddere valentes, ſub teſtimonio clarorum tum virorum. Noſtrorum carminum numerus duo millia ſuperabat, propter inexplicabilem difficultatem Catalogi. Hæc ad poſteros proponere non piget, cum Exemplum, etſi minus copioſum, longe tamen generoſius, affectatæ fere

Audacter mehercule, ſed tamen CCLXXVII hexametros habet. Et fortaſſe tu [1] pro collega mentieris? Manlius certe [2] Vopiſcus vir eruditiſſimus, & qui præcipue vindicat à ſitu literas jam pæne fugientes, ſolet ultro quoque nomine meo gloriari, & villam Tiburtinam ſuam deſcriptam à nobis uno die. Sequitur libellus Rutilio Gallico Valenti dedicatus. De quo nihil dico, ne videar defuncti teſtis occaſione mentiri. Nam Claudii Hetruſci teſtimonium eſt, qui balneolum à me ſuum intra moram cœnæ recepit. In fine ſunt Calendæ Decembres, quibus utique creditur. Noctem enim illam feliciſſimam habent, & voluptatibus publicis [3] inexpertam.

talis πολυστιχίας in ingenioſiſſimo hoc ſcriptore habeamus. Rectiſſime autem de Numero verſuum inſerendo monuit Domitius, ſine certo enim eo friget narratio, cum cætera pluria Carmina eodem metro ſint eodem hoc primo Libro conſcripta. *Idem.*

1 *Pro collega mentieris.*] *Poëta* nempe pro *Poëta*, re non nimis incognita, de qua videas doctiſſimum Jureconſultum, Joannem Langlæum Semeſtrium lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 3. & lib. 7. cap. 5. *Collega*, ſimilis ſtudii homo amicus. Neque ineptè de *Collegio Poëtico* J. Parrhaſius Epiſtol. 57. De *Minervæ collegio*, nihil ad rem. Loquitur enim Suetonius de Collegio, unde legerentur qui præſiderent Quinquatribus, non de Poëtis inibidem Certantibus, ſed de Opulentis hominibus, qui Domitiani Agonem inſignibus Venationibus & Ludis condecorarent. *Idem.*

2 *Vopiſcus.*] Cognomen eſt ab eventu propagatum. nam qui eſt ſuperſtes cum eſt natus fratre qui ſimul natus eſt, mortuo, Vopiſcus appellatur, ut Plinius docet: monent Fabius & Solinus. *Domitius.*

3 *Inexpertam.*] Eatenus ſimilem non contigiſſe Pop. Romano ait. Ita rectiſſime Domitius. Cui, in penuria etiam illa bonorum auctorum & ruditate renaſcentium ſtudiorum, non poſtrema debent Papinianæ Litteræ. Vellem haberemus Politiani Commentaria; item J. Parrhaſii, qui pollicetur Argumento præfationis in Primum de R. Proſ. Claudiani. Inprimis vero Joſephi Scaligeri, qui Prælectiones ſuas ipſe citat, idque in totos quinque libros, Notis ad Propertium, lib. 2. elegia 1. Rari autem harum Silvarum Codices ſcripti. Notus Senenſis, ab eodem Scaligero aliis communicatis Variis Lectionibus. Duos nos habuimus emtos, alterum capitalibus Litteris ſcriptum, ſed uti, niſi perpaucis horis, non licuit, & nunc periiſſe utrumque arbitror. Ad me ſanè reverſus neuter eſt, cum tamen domeſticis flammis elapſos ſuſpicer. Alium citari video à Juſto Zinzerlingio in Promulſide. Alium Lipſianum laudat Bernartius. Alium à Michaele Piccarto Joan. Gebhardus, libro 3. Curar. Juvenil. Flammæ autem non ab hoſte, ſed domeſtico pene ſcelere, meæ tum manſioni injectæ, non hoc ſolum mihi damni confecerunt, ſed ingens ſcrinium, Manu mea ſcriptis chartis effertum, ſimul abſtulerunt. Et ſic perierunt mihi multa juvenilia & puerilia ſcripta; Ut INDEX APPULEIANUS, mirifice auctus. Ex verò jam pene ſenilibus, quicquid operæ in *Tertullianum* contuleram. *Barthius.*

EQUUS

*EQUUS MAX. DOMITIANI.

QUÆ ſuper-impoſito moles geminata Coloſſo
Stat Latium complexa forum? Cœlone peractum
Fluxit

* EQUUS MAX.] Titulum I. Carminis hujus in ſcripto notavi: *Domitiani Aug. æneus equus in foro dicatus.* Gronovius.

1. *Super-impoſito.*] Inepti, qui *Superi* legendum nulla mutandi ratione voluerunt. Nihil etiam egerunt, qui *ſuper-impoſiti Coloſſi.* τὸ *ſuper* ſic vacat aliquando, ut tamen rem mirificè augeat. *Barth.* *Moles geminata Coloſſo.*] Tamdiu dubiis eruditorum ſententiis agitatum eſt, an *moles geminata*, an ut in Aldina, & antiquiſſima Veneta Editione ſcriptum eſt, *gemmata* legendum foret. Nuper vero vir doctus in ſuis Apophoretis Criticis, alteram lectionem amplexus τὸ *gemmata*, mordicus retinendum contendit, aitque Poëtam, per *molem gemmatam*, notare equum frænis gemmatis ornatum, quia olim, inquit, nobilium equorum frænis gemmas inſertas legimus. At hæc lectio, & ejus interpretatio, plane huic loco non convenit. Nos ſcimus olim Imperatorum equos fræna geſtaſſe gemmis ornata, ſed quis credat in ænea hac ſtatua gemmas fuiſſe effictas? Deinde, quod caput eſt, plane indecorum foret, ſi poëta tam auguſtum coloſſum laudaturus, inſeſſore neglecto ad equum & fræna ejus, primum oculos conjiceret. Nos itaque e contra *geminata* omnino hic legendum aſſerimus, quemadmodum in vetuſtiſſ. Senenſi manuſcripto legi adnotatat ad oram ſui codicis Scaliger. Poëta namque totum operis conſpectum, Equum, inquam & inſeſſorem una complexus, elegantiſſime *geminatam*, id eſt duplicem molem dicit. Nam cum ſolus equus baſi inſiſtens, per ſe magnam molem conſtitueret, merito, cum tam ſplendidus & excelſus Imperatoris coloſſus equo eſt impoſitus *geminata* & duplicata dicta eſt. Et rarus quidem hic honos erat, geminam, ſeu equeſtrem alicui ſtatuam erigere, cum aliis tantum ſimplices, ſeu pedeſtres ſtatuerentur. Sed quin potius ex ipſo Statio, hanc lectionem firmamus? Ille ecce 3. Sylvar. ad Claudiam, de duplici Theatro agens, illud iiſdem verbis *geminam molem* appellavit:

Quid geminam molem nudi tectique Theatri?

Et hæc interpretatio & obvia & facilis eſt. Poteſt vero etiam commode dici, *geminatam* idem hic eſſe, quod conjunctam, connexam, & copulatam. Ita verbo, *geminare*, utitur Statius, pro *copulare*, & *conjungere*, notione non ita vulgo nota. Sic Epithal. Stellæ, ubi de Sponſalibus agit:

—— dat Juno verenda
Vincula, & inſigni geminat Concordia tæda.

Eodem modo Horat. Arte Poët.

———— non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agna.

Sic itaque etiam dici poteſt, *molem*, id eſt equum baſi inſiſtentem, *geminatam* fuiſſe, id eſt conjunctam & connexam impoſito illi Imperatoris coloſſo. Ita ut τὸ *ſuperimpoſito*, ſit dandi caſus non auferendi. Sic etiam illud Taciti, I. Annal. explicandum: *M. Agrippam geminatis Conſulatibus extulit.* Nam ſi hoc ſimpliciter intelligas de duobus conſularibus, errabis. Nam tertium Conſul fuit Agrippa, teſte Dione, Velleio, & Faſtis. Itaque, ut recte adnotavit ibi Lipſius, *geminati Conſulatus*, Tacito ſunt conjuncti, continentes & ſeſe mutuo ſubſequentes, ita ut per duos annos continuos Agrippa conſul eſſet, quod

 ſane

Fluxit opus? Siculis an conformata caminis
Effigies, laſſum Steropem Brontemque reliquit?
An te Palladiæ talem, Germanice, nobis
Effinxere manus, qualem modo frena tenentem
Rhenus, & attoniti vidit domus ardua Daci?

Nunc

ſane rariſſimum erat. *Gevartius.* *Geminata.*] Omninò videmur Veritatem adſecuti jam olim legendum cenſentes, *moles geniata.* Numen enim ſeu Genium Principis agnoſcit in tanta hac Machina Papinius, & ſic infra v. 56.

—— inſeſſaque pondere tanto
Subter anhelat humus; nec ferro aut ære laborat,
Sed Genio ———

Ubi pariſſime *materia* & *Genius* junguntur, & clare hoc ſuum reſpexit Poëta, geniatus ipſe præ reliquis. Multa defendendæ huic reſtitutioni ſcripſimus non uno Adverſariorum loco, & prius ad Rutilii Numatiani Itinerarium, quæ huc tranſlata ingentem pag. faciant, quare parcendum Lectoribus putamus. *Barth.* *Coloſſi.*] Coloſſi etymon juxta veriorem Græcorum ſententiam ductum eſt παρὰ τὸ κολύειν τὰ ὄσσα, quod oculi caligant in ſpectanda ejus altitudine. Ingens igitur ſtatua ſignificatur mira altitudine & amplitudine.

2. *Cælone, &c.*] Communiter olim veteres, quicquid venerabile erat, ac virtute & pulchritudine ſupra vulgarem modum præſtabat, è cœlo delaptum arbitrabantur. Sic apud Virgil. Æneid.

—— Et lapſa ancilia cælo.

Claudian. Panegyr. Probini:

—— credas ex æthere lapſam
Stare Pudicitiam. ——

Ammian. Marcellin. lib. 22. *Quo apud Conſtantinopolim comperto, effundebatur omnis ætas & ſexus, tanquam demiſſum aliquem viſura è cælo.* Juvenal. Sat. 2.

Tertius è cælo cecidit Cato.

Vide Macrobium in ſom. Scipion. lib. 1. cap. 9. ubi quærit, quo ſenſu Rerumpub. rectores cœlo deſcendiſſe dicantur. Porro, *fluere*, hic notione non adeo vulgari, pro *delabi* poſitum. Ita Virg. 2. Æn.

—— quem tota cohors imitata, relictis
Ad Terram defluxit equis.

Gevartius.

4. *Effigies.*] Princeps editio agnoſcit *effigiem*, quod non diſplicet. ut moles effigiem conformata, ſynecdochicῶς accipiatur. per caminos vero Siculos, Vulcani officinam intelligi, quam non in Lipare, Strongyle, Lemnoque, ſed & in Ætna Siciliæ monte, veteres ſtatuere, notius eſt quam ut admoneri debeat. *Bernartius.* *Steropem, &c.*] Notiſſima nomina ſunt Cyclopum. Vide imprimis de his Scholiaſt. Vet. Æſchyli ad Prometheum p. 59. editionis Stephanianæ.

5. *Palladiæ.*] Palladis operæ & ingenio præclariſſima quæque artificia adſcribebantur. Vide Adverſar. lib. 3 t. cap. 4. Et alia loca noſtrarum Commentat. *Barthius.*

7. *Ardua Daci.*] Vellem viri docti aperuiſſent hoc loco, quam *Arduam domum* hic in Dacia ædificet Statius. Ego exiſtimo Poëtam hic innuiſſe maximum illum & celeberrimum Dacorum montem, cujus ipſe ſæpius meminit, ut 3. Sylvar. Lach. Hetruſci, de Domitiano agens:

Hæc eſt quæ victis parcentia fœdera Cattis,
Quæque ſuum Dacis donat clementia montem.

Et hoc Equo Domitian.

—— Tu bella Jovis, tu prælia Rheni,
Tu civile nefas, tu tardum in fœdera montem
Longo Marte domas. ——

Et 1. Thebaid.

Et conjurato dejectos vertice Dacos.

Lipſius ad Tacitum, & qui eum ſecutus

Bernar-

Nunc age fama prior notum per ſæcula nomen
Dardanii miretur equi, cui vertice ſacro
Dindymon, & cæſis decrevit frondibus Ida;
Hunc neque diſciſſis cœpiſſent Pergama muris,
Nec grege permixto pueri innuptæque puellæ,
Ipſe nec Æneas, nec magnus duceret Hector.
Adde, quod ille nocens, ſævoſque amplexus Achivos;
Hunc mitis commendat eques, juvat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.

Nec

Bernartius ad 1. Thebaid. exiſtimant Papinium noſtrum per *Montem* hunc tacite reſpexiſſe ad ſuperſtitionem Dacorum ſeu Getarum, quibus in monte quodam Deus habebatur, & mons ipſe ſacer, de quo ita Strabo lib. 8. παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὁ ἱερεὺς ὠνομάζετο θεός, καὶ τὸ ὄρος ὑπελήφθη ἱερὸν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως. id eſt, *Apud Getas Sacerdos Deus dicitur, & mons ſacer exiſtimatur, atque ita appellatur.* Hæc ſummi viri de hoc monte ſententia acuta ſane eſt, & Lipſio digna. Exiſtimem ſimplicius innuiſſe Statium Dacorum Regiam, quæ in editiſſimo monte ſita erat. Hoc colligo ex Dionis Epitome. qui ubi Trajani cum Dacis bellum deſcribit, ita inquit: ὡς δὲ καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ἐπ' ἄκρα ἐπιχείρησεν ἀναβῆναι, λόφους ἐκ λόφων μετὰ κινδύνων καταλαμβάνων, καὶ τοῖς τῶν Δακῶν βασιλείοις ἐπέλασε. Id eſt, *Poſt contendit ad editiora loca* montium, *indeque aliis occupatis collibus, non ſine magno periculo ad* Regiam *Dacorum pervenit.* Gevartius.

10. *Dindymon.*] Mons Phrygiæ ſacer Cybelæ. Epeum Panopei filium, Bœotium, equi Trojani fabricatorem fuiſſe ſcribunt Homerus Odyſſea, & Strabo: tantæ verò magnitudinis fuiſſe fabulæ propius eſt, quam hiſtoriæ. *Demstus.*

11. *Pergama.*] Notiſſimum Poëtas muros Trojanos, & ipſam eam Urbem ſic appellare. Singulariter autem Arx Trojana ſic nominabatur. Vide Scholiaſten Homeri in Iliadem IV. ℣ſ. 505. *Barthius.*

16. *Mixta notis belli.*] Mens videtur, vulnerum veſtigiis & cicatricibus, quibus ut virtutis fortitudiniſque indiciis, duces præclari, gloriari ſolent (in Annibale, Antigono, Philippo Macedone, Plutarcho: in Sertorio, Saluſtio, in Sincio Dentato & Manlio Capitolino, Plinio, ut alios omittam, obſervatum) nobilem Domitiani vultum fuiſſe. Ulpianus: *notæ verbo etiam cicatrices continentur.* Ovidius aliàs *notæ* vocem, in laude poſuit: *Ille Numantina traxit ab urbe notam.* frequentius *notæ* pro ſignis minutis ponuntur, verbum unum totum exprimentes, ad celerem ſcriptionem olim inventæ apud Romanos ab Ennio, auctæ à Tertio Perſannio, Philargio & Aquila libertis Mæcenatis, deinde & à Seneca ad quinque millia, ſi Iſidoro credimus. *Bernartius.* *Mixta notis.*] Nihil magis hoc ridiculum, quàm vulnera & pugnæ veſtigia illi attribuere, qui nunquam pugnam viderat. Dion apud Xiphilinum: ὁ Δομιτιανὸς δὲ ἐκστρατεύσας εἰς τὴν Γερμανίαν καὶ μηδ' ἑωρακώς τι τοῦ πολέμου, ἐπανῆκε, id eſt, *Domitianus profectus in Germaniam hoſte nunquam viſo reverſus eſt.* Viſum itaque mihi ſæpe per *Belli notas* hic pulverem bellicum innui, quo magnos duces militia redeuntes etiamnum conſperſos & ſordidos Poëtæ deſcribunt. Horat. 2. Carm. Od. 1.

Audire magnos jam videor duces
Non indecoro pulvere ſordidos.

Et

Nec veris majora putes; par forma, decorque.
Par honor, exhauſtis Martem non amplior armis,
Biſtonius portat ſonipes, magnoque ſuperbit
Pondere; nec tardo raptus prope flumina curſu
Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.
Par operi ſedes. hinc obvia limina pandit,
Qui feſſus bellis, adſcitæ munere prolis,

Primus

Et certe hæc ſententia videtur plane confirmari teſtimonio Martialis, qui lib. 8. Epigr. 65. ubi eundem Domitiani è Germania reditum deſcribit, ipſum pulvere conſperſum notat:

Hic ſtetit Arctoi formoſus pulvere belli
Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar.

Sed cum etiam veriſimile non ſit bellicum illum pulverem in ſtatua expreſſum fuiſſe, non valde huic explicationi fido, quamquam adnotent quidam, Virtutis ſimulacrum olim pulverulentum depictum fuiſſe, quod etiam videtur innuere Seneca de Vita Beata cap. 7. *Virtutem*, inquit, *in templis invenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem* pulverulentam, *coloratam, calloſas habentem manus.* Nunc autem omnino ejus ſententiæ ſum, ut putem verba hæc: *Mixta notis bella*, non ſeorſim eſſe explicanda, ſed connectenda cum ſequentibus verbis: — *placidamque gerentis pacem*, ut Statius, more ſuo Domitiano adulatus, dicat in ejus vultu eam eſſe oris dignitatem, quam in belli duce requirit Ariſtoteles; nimirum ut ea ſit formæ mixtura, ut in ejus vultu & *Bellum* & *Pax* eluceant, id eſt, (ut Ariſtoteles loquitur) ut ita jucundus aſpectu ſit, ut etiam terreat. Conjunctim ergo totus verſus legendus eſt, ita ut Domitiani ora pariter fuerint

Mixta notis belli, placidamque gerentis
pacem.

Hoc eſt, fuiſſe quidem ejus vultum bellicis minis aſperum, ita tamen ut etiam pacem præ ſe ferret, quadam ſcilicet formæ mixtura. Et hoc eſt quod in eodem Domitiano elegantiſſime expreſſit Martialis lib. 7. epigr. 5. de Dacis agens:

Terrarum Dominum propius videt ille,
tuoque
Terretur *vultu barbarus* & fruitur.

Gevartius.

19. *Biſtonius portat ſonipes.*] Tritum eſt Thraciam Martis ſedem poëtis eſſe, Thraces à Biſtonis ſtagno, ſeu ut alii, à Biſtono rege, qui & ſtagno & regioni nomen dedit, Biſtones dictos. Mens Papinii: Martis equos non majori cum dignitate & faſtu incedere poſt victoriam, quàm hic Domitiani equus. poſt victoriam, dico: nam *exhauſtum*, finitum & terminatum ſeu exantlatum, notat. Virgilius Æneidos IV. — *Quæ bella exhauſta canebat.* Bernartius.

21. *Propellit Strymona flatu.*] Auget rapidiſſimi fluvii pernicitatem violento ſuo flatu. Non de bibente equo loquitur, quod viſum doctiſſimo Gevartio, ſed de eo qui juxta fluvium pari pernicitate decurrat, ipſumque amnem flatu propellat. Color ductus ex illo, jam poſito, Maroniano — *volucremque fuga prævertitur Hebrum.* *Strymon* autem fluviorum celerrimus exiſtimatur. *Barthius.*

23. *Feſſus bellis.*] Julium Cæſarem dici manifeſtiſſimum eſt. At verum minime. Cum enim interficeretur Cæſar, tantum aberat ut bellis feſſus eſſet, ut maximam Expeditionem in Parthos & Dacos pararet. Vide Suet. c. 44. *Barthius.* *Adſertæ munere.*] Exiſtimo reliquiſſe Statium *adſcitæ munere prolis.* Quod proprium adoptionis verbum. Valer. Max. *Adoptatos & adſcitos.* Gronovius Diatr. ad Stat. *Aſſertæ munere prolis.*] Ut conjecimus exſtat in exemplari

Primus iter noſtris oſtendit in æthera Divis.
Diſcitur è vultu quantum tu mitior armis;
Qui nec in externos facilis ſævire furores;
Das Cattis, Dacisque fidem. te ſigna ferente
Et minor in leges iret gener, & Cato caſtris.
At laterum paſſus hinc Iulia templa tuentur,

Illinc

plari Veneto, quod A. 1475. media forma typis impreſſum eſt: *adſcitæ.* Vincentius Fabritius V. A. & eruditiſſimus cum ante hos quindecim annos Diatriben ad eum miſiſſem, obducebat mihi Cujacii Obſervat. 37. lib. 11. qui in l. 7. num. ult. D. de Uſufr. *fructuarium per arbitrum cogi reficere, quemadmodum adſerere cogitur arbores*, interpretatur, forare medullam arboris ſterilis & in eam fœcundæ calamum immittere: Græcorum eclogis ἐμφυτεύειν. & ſic dixiſſe Papinium adſerere prolem. Sed & Græci & Cujacius errârunt. Nimirum non inſeruntur modo, ſed & ſeruntur arbores. Virg. *Pars etiam poſito ſurgunt de ſemine.* Ubi jam ſunt aliæ, ſi plures eodem pangantur, *adſeruntur.* Eſt igitur *adſerere*, ut rectè Gloſſarium, προσφυτεύειν, quod l. 18. eodem *in locum demortuarum alias ſubſtituere* ac reficere numerum. Varro 1. 26. *neque propter eas adſerunt vites, quod inter ſe hæc inimica.* At *adoptare* eſt *adſciſcere* non *adſerere.* Gronovius.

27. *Te ſigna ferente, &c.*] Aliter ego, (ut vulgo Parrhaſius, Bernartius, & alii) locum ſic conſtruendum putavi: *Et gener & Cato caſtris minor, iret in leges. Caſtris minor*, id eſt poteſtate & imperio. ſic Horat. — *Virtute & honore minores.* Ut ſenſus ſit, Pompejum & Catonem, Domitiano vexilla ſubmiſſuros, & ceſſuros fuiſſe: Sed, ut verum fatear, omnino amplector lectionem quam Europæ noſtræ ocellus, Dan. Heinſius, mihi ſuggeſſit:

Et minor in leges iret gener & Cato noſtras.

Quid clarius? ſi Statius [illegible] non ſcripſit, certe ita ſcripſiſſe debuit. Senſus eſt: Si tu, ô Domitiane, bello civili Imperator fuiſſes, & Pompejus & ipſe Cato Cæſariani fuiſſent, & in leges noſtras tranſiſſent. Partes, ſive *leges noſtras*, κολακικῶς, Cæſarianas vocat. Nam Domitianus Cæſarianis partibus ſucceſſerat, unde rectè illius partes, quas Romani tunc temporis omnes ſequebantur, *noſtras* appellavit, in gratiam τοῦ αὐτοκράτορος. Simillimus locus eſt Martial. 11. Epigr. 5. ad Nervam. *Gevartius.*

28. *Et minor in leges.*] Mens eſt: Si tuis auſpiciis partes, quæ erant Cæſaris, adminiſtratæ eſſent; ſi tu regnum Romæ inſtituere voluiſſes, ultro gener Pompejus, ille ſolus olim magnus & parem ferre indignatus, nunc lubens te minor, armata manu libertatem adoriretur, invaderet, nec minus Cato. Vehementer ſalivam movet, quod in duobus MSC. Barthii: *te regna ferente.* Quæ phraſis tam Papiniana eſt, quam quæ ei familiariſſima. *Gron. Diat.*

29. *At laterum paſſus hinc Iulia templa.*] Hoſpes in hiſtoriis hic facilè adhæreſcat, cui adjutorium ego. Cæſar Iulius & ædem Romæ habuit & Baſilicam idque in foro Romano. de Æde, Tacitus hiſt. 1. Titii Vinii cædem in foro deſcribens. De Baſilica, Suetonius, Caligula cap. 37. *nummos non mediocris ſummæ è faſtigio Baſilicæ Iulii, per aliquot dies ſparſit in plebem.* Ædes, occiſo demum Cæſare dicata, ſi Appiano credimus, ſi Dioni, in vita, Antonio quaſi Sacerdote & flamine. Baſilicam ipſe Cæſar tertii imperii anno dicavit: ut Euſebius Chronicis teſtatur. Ædes, ſacra erat. Vitruvius lib. III. de ſacris ædibus. Baſilica verò profana, in qua & centumvirales

causæ

Illinc belligeri ſublimis regia Pauli.
Terga pater, blandoque videt Concordia vultu.
Ipſe autem puro celſum caput aëre ſeptus
Templa ſuperſurges, & proſpectare videris,
An nova contemptis ſurgant Pallatia flammis
Pulcrius? an tacita vigilet face Troïcus ignis?
Atque exploratas jam laudet Veſta miniſtras?
Dextra vetat pugnas: lævam Tritonia virgo

Non

cauſæ agebantur; vid. Quintil. lib. XII. Cæcilius Secundus Epiſt. lib. V. Ep. ult. Martial. & alios: *Bernartius.*

30. *Regia Pauli.*] Baſilica Paulli. De qua verba facere non attinet. Vide Marlianum, lib. 3. Topograph. urbis cap. 4. Alex. Alexandrium, lib. 3. cap. 6. &c. *Regia* Baſilica vocatur, quod illuſtratur etiam à Petro Gillio lib. 2. de Topographia Conſtantinopolis, cap. 18. *Belligerum* cur vocet, dicant Livius & Plutarchus. *Barthius.*

31. *Concordia.*] Ædes Concordiæ ſupra Græcoſtaſin ut loquitur Varro ling. lat. lib. 4. qui itidem ex Liv. lib. VII. de Curtio, in foro fuiſſe oſtendit.

34. *An nova, &c.*] Capitolium bello civili nuper concrematum, à Veſpaſiano reſtauratum fuiſſe, Tacitus & Suet. conſenſu tradidere, inquiunt, Papinius Domitiano tribuit: quid ſtatuemus in pugna tam manifeſta? pacem. Veſpaſianus Capitolium reſtauravit, ita eſt, ſed ſub Tito iterum exuſtum, Domitianus decimùm conſul cum Iunio Sabino, iterum reſtituere aggreſſus eſt, & 12. annis cum aliis operibus ſumma impenſa perfecit. hinc cum cautela, Suetonius: *plurima & ampliſſima opera incendio abſumpta reſtituit: in queis & Capitolium, quod rurſus arſerat.* Conſule Barònium, Annal. tom. I. *Bernartius.*

36. *Atque exploratas.*] Vide ad Explicationem hujus loci Epiſt. 21. Plinii lib. 4. ad Numitian. & Sueton. Domit. cap. 8.

37. *Dextra vetat pugnas.*] Mirum eſt ut de loci hujus ſententia olim inter ſe contenderint maximi, ætate ſua, Reipub. Litterariæ Triumviri, Domitius, Politianus, & Parrhaſius. Domitius geminam ſententiam adfert, aitque ideo dici, *dextram vetare pugnas*, vel, *quia dextra eſt inermis in ſtatua: vel quia ad dextram eſt templum Pacis*, quod poſterius tamen ſibi non placere ait. Hanc Domitii interpretationem rejicit ejus æmulus Politianus Miſcell. cap. 65. & acutius quiddam afferens, ait putare ſe notari hic à Poëta habitum, qui Pacificator in ſtatuis dicitur, de quo Quintilian. lib. 11. cap. 3. Parrhaſius vero exiſtimat Domitianum dextra ſua geſtaſſe ſimulacrum Victoriæ, quemadmodum ſiniſtra Palladis effigiem ſuſtinebat, ut dicat Papinius hoſtem coërceri metu Victoriæ quæ inſiſteret in dextra Cæſaris. Quod ſi meum eſt tantis opinionem miſcere ſententiis, non dubito me verum hujus loci ſenſum reperiſſe. Aio namque Domitianum dextra manu geſtaſſe ramum olivæ unaque frænum. Quid certius? in ſiniſtra manu Palladem, in dextra arborem Palladi dicatam, quæ ideo dicitur *Vetare pugnas*, nam & decennes pueri ſciunt, olivam eſſe pacis ſymbolum, & veteres, dum pacem petebant, ramum olivæ manibus geſtaſſe. Unde Virgil. 2. Georg.

Hoc pinguem & placitam Paci nutritor olivam. Gevartius.

Lævam Tritonia Virgo Non gravat.] Hoc eſt, Palladis effigies leviter ſiniſtræ manui innititur, adeo ut non gravet. Sæpe enim min[illegible]m aliquam effigiem & ſtatuam, magna illa ſimulacra ſuis manibus

Non gravat, & ſecta prætendit colla Meduſæ,
Ceu ſtimulis accendat equum, nec dulcior uſquam
Lecta deæ ſedes: nec ſic pater ipſe teneres.
Pectora, quæ mundi valeant evolvere curas,
Et cui ſe toties Temeſe dedit hauſta metallis,
It tergo demiſſa chlamys. latus enſe quieto
Securum: magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hibernis & ſidera terret Orion.
At ſonipes, habitus animoſque imitatus equeſtres,
Acrius attollit vultus, curſumque minatur:
Cui rigidis ſtant colla jubis, vivuſque per armos
Impetus, & tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent. vacua pro ceſpite terra

Ænea

nibus ſuſtinebant. De hoc more Cicero in Verrem: *Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrum pulcherrimè factum Victoriæ.* Idem de Nat. Deor. 3. de Dionyſio. Et M. Felix Ennodius de miſſorio quodam:

Ecce tenet victrix pennatum dextera nomen.

Et exſtant hodieque infiniti numi, in quibus videmus Victoriolas Imperatorum manibus innitentes. Nobis ſuffecerit hic geminos ex Sambuci bibliotheca depromptos ſubjicere; unum, in quo eques Domitianus olivam dextra tenet: alterum, in quo Pallas ſiniſtræ innititur, ut nullum de ſuperiori interpretatione noſtra dubium relinquatur.



38. *Non gravat.*] Divinitatem, & majeſtatem manus Cæſareæ in coloſſo illo hic tangit Statius. Quaſi dicat effigiem illam quæ propter genium & pondus Divæ vix ulla alia manu, etſi brevior, ſuſtineri poſſet, ita inſidere manui Cæſaris, ut eam ne gravet quidem. *Gron. in Diatr.* *Secta prætendit colla Meduſæ.*] *Minervæ* nempe *ſimulacrum*, quod in Clypeo Meduſæ præciſum caput prætendit, ut ſic equum ad curſum incitet, velut ſtimulo quopiam. E Meduſæ ſanguine Pegaſus exſtitit, Ergo collo Meduſæ ſecto oſtenſo, accendit Equum, ut volare velit inſtar Pegaſi. *Barthius.*

40. *Nec ſi pater ipſe, &c.*] Sententia eſt: Et huic operi ſeu effigiei Palladis par ſedes; nuſquam optabilior, nuſquam gratior Deæ aula: nec tu ipſe, pater Deæ Jupiter, ſic, tanta amplitudine, gratia, lubentiaque eam ferres, teneres. Quanquam & retento *ſi* pro *ſic* non abſurdus ſit ſenſus. Nec dulcior uſquam ſedes Deæ lecta eſt, nec legeretur, ſi ipſe Pater eam teneres. *Gron. Diatr.*

42. *Et cui ſe toties Temeſe.*] Levicula interpunctione illuſtro obſcurum locum *hauſta metallis.* Mens: tantæ molis fuiſſe Coloſſum, ut in ipſa chlamyde, omnia æra Temeſia, videantur conſumpta. eſt Temeſe antiquum oppidum Cypri, præſtanti ære celebre, ut Stephanus de urbibus teſtatur. *Bernartius.*

51. *Crin*

Ænea captivi crinem terit ungula Rheni.
Hunc & Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion.
Et pavet aſpiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus. hic domini nunquam mutabit habenas:
Perpetuis frenis, atque uni ſerviet aſtro.
Vix ſola ſufficiunt, inſeſſaque pondere tanto
Subter anhelat humus. nec ferro aut ære laborant,
Sed Genio. teneat quamvis æterna crepido,
Quæ ſuper ingeſti portaret culmina montis,
Cœliferique attrita genu duraſſet Atlantis.
Nec longæ traxere moræ: juvat ipſa labores

Forma

51. *Crinem terit ungula Rheni.*] Hoc Rheni ſimulacrum ſua ætate, ante annos hos Centum, Romæ ſuperfuiſſe ſcribit Bartholomæus Marlianus, Topogr. Urbis lib. 3. cap. 3. Fingebantur autem hoc modo domitarum provinciarum ſimulacra pedibus ſubjecta Victorum Romanorum. Claudianus, fine Sexti Conſ. Hon.

Colla triumfati proculcat Honorius Iſtri.

Vide ibid. Commentaria noſtra, & Adverſar. lib. 44. cap. 18. Ovidius lib. 4. Triſtium El. 2. de ſimulacris in Triumfo ductis:

Crinibus en etiam fertur Germania paſſis,
Et ducis invicti ſub pede mæſta ſedet.

Barthius.

52. *Arion.*] Adraſteus: quem Neptunus Adraſto donavit. Idem dedit Junoni Xanthum & Cyllarum: quos illa dedit Caſtori & Polluci. Arionis meminit Papinius in Thebaide, & Propertius. Nam inſignis fuit & formæ & celeritatis. *Domitius.*

53. *Ledæus ab æde propinqua.*] Notat ædem quæ in foro Polluci & Caſtori quidem dicata, tantum Caſtoris tamen vocabatur, ut ex Suetonio, Dione, aliiſque nemini ignotum. ego obſervavi non indignum monitu vel juventutis cauſa, non ædem ſolùm, ſed & ipſos fratres Caſtores dictos. Lucas Evangeliſta Actor. cap. XXVIII. *Poſt menſes autem tres navigavimus in navi Alexandrina, quæ in inſula hiemaverat cui erat inſigne Caſtorum.* Vid. Plinium libro x. cap. 43. Arnobium adv. gent. lib. 1. *Bernartius.*

54. *Cyllarus.*] Confer cum hoc loco Senec. Hippolyto. Steſichor. in funebribus Peliæ ludis. M. Raderi Commentaria ad Martial. lib. VIII. epigr. 21. Paſſerat. ad Prop. libro III. elegia 7. *Hic domini nunquam mutabit habenas*]. Libri omnes, quos vidi, *mutavit habenas*, quod fidenter mutavi. Senſus: Equum hunc Maximum uni Domitiano ſerviturum, non duobus, uti Cyllarus, qui Caſtori & Polluci ſerviit. poſtremis verbis fabulam reſpicit, qua fingitur, quod cùm Argonautæ tempeſtate & procellis agitarentur, Orpheus arrepta lyra canere cœpit. quo cantu mare pacatum, & ſidera duo ſuper Caſtoris & Pollucis capita affulſerunt. *Bernart.*

58. *Sed genio.*] Nam (inquit) libenter ferunt Domitianum, quem loci genium & numen putant. *Domitius.* *Æterna crepido.*] Κρηπὶς pro baſi apud Eurip. in Herc. fur.

Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
Ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκ-
γόνους.

Cic. III. de orat. *Omnia tanquam crepidine quadam ſuſtinentur.* Morellus.

61. *Forma*

Forma Dei præſens, operique intenta juventus
Miratur plus poſſe manus. ſtrepit ardua pulſu
Machina: continuus ſeptem per culmina montes
It fragor, & magnæ fingit vaga murmura Romæ.
Ipſe loci cuſtos, cujus ſacrata vorago,
Famoſuſque lacus nomen memorabile ſervat,
Innumeros æris ſonitus, & verbere crudo
Ut ſenſit mugire forum, movet horrida ſancto
Ora ſitu, meritaque caput venerabile quercu.
Ac primum ingentes habitus, lucemque coruſcam
Expavit majoris equi, terque ardua merſit
Colla lacu trepidus, lætus mox præſide viſo:
Salve magnorum proles genitorque deorum,

Audi-

62. *Forma Dei præſens.*] Notum eſt ex uno Tranquillo, miſellum hunc homuncionem (Domitianum dic.) cùm Procuratorum ſuorum nomine formamalem dictaret epiſtolam, ſic cœpiſſe: *Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet.* unde inſtitutum poſthac ut ne ſcripto quidem ac ſermone cujuſquam appellaretur aliter. quid conſecutus? quòd tandem à libertis & gladiatoribus vulneribus ſeptem trucidatus, populari ſandapila per veſpillones exportatus, à Senatu contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere laceratus ſit, imagines ejus Senatus conſulto detractæ, eraſi tituli, omniſque memoria abolita. Enimvero nec factum unquam (certò rarò) quin divini nominis uſurpatores, pœnas ſpectabiles non luerint & apertas. *Bernartius.*

64. *Per ſeptem culmina.*] Vir Nobiliſſ. conjecit *ſeptem per culmina montes ſit fragor.* Vel *continuos ſeptem, par fulmine, montes ſit fragor.* Vid. Adv. lib. 13. cap. 8. Non dubitamus reliquiſſe Statium: *continuos ſeptem per culmina Martis It fragor.* Et magis, quia Ro. codex: *montis*, habet. Martis enim urbs & Martia Roma, ut pueri ſciunt. *Gronov. in Diatr.*

66. *Ipſe loci cuſtos.*] Optima poëtæ diſpoſitio, qui carmen varietate diſtinguit: novaque fictione perſonæ ſeſe erigit, ſimul delectat dum antiquitatis hiſtoria repetita laudes Domitiani accumulat. Fingit enim Curtium, cujus lacus erat juxta forum dato ei nomine, cum ſe pro Reipublicæ ſalute devovit, caput eduxiſſe atque elocutum eſſe Domitianum. *Domitius: Sacrata vorago.*] *Lacum Curtium*, & eum ipſum inter Divos relatum dici, pridem doctiſſimi viri adnotarunt. Sacrum autem eum locum habitum docet injectio ſtipium, pro Auguſto. De qua Suetonius, cap. 57. Conf. in h. l. Caſaub. De lacu Curtii, vid. B. Marlianum lib. 3. cap. 2. Topog. urbis. *Barthius.*

70. *Meritaque caput venerabile quercu.*] Ob cives videlicet ſervatos. notior ritus, quam ut noſtra explicatione indigeat, tu ſi lubet adi Plutarchum, qui ea quæ ad hanc coronam exequitur curioſe, adde Agellium lib. v. cap. vi. & Plinium lib. xvi. cap. iv. illud precium operæ ſcire juventutem, quercicam coronam inter præcipua ornamenta Principalis domus fuiſſe: præ foribus Auguſti & deinceps ſucceſſorum ſuſpenſam. Morem non omnibus notum, more ſuo indicat potiùs quàm explicat Suetonius, Tiberio cap. 26. *Bernartius.*

80. *Tar-*

Auditum longe numen mihi. nunc mea felix,
Nunc veneranda palus, cum te prope noſſe, tuumque
Immortale jubar vicina ſede tueri
Conceſſum. ſemel auctor ego, inventorque ſalutis
Romuleæ, tu bella Jovis, tu prælia Rheni,
Tu civile nefas, tu tardum in fœdera montem,
Longo Marte domas. quod ſi te noſtra tuliſſent
Sæcula; tentaſſes, me non audente, profundos
Ire lacus. ſed Roma tuas tenuiſſet habenas.
Cedat equus, Latiæ qui contra templa Diones,

Cæſa-

80. *Tardum in fœdera montem.*] *Dacicum Bellum* intelligit. Vide quæ ſcripſit doctiſſimus Lipſius ad Lib. 1. Hiſtoriar. Taciti. *Tardum in fœdera*, ſerum vinci, fortiter repugnantem. Vide Commentaria Joannis Paſſeratii ad Propertium, lib. 4. Eleg. 6. *Barthius.*

82. *Me non audente.*] Verba Curtii ſunt è lacu ſuo emergentis, qui ut ſeſe timoris arguat haud decorum. Rectè itaque Lipſius noſter in tantum laudandus, in quantum ſeſe vera virtus & ſolida eruditio extendunt, legit, *me non gaudente.* Senſus: *Si tu Domitiane vixiſſes meo ævo, primus fuiſſes qui patriæ caritate ſuccenſus dediſſes te in hiatum, me quidem non gaudente, cui gloria ea prærepta.* Bernartius.

84. *Cedat equus, Latiæ qui, &c.*] Si interpretes hoc loco conſulas;

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.

Ajunt poëtam loqui de uno Julii Cæſaris equo, qui olim Alexandri fuerit, & à Lyſippo factus, deinde vero Cæſarem tulit. At, qui hoc fieri poteſt? Primo, Cæſaris equus plane diverſus fuit à Bucephalo: hic in capite aut fronte diſcrimen habuit, ille vero in pedibus, quos prope humanos habuit, ut eſt apud Sueton. Plin. Solin. alioſque. Secundo, Cæſar ſolum hunc equum æſtimabat, tum quod neminem excepto illo in ſedem admitteret, tum quod illi imperium portendere exiſtimaretur. Quis ergo tam eſt demens, qui exiſtimet Cæſarem in ſuo foro voluiſſe Alexandri non ſuum equum dedicare, & in eo conſpici, cum præſertim ante ædem Genetricis Veneris, hoc eſt ſuæ & Romanorum, ea ſtatua equeſtris eſſet poſita? Plinius ecce lib. 7. cap. 42. *Nec Cæſaris Dictatoris quemquam alium recepiſſe dorſo equus traditur: denique humanis ſimiles priores pedes habuiſſe: hac effigie locatus ante Veneris Genitricis ædem.* An de Lyſippo, an de Bucephalo diſſimulaſſet, ſi mutati ſoli fuiſſent pedes? Suetonius, quo in minutiis ejuſmodi notandis nemo fuit accuratior, poſt multa de hoc Cæſaris equo, hæc ſubjungit: *Cujus etiam inſtar pro æde Veneris Genitricis poſtea dedicavit.* Si illius inſtar, hoc eſt effigies: non fuit inſtar Bucephali. Sæpe ergo exiſtimavi Statium non loqui de uno tantum equo, ſed de duobus, & tum ait:

— quem tradere es auſus
Pellæo Lyſippe duci.

Illud *(quem)* non eſſe referendum ad illum Cæſaris equum, de quo præcedenti verſu meminit, ſed de Bucephalo Alexandri equo intelligendum, atque adeo particulam, *&* ſubaudiendam, aut etiam leviter interſerendam, hoc modo:

Cedat equus Latiæ qui contra templa Diones
Cæſarei ſtat ſede fori: & quem tradere es auſus
Pellæo Lyſippe duci.

Sic, ut duorum equorum hic mentio-

nem

Cæſarei ſtat ſede fori. quem tradere es auſus
Pellæo Liſyppe duci, mox Cæſaris ora
Aurata cervice tulit. *vix lumine feſſo*
Explores, quam longus in hunc deſpectus ab illo.
Quis rudis uſque adeo, qui non ut viderit ambos,
Tantum dicat equos, quantum diſtare regentes?
Non hoc imbriferas hyemes opus, aut Iovis ignem
Tergeminum; Æolii non agmina carceris horret,
Annorumve moras: ſtabit dum terra, poluſque,
Dum Romana dies. huc & ſub nocte ſilenti.

Cum

nem faciat Poëta: Cedat, inquit, equus Cæſaris, qui ante ædem Veneris Genitricis. Et cedat etiam equus Alexandri, quem Lyſippus illi fecit, & qui poſt Alexandri obitum Romam delatus, & inauratus, Neronis Imp. effigiem tulit. Ita enim interpretanda, quæ ſequuntur:

— mox Cæſaris ora
Aurata cervice tulit.

Hujus interpretationis mihi auctor eſt Plinius, lib. 34. cap. 8. de Lyſippo. Sed ne hæc interpretatio noſtra mihi per omnia ſatisfaciat, ſuadent ſequentia Statii verba:

——— vix lumine feſſo
Explores, quam longus in hunc deſpectus ab illo.

Quod ſi duos illos equos Cæſaris & Alexandri cum hoc Domitiani contuliſſet Statius, dicendum fuiſſet pluraliter:

——— quam longus in hos deſpectus ab illo.

Deinde *ambos* tantum numerat ſequenti verſu:

Quis rudis uſque adeo, qui non, ut viderit ambos,
Tantum dicat equos, quantum diſtare regentes?

Hæc omnia me movent, ut non diſpliceat mihi ſententia Clariſſ. Heinſii noſtri, & P. Scriverii, qui tres illos verſus:

— quem tradere es auſus
Pellæo Lyſippe duci, mox Cæſaris ora
Aurata cervice tulit,

inſititios putant, & margini ab indocto aliquo librario appoſitos, deinde in textum irrepſiſſe, & ſcripſiſſe Statium:

Cedat equus, Latiæ qui contra templa Diones
Cæſarei ſtat ſede fori. vix lumine feſſo
Explores, quam longus in hunc deſpectus ab illo. Gevartius.

85. *Quem tradere es auſus.*] MSC. in biblioth. ducis Hetruriæ & Rom. codex Venetuſque veteres exhibent, *quem traderis auſus Pellæo Lyſippe Duci.* Quod Statii non eſſe vix perſuadeor. Phraſis illius ævi propria velut & frequens Tacito. Ita elegantiſſime dictum, quod Lyſippus Bucephalum in gratiam vel juſſu Pellæi Ducis *auſus ſit*, id eſt, non timuerit fingere. *Traderis* eſt diceris, quem fama fert te auſum Pellæo Duci. *Gronov. in Diatr.*

86. *Lyſippe.*] Lyſippus nobilitatur tibicina temulenta quam expreſſit. hic fecit ſexcenta & x. opera ſtatuaria. Alexandrum Magnum multis operibus effinxit, à pueritia ejus orſus, quadrigas item multorum generum. Vult igitur Papinius videri Lyſippum præſtantiſſimum ſtatuarium, à quo ſolo Alexander opera ſua ſculpi voluit, ut ait Plinius, hujus equi Cæſarei fuiſſe opificem. *Domitius.*

94. *Dum Romana dies.*] Ad opinionem veterum qui non imperium ſolum Romanum, ſed & urbem ipſam nunquam interituram credebant, unde & epithetum *Æternæ* paſſim urbi datum. vid. Ammianum Marcell. l. xvi. *Bernart.*
Sub nocte ſilenti Cum ſuperis terrena placent.]

Cum Superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo, miſcebitque oſcula juxta:
Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque,
Et ſoror: una locum cervix dabit omnibus aſtris.
Utere perpetuum populi magnique ſenatus
Munere: Appellea cuperent te ſcribere cera,
Optaſſetque novo ſimilem te ponere templo

Atticus

cent.] Tempus noſturnum credebatur acceptum Diis, ut cœlo deſcenderent, & in terris velut exſpatiarentur. Vide Adverſariorum lib. 128. cap. 15. & in Recenſito Claudiano ad Bellum Gildonicum. Item in Adverſ. lib. 40. cap. 3. lib. 56. cap. 7. Itemque alibi. Quæ hue repetere non vacat. Item ad Thebaidem noſtri, lib. 5. verſ. 64. *Barthius.*

100. *Appellea cera.*] Cuperet (inquit) Apelles habuiſſe tam glorioſum artis argumentum. Apelles centeſima & duodecima Olympiade in pictura adeo perfectus eſt, ut plura ſolus propè quàm cæteri omnes contulerit voluminibus editis, quæ doctrinam eam continent. ſimplicitate formæ exprimenda in primis elaruit. De quo Propert.

Qualis Apelleis eſt color in tabulis.

Domitius.

101. *Optaſſetque novo,&c.*] Vix ullus in Statio locus eſt, in quo plus deſiderarint doctiſſimorum virorum ingenia. Phidiam quidem Athenienſem Sculptorem hic intelligendum eſſe, certum eſt, ſed quis tandem ille loquendi modus, *Atticus ſenior Elæi Jovis?* Caſſerinus, more ſuo, hic comminiſcitur, & dicit *ſeniorem* hic vocari Phidiam, quia duo olim fuere Phidiæ, alter Junior, alter Senior. Sed eum Varrone cras illi credam, hodie nihil. Lipſ. 2. Elect. cap. 14. legend. putat:

Atticus Elæi ſector Jovis. —

Nam ebur, inquit, *unde factus Jupiter Olympius politur fingiturque ſecando, ideoque ſectorem dixit.* Hanc Lipſii ſententiam Bernartius etiam amplexus eſt. Sed quis unquam legit *Sectorem* poni pro ſculptore? Unicum modo exemplum mihi dent, ego illis manum. Eruditiſſimus Livineius in ſuo codice adſcripſerat videri ſibi legendum:

Atticus Elæi genitor Jovis.

Ut Phidias, genitor, dicatur, id eſt auctor operis, & artifex, ut Martial. lib. 10. epigr. 103. *libelli ſui ſe parentem* vocat. Et ut Statius 5. Sylvar. de picturis loquens:

Phidiaca vel nata manu.

Sed nec hæc ſententia placet. Quid ergo in tanto doctiſſimorum virorum diſſenſu ſtatuemus? Auſim ego dicere, ſincerum eſſe locum, nec mutatione ſed diſtinctione tantum eſſe opus, hoc modo:

Optaſſetque novo ſimilem te ponere templo
Atticus, Elæi, ſenior, Jovis.

Verborum ordinem hunc ſtatuo: *Atticus ſenior optaſſet te ſimilem Elæi Jovis, ponere in novo templo.* Id eſt, Phidias optaſſet te eadem arte, iiſdem lineamentis, quibus Jovem Olympium expreſſit, depictum, in novo Flaviæ gentis tuæ templo collocare. Vel, ſi mavis, ſic verba conſtrue: *Atticus ſenior, optaſſet te ſimilem ponere in novo templo Elæi Jovis.* Sed prior ſententia magis arridet. Dicendum vero hic, quomodo Phidias dicatur *Senior Atticus*, quod quærebat Lipſius. Id vero quis potius probarit quam ipſe Statius, qui de Epicuro agens ipſum *Seniorem Gargettium* appellat? Non longe abiero. Hoc ipſo ecce libro Tiburtino Manlii:

——— *luxuque carentes*
Deliciæ, quas ipſe ſuis digreſſus Athenis,
Mallet deſerto ſenior Gargettius horto.

Quid clarius? Epicurum è pago Gargetto oriundum. (teſte Laërtio) *Seniorem Gargettium* appellat, ut Phidiam ex Attica

tica

Atticus Elei ſenior Iovis. & tua mitis
Ora Taras: tua ſidereas imitantia flammas
Lumina, contempto mallet Rhodos aſpera Phœbo.

Certus

tica oriundum *ſeniorem Atticum*. Sic in fine Achilleidos, Chironem, *ſeniorem Theſſalum vocat*. Hinc patet τὸ Senior non ſemper comparativè poni apud Veteres, ſed & poſitivè & abſolute. *Gev.* *Op'aſſetque novo,.&c.*] Omnino conſtruendum: *Atticus ſenior optaſſet te ſimilem ponere in novo templo Jovis*. Fefellit, quantum eſt interpretum, illud exquiſitum dicendi genus, *te ſimilem*, quod abſolute tuam imaginem, tuam effigiationem ſignificat. Addit *novo templo*, ideo, ut innuat indignum vetus Græculumque ædificium honore excipiendi Cæſaris, novum imo & magnificentius juncturum voto ſuo Phidiam. *Gronov. Diatrib.*


103. *Ora Taras.*] Locus hic à nullo interpretum recte explicatus, aliis, *Ora Taras*, aliis, *Ora Tonans*, legentibus. Ego quidem illud Politiano aſſentior, *Taras* eſſe legendum, ſed, quod ad interpretationem ejus attinet, longe ab illo diſſentio. Ille per τὸ *Taras*, Neptuni ſtatuam intelligit, cujus Lucilius & Plinius meminerint. Sed fallitur vir maximus, neque enim ipſe Neptunus dictus fuit Taras, ſed Neptuni filio hoc nomen erat. Deinde, quod caput eſt, Statua illa Neptuni vulgarem menſuram non excedebat, tantumque ſub mediocris viri perſona expreſſa erat, ut patet ex numis Tarentinis, quos exhibent Goltſius, Choulius, aliique. At vero Statius hic ſtatuas Coloſſæas cum Domitiani coloſſo comparare incipit, maximiſque orbis terrarum coloſſis eum anteponit. Nos itaque ad Jovis coloſſum, qui Tarenti Calabriæ oppido, quod Græce, *Taras*, dictum eſt, hunc locum referendum cenſemus. Quod ut rectius intelligatur, notandum eſt, inter omnes qui olim extitere coloſſos, præ cæteris, duos maxime à magnitudine & artificio fuiſſe commendatos, Tarentinum ſcilicet, & Rhodium. Tarentinus, Jovis forma expreſſus erat, 60. cubitor. altitudinis, Rhodius vero ſoli dedicatus, 70. cubitor. De *Tarante*, vero, quod polliciti ſumus, quædam adjicienda ſunt. Fuit Taras Neptuni filius, ex quadam nympha genitus. Hic in Italia ad oram Calabriæ oppidum condidit, quod ab ipſius nomine Taras appellatum eſt. Heſychius: Τάρας, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Τάραντος τοῦ Ποσειδῶνος, Vid. & Stephanum de Urb. Meminit & oraculum quod Phalanthus Lacedæmoniorum dux ſecutus eſt, dum hoc oppidum auxit & reſtauravit. Illud autem erat hujuſmodi:

Σατύριόν τοι δῶκα, Τάραντά τε πίονα δῆμον
Οἰκῆσαι, —

id eſt,

Satyreum tibi do, pinguiſque pagoſque Tarenti
Incolere, —

Totam vero urbis conditæ hiſtoriam memorabilem vide apud Strabon. lib. 6. Pauſaniam, Juſtinum alioſque. Tarentini autem elegantiſſimos nummos percuſſerunt, in quo effictus erat Taras, dorſo delphini inſidens, quod teſtatur Julius Pollux Onomaſt. lib. 9. Et exſtant hodieque hujuſmodi nummi, quorum unum ad Statii lucem hic ſubjeci.



Mite vero Tarentum dixit, ob ſuavem & ſalubrem aëris Tarentini temperiem, & ſolum fertile. Unde, *Vinum Tarentinum*, & *Lana Tarentina* celebrantur à Martiale, aliiſque. *Gevartius.*

Certus ames terras, & quæ tibi templa dicamus
Ipſe colas, nec te cœli juvet aula: tuoſque
Lætus huic dono videas dare thura nepotes.

II.

EPITHALAMION STELLÆ ET VIOLANTILLÆ.

VNde ſacro Latii ſonuerunt carmine montes?
Cui Pæan nova plectra moves? humeroque comanti
Facundum ſuſpendis ebur? procul ecce canoro
Demigrant Helicone deæ, quatiuntque novena
Lampade ſolennem thalamis coëuntibus ignem,
Et de Pieriis vocalem fontibus undam.

1. *Unde.*] Enthuſiaſmum Poëticum ſimulat, audire ſe Apollinem per montes Romanos canentem, & videre etiam id Numen ad habitum chely aut cithara canentium compoſitum; ſeque videri vult Apollinis verba excipere. *Barthius.* *Sacro.*] Cur ſacrum? quaſi ἁγνὸν, auguſtum & pium. An quia è ſanctis Muſarum fontibus hauſtum? Virg 11. Georgic. — *ſanctos auſus recludere fontes.* An ob ritum nuptiarum, quod Pontificale verbum eſt: *ob divini & humani juris communicationem.* L. 1. D. de ritu nuptiar. enimvero quas fas eſſet ducere, notionem Pontificum fuiſſe perſpicitur ex Tacito, & Dione lib. 48. Quid, quod piorum Regum vatumque Princeps Davides, Pſalmi XLIV. (quod Epithalamiorum antiquiſſimum eſt) Verſu 1. ἐπιθαλάμιον vocat. דבר טוב λόγον ἀγαθόν. Apollinaris, ἐσθλὸν μῦθον. huic opponitur hic ỳſ. 27. *obliquum carmen.* Morellus. *Latii montes.*] Septem colles Urbis. *Domitius.*

2. *Comanti.*] Apollinis decus perpetuum, Coma. Auctor Priapæi Carminis 36. *Phœbus comoſus, Hercules lacertoſus.* Suſpenſa à lævo humero lyra, aurea, & teſtudinis inſertis variegata, fingebatur *Apollo.* Vide totius ejus habitus deſcriptionem apud Tibul. lib. 3. Eleg. 4. *Barthius.*

4. *Canoro Helicone.*] Cantibus perpetuo reſonante. Sed & ipſe tamen mons nonnihil conferre credebatur Cantoribus. Vide Commentaria ad initium Cynegetici Nemeſiani. *Demigrant* illud Heſiod. παρθένιον referunt. *Idem.*

5. *Solemnem ignem.*] Debitum & celebratum. nam novæ nuptæ puer patrimus & matrimus facem præferebant ex ſpina alba. ut Plinius & Feſtus ſcribunt. Duo item pueri patrimi & matrimi novam nuptam tenebant. *Domitius.* De *igne* & *aqua ſolemni* ad Nuptias tam multi tam multa notarunt, ut ægre rebus novis locus ſit inveniendus. Videas itaque Jac. Cujacium Obſerv. lib. 11. c. 2. J. Paſſeratium ad Catullum, pag. 7. Joa. Gebh. Cur. Juven. lib. 3. cap. 12. J. Levineium ad Propertii lib. 4. Eleg. 3. Nos ad Cyneget. Nemeſiani, ỳſ. 15. Briſſon. lib. de Nuptiis, pag. 46. Hotomanum pari Opere, cap. 17. Martinum Roam, Singul. lib. 2. cap. 21. Qui de numero hoc apud Papinium curioſior æquo eſt, ſecundum enim Muſas eum ponit Poeta, plures nominaturus, ſi iſtæ plures fuiſſent. *Barthius.*

Quas inter vultu petulans Elegia, propinquat
Celſior aſſueto, divaſque hortatur, & ambit
Alternum factura pedem: decimamque videri
Se cupit, & medias fallit permixta ſorores.
Ipſa manu nuptam genitrix Æneia ducit
Lumina demiſſam, & dulci probitate rubentem.
Ipſa toros, & ſacra parat cœtuque Latino
Diſſimulata deam, crinem, vultumque, genaſque,
Temperat, atque nova geſtit minor ire marita.
Noſco diem, cauſaſque ſacri: te concinit iſte
(Pande fores) te Stella chorus, tibi Phœbus, & Euan,
Et de Manalia volucer Tegeaticus umbra
Serta ferunt, nec blandus amor, nec Gratia ceſſat

Ample-

9. *Alternum facturapedem.*] Immortale illud Galliæ ornamentum Had. Turnebus V. Adverſ. cap. 3. hunc Statii locum explicans, ait *Alternum pedem facere*, idem hic eſſe quod claudicare. Quam interpretationem quomodo vir ſagax ex hiſce Statii verbis elicere potuerit, equidem miror. Ego dum penitius verba inſpicio, addita litterula legendum præſto: *fracturapedem.* Elegia, inquit, *celſior aſſueto*, exultat *Alternum fractura pedem.* Nihil certius hac noſtra emendatione. Elegiæ namque verſus, alter longior, alter brevior eſt, ut jure dicatur *alternum pedem frangere*, quod proprie eſt claudicare. Et mirum eſt maximum virum hoc non animadvertiſſe. *Gouartius.*

Alternum ſacturapedem.] Eſt conſcripturа carmina alterna, ſive elegiaca & ſuæ legis modo metienda. *Gronov. in Diatr.*

12. *Lumina demiſſam.*] Hoc ἦθος eſt τῆς ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων, ἀποβλέπειν μηδαμοῖ, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πρὸ ποδῶν ὁρᾶν, apud Xenoph. de Rep. Lacedæm. pag. 2. fol. 4. editionis noſtræ. ubi aliter legiſſe Dion. Longinum adnotavimus. Videtur etiam Papinius Violantillam effingere ad illud Αἰδοῦς ἄγαλμα quod Pauſan. in Atticis p. 103. ſcribit ab Icario erectam fuiſſe Lacedæmone, eo loci ubi Penelope rogata ab ipſo patre ut maneret ſecum in patria, velata facie, αἰδημονεστάτη, Ulyſ. virum ſequi maluit. Quod oraculo 3. c. Geneſ. reſpondet, πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου. Jam vero quod addit,

— *dulci probitate rubentem*, excludit δυσωπίαν, & arguit ruboris originem quam Greg. Naz. multis verſib. exponit, in Carm. κατὰ καλλωπιζομένων. pag. Gr. 13. & 11. 12. 13. edit. & interpretationis noſtræ. *Morell.*

13. *Cœtu Latino.*] Immixta matronarum & virginum cœtui. Mihi tamen Papinius ſcripſiſſe videtur *Cinctuque Latino.* Ut Venerem habitum Romanum adſciviſſe dicat. *Cinctus* enim univerſam veſtituram deſignat, ut ſæpe Claudiano. *Genæ* notant oculos. *Barthius.*

17. *Phœbus & Euan.*] *Apollo* & *Bacchus* adſunt Nuptiis Stellæ, ut Poëtæ nobiliſſimo, Poëtica Numina, quod notiſſimum, & Nuptialia. De Apolline notum. Quid autem ſine Vino Venus? *Barthius.*

18. *Volucer Tegeaticus.*] Mercurius qui & volucer eſt talaribus ſuis & Arcas. Nam in Arcadia eſt natus. Tegea Arcadiæ oppidum. unde & Tegeum Virg. deduxit, & Tegeaticus dicitur. oppidi meminerunt Strabo & Plinius. *Domitius.*

21. *Fle-*

Amplexum virides optatæ conjugis artus,
Floribus innumeris, & olenti ſpargere thymbra,
Tu modo fronte roſas, violis modo lilia mixta
Excipis, & dominæ niveis à vultibus obſtas.
Ergo dies aderat Parcarum conditus albo
Vellere, quo Stella Violantillæque profeſſus
Clamaretur Hymen. cedant curæque, metuſque;
Ceſſent mendaces obliqui carminis aſtus:

Fama

21. *Floribus innumeris, &c.*] Longe elegantius princeps editio Veneta:

— & olenti ſpargere nymbo.

Nihil certius, quam ita ſcripſiſſe Statium quod vel ex uno Claudiano conſtat, qui in Nupt. Honorii, hunc locum æmulatus, in eadem re, eodem verbo uſus eſt:

— nec ſignifer ullus,
Nec miles pluviæ flores diſpergere ritu
Ceſſat, purpureoque ducem perfundere nimbo.

Scio Ptolemæum Flavium Conjectaneis aliter ſentire, & τὸ, *thymbra* defendere, at eum hic nihil moramur. Nam ſic Lucretius lib. 2. ubi Cybelen Floribus conſpergi ſolitam ſcribit, elegantiſſime *Floribus ninguere* dixit,

Ære atque argento ſternunt iter omne viarum,
Largifica ſtipe ditantes, ninguntque roſarum
Floribus, umbrantes matrem, comitumque catervas. Gevartius.

22. *Tu modo fronte.*] Scribe: *Tu modo fronde roſas, &c.* Ut enim *lilia mixta violis*, ita *roſa fronde*. *frondem* intellige ipſius roſæ, quæ & virore ſuo gratiam ampliorem roſeo rubori conciliabat & ceu recentem commendabat. *Gronov. in Diatr.*

24. *Dies conditus albo vellere.*] Fœlix. Nam Parcæ nere dicuntur alba vellera felicibus. Sed de hoc plura in commentariis Martial. diximus. Seneca de Nerone:

Aurea formoſo deſcendunt pollice fila.

Domitius. Vide M. Delrii Comment, in Medeam Senecæ ℣ſ. 17. & Jac. Durantium, Variar. lib. 2. cap. 20. & ſim.

26. *Profeſſus Hymen.*] Non clandeſtini congreſſus. *Profeſſa* res, cujus neminem pudet, oppoſita illis quarum non ferimus nobis notam imputari. Vide ad Calpurnium, Ecloga 1. ℣ſ. 55. Joannis Levineii Notas ad Panegyricum, 7. & ad Propertium, lib. 4. Elegia 6. *Barthius.*

27. *Obliqui carminis aſtus.*] Primus locum hunc docte explicavit eruditiſſimus Parrhaſius, cum Domitius hic per *Obliquum carmen* artes magicas & veneficia, quibus amantes uti ſolent, alii maledicentiam, alii feſcenninos interpretarentur, alii etiam — *Obliqui criminis* inepte legendum contenderent. *Obliquum carmen* hic eſt poëmation diſſimulato & mutato ejus nomine compoſitum, de quo vere ſcriptum eſt. Sic apud Rhetores, *ductus Obliquus* ſimplici opponitur. Fortunatianus 1. Rhetor. ita definit: *Ductus orationis ſunt quinque: ſimplex, ſubtilis, figuratus,* Obliquus, *mixtus*. Intelligit igitur Statius per *Obliquum carmen*, Verſus Stellæ, quibus Violantillam amicam ſuam celebraverat, diſſimulato ejus nomine, ne quam infamiæ labem contraheret. Nam Stella, Græce Ἀϛὴρ dictus, Violantillam à ſuo nomine *Aſteridem* appellavit, quaſi dicas *Stelleidem*, ſeu amicam Stellæ. Hujus carminis mentionem facit ipſe Statius hoc Epithal. verſ. 200. Martialis vero Violantillam hanc à proprio ejus nomine *Ianthiden* appellavit. Nam *Viola* Græcis Ἴον dicitur, hinc

Ἰανθ-

Fama tace, ſubiit leges, & frena momordit
Ille ſolutus amor: conſumpta eſt fabula vulgi,
Et narrata diu viderunt oſcula cives.
Tu tamen attonitus (quamvis data copia tantæ
Noctis) adhuc optas, promiſſaque numine dextro
Vota paves. Pone, ô dulcis ſuſpiria vates,
Pone, tua eſt, licet expoſitum per limen aperto
Ire, redire, gradu: jam nuſquam janitor, aut lex,
Aut pudor, amplexu tandem ſatiare petito
Conjugis, & duras pariter reminiſcere noctes.
Digna quidem merces, & ſi tibi Iuno labores
Herculeos, Stygiis & ſi concurrere monſtris
Fata darent, ſi Cyaneos raperere per æſtus.
Hanc propter tutum Piſæa lege trementem

Curre-

ἰάνθιν☉, Violaceus. Sic Cicero (teſte Terentiano Mauro) *Violantem* dixit, quem Græci *Iolaum* vocant. Unde pater graviter errare Tiliobrogam, qui in Obſervation. ſuis ad 5. Silvar. pro *Violantilla*, rectius *Violentilla*, quaſi à *violentia*, dicendum putat. Martial. lib. 7. Epigr. 13. idem hoc Stellæ carmen intelligens:

Vel Stellæ cantata meo, quas flevit Ianthis.

Gevartius.

28. *Subiit leges.*] Has Cecrops διφυὴς primus ſanxit Athenis, autore Euſtath. in Il. Σ. unde illud Hor. ad Piſ.

— fuit hæc ſapientia quondam
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis.

Eadem verò proverbiali tranſlatione qua hic dictum eſt, *Frana momordit.* Juvenal. Satyr. VI. ludit mœchum, qui *maritali jam porrigit ora capiſtro*, Δαμαὶν σόμιον, ὡς νεοζυγὴς πῶλ☉. Æſchyl. in Prom. Pind. Olymp. nudè & apertè, ἀνοίμεν ἀμφ᾽ ἐρ᾽ιζεω γάμον. *Morellus.*

33. *Vota paves.*] Nimio gaudio non credis. Ut modo *ſumma felicitate attonitum* dicit. Ita Pacatus Panegyrico: *Ut prolixior ſit ſenſus bonorum; nec repentina felicitas faciat attonitos, & ſimiles reddat ingratis.* Barthius.

38. *Digna quidem merces.*] Et ſi diu (inquit) laboraſti, tamen præmium habes par laboribus tuis: immò majus. Nam propter hanc non fuiſſet recuſandum ſubire labores Herculeos, & inferos adire, vel navigare per Cyaneos ſcopulos: per quos navigavit Iaſon cum Medeam rapuit in Ponto. *Domitius.*

41. *Hanc propter tutum Piſ.*] Tuta eſt ὕφεσις cum παῤῥησίᾳ, ei præſertim cui φίλια δῶρα Κυπρίας ἐς χάριν τέλλοι), ut Pelops Piſæi Regis legem ſubiturus orditur precem ad Neptunum, apud Pind. I. Olymp. ant. IV.

Μέγας δὲ κίνδυν☉ ἄναλκιν ὀ φῶτα λαμβάνει,

Ut ait idem in clauſul. *Morellus. Hanc propter, &c.*] Non magis profecto, quàm propter Hippodamian. Et quomodo *tutum*, ſi *trementem*, ſi *Piſæa lege*? Scribe: *Hanc propter juſtum.* Hæc metetur, ne quis par diſcrimen recuſet. *Gron. Piſæa lege trementem Currere.*] Ad fabulam qua Oenomaus legem procis filiæ ſuæ Hippodamiæ dixit, ut curule certamen ſecum (qui equos velociſsimos habebat) inirent; Victor Hippodamia potiretur,

Currere, & Oenomai fremitus audire ſequentis.
Nec ſi Dardania paſtor temerarius Ida
Sediſſes, hæc dona forent: nec ſi alma per auras
Te potius prenſa veheret Titonia biga.
Sed quæ cauſa toros, inopinaque gaudia vati
Attulit, hic mecum dum fervent agmine poſtes,
Atriaque, & multa pulſantur limina virga,
Hic Erato jucunda doce, vacat apta movere
Colloquia, & docti norunt audire Penates.
Forte ſerenati qua ſtat plaga lactea cœli,
Alma Venus thalamo, pulſa modo nocte, jacebat

Amplexu

tiretur, victi morerentur. ſuperatis verò occiſiſque tredecim adoleſcentibus, tandem victus eſt à Pelope. Mens Papinii: dignam fuiſſe Violantillam, quæ peteretur vel capiris periculo, & conditionibus iiſdem quibus Hippodamia. erat hic Oenomaus rex Elidis & Piſæ, ut Pauſanias Elicorum II. Pindarus Olympionicis, Epimenides, Apollonius & Heſiodus tradidere. ſcire hinc Papinius conditionem procis ab Oenomao propoſiram *Piſæam legem* dixir. Ovidius etiam oculos hic habuit dum ſcripſit in Ibin:

Ut juvenes, pereas, projecta cadavera quorum
Oraque Piſææ ſuſtinuere fores.

Bernartius.

43. *Paſtor temerarius.*] Gl. vet. *temerarius* ῥιψοκίνδυνος, τολμηρός. affine vitium Phrygio judici περπιτεῖ, qui *Veneris præſidio ferox*, tanta movit *funera Dardanæ genti*. Horat. I. Car. xv. At enim, ut Myrſon rectè monet apud Bionem Smyrnæum,

Κρίνειν ὐκ ἐπέοικε θεῖα ἔργα βροτοῖσι,
Non æquum eſt hominem de rebus ſciſcere Divum. Morellus.

45. *Te potius prenſa.*] Præfert Violantillam Auroræ. Mens eſt, ſi Aurora te ò Stella raperet uti Cephalum, non tamen tam pulchram habuiſſes ac nunc habes. Eruditus Parrhaſius pro *prenſa* mavult *prenſum* vel *preſſa*, cui adſentior. *Bernartius.*

48. *Et multa pulſantur limina virga.*] Indicat Magiſtratus ad ſollemnia Stellæ veniſſe. More enim Romano, quoties magiſtratus, ſuas, vel alienas ædes, ingreſſurus erat, lictor præcedens fores virga percutiebat. Livius lib. VI. Plinius lib. VII. cap. X. Martialis:

Bis ſenos jubet en redire faſces
Nato conſule; nobilique virga
Vatis Caſtalii domum ſonare.

Idem.

51. *Serenati cæli.*] Ubi præſens Venus, cœlum ſemper ſerenum habent filii Poëtarum. Lucretius, ejus alloquutione:

Te Dea, te fugiunt venti, te nubila cæli
Adventumque tuum. Barthius.

Plaga lactea.] In ſyderibus circulus quidam oſtenditur candido colore: quem quidam lacteum dixerunt ſive (ut Demoſthenes ſcribit) quoniam Iuno eum inſcia Mercurio mammam infanti præbuiſſet, tandemque reſciſſet eum eſſe filium Majæ, rejecit, & profuſi lactis ſplendor inter ſydera eſt. Alii ſcribunt, id eveniſſe Herculi, cum Iunoni dormienti ſuppoſitus eſſet, & tandem rejectus. alii Herculem nimium lactis hauſiſſe ex mamma Iunonis, nec totum potuiſſe continere: ſed profuſi colorem eſſe inter ſidera. *Domitius.*

53. *Gettisi*

Amplexu duro Getici reſoluta mariti.
Fulcra, toroſque deæ, tenerum premit agmen Amorum:
Signa petunt, quas ferre faces, quæ pectora figi
Imperet; an terris ſævire, an malit in undis,
An miſcere deos, an adhuc vexare Tonantem?
Ipſi animus nondum; nec cordi fixa voluntas:
Feſſa jacet ſtratis, ubi quondam conſcia culpæ
Lemnia repſerunt depreñſo vincula lecto,
Hic puer è turba volucrum, cui plurimus ignis
Ore, manuque levi nunquam fruſtrata ſagitta,
Agmine de medio; tenera ſic dulce profatus
Voce: (pharetrati preſſere ſilentia fratres:)
Scis, ut, mater, ait, nulla mihi dextera ſegnis
Militia, quemcunque hominum, divumque dediſti,
Uritur. at quondam lachrymis, & ſupplice dextra,
Et votis precibuſque virûm concede moveri,
O genitrix, duro nec enim ex adamante creati,
Sed tua turba ſumus. Clarus de gente Latina
Eſt juvenis, quem patritiis majoribus ortum
Nobilitas gaviſa tulit, præſagaque formæ
Protinus è noſtro poſuit cognomina cœlo.
Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra
Improbus, & denſa trepidantem cuſpide fixi.

Quam-

53. *Getici mariti.*] Martis, qui cum Getis aut inter eos perpetuo belligerare fingebatur. Vide domus ejus deſcriptionem Thebaide VII. Natus etiam apud ipſos ut Jornandes, ejuſdem Nationis homo adnotat. Uſque adeo autem *Veneris* hic *maritus*, ut quotannis etiam Nuptiæ eorum fuerint concelebratæ. Vid. Claud. Magnete. *Barthius.*

60. *Lemnia repſerunt depr.*] Quàm ſcitè hic etiam eſt expreſſus Homerus? Odyſſ. θ. ἀμφὶ δ' ἄρ δεσμοῖ τεχνήεντες ἔχυντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο. Clemens Alexand. in προτρεπτικῷ. pag. XXIV. hanc ᾠδὴν, ut illepidam & inficetam à caſtis auribus arcet, ob φωνὰς ἐκτοπίους δ' ἐρμαῖς quas Orpheus etiam averſatur extremo hym. εἰς ἔρωτα. *Morellus.*

73. *Protinus.*] Non tamen ſtatim nomen infanti dabatur: ſed nono die maribus, octavo fœminis. Macr. Eſt etiam nondina Romanorum dea, à nono die naſcentium: qui luſtricus dicitur. eſt autem luſtricus dies quo infantes luſtrantur & nomen accipiunt. ſed is maribus nonus, octavus autem fœminis. *Domitius.*

75. *Improbus.*] Non prima ſua notione accipiendum, ſed quod mirè convenit huic loco, pro eo qui inſtat etiam prohibenti. Iſidorus lib. X. *Improbus dictus*

Quamvis Auſoniis multum gener ille petitus
Matribus, edomui victum, dominaque potentis
Ferre jugum, & longos juſſi ſperare per annos.
Aſt illam ſumma, leviter (ſic namque jubebas)
Lampade, parcentes, & inermi ſtrinximus arcu.
Ex illo quantos juvenis premat anxius ignes
Teſtis ego attonito, quantum me nocte, dieque,
Urgentem ferat, haud alli vehementior unquam
Incubui, genitrix, iterataque vulnera fixi.
Vidi ego & immiti cupidum decurrere campo
Hippomenem, nec ſic meta pallebat in ipſa.

Vidi

dictus quod inſtat etiam prohibenti. Papinius certè τὸ *Improbus*, vel pro magno vel aſtuto & callido, vel audaci, aut alias in bonam partem, fere ſemper uſurpat. Baln. Etruſ. *atque alio Sol improbus uritur æſtu.* idem l. II. Syl. epic. in Glauc. *Bernartius.*

79. *Aſt illam ſumma leviter.*] Numquid occurrit illi Homerico, Κῦφον γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀναλκίδος οὐτιδανοῖο. ut hic, τὸ *ſtringere* ſignet τὸ ἐπιγράφειν, attingere, ferire, ἐπιγεγράφθαι. & σφίγγειν. Lucret. lib. I. *Sed quæ ſunt rerum primordia nulla poteſt vis Stringere.* & Virg. Ecl. IX.

Agricolæ ſtringunt frondes.

Noſter inf. ℣ſ. 247.

Non talis niveos ſtrinxit Lavinia vultus.

Quærit autem facetè Venus Luciani ab hoc Sagittario ſuo cur alios divos denſa trepidantes cuſpide figat, Minervam ne ſtringat quidem; imo ſic ab ea perſtringatur, ut ὑπ' ἐκείνης ἄπυρος μὲν αὐτῷ ἡ δᾳς, κενὴ δὲ οἰςῶν ἡ φαρέτρα, αὐτὸς δὲ ἄτοξος καὶ ἄστοχος. *Ecce puer Veneris* (inquit Naſo) *fert everſamque pharetram, Et fractos arcus, & ſine luce facem.* Porrò hîc *inermis arcus*, originem veram dictionis arcus indagandam eſſe admonuit: atque ad ejus cubile Græc. perveniſſe mihi viſus ſum, cum legi apud I. Pollucem, τὰς ἄρκυας κεκρυφάλῳ ἐοικέναι κατὰ τὸ σχῆμα, εἰς ὀξὺ καταληγούσας. genus retis mediocri magnitudine in acutum deſinens & ſinuatum, ἄρκυν vocari, ejuſque duas ſpecies eſſe, βρόχον ῥαβδοειδῆ & περίδρομον: quæ cum ſimilitudinem & cognationem magnam habeant cum Arcu, τόξῳ, quid mirum ſi Latini Arcum, Retis nomen peregrinum, ad τόξον ſignificandum tranſtulerint? *Morellus.*

82. *Teſtis ego, attonitus, &c.*] Ita diſtinguunt omnes editiones, ceu Stella *attonitus* dicatur. At Papinius Amorem *attonitum* dicit, hoc eſt admirantem, ut in Epicedio Glauciæ: *attoniti te ſpectavere parentes.* Scribe: *Teſtis ego attonitus, quantum me nocte. dieque.* Quibus minus propitii eſſe dii credebantur, illis dicebantur venire *graves*, ut contra benigni, *lenes leveſque.* Gronov. in Diatr. *Teſtis ego attonitus.*] Veneta editio; & Chartaceus MS. Joſ. Rhodii, viri humaniſſimi, & Archiepiſcop. Salisburgenſis membranaceus & cujus excerpta Lindenbrogius olim mecum communicavit: *Teſtis ego attonito.* Quod recepimus. *Gronov.*

86. *Hippomenem.*] Qui Atalantam curſu vicit. fabula nota, vel ex uno Ovidio Metam. lib. I. *Bernartius.* *Meta pallebat in ipſa.*] Inſulsè poſtremus editor de prima meta. Sententia eſt, in ipſa pene victoria timuiſſe vinci Hippomenem. Belle ſtuporem hominis caſtigavit

Ele-

Vidi & Abydeni juvenis certantia remis
Brachia, laudavique manus, & ſæpe natanti
Præluxi; minor ille calor, quo ſæva tepebant
Æquora, tu veteres juvenis tranſgreſſus amores
Ipſe ego te tantos ſtupui duraſſe per æſtus,
Firmavique animos, blandiſque madentia plumis
Lumina deterſi, quoties mihi queſtus Apollo,
Sic vatem mœrere ſuum! jam, mater, amatos
Indulge thalamos, noſter comes ille, piuſque
Signifer armiferos poterat memorare labores,
Claraque facta virum, & torrentes ſanguine campos,
Hinc tibi plectra dedit: mitiſque incedere vates
Maluit, & noſtra laurum ſubtexere myrto.
Hic juvenum lapſus. ſuaque, haud externa revolvit
Vulnera, pro quanta eſt Paphii reverentia, mater,
Numinis! hic noſtræ deflevit fata Columbæ.

Dixe-

Electorum libro 3. Caſp. Gevartius; adducto ſententiæ fundamento ſtabili ex Sidonii Panegytico Majoriani. *Barthius.*

87. *Juvenis Abydeni.*] Leandri: nam Abydos & Seſtos opida ſunt ad oſtia Helleſponti. utroque littore ad ſtadia triginta inter ſe diſtant. à portu in portum pontis locus eſt paulum ab urbibus digredienti ad Seſton, locus quidem apobathra dictus, ad quem ratis juncta fuit. Abydum Mileſii condidere, Gyge Lydorum rege permittente. Theopompus ait Seſton p[illegible]m eſſe, ſed munitam. Leander vero Seſtiacam amans ex Abydo noctu natabat in ulteriorem ripam, proferente illa ex turri lumen. tempeſtate deprehenſus periit. utrumque pinxit Apelles nobili gloria. Apud Seſton inſignis tumulus erat Ionis & virginis, ubi aquila, quæ à virgine educata vivam in mortuæ rogum ſe conjecit. *Domitius.*

88. *Laudavique manus.*] Reponendum exiſtimaverim, *Laſſantique manus*, certe elegantius, quam id, quod vulgo legitur, adeo ut ſic aut ſcripſerit, aut ſcribere debuerit Statius. *Bux h. Ep. ad Cl. Gr.*

96. *Labores armiferos.*] Bella & arma poterat (inquit) heroico carmine omiſſis amoribus geſta ſcribere. Sed tamen maluit in elegia verſari quæ tua eſt. *Domitius.*

99. *Subtexere laurum myrto.*] Antepoſuit (inquit) myrtum & elegiacum carmen, quod Veneris eſt, lauro & graviori ſtilo. Nam myrtus eſt dicata Veneri: idcirco electa eſt pro verbena in conjunctione Sabinorum & Romanorum, quoniam (ut ſcribit Plinius) conjunctioni & huic arbori præeſt Venus. quin & ara vetus fuit Veneri myrteæ, quam poſtea Murtiam dixerunt. Livius, ad Murtiæ deæ ſedes. Plutarchus in quæſtionibus Rom. 19. Καὶ γὰρ ἣν νῦν Μουρτίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι, Μυρτίαν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. *Domitius.*

100. *Juvenum lapſus.*] Hi ſunt vagi primævæ ætatis amores, priuſquam connubiali jugo ſuccederent. *Barthius.*

102. *Columbæ.*] Notum etiam pueris *Columbam* ſacram Veneri alitem fuiſſe. Viſe, præter alios, Joh. Levineii comment. ad Propert. lib. III. Eleg. 3. De

columba

Dixerat: & tenera matris cervice pependit
Blandus, & admotis tepefecit pectora pennis.
Illa refert, vultu non aſpernata rogari:
Grande quidem, rarumque viris, quos ipſa probavi,
Pierius votum juvenis cupit, hanc ego, formæ
Egregium mirata decus, cui gloria patrum,
Et generis certabat honos, tellure cadentem
Excepi, fovique ſinu, nec colla, genaſque
Comere, nec pingui crinem deducere amomo
Ceſſavit mea, nate, manus. mihi dulcis imago
Proſiluit. celſæ procul aſpice frontis honores,
Suggeſtumque comæ. Latias, metire, quid ultra
Emineat matres. quantum Latonia Nymphas
Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exto,

Hac

columba ſtellæ Claudium Muſambertium, uti nominari vult ad Martialis lib. 1. Epigr. 8. *Barthius.*

105. *Non aſpernata.*] Innuens ſe non invitam audiviſſe preces; quo verbo jam aſcenſionem Veneris futuram demonſtrat. *Domitius.*

109. *Tellure cadentem Excepi, fovique ſinu.*] De ritu veterum quo infantes ſimul ac nati forent, in terram deponebantur, dixi fuſe ad 1. Theb. fortean non nemine ridente, tam curioſe minuta hæc talia, nos notare. at ego velim ſophos iſtos diſcere, ignorantiam horum talium rituum, in turpiſſimos errores induxiſſe viros alias magnos & præſtantes. In Codice noſtro extat Juſtiniani Lex ſub tit. de liber. & Poſth. hered. Inſt. *Sancimus* (inquit) *ſi vivus* (infans ſcilicet) *perfecte natus eſt, licet ilico poſtquam in terram cecidit, vel in manibus obſtetricis deceſſit teſtamentum rumpi.* varia huic loco interpretatio adhibita, ſeu verius crux: eſt qui ſe vertat in omnes formas, eſt qui vitium in loco afferat. ſed profecto Bernartius non eſt Bernartius, aut vitium animi in iis qui hæc talia divulgant. tangit exerte hunc morem Imperator, & mens, infantem etiamſi ilico ac in terram poſitus fuerit, deceſſerit, patri tamen heredem eſſe, & ſi præteritus fuerit, teſtamentum rumpere, velim te videre Antiſtitum Antiſtitis Auguſt. de Civit. Dei lib. 4. cap. 8. & Macrobium Sympoſ. 1. ubi de Maja inſtituitur diſputatio. *Bernartius.*

111. *Amomum.*] Aſſyrium eſt: Naſcitur etiam in Armeniæ parte Ocene media Ponto. Inter unguenta crinibus adaptatur. *Domitius.*

113. *Frontis honores.*] Ex more etiam noſtrarum Ven[illegible]m, quæ frontem quam latiſſime didu[illegible]n pulcherrimam exiſtimant, contra veterum nonnullorum mentem qui anguſtam & pauxillam frontem inter formæ dotes collocabant. *Bernartius.*

114. *Suggeſtumque comæ.*] Vide hic lib. Hadr. Junii de Coma cap. 7. Jan. Parrhaſium Epiſt. 57. ult. edit. pag. 8-4. Torrent. ad Suet. Nero. cap. 51. Salmaſ. ad pallium Tertull. pag. 246. Popmam ad Varronis Virgulam Divinam. J. Woverium ad Petron. pag. 451. Edit. Golſtad. Paſſerat. ad Propert. lib. 4. Eleg. 3. Voſſ. In Rhetor. lib. 4. pag. 229. &c. *Barthius.*

118. *Con-*

Hac & cæruleis mecum conſurgere digna
Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha.
Et ſi flammiferas potuiſſet ſcandere ſedes,
Haſque intrare domos, ipſi erraretis Amores.
Huic quamvis cenſus dederim largita beatos,
Vincit opes animo. Queritur jam Seras avaros
Auguſtum ſpoliare nemus, Clymeneaque deeſſe
Germina, nec virides ſatis illachrymare ſorores:
Vellera Sidonio jam pauca rubeſcere tabo,
Raraque longævis nivibus cryſtalla gelari.

Huic

118. *Concha.*] Nam Venus ex ſpuma maris nata concha in littus delata dicitur: unde conchæ Veneti dicatæ ſunt, & Venereæ dicuntur. Propertius,

Et venit è rubro concha Ericyna mari.

Martialis:

Lævior è conchis Galle Cytheriacis.

Eadem ratione Julius Cæſar Veneri genitrici dicavit thoracem, quem ex Britann.c s matgatitis factuin voluit intelligi: & duæ conehæ quæ navem à Periandro miſſam ut nobiles pueri caſtrarentur, retinuerunt, in Veneris Gnidiæ templo colebantur. *Domitius.*

119. *Et ſi flammiferas, &c.*] Ubi Venus Violantillam quoad formæ præſtantiam ſecum comparat, ita ait: *Hac ſi flammiferas, &c.* Interpretes dum explicare conantur, cur *erraturos Amores* poëta dixerit, ipſi graviter errant. Domitius quidem ſic interpretatur: IPSI, *id eſt*, inquit, *ad Ipſius Violantillæ juſſa.* ERRARETIS, *id eſt*, inquit, *ei pareretis, non mihi.* Morellus malit:

— *ipſi arderetis Amores.*

Sed fruſtra. Nam ſenſus eſt, tantam fuiſſe Violantillæ pulcritudinem, ut ſi ipſa cælum potuiſſet conſcendere, ipſi Cupidines Venerem matrem ſuam à Violantilla, propter pulchritudinis æqualitatem, non potuiſſent diſcernere; & ſæpe erraſſent, dum unam pro altera compellarent. Nam Venus omnem pulcritudinem ſuam ſe Violantillæ dediſſe paulo pòſt ait, dum inquit:

Non ideo tibi tale decus, vultuſque ſuperbos,
Meque dedi, viduos ut tranſmittare per annos.

Gevartius.

112. *Queritur jam Seras avaros, &c.*] Ait adeo ſplendidam, tantaque cultus magnificentia fuiſſe Violantillam, ut nec ſerici, nec electri, nec purpuræ, nec cryſtalli, nec auri, nec margaritarum ſatis illi potuerit ſubminiſtrari. Hæc autem omnia in gratiam ipſius ſponſi, Stellæ inquam, dixit, qui quidem etiam adeo magnificus in cultu fuit, ut ſingulis manuum articulis plurimas gemmas geſtaret, quod teſtatur Martial. 5. Ep. 11. ad Sevetum. *Idem.*

123. *Clymenea germina.*] Succina ſunt, quæ dicuntur fluere è lacrimis ſororum Phaëtontis filiarum Solis & Clymenes. *Domitius.*

124. *Nec virides.*] Electrum intelligit, quod ex lacrymis ſororum Phaëtontis mœtore in populos arbotes tranſformatarum, juxta Eridanum amnem, quem alii Padum vocant, naſci Poëtæ finxerunt. vide Ovidium 11. Metam. Martial. Ape Electro incluſa, & de vipera.

125. *Vellera Sydonio, &c.*] Purpuram Sydoniam, ſive Tyriam intelligit. Sydon enim Tyriorum oppidum, vid. Juſtin. lib. 18. Et hæc inter precioſiſſima eſt, apud Strab. Plin. in hiſt. Nat. Cic. epiſt. 11. ad fam.

127. *Huic*

Huic Hermum, fulvoque Tagum decurrere limo,
(Nec ſatis ad cultus) huic Inda monilia Glaucum
Proteaque, atque omnem Nereida quærere juſſi.
Hanc ſi Theſſalicos vidiſſes Phœbe per agros,
Erraret Daphne ſecura. in littore Naxi
Theſeum juxta foret hac conſpecta cubile,
Gnoſſida deſertam profugus liquiſſet & Euan.
Quod niſi me longis placaſſet Juno querelis,
Falſus huic pennas, & cornua ſumeret æthræ
Rector, in hanc vero cecidiſſet Juppiter auro.
Sed dabitur juveni, cui tu, mea ſumma poteſtas
Nate, cupis: thalami quamvis juga ferre ſecundi
Sæpe neget mœrens ipſam jam cedere ſenſi,

Inque

127. *Huic Hermum, &c.*] Poſtquam ea, quæ in mundo muliebri ſunt, veſtes & gemmas quoque deſcripſit, tranſit ad ornamenta quæ ex auro. Tagus enim Luſitaniæ fluvius, & Hermus in Doryio monte Phrygiæ oriens, quique Smyrnæos campos ſecans, Phrygiamque à Caria dividens, tandem Lyciam alluens in mare labitur, aureas arenas trahere à Poëtis finguntur. *Bernartius.*

131. *Secura in littore Naxi Theſeum juxta, &c.*] Corruptus locus. Nam quomodo Poëta Violantillam in Naxi littore *ſecuram* fore dixit, cum innuere velit Bacchum, relicta Ariadne, Violantillam hanc rapturum? Succurrit hic nobis manuſcript. Senenſis, ex quo illuſtr. Scaliger manu ſua ad oram codicis ſui adnotarat, ſic legi:

— *Se curvo in littore Naxi, &c.*

Nihil verius hac lectione. Confert hic Statius Violantillam cum Ariadne, quam in Naxi littore dormientem Theſeus inde ſolvens reliquerat, deſertàm vero à Theſeo Bacchus ſibi copulavit. Si, inquit Poëta, Violantillam in Naxi littore vidiſſet Bacchus, Ariadnem à Theſeo contemptam & relictam etiam contempſiſſet & deſeruiſſet Bacchus, quia nimirum Ariadnem Violantilla pulchritudine ſuperat. Recte autem Poëta *curvum littus* Naxi vocat, nam hæc inſula olim Strongyle dicta fuit ob rotundam & globoſam figuram, quod ϛϱόγγυλον Græci dicunt: Silius de Naxo:

Mille Agathyrna dedit, perflataque
Strongylos Auſtris.

Gevartius.

133. *Gnoſſida.*] Ariadnem filiam Minois Gnoſſii, id eſt Cretenſis. nam Gnoſſos Minois regia fuit ab eodem condita, ut ſcribit Strabo & Diodorus. *Domitius.*

134. *Falſus huic.*] Optimus poëta quod alii vix multis verſibus, tres diſtinctas fabulas, tribus pœne verbis complectitur, Ledæ videlicet, cui ſub ſpecie oloris, Europæ, cui ſub figura tauri, Danaes, cui ſub velamine aureæ pluviæ concubuiſſe Jupiter fingitur. Compar planè ſententia lib. 1x. Thebt

— *falſa nunc improba fronte, &c.* Ubi tangit Europæ, Alcmenæ, & Semeles fabulas. *Bernartius. Falſus huic, &c.*] Inepte hic voluit legi Domitius, *falſas huic pennas.* quomodo male etiam in Pariſienſi editione recepit Tiliobroga. Nam Priſcianus lib. 13. ubi hæc Statii verba citat, *falſus* legit, ut ex ipſius verbis apparet. *Gevartius.*

142. *Amy-*

Inque vicem tepuiſſe viro. ſic fata, levavit
Sidereos artus, thalamique egreſſa ſuperbum
Limen, Amyclæos ad frena citavit olores.
Jungit Amor, lætamque vehens per nubila matrem
Gemmato temone ſedet. Jam Tybridis arces
Iliacæ: pandit nitidos domus alta Penates,
Claraque gaudentes plauſerunt limina cycni.
Digna deæ ſedes, nitidis nec ſordet ab aſtris.
Hic Libycus, Phrygiuſque ſilex, hic dura Laconum
Saxa virent: hic flexus onyx, & concolor alto
Vena mari, rupeſque nitent, quis purpura ſæpe
Oebalis, & Tyrii moderator livet aheni.
Pendent innumeris faſtigia nixa columnis.
Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo.

Exclu-

142. *Amyclæos olores.*] Biga Veneris duobus oloribus trahitur: quos Amyclæos perpetuo epitheto appellarunt poëtæ, ex quo Jupiter ſub forma cycni cum Leda concubuit. Nam Amyclææ opidum Laconiæ, patria Helenæ, Caſtoris & Pollucis. *Domitius.*

145. *Iliacæ.*] Hoſpes in lectione Statii facile ſuſpicaretur hic aliquid deſiderari. At Poëta noſter morem hunc habet, ut ſæpe per Apoſiopeſin verba quædam non exprimat. Debuiſſet enim dixiſſe, *Jam Tybridis arces apparent,* vel, *in conſpectu ſunt.* Gevartius.

146. *Plauſerunt, &c.*] Ingreſſi domum, plauſu alarum gaudia conteſtantur. *Plaudere*, cum ſonitu verberare. *Barthius.*

149. *Flexus onyx.*] Elaboratus ſc. torno, vel cælo, vel in figuras varias datus. Vide Salmaſ. Comment. in Solin. p. 562. *Concolor alto.*] Domitius Porphyriten intelligit, *Nam*, inquit, *mare purpureum Homero & Virgilio dicitur.* At ego contra ſentio, nam ſequenti verſu ait Poëta — *rupeſque nitent, queis purpura ſæpe Oebalis*, &c. Hic ecce demum Porphyriten notat. Nonnulli itaque præſenti loco potius marmor Auguſtæum notari putant, de quo Plinius lib. 36. rectius forte Caryſtium marmor intelligemus, quod glaucum eſt, quale mare eſſe ſolet. *Gevartius.*

151. *Tyrii moderator livet aheni.*] Calderinus ita ſingula hæc explicat: QUIS, *id eſt, juxta quæ marmora.* MODERATOR, *id eſt, murex unde fingitur purpura.* LIVET, *id eſt, videtur habere colorem lividum, ita ſuperatur.* Hæc ille; quæ omnia & inepta & ridicula ſunt. Nos ita interpretamur: *Queis livet*, id eſt, quibus invidet. *Moderator aëni* id eſt, tinctor purpuræ Tyriæ, ſeu ſeriobapta. Mens enim Statii, tam eximii coloris marmora in ædibus Violantillæ conſpici, ut tinctor purpuræ Lacedæmoniæ & Tyriæ, ſæpe iſtis marmoribus, tam inſigni purpuræ colore præſtantibus invideat. Dicuntur enim terræ, quæ alteram ſingulari aliquo naturæ munere ſuperant, ſibi mutuo invidere. *Gevartius.*

153. *Robora Dalmatico, &c.*] Fruſtra hic locus ſollicitatur à doctis. Lipſ. & Bernart. legunt *Sociata.* At Piccartus è ſuo M. S. mavult, *ſancita metallo.* Aitque *ſancire* hic valere quod imprimere ligno metallum, aut incudere. Sed vulgata lectio optime ſe tuetur. Nam *Satiatus* hic eadem notione poſitum, qua apud Petron.

El

Excludunt radios ſylvis decuſſa vetuſtis
Frigora, perſpicui vivunt in marmore fontes.
Nec ſervat Natura vices, hic Seirius alget,
Bruma tepet, verſumq; domus ſibi temperat annum.
Exultat viſu, tectiſque potentis alumna
Non ſecus alma Venus, quam ſi Paphon æquore ab alto,
Idaliaſque domos, Erycinaque templa ſubiret.
Tunc ipſam ſolo reclinem affata cubili:
Quo nam hic uſque ſopor, vacuique modeſtia lecti,
O mihi Laurentes inter dilecta puellas?
Quis morum, fideique modus? nunquamne virili
Submittere jugo? veniet jam triſtior ætas:
Exerce formam, & fugientibus utere donis.
Non ideo tibi tale decus, vultuſque ſuperbos,
Meque dedi, viduos ut tranſmittare per annos
Ceu non cara mihi ſatis, ô, nimiumque, priores
Deſpexiſſe procos. at enim hic tibi ſanguine toto
Deditus, unam omnes inter miratur, amatque,
Nec formæ, nec ſtirpis egens. jam docta per urbem
Carmina, qui juvenes, quæ non didicere puellæ?

Hunc

Et paries circa palea ſatiatus inani
Fortuitoque luto ——
Per *robora*, itaque Poëta intelligit poſtes & columnas citreas, quibus aurum, in tenues laminas & cruſtas diſſectum, inſertum erat. Quem morem D. Hieronym. ad Gaudent. ingerit. Et Plinius libro 33. cap. 3. *Satiata* itaque *robora*, hic ſunt ad abundantiam, & ſatietatem uſque auro incruſtata, & veſtita. Nam per *Dalmaticum metallum*, aurum intelligit, quod ſub Nerone è Dalmatia vehi cœptum. *Idem.*

155. *Perſpicui vivunt.*] Artificioſe inducti, & tamen pariter cum viventibus nitidi & gelidi. vide Caſaub. ad Sueton. Auguſt. cap. 82.

160. *Idaliaſque domos.*] Idalium nemus Cypri dicatum Veneri, ut ſcribit Plinius. Hæc loca gratiſſima erant Veneri; Cyprus, Erix Siciliæ, Cythera Syria, ut refert Diodorus. *Erycina.*] ubi, templum habuit multis mulieribus miniſterio ſuo dicatis, deſtitutum tamen temporibus Tiberii. *Domitius.*

163. *Laurentes, &c.*] Latinas mulierculas. Æneid. xi. *Latio & Laurentibus agris.* *Puellam* vocat, quæ vidua erat. Vide Adverſ. lib. 25. cap. 14. *Barth.*

172. *Nam docta per urbem.*] Particula *Nam* locum hic non habet, nec enim redditur ratio præcedentium. Itaque *jam* velim reponi. *Nam* tamen retineri poſſet, ſi pro *formæ* legatur *famæ*. *Nec famæ nec ſtirpis, &c.* Præſtat ſane virum à fama, quam forma commendari. *Boxhorn. Epiſtola ad Joh. Fred. Gronov.*

174. *Hunc*

Hunc & biſſenos (ſic indulgentia pergat
Præſidis Auſonii) cernes attollere faſces
Ante diem: certe jam nunc Cybeleia novit
Limina, & Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.
Jamque parens Latius (cujus prænoſcere mentem
Fas mihi) purpureos habitus, Juvenique curule
Indulgebit ebur, Dacas (quæ gloria major?)
Exuvias, lauroſque dabit celebrare recentes.
Ergo age junge toros, atque otia deme juventæ.
Quas ego non gentes, quæ non face corda jugavi?
Alituum pecudumque mihi, durique ferarum
Non renuère greges. ipſum in connubia terræ
Æthera (cum pluviis rareſcunt nubila) ſolvo.
Sic rerum ſeries, mundique revertitur ætas.
Unde novum Trojæ decus, ardentumque deorum
Raptorem, Phrygio ſi non ego juncta marito?

Lydius

174. *Hunc & biſſenos, &c.*] Mens: Stellam favore Domitiani Conſulatum adepturum ante legitimam ætatem. neque enim ante annum XLIV. Conſulatum gerere per leges fas. Cicero Philip. V. *Quid Macedo Alexander cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne tertio & trigeſimo anno mortem obiit, quæ eſt ætas noſtris legibus X. annis minor quam Conſularis.* Lucem hinc mutuare Lampridio in Commodo. *Poſt hæc venia legis Annariæ impetrata, Conſul eſt factus.* hæc ex legum præſcripto. cæterum Auguſtus vigeſimo ætatis anno conſulatum invaſit. Et Cæſar Claudius adulationibus ſenatus (inquit Tacitus) libens conceſſit ut viceſimo ætatis anno conſulatum Nero iniret. Quin & Capitolino teſte Gordiano puero Conſulatus delatus. *Bernartius.*

176. *Cybeleia limina*] Id eſt prætor fuit. Nam prætores habitu triumphali præerant ludis Megaleſiacis. id eſt Cybeleis. in quibus ludos edidit Stella pro victoria Sarmat. Domit. de quo Martial.
Quos cuperet Phlegræa ſuos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa Lyæe ſuos.

quamvis aliter in noſtris ſit commentariis. *Legit carmen Sibyllæ.*] id eſt Duumvir eſt. olim XV. erant viri legendis libris Sibyllinis. quos tamen non legebant injuſſu ſenatus, ut ſcribit Livius. Aliquando variato numero fuerunt duo. *Domitius.*

178. *Parens Latius.*] Juppiter Auſonius, Coma Earini. Sæpius ita Domitiano, etiam inter Deos principatum affectanti Belluæ, blanditur, ut exemplis productis notarunt docti. *Barthius.*

185. *Ipſum in connubia Terræ Æthera, &c.*] Quid aliud prædicat Eurip. in illis verſib. quos laudat Ariſt. VIII. de Mor. ad c. I. Ἐρᾷν μὲ ὄμβρου γαῖαν, ξηρανθεῖσαν. Ἐρᾷν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν. Auctor Pervigilii commode interpretatur uno Octonario,
In ſinum maritus imber fluxit almæ conjugis. Morellus.

189. *Raptor erat, Phrygio, &c.*] Ro. Venetuſque codices & MSC. Florentinus? *Raptorem, Phrygio.* Quod ipſius Statii eſt, mutatumque ab iis, qui non capiebant. *Gronov. in Diatr.*

Lydius unde meos iteraſſet Tybris Iulos?
Quis ſeptemgeminæ poſuiſſet mœnia Romæ
Imperii Latiale caput? niſi Dardana furto
Cepiſſet Martem, nec me prohibente, ſacerdos?
His mulcet dictis, tacitumque inſpirat amorem
Connubii, redeunt animo jam dona, preceſque,
Et lacrymæ, vigileſque viri prope limina queſtus:
Aſteris & vatis, totam cantata per urbem,
Aſteris ante dapes, nocte Aſteris, Aſteris ortu,
Quantum non clamatus Hylas, jamque aſpera cœpit
Flectere corda libens, & jam ſibi dura videri.
Macte toris, Latios inter placidiſſime vates,
Quod durum permenſus iter, cœptique laboris
Prendiſti portus, tumidæ ſic transfuga Piſæ
Amnis in externos longe flammatus amores,
Flumina demerſo trahit intemerata canali,

Donec

197. *Aſteris.*] Ἀςὴρ ſtellam ſignificat, inde eſt Aſteris, quaſi ſtelles, id eſt, amica ſtellæ; quod nomen poëta formaverat, inſerueratque carmini, quod Aſteris vocabatur. Vide hic doctiſſ. Joh. Gerh. Voſſ. lib. v. Rhetor. c. 8.

199. *Quantum non clamatus hylas.*] Nam Hercules amiſſum Hylam diu clamavit. Flaccus in tertio:

Rurſus Hylan & rurſus Hylan per longa reclamat
Avia. Reſponſant ſylvæ & vaga certat imago.

Hic filius Theodamantis fuit raptus ab Hercule, ut ex commentariis Apollonii alibi docuimus. In Bithynia egreſſus aquatum, ſecutuſque cervam immiſſam à Junone (ut canit Flaccus) cum veniſſet ad littus, raptus eſt à choro Nympharum. Theocritus ab omnibus Nymphis raptum tradit. Onaſus in primo Amazonicorum eum in mare lapſum merſum ſcribit. Nicandrus in ſecundo, ab omnibus raptum. Apollonius ab una tantum. *Domitius.*

200. *Et jam ſibi dura.*] Poſtrema illa omnino in mendo cubant. Si enim Violantilla poſt ſuaſoriam Veneris orationem cœperit flectere aſpera colla, & Stellam amare, quomodo potuit etiamnum ſibi videri dura? Haud dubie ſcribendum eſt: *Nec tam ſibi dura videri:* Nolo tamen diſſimulare commodo ſenſu & aucto explicari poſſe vulgatam lectionem. Ut mens ſit: Violantillam tum demum, cum Venerem loquentem & ad nuptias hortantem audiſſet, ſerio agnoviſſe, ſe duram nimis & pertinacem adverſus Stellam fuiſſe. *Boxhorn. Epiſt. ad Joh. Fred. Gron.*

203. *Tumidæ Piſæ.*] Apta comparatio qua labor Stellæ exprimitur in amore, & tandem reſpiratio. nam Alpheus qui juxta Olympii Jovis templum labitur, per ſubterraneos meatus in Siciliam pervenire dicitur ad Arethuſam, cujus amore captus eſt. Nota fabula apud Ovid. *Domitius.* *Tumidæ, &c.*] Quare *tumidæ*? an propter Oenomarum. Rhodianus: *miadæ.* Salisb. *intiadæ.* forte: *nitidis ſic transfuga Piſæ.* Propter palæſtras. Martial. *nitidis octava palæſtris.* Gronov.

209. *Quis*

Donec Sicanios tandem prolatus anhelo
Ore bibat fontes, miratur dulcia Nais
Oſcula, nec credit pelago veniſſe maritum.
Quis tibi tunc alacri, cœleſtum munere claro,
Stella, dies? quanto ſalierunt pectora voto,
Dulcia cum dominæ dexter connubia vultus
Annuit! ire polo, nitidoſque errare per axes
Viſus. Amyclæis minus exultavit arenis
Paſtor, ad Idæas Helena veniente carinas.
Theſſala nec talem viderunt Pelea Tempe,
Cum Thetin Æmoniis Chiron accedere terris
Erecto proſpexit equo. Quam longa morantur
Sidera! quam ſegnis votis Aurora mariti!
At procul ut Stellæ thalamos ſenſere parari
Latous vatum pater, & Semeleius Euan;

Hic

209. *Quis tibi tunc alacri, &c.*] Putide bina epitheta uni nomini hic præter morem Poëtæ, adjuncta. Lege itaque

— cœleſtum, munere clare
Stella, dies. —

Stellam clarum vocat tum ad nomen alludens, cui propria claritas, tum ad ejus nobilitatem. Imo ſemper pene illud epitheton illi tribuit Poëta noſter, ut & Martialis: qui lib. 12. Epigr. 3.

Clarus Ianthea Stella ſititur aqua.

De Stellæ hujus nobilitate, honoribus, opibus, conſule Bernardinum Scardeonium de Priſcis civibus Patavinis, lib. 1. Claſſ. 3. *Gevartius.*

213. *Ire polo, nitidoſque errare per axes, &c.*] Veteres cum maximum aliquod & inuſitatum gaudii genus exprimere vellent, *cœlum ſeſe perambulare* dicebant. Hinc Statius cum innuere vellet, Stellam ob deſponſam ſibi Violantillam omni gaudio exultaſſe, ait ipſum *Viſum* eſſe, *Ire polo, nitidoſque errare per axes.* Propertius lib. 1. Eleg. 8. eodem loquendi genere utitur, dum ſe à Cynthia ſua amari gloriatur:

Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis
Sive dies, ſeu nox venerit, illa mea eſt.

Fruſtra itaque eſt vir ſummus Juſtus Lipſius 4. Antiq. Lect. cap. 2. ad hunc Propertii locum, ubi ait inſolentem eſſe locutionem *Cœlum plantis* ſive pedibus *contingere*, ac verius videri ſibi legendum:

— contingere ſidera palmis.

Nam & Græci hoc uno verbo pulcherrime exprimunt αἰθεροβατεῖν, quod recte Suidas interpretatur, *in cœlo verſari.* Cui confine eſt illud Ciceronis ad Atticum: *Si vero quæ de me pacta ſunt non ſerventur, in cœlo ſum.* Idem.

215. *Theſſala Tempe.*] Locus Theſſaliæ. Ita regio à parte præcipua. Vide Plin. & Ælianum integro quodam capite. *Iletis* verò Chironis filia.

217. *Erecto, &c.*] Chiron Centaurus fuit media parte equus. vide multa de Chirone apud Ovid. Lucan. Apollodor. Diodor. &c *Barthius.*

220. *Latous.*] Apollo filius Latonæ. Nam Λητὼ græce Latona dicitur, inde Latous. Apollonius tamen in primo Latoidem appellavit Γείνατο κυδαλίμοις ἐνωμέθμιον Αἰολόδηος Λητοΐδης. *Domitius.*

Hic movet Ortygia, movet hic rapida agmina Nyſa,
Huic Lycii montes, gelidaque umbracula Thymbe,
Et Parnaſſus honos; illi Pangea reſultant,
Iſmaraque, & quondam genialis littora Naxi.
Tunc caras inière fores, comitique canoro
Hic chelyn, hic flavam maculoſo nebrida tergo,
Hic thyrſos, hic plectra ferit, hic enthea lauro
Tempora, Minoa crinem premit ille corona.
Vix dum emiſſa dies, & jam ſocialia praſto
Omina. jam feſta fervet domus utraque pompa.
Fronde virent poſtes, & fervent compita flammis,
Et pars immenſa gaudet celeberrima Romæ.
Omnis honos, cuncti veniunt ad limina faſces,
Omnis plebejo teritur prætexta tumultu.
Hic eques; hic juvenum cœtu ſtola mixta laborat.

Felices

221. *Ortygia.*] Eadem Delos dicta, quod ὄρτυξ, id eſt coturnix, in ea primum viſa ſit. licet fabula canat, ſororem Aſteriem verſam in coturnicem. In inſula nec ſepeliri nec cremari mortuos fas erat. efferebantur in Reneam inſulam diſtantem quattuor ſtadiis; nec illic alebatur canis, ut docuimus in commentariis in Ibin. *Nyſa.*] Arabiæ fœlicis antrum, ubi Bacchus eſt educatus. Sophocles in India ſcribit Nyſam, quam corniger Bacchus ſibi obſtetricem colit, ubi ales non clangit. Homerus.

Qui quondam altricem Bacchi ſacramque turbant Per Nyſam.

Nyſa item in Aſia juxta Trales. *Idem.*

222. *Hinc Lycii montes, &c.*] Corruptiſſimus locus. In primis, pro *Hinc*, lege: *Huic* ſcilicet Apollini. Nam poſtea ſequitur *illi*, ſcilicet Baccho. Quid vero hoc ſibi vult, *Et Parnaſſus honos?* An Parnaſſum montem, *Parnaſſium honorem*, vocat? Quis ita loquitur? Omnino legendum, quemadmodum Princeps eruditorum Heinſius cenſuit:

Et Parnaſſe ſonas. Tritum eſt Poëtis vaticinante Apolline, aut etiam venientein Parnaſſum, dicere montem cum ſonare, vel moveri. Callimachus:

Οἶον ὁ τοῦ πόλλωνος ἰσοίσων δυά-
φωνος ὄρτυξ
Οἶα δὲ, ὅλον τὸ μέλαθρον. ἐχθὲς
ὅσις ἀλιτρός.

Sic etiam Claudianus 6. Conſul. Honorii, ✝ſ. 233. *Gevartius.*

229. *Emiſſa dies.*] Mire hic hallucinatus Bernartius, qui per *emiſſam diem*, Veſperum intelligit, cum è contra Tempus matutinum intelligendum ſit. Eſt enim metaphora ab equis Circenſibus, qui è carcere emittuntur. Sic Claudian. Paneg. Manlii: — *emiſſo quicquid ſol imbuit ortu.* Et ita illud Maronis intelligendum: *Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus.* Vult enim Poëta matutino tempore, omnia ad nuptias neceſſaria eſſe præparata, & in primis, omina, & auſpicia, quæ vel maxime in nuptiis obſervabant. Itaque præter rem ſunt, quæ de ſponſa veſperi domum ducta hic adnotavit Bernartius. *Gevartius.*

235. *Hic juvenum queſtus, ſtola mixta.*] Vereor plane mendum hic irrepſiſſe, & omnino emaculandum: *hic juvenum cœtu ſtola mixta laborat.* cogitemus tamen. Ceterum per *ſtolam* pro-

priè

Felices utroſque vocant, ſed in agmine plures
Invidere viro. Iam dudum poſte reclinis
Quærit Hymen thalamis intactum dicere carmen,
Quo vatem mulcere queat, dat Iuno verenda
Vincula, & inſigni geminat Concordia tæda.
Hic fuit ille dies: noctem canat ipſe maritus;
Quantum noſſe licet. Sic victa ſopore doloſo
Martia fluminea poſuit latus Ilia ripa:
Non talis niveos ſtrinxit Lavinia vultus.
Cum Turno ſpectante rubet: non Claudia talis
Reſpexit populos nota jam virgo carina.
Nunc opus Aonidum comites, tripodumque miniſtri
Diverſis

ptie matronas deſignat. licet enim apud Græcos alioſque ſtola etiam inter virilia veſtimenta. Romanis non niſi inter muliebria. Ulpian. l. XXIII. D. de aur. & arg. legat. *Bernartius.*

237. *Jandudum poſte reclinis quærit Hymen thalamis intactum dicere carmen.*] Obſerva morem, quo receptum erat, ut Epithalamion ante thalami fores cantaretur. Stat. ipſe Geneth. Lucani:

Et veſtros Hymenæon ante poſtes
Feſtis cantibus ipſa perſonabo.

Scholiaſtes Theocriti: τὸ δὲ ἐπιθαλάμιον ᾄδουσιν αἱ παρθένοι πρὸ τοῦ θαλάμου, ἵνα τῆς παρθένου βιαζομένης ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἡ φωνὴ μὴ ἐξακούηται. *Intactum* vero *carmen*, vocat à nemine hactenus decantatum. Sic. 3. Sylvar. Hercul. Surrentino:

—— *novoſque*
Pieridum flores, intactaque carmina diſcens. Gevartius.

239. *Dat Juno verenda vincula, &c.*] Medici ad hunc ægrum, an non Veſpillones? eſt qui legat *& inſignis geniat concordia.* verbum ſacerdotale eſt, inquit, idemque valet quod eſt apud Claudianum: —— *genialia fœdera ſancit.* alius emendat: *& inſignis gemina concordia tæda:* ut mens ſit: ſtabili nexu jungunt Stellæ Violantillæque conjugium Juno & Concordia, quæ eſt inſignis, id eſt inſigne geſtat, geminas ſeu duas accenſas faces. argumento, ait, concordes eſſe non poſſe, niſi mutua benivolentia ſit, ac utrinq; reſpondeatur in amore, qui ſymbolicos in face deſignatur. ego aliquando τὸ *Vincula* ad vittam retuli, quæ nuptiarum die ſumebatur: nec video cur ſententiam mutare debeam. tu mecum erudite lector conſidera nunquid retineri poſſit *geminat concordia*, id eſt firmat inſigni face: robuſta enim firmaque gemina dici notum, ut apud Virgilium,

—— *Duplici dentalia ferro.*

Cogitemus & num hinc firmari poſſit varie concuſſus Plauti locus Aulularia.

Tantum gemitique mali moleſtiæque hic dies mihi obtulit,
Famem & Pauperiem. Bern.

Et inſigni, &c.] Hærent interpretes. Nihil difficultatis eſt, ſi nobiſcum legas: *Et inſigneis geminat concordia tædas. Inſignis* haud dubie antique ſcriptum fuit, pro *inſigneis*, & hinc natum illud *inſigni* in libris Vulgatis. *Geminat* autem idem, quod conjungit. *Boxhorn. Epiſtola quadam ad Joh. Fred. Gronovium.*

243. *Martia Ilia.*] Martia quæ habuit rem cum Marte: per exempla ſumpta à virginibus pudorem Violantillæ exprimit. *Domitius.*

Diverſis certare modis: eat enthea vittis,
Atque hederis redimita cohors, ut pollet ovanti,
Quiſque lyra. ſed præcipue qui nobile greſſu
Extremo fraudatis opus, date carmina feſtis
Digna toris. hunc ipſe Coo plaudente Philetas,
Callimachuſque ſenex, Vmbroque Propertius antro,
Ambiſſent laudare diem, nec triſtis in ipſis
Naſo Tomis, diveſque foco lucente Tibullus.
Me certe non unus amor, ſimplexque canendi
Cauſa trahit: tecum ſimiles, junctaque Camœnæ
Stella mihi, multumque pares bacchamur ad aras,
Et ſociam doctis haurimus ab amnibus undam;
At te naſcentem gremio mea prima recepit
Parthenope, dulciſque ſolo tu gloria noſtro
Reptaſti: nitidum conſurgat ad æthera tellus
Eubois, & pulchra tumeat Sebetos alumna.

Nec

248. *Eat enthea vittis, &c.*] Locum hunc ex Ædilitio edicto pronuntio non ſanum integrumque & præſto legendum, *eat enthea vittis.* Vates enim vittatos fuiſſe plenè docui de v. Thebaidos. vates verò intelligi & notio verbi enthea, & ipſe orationis ductus probat. enthea, quaſi numine divino plena. *Bernartius.*

252. *Hunc ipſe choro.*] A ſciolis eſt cum in excuſis omnibus paulum vetuſtioribus & in ipſo ſcripto meo diſerte legatur: *Coo plaudente.* & rectè. Philetas enim eligiographus Theliphi filius, Cous fuit, Alexandri magni temporibus. acerrimus Poëtarum Cenſor, Ptolomæi Philadelphi præceptor, ut Strabo, Ælianus, Athenæus & Suidas tradiderunt. Propertius lib. III. *Callimachi manes & Coi ſacra Philetæ.* At, inquiunt, lex Grammaticorum violatur. Bona verba. non inſulam, ſed cives intelligiti & mens, Philetæ epithalamium Stellæ canenti, Coos id eſt ſuos cives, animis & ore fuiſſe fauturos. Etenim gentile nomen ab inſula Co per Cous eſt intenta prima, Couſque per o quod μικρὸν vocant eadem ſyllaba contracta, ut ex Stephano Grammatico, qui diligenter de tota hac re diſſerit, eruditus Parrhaſius alibi monuit. *Idem.*

253. *Callimachuſque ſenex.*] Cyrenæus hic ex Batto oriundus, qui Cyrenas condidit; primas hic in elegia tulit juxta Strabonem. *Senex* auctoritatis vocabulum. *Umbro Propertius, &c.*] Propertii patria Mevania fuit in Umbria. Vidi Propert. Eleg. I. lib. IV. & ibid. Joſeph. Scalig.

260. *At te.*] O Violantilla. Hoc disjunctive legendum. quoniam v. quidam conjunctim legere cum ſuperioribus, falſum hinc acceperunt teſtimonium, eſſe Parthenopeum, cum ſit Patavinus, teſte Martiale. Hoc enim quod ait, *At te*, non ad Stellam: ſed ad Violantillam referendum eſt. *Domitius.*

263. *Et pulchra tumeat Sebetos alumna, nec tibi.*] Literulæ vitio, labentem ſententiam, erigo: *Nec ſibi.* Mens; nec Lucrinus Lacus, nec Sarnus, magis gloriari poſſunt ſuis nymphis, quàm Sebe-

Nec ſibi ſulfureis Lucrinæ Naides antris,
Nec Pompejani placeant magis otia Sarni.
Eja age præclaros Latio properate nepotes,
Qui leges, qui caſtra regant, qui carmina ludant.
Acceleret partu decimum bona Cynthia menſem.
Sed parcat Lucina precor. tuque ipſe parenti
Parce puer, ne mollem uterum, ne ſtantia lædas
Pectora: cumque tuos tacito Natura receſſu
Formarit vultus, multum de patre decoris,
Plus de matre feras. At tu pulcherrima forma
Italidum, tandem merito poſſeſſa marito,
Vincla diu quæſita fove. ſic damna decoris
Nulla tibi, longæ viridis ſic flore juventæ
Perdurent vultus, tardeque hæc forma ſeneſcat.

Sebetos (fons apud Neapolim eſt, Columella aliique videntor) Violantilla ſua civi. *Bernartius.*

265. *Pompejani Sarni.*] Pompeji, oppidum Campaniæ, quod Sarnus fluvius navigabilis alluit. Vide Strab. l. 5. Plin. lib. 3. c. 5. Vib. Sequeſt.

274. *Merito poſſeſſa marito.*] Explicatur vis & notatio δάμαρτος. cui conſonat Gallica Dominæ vocis pronuntiatio. *Morellus.*

III.

VILLA TIBURTINA MANLII VOPISCI.

Cernere facundi Tibur glaciale Vopiſci,
Si quis, & inſerto geminos Aniene penates,

Aut

1. *Cernere, &c.*] An τὸ *cernere* ἁπλῶς intueri? atqui ἐν ὄψει εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε καὶ Πραίνεστος καὶ Τούσκλον, ut ſcribit Geographus l. v. an ludit in ambiguo τοῦ *adire & cernere hereditatem?* utique τὸ *cernere* ἐμφανικώτερόν ἐστι ἀντὶ τοῦ κρίνειν, ut perluſtrare. mox ſubjicit τὸ *noſcere*, pro penitus perſpectum planeque cognitum habere Tibur. εἰδέναι ἀκριβέστατα καὶ λεπτομερέστατα. Vopiſcum porrò Rom. prænomen eſſe autores inculcant; ejus verò origo & ratio germanæ ſignificationi conveniens, unde quæſo niſi ab ὀπίσω, ὀπίσθιος repetatur? ſpiritu leni in v. conſ. mutato, ut ex ἰς fit *vis.* quòd ex duobus conceptis, poſt unum abortu excluſum, ad partum legitimum deduceretur ὀπίσκος, ὄπισθε γονῆς. *Morellus.* *Tibur glaciale.*] Tibur oppidum eſt, ad ſextumdecimum lapidem diſtans ab Urbe. Regio circumquaque frigidæ naturæ erat. quare & in agro Tiburtino plerique Romanorum villas habebant, in quibus degebant æſtate. *Bernartius.*

2. *Penates geminos inſerto Aniene.*] Duplicem domum quæ ab utraque Anienis ripa conjungitur. *Domitius.*

Aut potuit ſociæ commercia noſcere ripæ,
Certanteſque ſibi dominum defendere villas;
Illum nec calido latravit Seirius aſtro,
Nec gravis aſpexit Nemees frondentis alumnus.
Talis hyems tectis, frangunt ſic improba ſolem
Frigora, Piſæumque domus non æſtuat annum.
Ipſa manu tenera tectum ſcripſiſſe Voluptas.
Tunc Venus Idaliis unxit faſtigia ſuccis,
Permulſitque comis, blandumque reliquit honorem
Sedibus, & volucres vetuit diſcedere natos.
O longum memoranda dies! quæ mente reporto
Gaudia! quam laſſos per tot miracula viſus!
Ingenium quam mite ſolo! quæ forma beatis
Arte manus conceſſa locis! non largius uſquam
Indulſit Natura ſibi. nemora alta citatis
Incubuere vadis, fallax reſponſat imago
Frondibus, & longas eadem fugit umbra per undas.

Ipſe

8. *Piſæumque domus non æſtuat annum.*] *Annum Piſæum*, appellat Statius illud anni tempus, quo ludi Olympici prope Piſam in Elide celebrabantur, quod in ſummis Æſtatis caloribus fiebat. Eadem locutione 12. Theb. *Phrygiam noctem*, vocat illam qua Phryges ſacra ſua Cybelæ faciebant:

Nocte velut Phrygia, cum lamentata reſultant Dyndima, &c.

Ibidem *Noctem Herculeam*, dixit eam qua genitus Hercules:

Ter noctem Herculeam, veteres ſed mitto querelas, &c.

Sic etiam Valer. Flaccus lib. 2. *Noctem Doricam* vocavit, illam qua Dores Troja potiti ſunt:

—— manet immotis nox Dorica fatis.

Ita enim legendum, nec audiendus Politianus, qui cap. 5. Miſcell. *nox durica* ſubſtituere conatus eſt. Mira autem locutio eſt, *æſtuare annum Piſæum*, ac ſi quis diceret, *æſtuare æſtum*, quemadmodum Lucretius lib. 6.

—— neceſſe eſt,
Hos igitur Tellus omnes exæſtuet æſtus.

Gevartius.

9. *Tectum ſcripſiſſe voluptas.*] Labat ſententia, niſi *ſcripſiſſe* pro *ſcripſit* poſitum, uti alias à Papinio factum, ad Thebaidos notavi. *ſcripſit* id eſt fecit *condidit*, propria verbi notione; quod non ſolum ad ſtilum refertur, ſed ad alia opera *Bernartius*. *Ipſa manu.*] Emendat Doctiſſ. Lindebrogius: *Viſa manu tenera*. *Ipſa manu, &c.*] Hic nonnulli codices, *Viſa manu*. Sed mollius intellexeris, *videtur*, aut *credi poteſt*. Vid. Gronov. l. 2. Obſ. c. 14. & *tectum ſcribere* Statius idem intelligit, quod Maro: *optare locum tecto, & concludere ſulco.* Voluptas locum elegit & deſignavit; Venus inunxit faſtigia Idaliis ſuccis, *Permulſitque comis.* Ita enim ſcribendum, non *comas*, cum MSC. Florentino. *Diatr. Gron. c.* 10.

10. *Succis Idaliis.*] Cypriis, ab Idalio nemore ei dicato, ut ſcribit Plinius. *Domitius.*

20. *Ipſe*

Ipſe Anien (miranda fides) infraque, ſuperque
Saxeus; hic tumidam rabiem, ſpumoſaque ponit
Murmura, ceu placidi veritus turbare Vopiſci
Pierioſque dies, & habentes carmina ſomnos.
Littus utrumque domi: nec te mitiſſimus amnis
Dividit, alternas ſervant prætoria ripas,
Non externa ſibi, fluviumve obſtare queruntur.

Seſtia-

20. *Ipſe Anien, &c.*] Reſcribe:

Ipſe Anien (miranda fides!) infraque ſuperque
Saxeus, hic tumidam rabiem, ſpumoſaque ponit

Murmura. Anien ſeu Anio (utroque enim modo dicitur) fluvius Italiæ, in Trebianorum monte oriens, tres nobiles Lacus in Tiberim defert, & per Tiburtinum agrum decurrens, è ſublimi in vallem ſubjectam præceps fertur, ut ruere potius quàm defluere videatur, teſte Strabone. Horatius:

Et præceps Anio, & Tiburti lucus.

Hæc qui norit, non quæret cur tumidam rabiem & ſpumoſa murmura illi Noſter tribuat. at cur *Saxeus*? audi Suetonium Claudio cap. xx. *ſimulque rivum Anienis novo lapideo opere in urbem perduxit diviſitque in plurimos & ornatiſſimos lacus.* Adi Plinium lib. III. cap. VIII. & LXXIV. & Vadinum Scholiaſten Pomponii. *Bernartius.*

23. *Habentes carmina ſomnos.*] Eſt permutatio vicinarum vocum. Dicere enim debebat, *carmina ſomnos amantia.* Rectè Joh. Gebhardus *habenter* maluit, deſiderium ſuum illud rei demens, quò delectantur imprimis carminum conditores. Figuram loquendi multis modis illuſtramus ad Claudianum noſtrum. *Barthius.*

24. *Littus utrumque domi, &c.*] Nihil hiſce verſibus ingenioſius dici poteſt, & valde miror maximum Lipſium hic hæſiſſe, qui 2. Elect. cap. 14. ita corrigit:

Littus utrimque, domus: nec ſe mitiſſimus amnis
Dividit, &c. Sed ingrata opera: & Bernartius male ipſum ſequutus eſt. Nam locus recte habet. Ait enim Statius utrumque Anienis littus ſui ripam *domi eſſe*, id eſt domeſticam & non externam, nam in utroque littore domus erat, quæ fornice jungebatur. Itaque & hoc & illud littus domi erat non foris, & ideo ſupra dixit

— *geminæ commercia ripæ,*

& : — *Inſerto geminos Aniene penates.*

Et paulo poſt ait bina illa prætoria non eſſe *ſibi externa*, ſed domeſtica & vicina. Quod vero pro eo quod Statius dixerat:

— *nec te mitiſſimus amnis*
Dividit. — Corrigat Lipſius.
— *nec ſe mitiſſimus amnis, &c.*

Illud plane contra mentem Poëtæ eſt, qui hoc vult: Nec te, ô Vopiſce, dum in una ripa verſaris, impedit amnis intermedius, quo minus in alteram etiam ripam tranſire poſſis, nam utræque littoris domus fornice conjunguntur, & ita, velut unæ domus fiunt. Lipſius vero ſuam lectionem ita interpretatur: *Amnis ipſe ſe non dividit, ſed ripam duplicem exornant prætoria bina:* quod plane eſt ἀσυνάρτητον, ut cuivis patet. Totum autem locum iiſdem pene verbis expreſſit Auſonius in Moſella:

— *Villæ*
Quas medius dirimit ſinuoſis flexibus errans
Amnis, & alternas comunt Prætoria ripas.

Alterna ripa, id eſt utraque. Sic infra,

Quid referam alternas gemino ſuper aggere menſas.

Gevartius.

Seſtiacos nunc fama ſinus, pelaguſque natatum
Iactet, & audaci junctos delphinas ephebo:
Hic æterna quies, nullis hic jura procellis,
Nuſquam fervor aquis. datur hic tranſmittere viſus,
Et voces, & pene manus: ſic Chalcida fluctus
Expellunt reſlui: ſic diſſociata profundo
Bruttia Sicanium circumſpicit ora Pelorum.
Quid primum, mediumve canam? quo fine quieſcam?
Aurataſne trabes? an Mauros undique poſtes?

An

27. *Seſtiacos nunc fama, &c.*] Hos verſus quoque expreſſit Auſonius in Moſella:

Quis modo Seſtiacum pelagus, Nepheleidos Helles
Æquor, Abydeni freta quis miretur ephebi?

Statius ſine dubio reſpexit ad Leandri fabulam, & ad puerum illum, qui Auguſti tempore delphini tergo inſidens ex Bajano ſinu, Puteolos commigrabat: Largiter errat Bernartius dum hanc Hiſtoriam refert. Ait namque puero illi fuiſſe nomen *Simo* quod plane falſum. nam ipſi delphino hoc nomen erat. Puer enim cum delphinum vectorem ſuum ad littus advocaret, ſæpius inclamabat: *Simo, Simo.* & ilico prodibat delphin, qui adſcenſuro dorſum premebat, teſte Plinio, lib. 9. cap. 8. Delphin vero, *Simo* dictus eſt, quia *Simum* roſtrum habet, quemadmodum illi qui nares preſſas habent, *Simi* dicuntur & *Simones*. Vulgo *Camuſes* ſolent appellari. *Gevartius.*

31. *Sic Chalcida fluctus, &c.*] Toto cœlo hic erravit Bernartius, qui per illa verba: —— *ſic Chalcida fluctus*

Expellunt fluvii,

exiſtimat diſtantiam Europæ atque Aſiæ intelligendam, cum Poëta diſtantiam Eubœæ, à Bœotia deſignet. Geminas urbes, Chalciden, & Chalcedonem inepte confudit. *Chalcedon*, ad quam ille hunc locum falſo referendum putavit, oppidum eſt in faucibus Thracii Boſphori, qui Europam ab Aſia diſterminat, ex adverſo Byzantii poſitum. Hinc Claudian. 4. Conſul. Honorii: *Boſphorus adverſam patitur Chalcedona cerni.* *Chalcis* vero, de qua hic Statius, urbs eſt Eubœæ, quam Euripus reciprocantibus fluctibus ab Aulide Bœotiæ portu divulſit. Quare Euripi *fluctus* merito hic adjective *fluvios* appellat, id eſt qui ſepties de die ac nocte *fluunt refluuntque*, teſte Plinio. Hinc Cicero 3. de Nat. Deor. *Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putes fieri poſſe conſtantius?* Ait vero, *fluctus expellere Chalcida*, id eſt, divellere, & disjungere. Nam dum Chalcidem à continenti disjungit Euripus, neceſſario intermedium ſolum fluctuum vehementia expellitur, atque ejicitur. Hoc vero de Boſphoro nulla ratione dici poteſt. Nam ſumma ille lenitate fluit ſine ulla omnino reciprocatione. Id confirmat oculatus teſtis Augerius Busbequ[illegible] V.Cl. in Epiſtola 1. Itinerarii ſui. *G[illegible]rtius.*

35. *Poſtes Mauros.*] Auctor eſt Polybius, in extremis Africæ dentes elephantorum poſtium uſum præbere. Quòd autem valvæ ex ebore apud Romanos ornarentur, Propertius indicat eo verſu:

Auro ſolis erant ſupra faſtigia currus:
Et valvæ Lybici nobile dentis opus.

Ego tamen intellexerim potius de citro arbore. Nam ut Strabo teſtatur, & Plinius copioſius ſcribit, in Mauris plurima arbor citri eſt, unde menſæ fiebant magnis impendiis & luxu: quod in

com-

An picturata lucentia marmora venâ
Mirer? an emiſſas per cuncta cubilia lymphas?
Huc oculis, huc mente trahor. venerabile dicam
Lucorum ſenium? te quæ vada fluminis infra
Cernis? an id ſylvas quæ reſpicis, aula, tacentes?
Qua tibi tota quies, offenſaque turbine nullo
Nox ſilet, & nigros imitantia murmura ſomnos.
An quæ graminea ſuſcepta crepidine fumant
Balnea,

commentariis Martialis pluribus verſibus teſtati ſumus. Vult Papiniüs videri, poſtes ex citro fuiſſe in villa Vopiſci. *Domitius.* *An Mauros undique, &c.*] MSC. Medicæus, cujus & Wouwerius in quadam ad Scaligerum epiſtola meminit, pro *vena* habet *luna*. Quod mihi ſpernere religio. Conjungit enim poſtes ex Numidico & Lunenſi marmore, de quo Strabo. *Gron. in Diatr.*

36. *An picturata lucentia, &c.*] Offendit me continua illa repetitio ſonoræ vocalis, & propterea ſic corrigo: *An picturatæ lucentia marmora venæ Mirer?* Hoc eſt, an præcipuè mirabor marmora illa, quæ picturatas venas, id eſt, ductus colorum variegatos habent? Marmora duûm generum, Venæ in quibuſdam artificiales. De his agit Statius, & meminit Seneca lib. 13. Epiſt. 1. *Pauper ſibi videtur, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint, niſi illis undique operoſa & in picturæ modum variata circumitio prætexatur.* Nihil æque facit ad mentem Statii. *Boxhorn. Epiſt. quadam ad Joh. Fred. Gronovium.* *Per cuncta cubilia lymphas.*] Lectio hæc à Joan. Brittanico eſt, cum antea legeretur — *cubilia Nymphas*: non male etiam, nam & veteres Græci, aquam *nympham* appellabant, quam Latini mutata littera *Lympham* vocarunt. Cæterum errat ille, meo judicio, in explicatione hujus verſus. Ait enim hic à Poëta deſcribi aquas calidas, quæ per parietes cubiculorum mittebantur ad calefacienda cubilia. Sed omnino contrarium eſt. nam Poëta villam hanc à frigore & æſtus temperie laudat, ad quam ad vitandum calorem ſecedebant. Unde ſupra dixit: *Talis hyems tectis, frangunt ſic improba ſolem Frigora, &c.* Itaque potius aqua frigida intelligenda eſt, quam tubis incluſam ad æſtivum calorem minuendum per ſingulos cubiculorum ſuorum parietes deducebant. Seneca Epiſt. 110. & de tranquill. vitæ, c. 1. *Grævius.* Conf. quæ Caſaubonus notat ad Suet. in Auguſto c. 82. & quæ Joh. Brodæus Miſcell. lib. 5. c. 6.

39. *Lucorum ſenium.*] Laus ſylvæ & nemoris eſt à vetuſtate Tiburi. Certè tres erant quercus, ut ſcribit Plinius, longè antiquiores ipſo oppido. Nam apud eas Tiburnus conditor dicitur inauguratus. *Domitius.*

41. *Qua tibi tota quies.*] Behôtius & Piccartus ſcribunt, *tuta quies.* *Tota quies* integra eſt, nulla ex parte, vel minutiſſimo turbarum ſtrepitu interrupta. *Gron. in Diatr.*

42. *Nigros imitantia, &c.*] Suſpicor ſcripſiſſe Statium: *& nigros invitant murmura ſomnos.* Ut prima Thebaide: *Invitat teneros ad dura cubilia ſomnos.* Gronovius.

43. *An quæ graminea, &c.*] Auſonius mutuatus eſt in Moſella:
Quid quæ ſulphurea ſuſcepta crepidine fumant Balnea? Notandus vero hic mos circa illa tempora primum repertus, ut Balnea in editiori loco ſuſpenderentur, cum ante in æquo ſolo conſtruebantur. Hinc Seneca Epiſt. 90. *Quædam demum noſtra prodiiſſe memoria ſcimus, ut Suſpen-*

pen-

Balnea, & impoſitum ripis algentibus ignem?
Quaque vaporiferis junctus fornacibus amnis
Ridet anhelantes vicino flumine Nymphas.
Vidi artes, veterumque manus, variiſque metalla
Viva modis. labor eſt, auri memorare figuras,
Aut ebur, aut dignas digitis contingere gemmas.
Quicquid & argento primum, vel in ære Myronis
Luſit, & enormes manus eſt experta Coloſſos.
Dum vagor aſpectu, viſuſque per omnia duco,
Calcabam nec opinus opes. nam ſplendor ab alto
Defluus, & nitidum referentes aëra teſtæ
Monſtravere ſolum, varias ubi picta per artes
Gaudet humus, ſuperatque novis aſarota figuris.

Expa-

PENSVRAS BALNEORVM, *& impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, &c.* Gevartius.

46. *Ridet anhelantes, &c.*] Albulam, ſeu ut alii, plurative Albulas intelligit flumen ad Anienem, lib. VIII. Ceterum aptè ad hujus loci lucem Pauſanias Meſſenicis: *Ad urbem* (inquit) *tenus Anienem latices occurrunt albi, quos ubi primum quis ingreditur, horreſcit: deinde pluſculum ibi moratus, ita æſtuat ac ſi quid igneæ calfactoriaque potionis hauſerit.* Bernartius.

48. *Viva modis.*] Scil. *Spirantia molliter æra,* & *Vivi ducti de marmore vultus.* Sicque vivis ferè proxima. Vide Franc. Jun. de pictura lib. 2. cap. 10. & Barth. ad Claudian. bello Getico. ỳſ. 612.

50. *Vel in ære Myronis Luſit.*] Myron ſculptor celebris fuit in ære Æginetico, Eleutheris natus, Ægeladis diſcipulus, cujus plurima opera recenſet Plinius lib. 34. cap. 8. meminere Cicero in Verrem Act. VI. Pauſanias Atticis, Ovidius de Ponto, Propertius, Martialis, aliique. *Bernartius.*

53. *Nec opinus.*] In aliis codicibus extat *opimus*, nos legimus *opinus*: ut dicat, imprudens incedebam per luxurioſa pavimenta, quod tandem adverti admonitus ſplendore reciproco. *Domit.*

54. *Teſtæ.*] Id eſt, teſtulæ, quibus erat contectum pavimentum, referebant fulgorem. Aër enim pro fulgore ex Barthio liquet.

56. *Aſarota figuris.*] Valde hic ſcriptura variat. Alii enim legunt, *ſuperantque*, id eſt, extánt & eminent. Sic locutus eſt Poëta 4. Theb.

Quanquam infoſſus humo, ſuperat tamen agger in auras.

Tanquam in hoc pavimento teſtulæ quædam altius eductæ fuerint, unde difficulter verri potuit, ideoque dictum eſſe ἀσάρωτον. Hoc autem falſum eſſe infra probabimus. Alii ſic legunt:

— ſuperantque novas aſarota figuras.

Sed vulgata lectio melius ſe tuetur, ut dicat Poëta *ſuberant*, id eſt, ſubſtrata erant pedibus meis, aſarota novis figuris ornata. Porro de aſarotis pugna Lapitharum nata inter Grammaticos, & in primis inter Domitium & Perottum ad Martialem. Domitius enim hoc Statii loco, & in Martialem ait ἀσάρωτα dicta ab α intenſiva particula, & σαίρω, id eſt, verro, quia inquit aſarota diligentiſſime verrebantur. Perottus vero è contra deducit ab α privativa & σαίρω, quia verri non debebant. Cæterum,

Non noſtrum hos inter tantas componere lites.

Illud

Expavere gradus. Quid nunc ingentia mirer,
Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris?
Quid te, quæ mediis ſervata penatibus, arbor,
Tecta per & poſtes liquidas emergis in auras,
Quo non ſub domino ſævas paſſura bipennes?
Et nunc ignaro forſan vel lubrica Nais,
Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.
Quid referam alternas gemino ſuper aggere menſas;
Albenteſque lacus, altoſque in gurgite fontes?
Teque per obliquum penitus quæ laberis amnem
Martia, & audaci tranſcurris flumina plumbo?

An

Illud obiter dixiſſe ſufficiat, *aſarota* fuiſſe pavimenta, in quibus variis coloribus cœnarum reliquiæ depictæ erant, ita ut facile quis falli potuiſſet, exiſtimans veras eſſe reliquias & totum pavimentum non fuiſſe verſum, cum tamen revera diligentiſſime purgatum erat. Sic Zeuxidis uvæ pictæ aves decipiebant, & Parrhaſii linteum, ipſum Zeuxin. Itaque pavimentum hoc quoad apparentiam tantum ἀσάρωτον, & fictitiis cœnarum reliquiis conſperſum erat, ne ſcilicet, dum veræ reliquiæ, & ſordes in illud è menſa decidebant, tam facile animadverterentur. Vide Plinium lib.36. c.25. & Sidon. Apoll. carm.23. de Narbone. *Gevart.*

57. *Gradus.*] Pedes mei expavere, cum calcarent tam pretioſum pavimentum. *Domitius.*

58. *Tecta trichoris.*] *Trichorum* quod ædificii genus fuerit, quærunt Grammatici. Domitius hoc loco exiſtimat eſſe ædificia tribus pinnis ſurgentia. At Cælius Rhodigin. lib.18. lib.2. *Trichorum* deducit à diſtributione triplici, χωρίζειν enim diſparare & diſtinguere ſignificat. Alii rectius ἀπὸ τριῶν χωρῶν, à tribus cameris terno ordine diſtinctis. Papias in Gloſſario. *Trichora, tres cameræ, ſive apſides.* Occurrit etiam hæc vox apud Spartianum in Peſcennino, ubi ſic legitur: *Domus ejus hodie viſitur in campo Jovis quæ appellatur Peſcenniana, in qua ſimulacrum ejus in trichoro conſtituit.* Vide ibi Doctiſſ. Caſaubonum. *Gevartius.*

59. *Quid te.*] Arborem laudat quæ per poſtes & tecta ſurgebat in aërem: adeo ut nullus dominus villæ eſſe potuerit, qui noluiſſet ſuccidi cum eſſet impedimento. Sed tanta erat Vopiſci benignitas, ut non modo vellet eam cædi, ſed etiam pateretur revirêre: vel ope nymphæ fluvii qui allabebatur: vel numine Hamadryadis, quæ nympha eſt arborea. *Domitius.*

61. *Quo non ſub, &c.*] Recte, *quo*, modo animetur interrogatione. Quis non, inquit, Dominus, ceu obſtantem luculentitati, ut Cæcilius lôquitur, prætorii te juberet excidi? Dat intelligendum Vopiſci eam pietatem, ut arborem ſervet. Quæ ſequuntur, vehementer mihi diſplicent. Illud *ignaro* & compoſitione verborum disjectum & ſenſu hebes eſt. Præterea quid opus ominari exitium arboris? Non ſatiſfacio mihi. Conjiciebam: *At nunc intactæ forſan vel lubrica Nais Vel non abruptos tibi comet, &c.* Sive Naïs aliqua ſive Hamadryas, tecum commune fatum ſortita, vegetabit & ornabit etiam ſenium tuum, caneſcas ſeclis immortalibus. *Gronovius in Obſervat. lib. 1. cap. 5.*

67. *Martia.*] Ex novem aquæ ductibus, quarum hæc nomina ſunt: Appia,

Anio

An ſolum Ioniis ſub fluctibus Elidis amnem
Dulcis ad Ætnæos deducat ſemita portus?
Illis ipſe antris Anienus fonte relicto,
Nocte ſub arcana glaucos exutus amictus,
Huc illuc fragili proſternit pectora muſco:
Aut ingens in ſtagna cadit, vitreaſque natatu
Plaudit aquas: illa recubat Tiburnus in umbra,
Illic ſulfureos cupit Albula mergere crines.
Hæc domus, Ægeriæ nemoralem abjungere Phœben,
Et Dryadum viduare choris algentia poſſit
Taygeta, & ſylvis arceſſere Pana Lycais.
Quod ni templa darent alias Tirynthia ſortes,

Et

Anio vetus, Martia, Tepula, Julia, Virgo, Auguſta, Claudia, Anio novus, ut, Frontinus auctor eſt. Martia quondam Aufea dicebatur, quod ſcribit Plinius. *Domit.* *Martia.*] Senſus. Quid dicam de te ô Martia, quæ ſubterraneo meatu, demerſaque ſub Anienis, ſeu Fucini lacûs altum gurgitem, tranſcurris flumina *plumbo* (id eſt tubis & canalibus quibus duceris) *audaci*, quod tantos aquarum vortices ſuſtinet. Enimvero ut Plinius auctor, Martia in ultimis Pelignorum montibus oriens, tranſit Marſos & Fucinum lacum: mox ſpecu merſa, in Tiburtino agro ſe aperit, & novem millibus paſſuum fornicibus ſtructis, perducta eſt in urbem ope Anci Marcii, Q. Marcii, & Marci Agrippæ. conſule & Frontinum de aquæ ductibus. *Bernartius.*

70. *Anienus fonte.*] Contendit vir doctus legendum *Anieni fonte*. alius reponit *Anien & fonte*. Quid nugamur? veteres ipſos fluvios inter Deos referre, & ſicuti à Tibere Tiberinus, ita ab Aniene, Anienus, formare notum eſt. Adi Varronem de Lingua latina, lib. IV. *Bernartius.*

71. *Nocte ſub arcana, &c.*] Quid aliud Hom. νύκτα δι' ὀρφναίην. & de lucifugis Diis iſtis jam diximus, qui non credunt Poëtæ ſuo, ἀγαθὸν ϗ νυκτὶ πιθέσθαι. Ac Tiberinum quoque Divum,

—— *Tenuis glauco velabat amictu,*
Carbaſus, & crines umbroſa tegebat arundo.

Morellus.

76. *Hæc domus Ægeriæ, &c.*] Eſt vir doctus qui locum hunc affectum & ὕπουλον exiſtimat, legitque: *Ægeriæ nemore almam abjungere Phœben.* Fruſtra. Quis eſt qui Dianam quæ in Aricino nemore colebatur, proprio epitheto *Nemoralem* & *Nemorenſem* dictam ignoret? Ovid. I. Art.

Ecce ſub urbanæ templum nemorale Dianæ.

Sueton. Calig. cap. 35. *Nemorenſem regem* vocat, qui Dianæ Aricinæ ſacrificiis præerat. *Gevartius.*

78. *Taygeta.*] Mons eſt Laconiæ, qui imminet Spartæ & Amyclis ex parte terræ motu dirutus. Cum Sparta etiam corruit, cum terræ motum prædixit Anaximander. illic erant ſylvæ deniſſimæ Laconum venationibus. Sæpe luſtra. Dryades (inquit) omnes quæ in ſylvis ſunt Taygeti, mallent habitare villam Manlii & nemus. *Domitius.*

79. *Quod ni templa darent.*] Nonnulli has *ſortes* ad Sibyllam quæ Tibure colebatur, referunt. Ego verius exiſtimem ipſi Herculi qui Tiburi præerat,

ſortes

Et Præneſtinæ poterant migrare ſorores.
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? voſque,
Qui nunquam vacui prodiſtis in æthera rami?
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
Jugera, Lucrinæque domus, littuſque cruenti
Antiphatæ: cedant vitreæ juga perfida Circes
Dulichiis ululata lupis, arceſque ſuperbæ
Anxuris, & ſedes Phrygio quas mitis alumno
Debet anus: cedant quæ te jam ſolibus arctis
Avia nimboſa revocabunt littora bruma.
Scilicet hic illi meditantur pondera mores:]

Hic

ſortes fuiſſe inſtitutas. Veteres enim ruſticis Diis (qualis erat bic Hercules Tiburtinus, alio nomine *Saxanus* dictus) ſortes & oracula conſtituebant, ut undique ad illos concurſus fieret. Sic ab Aponi fontis ſimulachro oracula petebant. Unde apud Trebellium Pollionem, vita Claudii, *ſortes Aponinæ.* Sic apud Plinium Juniorem Clitumnus fons ſortes habet. Ejus verba ſunt lib. 8. ep. 8. Multa de hoc Statii loco Steph. Pighius in Hercule Prodicio, ubi Tibur deſcribit. *Gevartius.*

81. *Quid bifera Alcinoi, &c.*] Alcinous Nauſithoi filius, rex Phæacum, cujus horti amœniſſimi, & ſignate pomaria feraciſſima, adeo ut fructibus maturis alii ſuccederent. Noſter hic,

Qui nunquam vacui prodiſtis in æthera rami.

Homerus Odyſſea libro VII. Virgilius Georg. II. Ovidius Metam. XII. videntor. oculos huc habuit Tertullianus de Pallio dum ait: *conſitum & amœnum ſuper Alcinoi pometum & Midæ roſetum.* Bernartius.

83. *Jugera Telegoni.*] Tuſculum intelligit nam Telegonus Ulyxis & Circes filius ea mœnia condidit, ut ſcribant Pompejus & Porphyrio. Propertius: *Ææi mœnia Telegoni.* Agrum vero Tuſculanum fuiſſe amœniſſimum, cum alia multa, tum Strabonis confirmat auctoritas. *Domit.*

84. *Littuſque cruenti Antiphatæ.*] Formianum agrum intelligit, ſedem olim Læſtrygonum. Plin. lib. 3. cap. 5. *opidum Formiæ antiqua Læſtrygonum ſedes.* Horum rex fuit Antiphates humana carne victitans. Ovidius Metam. 4. & Strab. lib. 5. *Bernartius.* *Cedant vitreæ juga perfida Circes.*] *Circen vitream* vocat, ut & Horat. lib. 1. Od. 17.

Dices laborantes in uno
Penelopen, vitreamque Circen.

Vitream inquam, vocavit, quia juxta mare habitat, cujus color, ut omnium aquarum, vitreus eſt. Hinc paulo ante dixit noſter:

——— *vitreaſque natata*
Plaudit aquas.

Auctor vero eſt Lactantius Circen poſt obitum ſuum, Maricam littoris Minturnenſium deam effectam eſſe. Ejus verba ſunt: *Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, Leda Nemeſis, & Circe Marica.* Gevartius.

89. *Avia nimb. revoc. litora Bruma.*] Straboni aſtipulatur, apud quem lib. 5. Ἄντιον ἀλίμενος καὶ αὐτὴ πόλις. Lucretius lib. 4. *avia loca — nullius ante trita ſolo.* Avia lit. ἀλίμενα. At Livius initio lib. 3. Antium propinquam, opportunam, εὐλίμενον & maritimam urbem nominat. Conciliate hæc Geographi. *Morellus.*

94. *Senior*

Hic premitur fœcunda quies, virtuſque ſerena
Fronte gravis, ſanuſque nitor, luxuque carentes
Deliciæ, quas ipſe ſuis digreſſus Athenis
Mallet deſerto ſenior Gargettius horto.
Hæc per & Ægeas hyemes, Pliadumque nivoſum
Sidus, & Oleniis dignum petiiſſe ſub aſtris.
Si Malea credenda ratis, Siculoſque per æſtus
Sit via: cur oculis ſordet vicina voluptas?
Hic tua Tiburtes Faunos chelys, & juvat ipſum
Alciden, dictumque lyra majore Catillum.
Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris,
Sive chelyn tollas heroa ad robora, ſive
Liventem ſatyram nigra rubigine turbes:

Seu

94. *Senior Gargetius.*] Epicurum intelligit, qui licet ipſe Athenienſis eſſet, patrem tamen Nioclem habuit ex pago Gargetio, ut auctor eſt Laertius. *Bern.*

96. *Oleniis dignum petiiſſe ſub aſtris.*] Capram Jovis nutricem, & Hœdos indigitat; de quibus autor vet. Sphæræ Jamb. jampridem à nobis διγλώττως editæ,

Λαιῷ ἐν ὤμῳ Ζηνὸς αἲξ ἐστι τροφὸς,
Ἔριφος δ' ταύτης νέρθεν εἴληχεν τό-
πον.

Propert. hœdum ἑνικῶς,

Purus & Orion, purus & Hœdus erit.

τὸ dignum, δίκαιον, δεινόν. *Morellus.*

97. *Malea.*] Id eſt, periculis naufragiorum quæ fiunt ad Maleam Laconiæ promontorium: quod exit in mare quinque milibus paſſuum, tam certo diſcrimine, ut proverbium fuerit; Cum Maleam tranſieris, ne reſpicito, ut ſcribit Strabo. *Domit.*

98. *Sit via.*] Mens: digna eſt Manlii villa propter amœnitatem, ad quam ſpurciſſimis etiam tempeſtatibus naviges, etiamſi Maleam, Scyllam & Charybdim præternavigandum: & hanc negligitis vicinam? *Bernartius.*

103. *Liventem Satyram nigra rubigine turbes.*] Mirum eſt, tot correctores hactenus non ſubolfeciſſe manifeſtum mendum. Quid eſt *turbare Satyram*? Certo certius legendum mutata literula: *nigra rubigine turpes.* Verbum *turpare* amat Statius. Sic 4. Theb. de Acheloo:

— *Herculea turpatus gymnade vultus*
Amnis.

Idem verbum reſtituendum eſt 10. Thebaid. ubi ſic Dryas:

—— *Summumne hoc cladibus, inquit,*
Deerat, ut afflictos turbarem ego proditor Argos?

Ibi enim *turparem* legendum eſſe omnes M. SS. conſtanter tenent. Et hoc verbum optime convenit cum *nigra rubigine*, ſeu mordacitate, qua Satyram tinctam eſſe oportet, Neſcio quid nugetur Domitius, dum ait ideo hic *liventem Satyram* dici, *quia is qui natus eſt ut Satyrus livorem contrahit vultu.* Nihil de *vultus livore* hic Statius. *Liventem* dixit, id eſt, mordacem & aſperam. Sic Martialis libro 10. Epigr. 33. *Gevartius.*

Nigra rubigine turbes.] Ultima illa admodum turbata .... *turpes* emendat. Sed quæſo, quid eſt Satyram vel turbare vel turpare? omnia ſunt & nugæ meræ. Nullus dubito quin ſic ſcripſerit Auctor: *nigra rubigine turba.* Tollas ἀπὸ τοῦ κοινοῦ

repe-

Seu tua non alta ſplendeſcat epiſtola cura,
Digne Midæ, Crœſique bonis, & Perſide gaza,
Macte bonis animi! cujus ſtagnantia rura
Debuit, & flavis Hermus tranſcurrere ripis,
Et limo ſplendente Tagus, ſic docta frequentes
Otia, ſic omni detectus pectora nube
Finem Neſtoriæ precor egrediare ſenectæ.

repetendum, & ſubintelligendum eſt, per *rubiginem* ſcelera & malas artes, per nigram turbam homines pravi ingenii elegantiſſime Poëta deſignavit. Notum illud: *Hic niger; hunc tu Romane caveto.* Boxhorn. Epiſt. ad Joh. Fred. Gronovium.

104. *Seu tua non alta ſplendeſcat epiſtola cura.*] Inepte in omnibus vulg. legitur, *non alia.* Nam eleganter dixit *non alta cura*, quod Epiſtolæ familiari & minime affectato ſtylo ſcribi debeant, ut præcipit Demetrius Phalereus, Dionyſ. Halicarnaſſeus, & Quintilianus. Hinc Cicero in Epiſt. ad Pætum: *Quid tibi ego in Epiſtolis eſſe videor? nonne plebeio ſermone agitur tecum, quæ præcipua virtus eſt?* Gevartius.

IV.

SOTERIA PRO RUTILIO GALLICO.

Estis io Superi, nec inexorabile Clotho
Volvit opus: videt alma pios Aſtræa, Iovique

Con-

* *Soteria.*] Veteres olim cum duces cum exercitu è gravi & periculoſa expeditione ſalvi domum revertebantur, publice ſacrificia inſtituebant, quæ Σωτήρια appellabant. Deinde vero, etiam privatim, cum amicorum aliquis aut pater, aut uxor, aut filius è gravi morbo convaluerant, vota & ſacrificia diis ſolvebant, quæ eodem nomine etiam Soteria vocabantur. vide Martialis lib. 12. Epigr. 45. Egregie vero ludunt Interpretes in hoc Papinii & Martialis loco, dum Soteria, munera eſſe ajunt, quæ dabantur amicis à morbo convaleſcentibus, quemadmodum die Natali etiam varia munera miſſitabantur. Nam ut dixi, nihil aliud ſunt *Soteria*, quam Vota & Sacrificia, quæ ob Principum & amicorum ſalutem Diis inſtituebant. Quod ſatis ipſe Statius innuit, in fine Soteriorum, ubi de ſacrificiis, pro impetrata Gallici ſalute ſolvendis:

— *qua nunc tibi, pauper acerra, &c.*

Et ideo etiam ſtatim initio hujus Carminis à Deorum laude incipit. *Gevart.* *Soteria pro Rutilio Gallico.*] Rhod. *Sciteria Rutilii Gallici.* Saliſb. *Soteria Rutuli Gallici.* Videtur verum: *Soteria Rutili Gallici.* Intelligendum *nomine*. Gron.

1. *Estis.*] Alii ambigunt an dii ſint, quorum providentia mundus regatur. Alii putant deos quidem eſſe, ſed eos nullis precibus moveri, quo minus fata in exitum perducantur. Ego (inquit) Papinius) ex hoc didici & deos eſſe qui audiant preces mortalium, & eos aliquando flecti. Nam Gallicus videbatur moriturus: ſed populi votis ſervatus eſt diis exaudientibus. *Domitius.* Nam ſtulta gentilitas ex humanis ſucceſſibus opinionem divinitatis conjiciebat, aut dimittebat. *Cruceus.*

 3. *Cadit.*]

Conciliata cadit, dubitataque ſidera cernit
Gallicus. Es cælo, diis es, Germanice, cordi,
Quis neget? erubuit tanto ſpoliare miniſtro
Imperium Fortuna tuum. ſtat proxima cervix
Ponderis immenſi, damnoſaque fila ſenectæ
Exuit, atque alios melior revireſcit in annos.
Ergo alacres, quæ ſigna colunt urbana, cohortes,
Inque ſinum quæ ſæpe tuum fora turbida queſtu
Confugiunt, legeſque, urbeſque ubicunque togatæ,
Quæ tua longinquis implorant jura querelis,
Certent lætitia: noſterque ex ordine collis
Confremat, & ſileant pejoris murmura famæ.
Quippe manet, longumque ævo redeunte manebit,
Quem penes intrepidæ mitis cuſtodia Romæ.
Nec tantum induerint fatis nova ſæcula crimen,

Aut

3. *Cadit.*] Omnino emaculandum, *Redit.* Jove nim. poſt Saturnum regnare orſo, irata malo ſeculo, abiit terris Aſtræa. Jam redit ad nos, reconciliata Jovi. Multi Poëtæ ſic de redeunte Aſtræa loquuntur. vide Calpurn. Claudian. de Conſ. Manlii Theodori. Virgilius:

Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Barthius.

5. *Erubuit tanto, &c.*] Verita, inquit, eſt Fortuna, quæ animum & vultum Domitiani probat, ne erepto tanto viro præf. urbi, ſiniſtra fuiſſe videretur Imperio quod tam alte evexerat. ut in teſtamento Auguſti ſcriptum erat, autore Sueton. in Tiber. cap. 13. *Quoniam ſiniſtra Fortuna C. & Luc. filios mihi eripuit, Tiber. Cæſar mihi ex parte dimidia & ſextante heres eſto.* Morellus.

6. *Stat proxima cervix.*] De præfectura prætorii hæc verba accipienda videntur, quæ ſecundum in imperio locum obtinuit l. unica. C. de ſent. præf. præt. & l. 2. §. hunc magiſtratum. ff. de orig. ju. *Crucens.*

11. *Legeſque confugiunt.*] Fora turbida, legeſque, &c. confugiunt in ſinum tuum. Nam qui in foro inique damnatus eſſet, ad Rutilium provocabat. *Domitius.*

13. *Collis.*] Interpretes hic per *collem*, Parnaſſum intelligunt, & Poëtas. Quin potius aliquis ex urbis collibus, aut Æſquilinus, Palatinus, aut Capitolinus, aut alius quiſpiam intelligendus eſt, in quo Rutilius & Poëta noſter habitabant. Hoc confirmat ſimillimus locus 4. Sylvar. 17. Conſulat. Imper. ubi collem Evandrium jubet exultare. *Gevartius.*

17. *Nec tantum, &c.*] Vir doctus in nuperis ſuis commentariis, aſſerit addita litterula pro, *Fatis*, legendum *Faſtis*:

Nec tantum induerint Faſtis nova ſæcula crimen, &c.

Sed nihil hic mutandum, locus omnino ſanus eſt. Nam, ut ſupra diximus, ſolebat impia illa priſcorum natio, ſi quid adverſi ſibi aut ex amicorum morte, aut aliunde accideret, ſubito in Deos, & Fata verbis ſævire. Omnia namque infortunia ſua, fatorum ac Deorum crimine & invidia ſibi accidere exiſtimabant. Hinc ſolemniter vox illa jactabatur

Aut inſtaurati peccaverit ara Terenti.
Aſt ego nec Phœbum (quanquam mihi ſurda ſine illo
Plectra) nec Aonias decima cum Pallade divas,
Aut mitem Tegeæ, Dirceſve hortabor alumnum:
Ipſe veni, vireſque novas, animumque miniſtra,
Qui caneris. docto nec enim ſine numine, tantus
Auſoniæ decora ampla togæ, centumque dediſti
Iudicium, mentemque viris. licet enthea vatis
Excludat Pimplæa ſitim: nec conſcia detur
Pirene: largos potior mihi gurges in hauſtus,
Qui rapitur de fonte tuo: ſeu plana ſolutis

tur *Fatorum crimen*, *Deorum crimen*, *&c.* Martial. 10. Epig. 61. Epitaph. puellæ ſexennis:

Hic feſtinata requieſcit Erotion umbra,
Crimine quam Fati ſexta peregit hyems.

Ex hoc & aliis clarus eſt Statii locus præſens, cujus hic ſenſus eſt. Dii prohibeant nec *nova ſæcula* id eſt, anni quibus ludi ſæculares jam recenter celebrati ſunt, *Fatis crimen induant*, id eſt Fata accuſent, quod tantum virum nobis eripuerint. Eleganter autem dixit, *crimen alicui induere*, pro inſimulare, & crimen affingere. Ita Quintil. lib. 4. cap. 1. *Fictam orationem perſonis induere*, dixit. Lucret. lib. 4. *Gevartius.*

18. *Aut inſtaurati, &c.*] Illud ſuperiora confirmat. Nam Ludi Tarentini ſeu ſæculares, ideo erant inſtituti, ut Deos infernales Plutonem, Proſerpinam, & Parcas placarent, atque exorarent, ne peſtilentia urbem invaderet, utque ab omni morbo viri urbis primarii ſervarentur, teſte Valerio. Itaque cum Domitianus recenter ludos Tarentinos celebraverat, peccaſſent ſane Dii, ſi Rutilium hunc, ſtatim initio novi ſæculi abripuiſſent. Et tum merito potuiſſent Romani Fata & Deos infernales accuſare, quod pro inſtitutis nuper ſacrificiis fuiſſent ingrati. *Idem.*

23. *Docto nec enim ſine carmine.*] Ven. & Salis. *numine*, quod & Bernartius annotat. nec opus cum Behotio *nactus*. Ipſum enim decora dediſſe togæ ait, ut Trogus de Epaminonda, ita honores geſſiſſe, *ut ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati videretur.* Gronov.

24. *Centumque dediſti.*] Caſſiod. loco laudato, *Supra omnes Conſulares ſententiam primus dicis. In libertatis aula commiſſos habes Mundi primarios.* Cæterum ut judicium ab Ariſtot. θεόσδοτον prædicatur: ita mens Hom.

Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα
Ζεὺς Ἐσθλόν.

Morellus.

25. *Pimplæa enthea*] Muſa divina. *Vatis*, Rutilii. *Pimplæa* alias Muſa à fonte vel monte. Vide notata doctiſſimo Brodæo ad lib. 2. Cynegetic. Oppiani p. 63.

27. *Pirene.*] Et plane auxilium meæ ſcriptioni abnegat Pirene. Hæc eſt ſententia hujus loci, quam rectiſſime contra inſcitum correctorem defendit & explicat Gevartius noſter lib. 3. Electorum p. 122. *Pirene*, Fons, ſedes Muſarum. De ea memoranda ſunt, quæ Caſaubonus notat ad Prologum Perſianum. De quo tamen uberius in ſuperſtitionibus. *Barthius.*

28. *Seu plana ſolutis, &c.*] De hoc exercitio ſoluto pedibuſque adſtricto ſermone ſcribendi, & ratione ſtudiorum, Plinius agit, lib. 7. ep. ad Tuſcul. *Morellus.*

Cum ſtruis orſa modis, ſeu cum tibi dulcis in artem
Frangitur, & noſtras curat facundia leges.
Quare age, ſi Cereri ſua dona, merumque Lyæo
Reddimus, & dives præda, tamen accipit omni
Exuvias Diana tholo, captivaque tela
Bellipotens; nec tu quando tibi Gallice majus
Eloquium, fandique opibus ſublimis abundas;
Sperne coli tenuiore lyra: vaga cingitur aſtris
Luna, & in Oceanum rivi cecidere minores.
Quæ tibi ſollicitus perſolvit præmia morum
Urbis amor? quæ tum Patrumque Equitumque notari
Lumina, & ignaræ plebis lugere potentes?
Non labente Numa timuit ſic curia felix,
Pompejo nec celſus eques, nec fœmina Bruto,
Hoc illud; triſtes invitum audire cathenas:

Par-

31. *Quare age.*] Etſi (inquit) abundas carminibus cum ſis poëta: non tamen debes noſtros verſus aſpernari, cum numina etiam dona ſua in ſacris accipiant. Nam & frugibus Cereri & vino Baccho ſacrificamus, damuſque ſpolia hoſtium Marti, & feras occiſas Dianæ. *Tholo.*] Tholus ut Varro ait, ſignificat templi teſtudinem. Tholus item erat ædicula rotunda Athenis; in qua erat cœnatio magiſtratuum, ut Græci ſcribunt. hic de tholo templi & Virg.

Si qua ipſa meis venatibus hauſi Suſpendive tholo.

Domitius.

40. *Ignaræ plebis.*] Dicit, non tantùm oculos patrum & equitum vidi lacrimis madentes, ſed & ipſam plebem, quæ non ſolet obitu majorum aut potentum moveri, vidi lugentem. *Ignara* forte ex invidia plebi inſita, ut notat Cruceus, in optimates, de qua Salluſt. de Rep. ordin.

41. *Sic curia felix, &c.*] Quomodo *felicem Curiam* vocat moriente Numa? Non poteſt hoc ferri niſi ſic explicemus, felicem fuiſſe curiam donec Numa laberetur, hoc eſt, uſque ad ejus obitum. Sed perplacet mihi acuta Clariſſ. Heinſii noſtri conjectura:

Non labente Numa timuit ſic curia, vel ſic
Pompejo: nec celſus eques, nec fœmina Bruto.

Non temere autem *celſum equitem* dixit, quia ſolenni olim titulo equeſtris ordo *celſus* dicebatur. Feſtus, *Celſus ex Græco κέλης, eques dictus.* Horat. de equitibus Rhamnenſ.

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.

Gevartius.

42. *Nec fœmina.*] Nam Brutum fœminæ anno fleverunt, ut eſt apud Livium, quod maximus pudicitiæ vindex extitiſſet. *Domitius.*

43. *Triſtes, &c.*] De placabilitate & Clementia Cic. III. Off. xv. Ep. Fam. pro Rab. Liv. lib. I. *in aliis gloriari licet, nullis gentium quam Rom. mitiores placuiſſe pœnas.* Sen. I. & II. de Clem. Plin. II. ep. *Non quantum admiſit reus, tantum vindicandum.* Claudiani iſtud inſigne eſt,

Qui fruitur pœna ferus eſt, legumque videtur
Vindictam ſumpſiſſe ſibi. Morellus.

47. *Red-*

Parcere verberibus, nec qua jubet alta poteſtas
Ire, ſed armatas multum ſibi demere vires:
Dignarique manus humiles, & verba precantum:
Reddere jura foro, nec proturbare curules,
Et ferrum mulcere toga, ſic itur in alta
Pectora, ſic mixto reverentia fidit amori.
Ipſa etiam cunctos gravis inclementia fati
Terruit, & ſubiti præceps juvenile pericli,
Nil cunctante malo, non illud culpa ſenectæ,
(Quippe ea biſſenis vix dum orſa excedere luſtris.)
Sed labor intendens, animique in membra vigentis
Imperium, vigileſque ſuo pro Cæſare curæ,
Dulce opus, hinc feſſos penitus ſubrepſit in artus
Inſidioſa quies, & pigræ oblivia vitæ.
Tunc Deus, Alpini qui juxta culmina dorſi
Signat Apollineos ſancto cognomine lucos,

Reſpi-

47. *Reddere jura foro, nec proturbare curules.*] Obſervet Juventus ſolennia fori verba: *Jus reddere.* Manil. lib. 2.

Reddere jura foro, componere legibus orbem.

Paulus in l. *jus pluribus.* D. de Inſtit. & Jure: *Reddere jus Prætor quoque dicitur, etiam quum inique decernit, relatione ſcilicet facta, non ad id quod ita Prætor fecit, ſed ad illud quod Prætorem facere convenit.* Ovid. 1. Faſtor.

Nullus erat juſtis reddere jura labor.

Eadem formula utitur Livius lib. 3. & Cicero 2. de Legib. Illud pulchrum quod addit: *Et ferrum mulcere toga.*] Sic 5. Syl. Abaſcant. Pietat. — *ferrique togæque Conſilia.* Claudian. 6. Conſ. Honorii, togæ paludamentum oppoſuit:

— *Ducibus circumſtipata togatis*
Jure paludatæ jam curia militat aulæ.

Gevartius.

51. *Præceps juvenile.*] *Præceps Juvenile*, vocat magnum præcipitium, hoc eſt, ingens periculum, more Græcorum, quibus τὸ νεανικὸν eſt τὸ μέγα, quicquid magnum eſt, vocant *Juvenile*. Exempla ſunt infinita & paſſim obvia, vel in Ariſtot. qui 8. Hiſtor. Animal. νεανικὴν διαφορὰν, magnam differentiam vocat. alibi νεανικὴν κίνησιν. in Ethicis, μεγάλην κίνησιν. Sic Euripides *Tonitru Juvenile*, Græce βροντὴν νεανικὴν vocavit magnum tonitru. Eſt ergo Statio *præceps Juvenile*, idem quod *præceps immane* Juvenali.

— *& immenſæ præceps immane ruinæ.*

Idem.

53. *Quippe ea biſſenis, &c.*] In Solonis epigr. de ætatum hebdomadibus, Senectus nona hebdomade incipit, poſt LXIII. ann.

Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ
Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίη.

Catoni Ciceroniano, Senectutis nullus certus eſt terminus, recteque in ea vivitur, quoad munus officii exequi & tueri poſſis. Leges tamen majorem annis LX. otio reddunt. *Plin. l. epiſt.* IV. Motellus.

Reſpicit, heu, tanti pridem ſecurus alumni,
Prægreſſuſque moras: huc mecum Epidauria proles,
Hinc alti gaudens datur aggredienda facultas.
Ingentem recreare virum tentemus adorti.
Tendatis jam fila colos, nec fulminis atri
Sit metus: has ultro laudarit Juppiter artes.
Nam neque plebejam, aut dextro ſine numine cretam
Servo animam. Atque adeo, breviter, dum tecta ſubimus,
Expediam. Genus ipſe ſuis, præmiſſaque retro
Nobilitas, nec origo latet, ſed luce ſequente
Vincitur, & magno gaudet ceſſiſſe nepoti.
Prima togæ virtus: illa quoque clarus, & ingens
Eloquio, mox innumeris exercita caſtris,

Occi-

61. *Progreſſuſque moras.*] Locus implexus & turbatus. Quidam legunt *Progreſſuſque morans.* id eſt tardans progreſſus ſuos ad medendum, vel paululum ſubſiſtens. Nam ante dixit Apollinem fuiſſe *ſecurum* ſeu negligentem ſuper morbo Rutilii. Alii è contra malunt: *Prægreſſuſque moras*: quod vulgo dicimus, *ſine mora.* quod non placet. Pro, *Hinc alti gaudens*, lege *Huc altis gaudens*, quemadmodum video etiam olim voluiſſe Joan. Britannicum. *altis gaudere*, eſt ὑψηλαῖ φρονεῖν. Quaſi dicat Apollo: Accede mecum mi fili Æſculapi, qui rebus tantum magnis nec niſi viris primariis gaudes, quique gravibus tantum morbis opitularis. Illa verba

— datur aggredienda facultas,

Parentheſi includenda ſunt. & ſenſus eſt: offertur res aggredienda & digna conatibus tuis, quum ſit Rutilius vir ſummæ auctoritatis. Totum locum ſic concipe:

Tunc Deus Alpini qui juxta culmina dorſi
Signat Apollineos ſancto cognomine lucos,
Reſpicit (heu tanti pridem ſecurus alumni!)
Progreſſuſque morans: Huc mecum Epidauria proles,
Huc altis gaudens, (datur aggredienda facultas)
Ingentem recreare virum tentemus adorti.

Gevartius.

64. *Nec fulminis atri Sit metus.*] Ad fabulam qua Æſculapius, cum arte medica Hippolytum, ſive ut alii Glaucum Minois filium, revocaſſet ad vitam, fulmine à Jove percuſſus fingitur. Tertull. Apolog. *Eſt & ille de Lyricis (Pindarum dico) qui Æſculapium canit avaritiæ merito, qua medicinam nocenter exercebat fulmine vindicatum, malus Jupiter ſi fulmen illius eſt, impius in nepotem, invidus in artificem.* vide Arnobium lib. 7. adverſ. gentes. *Bernart.*

67. *Servo animam.*] Medici prædicatio eſt, ἐπάγγελμα ϗ αὔχημα, nam in illa Abderit. ep. ad Hippocr. αὐτὸς σωτὴρ, ut ſalutis auctor nominatur Hippocrates, παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νόσων, quod Æſculapio dat Pindarus. *Morellus.*

68. *Genus ipſe ſuis.*] Ipſe ait, genus ſuum & familiam illuſtravit. *Domitius. Sed luce ſeq. &c.*] Origo & majores ejus non obſcuri ſunt, tales tamen ut ab uno hoc nepote ipſorum, omnes ſuperentur. *Barthius.*

73. *Occi-*

Occiduas, primaſque domos, & ſole ſub omni
Permeruit jurata manus. nec in otia pacis
Permiſſum laxare animos, ferrumque recingi.
Hunc Galatia vigens auſa eſt inceſſere bello.
Hunc quoque perque novem timuit Pamphilia meſſes:
Pannoniuſque ferox, arcuque horrenda fugaci
Armenia, & patiens Latii jam pontis Araxes,
Quid geminos faſces, magnæque iterata revolvam

Jura

73. *Occiduas primaſque domus.*] Compar plane ſententia Theb. lib. 1.

Primaque occiduæque domus.

Ceterum ut plene capias Poëtæ mentem, operæ eſt te ſcire, veteres orbis partes diverſimode conſtituiſſe. Varro lib. 6. de Lingua Latina: *quocirca cælum quo tuimur dictum templum. Ejus templi partes quattuor: ſiniſtra ab oriente, dextra ab occaſu: antica ad meridiem, poſtica ad Septentrionem*, in hanc ſententiam diſceſſit & Plinius. Ex diſciplina Thuſcorum haud dubie, quam & Alcinous libro de Platonis doctrina probat. At Galenus, *Pythagoras & Plato & Ariſtoteles, mundi dextras ad ortum partes eſſe dixerunt, à quibus ſit principium motus: ſiniſtras vero occiduas. Empedocles vero dextras quidem in æſtivum tropicum, ſiniſtras in hibernum rejecit.* Livius lib. 1. ex Augurum diſciplina, dextras partes ad meridiem, ſiniſtras ad Septentrionem ſtatuit. Cleomedes vero apud Plutarchum libro de Iſide, dextras ad Septentrionem, ad meridiem ſiniſtras collocat. Sciunt Coſmographi maximam partem Arabiæ felicis collocari inter æquinoctialem circulum, & tropicum Cancri. In quibus utique regionibus, ſolis in Cancro umbra, plane in meridiem naſcitur, id eſt Cleomedis doctrina, in ſiniſtram mundi partem. Noſter Papinius ex ſententia Pythagoræ, Platonis & Ariſtotelis dextram cœli partem in Oriente conſtituit. *Bernartius.*

74. *Jurata manus.*] Dextra Rutilii ſacrata. *Domitius. Jurata.*] Non inepte quidam hic legunt *Durata.* Cruceus.

76. *Galatea.*] Pro mari accipitur ubi bellum geſſit Rutilius: & niſi ſyllaba oppugnaret, tuti eſſemus legentes Galatia. ea eſt provincia juxta Bithyniam, in quam Galli olim venerunt, ut ſcribit Strabo. eadem appellata Gallogræcia. Galatia item Hiſpaniæ. *Domit. Galatia vigens.*] Non placet mihi τὸ *vigens.* neque omnino diſplicet τὸ ingens, in vet. edit. Pariſ. Sed perplaceret τὸ rigens, quia Ponto vicina *Scythiciſque trionibus alget.* Strab. lib. 2. & 12. Solino c. 45. *Morellus. Vigens.*] Cur non *vigens*? id eſt, potens, bellicoſa; Sane hoc etiam laudem Gallici auget, & traduntur multa à ſcriptoribus huic lectioni firmandæ. *Barthius.*

78. *Pannoniuſque.*] Vide L. Cælium Rhodiginum lib. 18. antiquarum Lect. cap. 21. *Arcus fugax* forte quod ſagittæ in fuga retro emittantur. vide Theod. Sitzman. ad Boëth. l. 5. c. 1.

79. *Araxes.*] Hunc fluvium ita appellavit Armenus Jaſonis ſocius ex Penei Theſſali ſimilitudine, qui Arexes quoque dicitur, quoniam ille abrupit Oſſam Olympo, & Tempe, è montibus in planitiem lapſus. Olim non habuit exitum: ſed Jaſon imitatus Tempe, Theſſaliæ, viam munivit per quam in mare Caſpium defertur. Herodotus ex Mauritiana eum profluere putavit, & ſcindi in quadraginta amnes, divideretque Scythas & Bactrianos. Hunc Calliſthenes eſt ſecutus. pontem inſtauravit Cæſar Auguſtus. *Domit.*

Jura Aſiæ? velit illa quidem ter habere, quaterque
Hunc ſibi, ſed revocant faſti, majorque curulis,
Nec promiſſa ſemel. Libyci quid mira tributi
Obſequia? & miſſum media de pace triumphum
Laudem, & opes tantas? nec qui mandaverat, auſus
Expectare fuit. gaudet Traſimenus, & Alpes,
Cannenſeſque animæ: primuſque inſigne tributum
Ipſe palam lacera poſcebat Regulus umbra.
Non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem
Captivæque preces Veledæ, & (quæ maxima nuper
Gloria) depoſitam Dacis pereuntibus urbem
Pandere. cum tanti, lectus, rectoris habenas,
Gallice, fortuna non admirante ſubiſti.
Hunc igitur (ſi digna loquor) rapiemus iniquo,
Nate, Jovi. rogat hoc Latiæ pater inclytus urbis:
Et meruit. neque enim fruſtra mihi nuper honora
Carmina patritio pueri ſonuiſtis in oſtro.
Si qua ſalutifero gemini Chironis in antro
Herba, tholo quodcunque tibi Trojana recondit

Per-

82. *Revocant faſti.*] Urbs eum repetit & vult conſulem. *Idem.*

86. *Gaudet Traſimenus.*] Notat victoriam Annibalis de Flaminio Conſule. Florus lib. II. *Bernart.*

88. *Lacera umbra.*] Umbræ tribuit lacerationem Regulo illatam à Carthaginenſibus. vide quæ ad Silii Italici librum VI. accurate notavit Cl. Dauſquejus.

90. *Captivæque preces Veledæ.*] Hæc dictio in omnibus codicibus eſt inverſa. ita enim ſcribebatur: *captivæque preces Velideæ.* Sed nos ita emendavimus auctoritate Cornelii Tac. ut legas, *preces Velidæ captivæ.* Nam ut ille ſcribit, Veleda & Aurina fuerunt loco numinum habitæ apud pleroſque Germanos. Senſus igitur erit, non poſſum tibi nunc exponere quemadmodum & Germanos & eorum numen Veledam cepit. habuit Germana captiva, ut dicimus, captiva numina Trojæ. *Domitius.*

92. *Cum tanti, lectus, rectoris habenas Gallice, fortuna non admirante ſubiſti.*] Non eſt, quod lectionem hanc rejiciat Bernartius: *rectoris*, non eſt referendum ad τὸ *lectus*, ſed ad ſubſequens verbum *ſubiſti.* & ſenſus eſt: Cum tu Gallice *lectus*, id eſt electus, *ſubiſti habenas tanti rectoris*, id eſt Domitiani. *Gevartius.*

97. *Carmina patritio pueri ſonuiſtis in oſtro.*] Iterum ad ludos ſeculares Domitiani, queis pueros prætextatos & puellas virgines carmen ſolenne canere conſueviſſe, notius eſt quam ut admoneri debeat. *Bernartius.*

99. *Herba, tholo.*] Non bene doctiſſimus Lipſ. *herba & olus*, l. 2. Elect. c. 14. Quid enim *olus* ad talia? Aſſentitur Bernartius, ſed tanta ejus apud nos auctoritas non eſt, ut olera cum eo pro ſani-

Pergamus, aut medicis felix Epidaurus arenis
Educat. Idæa profert quam Creta ſub umbra
Dictamni florentis, opem, quoque anguis abundat
Spumatu. jungam ipſe manus, atque omne benigne
Virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis,
Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi.
Dixerat. inveniunt poſitos jam ſegniter artus,
Pugnantemque animam; ritu ſe cingit uterque
Pæonio, monſtrantque ſimul, parentque volentes,
Donec letiferas vario medicamine peſtes,
Et ſuſpecta mali ruperunt nubila ſomni.

Adju-

ſanificis herbis legamus. Dubium non eſt *Tholum* ſcripſiſſe Papinium, & intellexiſſe tale ædificium, quale Æſculapii delubro adjectum ſcribit Pauſanias Corinthiacis, ubi pernoctarunt ab eo quid petituri. Ut in Chironis antro, ita in tholo Æſculapii reconditum theſaurum ſalutiferarum herbarum dicit, quia nempe hunc creditur habitare Æſculapius, non ſecus ac Chiron ſuum antrum. *Barthius.*

102. *Dictamni flor. opem.*] Quis autor ἀξιόλογος Dictamni *Uberibus caulem foliis, & flore comantem Purpureo,* non celebrat, ejuſque florem, non cervis tantum, ſed & capris feris notum, de qua ſcite Piſidas noſter in Coſmurgia.

Ποίης ὀρισμοὺς ἐκμαθὼν Ἱπποκράτους
Τετρωμένος δίκταμνον ἐμφαγὼν τράγος,
Τὸν ἰὸν ὠθεῖς τῶν βελῶν ἀποπτύει.

Decreta quænam didicit à Coo ſene,
Ut ſaucius caper ferus Dictamnum edat,
Et ſic ſagittarum venenum reſpuat?

Morellus. *Quoque anguis abundat Spumatu.*] Ad fabulam quo Æſculapius anguem habuiſſe fingitur, qui lingendo ægros ſanabat. *Bernartius.*

104. *Virus.*] Omnes herbas virentes. nam virus virorum ſignificat. unde res virulentæ apud Celſum. virus idem latine dicitur quod Græce φάρμακον, id eſt medicina: ut tradit Plinius. *Domitius.*

105. *Amphriſiaco.*] Ex paſcuis ad Amphriſum fluvium Theſſaliæ. nam Phœbus amore captus pavit regis Admeti armenta, ut eſt apud Ovidium & Strabonem. *Idem.*

107. *Ritu ſe cingit uterque Pæonio.*] Omnis decoris obſervantiſſimus Poëta, etiam habitum chirurgicum hic elegantiſſime expreſſit. Inter cæteras enim conditiones quas Hippocrates requirit in chirurgo (quæ quidem eleganter etiam exprimuntur à Cornelio Celſo libro 7.) inprimis hæc erat, ut veſte eſſet aſtricta & ſuccincta, non laxa vel duplicata, in humeris & cubitis. Admonet Soranus in vita Hippocratis conſueviſſe divinum illum ſenem, pallium conplicatum in caput rejicere, ne in operatione à circumfuſo pallio impediretur. Hujuſmodi habitum etiam deſcripſit Poëta 12. Æneid. cum loquitur de Iapide Chirurgo,

— ille, retorto
Pæonium in morem, ſenior ſuccinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis. Gevart.

110. *Suſpecta nubila.*] Id eſt, invidioſas tenebras. *ſomni mali*, lethargi. *ruperunt*, hoc enim primum adhibendum eſt remedium, ut ſcribit Celſus, ut qui lethargo laborant, excitentur. *Domit.*

Adjuvat ipſe Deus, morboque valentior omnî
Occupat auxilium, citius non arte refectus
Telephus Æmonia, nec quæ metuentis Atridæ
Sæva Machaonio coierunt vulnera ſucco.
Quis mihi tot cœtus inter populique patrumque,
Sit curæ, votique locus? tamen ardua teſtor
Sidera, teque pater vatum Tymbrae, quis omni
Luce mihi, quis nocte timor? dum poſtibus hæreus
Aſſiduus, nunc aure vigil, nunc lumine, cuncta
Auguror? immenſæ veluti connexa carinæ
Cymba minor, cum ſævit hyems; pro parte, furentes
Parva receptat aquas, & eodem volvitur Auſtro.
Nectite nunc lætæ candentia fila ſorores,
Nectite. nemo modum tranſmiſſi computet ævi,
Hic vitæ natalis erit. tu Troica dignus
Sæcula, & Euboici tranſcendere pulveris annos,
Neſtoreoſque ſitus: Quæ nunc tibi pauper acerra
Digna litem? nec ſi vacuet Mevania valles,
Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros,

Suffi-

113. *Telephus arte Hæmonia.*] Id eſt, altero vulnere Achillis Hæmonii. nam ab Achille Telephus ſanatus eſt altero vulnere: vel certe emplaſtro ferri rubigine mixta, ut Plinius putat. unde Achilles, inquit, pingitur decutiens rubiginem ferri in vulnus Telephi. plura recitavimus de hoc in commentariis Mar. ex primo libro Euſtathii in Hom. *Idem.*

121. *Pro parte furenti parva receptat aquas.*] Lege ac diſtingue ex cod. Senenſi:

— Pro parte, furenteis
Parva receptat aquas.

Et ſic video eruditum Behottium jamdiu monuiſſe. *Pro parte*, id eſt, pro viribus, quantum quiſque præſtare poteſt. Sic Ovid. 5. Triſtium: — *Pro parte virili.* Claud. de Laud. Serenæ,

— laudem prudentia, Belli,
Fœminea pro parte ſubit.

Cicero ad Caſſ. lib. 15. *Quibus aliquid opis ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet.* Eandem porro Comparationem habet Statius 5. Syl. Pietat. Abaſcant. *Gevartius.*

126. *Et Euboici tranſcendere pulveris annos.*] Notat fabulam qua Sibylla Cumana, annos à Phœbo petiiſſe fingitur pro numero pulveris quem manu præhenderat, & impetraſſe. Sibylla apud Ovidium Metam. lib. XIV. *Bernartius.*

127. *Quæ nunc tibi pauper acerra digna litem?*] Pelignus poëta III. de Pon.

Nec quæ de parva pauper Diis de[illegible]
acerra
Tura minus grandi, quàm data lanc[illegible],
valent.

Cic. l. II. de leg. *τὸ litare* Lat. latius patet, eſtque ἐμφατικώτερον, quàm τὸ λιτάζ Gr. ut ſit ſacris peractis voti compotem fieri. Plaut. in Pœn.

Jupiter faciat ut ſemper ſacrificem, nunquam litem. Morellus.

129. *Niveos tauros.*] Hi accepti præ

cæteris

Sufficiam, ſed ſæpe Deis hos inter honores
Ceſpes, & exiguo placuerunt farra ſalino.

cæteris Diis putabantur. De *Clitumno*, alba armenta faciente, & alia vix poterit quicquam afferri, quod viri doctiſſimi jam non attulerint. Vide nos ad Claudiani Sextum Conſulatum Honorianum, v. D.V.B. Briſſonium lib. 1. Formularum. Gregorium Berſmannum, Comment. ad Georg. Virgilii l. 2. J. Paſſeratium ad Propert. l. 2. Eleg. 19. *Barthius.*

V.

* BALNEUM CLAUDII ETRUSCI.

Non Helicona gravi pulſat chelys enthea plectro,
Nec laſſata voco toties mihi numina Muſas.
Et te Phœbe choris, & te, dimittimus Euan;
Tu quoque muta fera, volucer Tegeae, ſonoræ
Terga premas: alios poſcunt mea carmina cœtus.
Naidas undarum dominas, regemque coruſci
Ignis, adhuc feſtum, Siculaque incude rubentem
Elicuiſſe ſatis: paulum arma nocentia, Thebæ,
Ponite: dilecto volo laſcivire ſodali.
Iunge puer cyathos, atque enumerare labora,

Cun-

* *Balneum Etruſci.*] MSS. *Balneum Claudii Etruſci.* Rectè: nam quia Claudius eum primus provexit, nomen ab illo patrono accepit. Confirmat præfatio libri. *Gronov.*

1. *Non Helicona.*] Cantaturus (inquit) de aquis & fornace balnei, non accerſam aliquod numen ex Helicone: ſed invocabo nymphas & Vulcanum alios coetus numinum. *Domitius.*

4. *Tu quoque muta fera, volucer Tegeae, ſonoræ Terga premas.*] Non eſt dubitandum de hac Politiani emendatione, quam magnus Scaliger ſua manu in ſuo codice firmarat. *feram ſonoram*, teſtudinem vocat. Vulgo inepte legitur,

Tuque inimica feræ volucer Tegeæ ſonora.

Et ineptius in nupera edit. Pariſienſ. nullo ſenſu:

Tuque inimica fera volucer Tegæus honore Terga premas, &c. Gevartius.

Volucer Tegeae.] Mercurius. *Arcas Tegeaticus* alibi Papinio. *Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra.* Boethius l. 4. Conſ. Phil. *Numen Arcadis alitis, &c.* Barthius.

6. *Naidas undarum.*] Nunc, inquit, dum *imbelli cithara Carmina divido*, & thermularum delicias memorare aggredior, ſatis eſt cum Charite Homerica Vulcanum advocare,

Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε· Θέτις νύ τι
σεῖο χατίζει.

Virgilio, —— *ignipotens opera ad fabrilia ſurgit.* &
—— *fornacibus ignis anhelat.*
Morellus.

8. *Thebæ.*] Apoſtrophe ad Thebaidem quam componebat, cujus carmen intermittit, ut hanc Sylvam canat in gratiam Etruſci ſodalis. *Domitius.*

10. *Iunge puer cyathos, atque enumerare labora.*] Referunt hoc interpretes ad mo-

Cunctantemque intende chelym: diſcede laborque,
Curaque, dum nitidis canimus gemmantia ſaxis
Balnea, dumque procax myrtis ederiſque, ſoluta
Fronte, verecundo Clio mea ludit Etruſco.
Ite deæ virides, liquidoſque advertite vultus,
Et vitreum teneris crinem redimite corymbis,
Veſte nihil tectæ: quales emergitis altis
Fontibus, & viſu Satyros torquetis amantes.
Non vos quæ culpa decus infamaſtis aquarum

Solli-

ad morem convivalem, quo receptum erat ut in honorem amici tot calices ebiberent, quot litteræ in ipſius nomine erant. Quod & Martialis innuit:

Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur.

Sed mihi non ſit veriſimile, Statium nullo nomine expreſſo, vel propoſito, hunc morem tangere. In principe edit. Veneta eſt:

Junge puer cyathos & enumerare labora.

Unde elegantiſſimam lectionem elicuit ingenioſiſſimus P. Scriverius:

Junge puer cyathos, ſed ne numerare labora.

Vult enim poëta largius ſeſe invitare & numerum cyathorum confundere, ideoque non vult ullum arbitrum eſſe, quam multos exhauriat. Sic loquitur Catullus ad Lesbiam:

Da mihi baſia mille, deinde centum,
Dein mille altera, dein ſecunda centum,
Dein cum millia multa fecerimus,
Conturbabimus illa, ne ſciamus,
Aut ne quis malus invidere poſſit,
Cum tantum ſciat eſſe baſiorum.

Sine dubio τὸ *atque*, interpolatum eſt à Calderino, cum videret illud, *& enumerare labora* verſus legem ſpernere. Nemo autem neſcit, quoties in vett. codicibus, *Et* pro *ſed*, corrupte legatur, ex vetuſta ſcilicet ſcribendi ratione, qua ſemper *Set*, non *Sed* exarabant. De quo non uno loco ad Martialem ſuum idem amicus noſter P. Scriverius. *Jungere*, autem, *cyathos*, eſt ſine intermiſſione ſemper novos exhauriendos porrigere. *Gevartius.* *Junge puer, &c*] Cum biberent ad nomina amicorum, amicarumve numeranda erant omnino pocula, ut lex obſervaretur συμποτικῇ. Continua, inquit, cyathos, puer, alioſque ſuper alios porrige, & ipſe laborem ſume enumerandi: mihi non vacat, qui inter bibendum Hetruſci cano balnea. *Gronov. obſerv. l. 2. c. 3.*

13. *Dumque procax myrtis.*] Callimachus primo Anthologiæ epigram. Tit. in Poëtas. Ὅσσαι Μοῦσαι καὶ οἷα δῶρα.

Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπήν·
Κλειὼ μαντοσύνης Μοῦσα καὶ ἱστορίης.

Quod ſic interpretari lubet,

Imbellis citharæ Clio cantûſque procacis,
Præſagique animi eſt, hiſtoriæque potens.

Horat. II. C. I.

Sed ne relictis Muſa procax jocis
Ceæ retractes munera Næniæ.

Morellus.

16. *Crinem redimite corymbis.*] Propertius libro II. *Tum capiti ſacros patiar pendere corymbos.* eſt corymbus hederæ racemus in orbem circumactus: Plinius libro XXXVI. cap. XXXIII. Iſidorus de vitibus libro XVII. capite V. *Corymbi ſunt anuli, qui proxima quæque ligant & comprehendunt, ne longius laxati palmites ventorum flatibus diſſipentur.* quin & ſumma omnia dici corymba poſſunt, Homero & Herodoto aſtipulantibus, ut alii jampridem monuere. *Bernartius.*

21. *Salma-*

Sollicitare juvat. procul hinc, & fonte doloſo
* *Salmacis, & viduæ Cebrenidos arida luctu*
Flumina, & Herculei prædatrix cedat alumni.
Vos mihi quæ Latium, ſeptenaq;culmina Nymphæ
Incolitis, Tybrimque novis attollitis undis,
Quas præceps Anien, atque exceptura natatus,
Virgo juvat, Marſaſque nives, & frigora ducens
Martia, præcelſis quarum vaga molibus unda
Creſcit, & innumero pendens tranſmittitur arcu.
Veſtrum opus aggredimur. veſtra eſt quam carmine molli
Pando domus. non unquam aliis habitaſtis in antris

Ditius

21. *Salmacis.*] Fons in Caria, cujus aquam qui potaverit, mollis dicitur fieri: Id negat Strabo. Salmacis autem nympha, ut eſt apud Ovidium, Hermaphroditum adeo avidè eſt complexa, ut ambo in unum coierint corpus. Hinc doloſum fontem appellat Papinius. Vitruvius ſcribit, Midam & Aradamam duxiſſe coloniam in Carianum, expuliſſe Lelegas & Cares: diverſoriumque erexiſſe juxta Salmacim fontem: cujus aqua ſuaviſſima multos ad mutuam vitæ ſocietatem in eundem locum allexerit: unde fabula de fontis mollitie nata eſt. *Domitius.* *Crebenicos.*] Aliis ſyllabis inverſa eſt dictio in omnibus codicibus. ſed ita emendamus. nam Crebenes fluvius Phrygiæ eſt, cujus filia Heſperia, ut eſt apud Ovid. ab Æſaco amata fuit, filio Priami. ea dum fugeret in ripa fluminis patris, morſu ſerpentis extincta eſt: Æſacus dolore in mergum eſt converſus. hactenus Ovid. deinceps Græci: Crebenus pater mœrore exaruiſſe dicitur, & factus eſſe palus: unde peſtilentes exhalationes emittuntur. Strabo Crebeſiam paludem appellat flumina *Crebenidos*. Heſperies filiæ Crebeni. *Idem.*

22. *Prædatrix.*] Hylam lacum in Bithynia intelligit: ubi raptus eſt Hylas puer Herculis: quod accolæ teſtabantur ſingulis annis, circumeuntes lacum & Hylam vocitantes: quod ſcribit Solinus. Hunc raptum fuiſſe ad Argantonium promontorium ſcribit Str. Proper. (ut in ejus commentariis diximus) Argantiphagum appellat.

Hic erat Argantiphagi ſub vertice montis.

nam ita ille verſus emendandus eſt. *Idem.*

24. *Tybrimque.*] Et Tybrim undis aliunde advectis veſtro ſc. influxu augetis. *Anien.*] Nam Anio vetus & Anio novus in urbem ducebatur. de aquæ igitur ductu, non de flumine nunc intelligit. *Virgo.*] Virginem aquam duxit Marcus Agrippa ab octavi lapidis diverticulo duo millia paſſuum. virgo dicta, quoniam Præneſtina via qua labitur, cum eſt prope Herculeum ſinum longo diverticulo ſecedit. quaſi Herculis congreſſum declinare videatur. unde virgo eſt dicta, ut putat Plinius. Frontinus verò de aquæductibus ſcribens, ait id nomen datum eſſe quoniam ejus fontem indicaverit virgo. *Idem.*

27. *Præcelſis, &c.*] Vide Rutil. Numatian. lib. 1. Itin. ad Romam. Et de *pendentibus* talibus *molibus*, non inſcite Adrianus Behotius lib. 3. Apophoret. cap. 18. *Barthius.*

28. *Pendens.*] Non attingens terram ſed in aëre. *tranſmittitur*, ſc. in urbem. *innumero arcu*, multis fornicibus. *Domitius.*

34. Non

Ditius, ipſa manus tenuit Cytherea mariti,
Monſtravitque artes, neu vilis flamma caminos
Ureret, ipſa faces volucrum ſuccendit Amorum,
Non huc admiſſa Thaſos, aut undoſa Cariſtos.
Mœret onyx longe, queriturque excluſus ophites,
Sola nitet flavis Nomadum deciſa metallis
Purpura, ſola cavo Phrygiæ quam Synnados antro
Ipſe cruentavit maculis lucentibus Atys:
Quaſque Tyrus niveas ſecat, & Sidonia rupes
Vix locus Eurotæ; viridis cum regula longo

Synna-

34. *Non huc admiſſa Thaſos, aut undoſa Caryſtos.*] O faſtidioſa tempora, *Parius* enim *& Thaſius lapis* (autore Seneca ep. 87.) *quondam rarum in templo ſpectaculum:* poſtea *piſcinas Rom. circumdedit.* modo ſordet in Baln. & negligitur Θάσος ἀγαθῶν. Strabo libro 7. meminit κεράμου Θασίης. Dion. Afer: Θάσος ἀγχὴν Δημήτρος ἀκτή. Mela lib. II. cap. 7. Verum ſi Caryſtos undoſa, quid novi in inſula cujus ſolum ſalo circundatum? an ob aquas calentes, ἰαματίας, quibus mire ſalubribus abundare teſtis eſt Jul. Solin. cap. XVII. Apud eandem lapidem natum, qui texebatur, ex quo ὑφάσματα χειρόμακτρα, mantilia conficiebantur, quæ ubi ſordes contraxerant, in flammam injecta purgabantur, Strabo lib. x. perhibet. *Nec procul Caryſto*, inquit idem, *ſunt Styra & Marmarium, ubi Cariſtiæ columnæ excinduntur.* τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων. Mart. lib. 9. Ep. 87. *De marmore omni quod Caryſtos invenit.* Morellus.

36. *Nomadum deciſa metallis.*] Numidicum marmor, de quo dixi epithalamio Stellæ. Plinius libro 5. cap. 3. *Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt domus, plauſtris circumferentes.* Conſule Pauſaniam Articis, Strab. l. 12. Stephanum & Pomponium. *Bernartius.*

37. *Sola cavo.*] Præ cæteris & hoc nobile. vide Cl. Salmaſ. ad Capitolin. Max. & Balbinum. Hermol. Barbarum ad Plin lib. 2. cap. 103. Bernard. Cyllen. ad Tibull. libro 3. Eleg. 3. Et ad conciliandum pretium fabulam addit, conf. Sirmond. ad Sidon. Epithal. Ruririi. Et Bernartius omnino hic legi vult Arnob. adv. Gentes lib. 5. ubi fuſe hac de re.

40. *Vix locus Eurotæ, viridis cum regula, longo Synnada diſtinctu variat.*] Ita hunc locum diſtinximus, cum in vulgatis nullo ſenſu legeretur: *Vix locus Eurotæ viridi*, &c. Eſt autem hic elegans locus, qui Marmorarionis genus, è duobus marmoribus compoſitum clare ob oculos ponit. Solebant enim marmori Synadico cruſtam aliquam marmoris Lacedæmonii, vel Tyrii interſerere. Seneca Epiſt. 89. *Pauper ſibi videtur ac ſordidus, niſi parietes magnis ac pretioſis orbibus refulſerint: niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint.* Star. Surrent. Pollii.

—— ibi marmore picto
Candida purpureo diſtinguitur area gyro.

Hujuſmodi marmorationis genus, *Alexandrinum opus* appellabatur, vel quod Alexandrino marmore ad hoc maxime uterentur, ut ex ſuperiori Senecæ loco patet, vel quod in Alexandria primum repertum. Æl. Lamprid. in Alex. Sev. *Alexandrinum opus, marmoris de duobus marmoribus, hoc eſt porphyretico & Lacedæmonio, primus inſtituit, Palatio exornato hoc genere marmorandi.* Gev. Cruceus

tamen

Synnada diſtinctu variat; non limina ceſſant,
Effulgent cameræ, vario faſtigia vitro
In ſpecies, animoſque nitent: ſtupet ipſe beatas
Circumplexus opes, & parcius imperat ignis.
Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis
Perforat, utque alio ſol improbus uritur æſtu.
Nil ibi plebejum: nuſquam Temeſea notabis
Æra, ſed argento felix propellitur unda,
Argentoque cadit, labriſque nitentibus inſtat
Delicias mirata ſuas, & abire recuſat.

Extra

tamen contra Epitheton viridis tribuit Eurotæ, id eſt marmori Lacedæmonio, quod viride fuiſſe pluribus docere ſtudet.

41. *Non limina ceſſant.*] Polinianus legebat:

——— *non lumina ceſſant,*

ut Poëta dicat, excitari oculos colorum varietatibus. Cæterum prior lectio magis mihi arridet, quam & Calderinus ſecutus eſt, & recte interpretatur: ſcilicet tot undique marmoribus fuiſſe exornatum hoc balneum, ut nec ipſa limina marmoribus vacarent. Nam viliora marmora in liminum erant uſu. Plinius lib. 36. cap. 6. *Numidicum marmor non in columnis tantum cruſtiſve, ſed in maſſa ac viliſſimo liminum uſu.* Gevart. *Non lumina ceſſant.*] Sic Colinei habet editio, eaque interpretanda non oculos aſpicientium, ſed feneſtras, quibus tamen admittitur. Ut Cic. de Oratore: *cum ædes venderet, in mancipio lumina, uti tum erat, recepit.* Eorum margines pretioſo fulgidoque marmore adornatas innuit Papinius. Et hæc optime cum *Cameræ* junguntur. *Gronov. Diatr. cap. 12.*

42. *Effulgent cameræ vario faſtigia vitro.*] Poſt M. Agrippæ tempora vitrum Cameris adhiberi cœptum eſſe & Seneca & Pl. autores ſunt. Strabo lib. 16. narrat inter Ptolemaidem & Tyrum eſſe litus arenæ tumulis aggeſtum, ubi ὑαλίτιδος ἄμμου copia eſt: itemque ſe à vitrariis (quos ὑαλουργοὺς vocat) accepiſſe Alexandreæ, eſſe in Ægypto terræ vitrariæ genus, ſine quo eximia & πολύχροα variorum colorum opera perfici nequirent: præterea Romanos multa ad concinnitatem, elegantiam & ῥαστώνην vitreorum operum excogitaſſe, in iis præſertim quæ χρυσταλλοφανῆ, cryſtallinorum ſpeciem habent. unde tanta vaſorum ejuſmodi vilitas Romæ extitit, ut paropſis & poculum parvo ære veniret. Ideoque vitrea fracta pro rebus nihili frivoliſque uſurpata à Statio in Sylva proxim. ℣ſ. 77, 78. & à Martial. libro 1. Epigramm. 42.

Qui pallentia ſulfurata fractis
Permutat vitreis. Juvenal. Satyr. 5. in calycem *Quaſſatum & rupto poſcentem ſulfura vitro.* In oraculis Jobi 28. ℣ſ. 17. זכוכית vitrum excellens nominatur à puritate & pelluciditate. Hanc vitro laudem tribuit ingenioſus vates IIII. Μεταμορφ. *In liquidis tranſlucet aquis, ut eburnea ſi quis*

Signa tegat, claro, vel candida lilia, vitro.

Morellus.

48. *Sed argento, &c.*] Significat canales ex argento fuiſſe, imo & labra. Sen. in Ep. *Niſi Parius & Thaſius lapis quondam rarum in aliquo templo ſpectaculum piſcinas noſtras circumdederit, niſi aquam argentea epitonia fuderint.* Cruceus.

51. *Extra*

Extra autem niveo qui margine cærulus amnis
Vivit, & in ſummum fundo patet omnis ab imo.
Cui non ire lacu, pigroſque exolvere amictus
Suadeat? hoc mallet naſci Cytherea profundo:
Hic te perſpicuum melius Narciſſe videres:
Hic velox Hecate velit & deprenſa lavari.
Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata, crepantes
Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem volvunt hypocauſta vaporem?
Nec ſi Bajanis veniat novus hoſpes ab oris,
Talia deſpiciat, fas ſit componere magnis
Parva; Neronea nec qui modo lotus in unda,

Hic

51. *Extra autem niveo, &c.*] Quidni ad has quoque delicias pertineat crater & ſiphunculi. de quibus Plin. Cæc. loco laudato, *In fronte*, inquit, *crater, circa ſiphunculi plures, qui miſcent jucundiſſimum murmur.* &, *piſcina quæ feneſtris ſervit, ſubjacet, ſtrepitu viſuque jucunda, cum, ex edito deſiliens aqua ſuſcepta marmore albeſcit.* Iccircone hic piſcina natatoria ſeu baptiſterium, lacuſve *extra vivere* dicitur? vide Sidon. Ep. 2. lib. 2. Lacus Luciano, κολυμβήθρα. Libanio, δεξαμενή. *Morellus.*

58. *Crepantes, &c.*] Magnas turbas dedit hic locus, & quot capita, tot prope ſententiæ. Domitius per *crepantes pilas*, columnam concavam intelligit, cujus ſententiam amplexus eſt Franc. Robottellus, lib. de Laconico, ubi latius eam explicat. Cælius vero Rhodiginus, libro 30. cap. 19. per *pilas* hic intelligit ſphæras aut glomos pice illitos, qui in ignem balneorum conjiciebantur, ſicubi fortaſſe reſtingueretur. Et hanc interpretationem ſequitur ad hunc locum Bernartius & Hieron. Mercurial. lib. 1. Artis Gymnaſticæ. Sed hi omnes procul à vero aberrarunt. Nam Statius hic ſimpliciter *pilam crepantem* appellavit, *pilam trigonalem*, qua ſeſe in balneo exercebant. Quod ut rectius intelligatur, notandum Trigonem fuiſſe locum in Balneis qui ad pilæ luſum ædificatus erat. Dictus eſt τρίγων vel à triangulari figura, vel à ſitu ludentium, qui eo ordine ſtabant, ut trigonum ſeu triangularem redderent. Ad hunc locum confluebant homines, & ſeſe exercebant, interea dum hypocauſta & ſudationes caleſcerent. Plinius Junior ad Apollinar. lib. 5. ubi Balneolum ſuum deſcribit: *Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit.* Gevart.

60. *Nec ſi Bajanis.*] Ait tamen Epigrammatographus Gr. 4. Anthol. lib. εἰς λουτρὸν ἐν Βυζαντίῳ,

Εἰ γὰρ ἅπαξ καθαροῖσι λοέσσεται ὕδασιν ἀνήρ,
Οὐ ποθέει πάτρην, οὐκ ἐθέλει γενέτας.

Qui ſemel his fuerit puris bene lotus in undis,
Nec natale ſolum, nec cupit ille ſuos.

Atqui Venuſino indice,

Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis.

Nec temere felices Bajæ ab Epigrammatario Lat. dictæ. ſiquidem calidæ aquæ Bajanæ, non ad luxum tantum, ſed ad ſanationem etiam morborum idoneæ perhibentur, Strabon. libro 5. πρὸς τρυφὴν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. *Morellus.*

65. *Et*

Hic iterum ſudare neget. Macte, oro, nitenti
Ingenio, curaque puer: tecum iſta ſeneſcant,
Et tua jam melius diſcat fortuna renaſci.

65. *Et tua jam melior diſcat fortuna renaſci.*] Hetruſci hujus pater à Domitiano in exilium miſſus fuerat, ſed intercesſione & precibus Hetruſci filii, Lævi fuit revocatus: Unde ait poëta ipſius *fortunam jam renaſci*. Olim autem omnes qui ab exilio reverſi erant, *renati* dicebantur. Statius 3. Sylvar. Lachr. Hetruſci:

Quas tibi devoti Juvenes pro patre renato
Summe ducum grates, aut quæ pia vota rependunt?

Hinc Cicero eum diem quo ab exilio reverſus erat, *natalem* ſuum appellat 3. ad Attic. *Gevartius.*

VI.

KAL. DECEMBRES *SATURNALES.

Et Phœbus Pater, & ſevera Pallas,
Et Muſæ procul ite feriatæ:
Iani vos revocabimus Kalendis.
Saturnus mihi compede exoluta:
Et multo gravidus mero December,
Et ridens Iocus, & ſales protervi

Adſint,

* *Saturnales.*] Ne ambigamus de germana epigraphe ſeu lemmate γνησίῳ hujus Sylvulæ, Papinius ipſe facit, cum in clauſula epiſt. προσφωνητικῆς ad Stellam, ita ſcribit, *In fine ſunt Kal. Decembris, quibus utique creditur. Noctem enim feliciſſimam habent, & voluptatibus publicis inexpertam.* At novum & inſolens eſt à Kal. Decembribus initium dare *Saturnalibus optimo dierum*. Plutarchus tamen adſtipulari videtur, cum in cauſis Rom. ait, Οὗτος ὁ μὴν κρείσσων Κρόνῳ. quod cum his Senecæ verbis conſentit, *December eſt menſis, quo maxime deſudat civitas.* In Saturnalium videlicet apparatu & celebratione. Rationem etiam adfert eloquentiſſ. Sophiſta Libanius, & his Kal. Decemb. & Januariis communem, in Ecphraſi ſeu florida Kalendarum deſcriptione; pag. edit. noſtræ 178. quam conſulere non pœnitebit. Ex hac enim patet Phœbum Muſagetam, & ſeveram ac tetricam Minervam. *Morellus.*

2. *Feriatæ.*] Sunt, qui legendum cenſent: *ite feriatum.* Sed nihil mutandum in re clara. Nam *feriatus* idem hic, quod *otioſus*. Auctor Pervigilii Veneris:

Ite Nymphæ, poſuit arma, feriatus eſt Amor.

Gevartius.

4. *Saturnus compede exoluta.*] Saturnus in compedibus toto anno erat. Ver. Flaccus cauſam ignorat: Apollodorus ſcribit, Saturnum vinciri per annum laneo vinculo, & ſolvi ad diem ſibi factum, hoc eſt in Saturnalibus. inde proverbium, deos pedes laneos habere, ſignificari per id, decimo menſe ſemen in utéro animatum, in vitam grandeſcere, quod donec erumpat mollibus nectitur vinculis. *Domitius.*

Adſint, dum refero diem beatam
Læti Cæſaris, ebriamque partem.
Vix Aurora novos movebat ortus,
Iam bellaria adorea pluebant,

Hunc

8. *Ebriamque partem.*] Diu locus hic viros doctos exercuit. Nonnulli vulgatam lectionem tuentur, & de *parte diei civilis* interpretantur. Et ſic pene Ovidius alibi:

Ultima pars noctis, primaque lucis erat.

Sed rectius de *ludis* videtur intelligendum, quos exhibitos fuiſſe, Statius paulo poſt innuit. Omnes ſciunt quid in Comœdiis vocentur *partes*. Petronius:

Mox ubi ridendas incluſit pagina partes.

Horatius:

—— *partes nimirum tractare ſecundas.*

Illuſtr. Scaliger ex M. S. Senenſi ad marginem ſui cod. adſcripſerat: *ebriamque pacem.* quod & Bernartio in mentem veniſſe video. Minimum recedit à vulgata ſcriptura ingenioſiſſima Heinſii conjectura: *ebriamque Martem.* Nam Domitian. in hiſce Saturnalibus etiam fœminas gladiatrices in arenam produxit, quas ipſe Statius paulo poſt proponit. Richardus Thomſon in litteris ad Scriverium noſtrum, legit: *ebriamque noctem.* Aitque eam eſſe indubitatam correctionem, cum ipſe Statius in Epiſtola ad Stellam, de hoc ſuo carmine agens, ſic loquatur. Ait enim: *In fine ſunt Kal. Decembr. quibus utique creditur. Noctem enim illam feliciſſimam habent, & voluptatibus publicis inexpertam.* Quin de ebrietate illius noctis & infra meminit:

Vixdum cœrula nox ſubibat orbem.

Et mox addit:

Largi flumina quis canat Lyæi?
Jam jam deficio, tuoque Baccho
In longum trahor ebrius ſoporem.

Idem Thomſon aiebat ſe in M. S. reperiſſe *ebriamque mœram.* Conſtat autem Parcas olim dictas fuiſſe *Mœras*, teſte Cenſorino. Unde quiſpiam forte conjiceret primo, *ebriamque Parcam*, ſcriptum fuiſſe, quod interpretatus aliquis, *Mœram*, aſcripſerat. Nobiliſſ. Barthius ſignificavit mihi in M. S. ſuo trajecto verſu legi:

Vix Aurora novos movebat ortus
Læti Cæſaris, ebrium per axem.

Quid in tanto & M. ſcriptorum & eruditorum diſſenſu ſtatuendum? Mihi modo, ſatis eſt, veluti ſatura lance diverſas doctorum ſententias lectori obtuliſſe, donec certius quid conſtituero. *Gevartius.* *Ebriam partem.*] Omnia recenſenti, quæ ad hunc locum à viris doctiſſimis ſunt allata, nihil occurrit, in quo ſiſtere poſſim, niſi forte referamus eò, ut ſimpliciſſimè *partem ebriam* dici Cæſaris intelligamus. Tota quidem illa dies beata fuit læto Cæſare, ſed pars ejus cum ipſi, tum populo etiam ebria, convivio & vino affluens. Virg. 9. Æneid. *Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei, Quod ſupereſt, læti bene [illegible] corpora rebus Procurate viri.* Ovid. 8. Metam. *Jamque duas lucis partes Hyperione menſe Diſcubuere toris.* Horat[illegible]: *Nec partem ſolido demere de die.* Gronovius.

10. *Jam bellaria adorea.*] Bellaria à Græcis τραγήματα πέμματα dicuntur: ſecundarum menſarum cibi. pro libis dulciariis accipit. propterea ait, *Et adorea liba per herbam.* Alii codices habent *velaria.* ut dicas, è velis quibus tegebatur amphitheatrum hæc deciſſe. placet prior ſententia. *Domitius.* *Bellaria, &c.*] Id eſt, Farracea, ut adorea liba apud Virgil. Ador enim farris genus Feſto lib. 1. dicitur, & ſubſtantive adorea, & exponitur in gloſſario εἶδος σίτου. Apud Plaut. Apul. & veteres adorea laudem ſignificat, ut notavit idem Feſtus.

Hunc rorem veniens profudit Eurus.
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fœcundis cadit aut jugis Idumes,
Quod ramis pia germinat Damaſcus,
Et quas percoquit Ebuſia Cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.
Molles Caloli, Lagunculique,

Et

Feſtus. *Pluere bellaria* dicuntur eo ſenſu quo imbres odorati apud Senecam in controv. Hæc enim ſparſio miſſilium imber tranſlatitie vocatur. Marſſ. in Amphit. Mart. *Crucens.*

13. *Jugis Idumes.*] Palmas intelligit. Nam Idumæa, quæ Arabia finitur à Peluſio, LXV. millia paſſuum palmetis conſpicua eſt. *Domitius.*

15. *Et quas præcoquit Eboſia cannas.*] Quænam hic à Poëta *Eboſia* dicatur, jamdiu quæſitum viris doctis, ſæpiuſque ampliata cauſa, nihil pronunciatum. Domitius neſcio quæ de Libano & Antilibano adfert, quæ nihil ad Bacchum. Alii legunt, tota verſus facie immutata:

Et quæ præcocibus repoſta cannis.

Ego addita litterula ex vet. cod. ſcribendum cenſeo,

* *Et quas præcoquit Eboſita cannas.*

Ut Statius incolam Eboſi inſulæ intelligat, ut dicuntur Elamitæ, Scenitæ, Moſchovitæ, &c. Eſt autem Eboſus, ſeu (ut alii ſcribunt) Ebuſus, Hiſpaniæ inſula in mari Balearico, altera Pityuſarum. Iſiodorus lib. 14. cap. 6. *Eboſus inſula Hiſpaniæ, ſic dicta quod à Zenia non procul abſit, quaſi ebozos.* Gevartius. *Et quas præcoquit Eboſia cannas.*] Sic emendamus verſ. *Et quas percoquit Eboſia Cannas.* Ebuſitanas intelligit Caricas, hoc eſt, ἰσχάδας. Statio *Eboſia* inſula, quæ aliis *Ebuſus*: Græcis Βῦσος & Ἐβουσος, quibuſdam etiam Ἥβυσος. Ipſe *Eboſiam* dicit, quaſi Ἡβοσια νῆσος diceretur; ita Latine *Coam inſulam*, quæ Græcis Κῶς dicitur, appellant. *Gronov. Diatr. cap.* 15.

17. *Molles Cajoli, Lagunculique.*] Etiam hic locus non inter claros. Domitius exiſtimat Cajolum & Laguncululm eſſe duo puerorum nomina diminutiva à *Cajus*, & *Lagon*, aitque per hæc ſignificari cupedia quædam ex pane ſaccharite, aut dulciario facta, in quibus impreſſa erat forma iſtorum puerorum. Certe, *Lagon* egregia forma puer fuit: de quo Martial. lib. 9. Epigr. 37.

Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona vivum.

Hæc vero liba, forma iſtorum puerorum inſignita, per Saturnalia miſſitabantur. vide Macrobium I. Saturnal. cap. 2. Martialis libro 14. Epigramm. penult.

Mille tibi dulces, operum, manus iſta figuras
Exſtruet, huic uni parca laborat apis.

Et quia certis ſignis ſeu ſigillis, imagines illæ pani impreſſæ erant, ideo hæc munera *ſigillaria* dicta ſunt. Seneca, Epiſt. 12. *Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria adferre.* Spartianus in Hadriano: *Saturnalia, & ſigillaria frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab eis libenter accepit.* Sueton. Claudio: *Id ſolum codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia, & ſigillaria ſe miſiſſe ei.* Alii pro *Cajoli* legunt *Caſeoli*, & pro *Lagunculi*, cum Turnebo malunt, *lucunculi*, hoc modo:

Molles caſeoli, lucunculique.

Quæ ſententia rejicienda non eſt. Nam ſcio caſeum etiam fuiſſe inter dona ſaturnalitia. Hinc noſter 4. Syl. Riſu Saturn.

Non ſal oxyporumve, caſeoſve.

Et maſsis Amerina non peruſtis,
Et muſtaceus, & latente palma
Prægnantes caryotides cadebant.
Non tantis Hyas inſerena nimbis
Terras obruit, aut ſoluta Plias;
Qualis per cuneos hyems Latinos

Plebem

Lucunculum vero etiam fuiſſe inter bellaria & cupedia probat Apulejus lib. 10. Aſini. *Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, lacertulos, plura ſcitamenta mellita.* Afranius:

Piſtori cur non, cur non ſcriblitario,
Ut mittat fratris filio lucunculos.

Gevartius.

18. *Et maſsis Amerina non peruſtis.*] Pyra, ex Ameria Italiæ oppido, Amerina dicta, ut Picentina, & Numantina, hic intelligunt. Sed quæ ſunt illæ *maſſæ* in pyris & pomis? Placet clariſſ. Heinſii noſtri conjectura:

Et paſsis Amerina cum peruſtis.

Veteres, *uvam paſſam*, uvam *aduſtam* vocant, quia expanditur in ſole & amburitur. *Idem.*

19. *Et muſtaceus, & latente palma Prægnantes caryotides cadebant.*] Valde hic ſudant viri docti, dum quærunt cur Poëta, *caryotides latente palma*, cecidiſſe ait. Domitius: *Videbamus*, inquit, *cadere caryotides, ignorantes ubinam eſſet palma arbor ex qua deciderent.* Diſpeteam, ſi quid unquam in vita legi frigidius, aut ineptius. Politianus 6. Epiſtolar. ad Beroald. Commentariorum Calderini Ariſtarchum agens, ait Statium dixiſſe *latente palma*, præ magnitudine ipſa dactylorum. Quam Politiani interpretationem Bernartius nihil novi inveniens, amplexus eſt. Alius dum locum etiam non capit, perplexi neſcio quid concinnat, quod, non vivam, ſi ipſemet intellexerit. Ait enim Caryotides *latente*, an *patente palma* cadere, fere ita dictum eſſe, ut apud Theognidem de Latona Apollinem & Dianam enixa canitur:

Φοίνικος ῥαδινᾶς χερσὶν ἐφαψαμένη.

Id eſt:

Palmam teneram manibus amplexata.

Equidem imaginari non poſſum qua ratione hic verſus Statiano ſit ſimilis. ait Theognis Latonam palmæ arbori innixam peperiſſe Apollinem, quid hoc ad Statii mentem? At, quin potius his omiſſis noſtram proponimus ſententiam, Romani olim in Saturnalibus, quæ hic deſcribit Statius, caryotides etiamnum in ramis à palma arbore abruptis dependentes ſibi mutuo miſſitabant. Hos autem termites caryotidibus onuſtos, non incomptos, & quales ex palma decerpebantur, mittebant, ſed omni parte, aureo quodam ſucco bracteato obducebant, ac illinebant: quemadmodum & apud nos moris eſt in ſolennibus epulis, mellita bellaria auteis ſuccis perfundere. Martial. lib. 13. Epig. 26. ubi ſpathalion caryotarum deſcribit:

Aurea porrigitur Jani caryota Calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Ibidem lib. 8. Epigr. 33.

Hoc linitur ſputo Jani caryota Calendis,
Quem fert cum parvo ſordidus aſſe cliens.

Ex his jam, opinor, nemo eſt qui neſciat quid Poëta noſter voluerit dum dixit, *latente palma.* Reſpexit enim termites illos à palma arbore abruptos, qui, quia ſputo illo aureo obducti erant, merito latere dicti ſunt. De his porro palmetis, Solinus in Polyhiſt. cap. ultimo, de Canaria agens: *Nemora pomifera, palmeta caryotas ficus ferentia, larga mella*, &c. *Idem.*

28. Ca-

Plebem grandine concutit ſerenam,
Ducat nubila Iuppiter per orbem,
Et latis pluvias minetur agris,
Dum noſtri Iovis hi ferantur imbres.
Ecce autem caveas ſubit per omnes,
Inſignis ſpecie, decora cultu
Plebes altera, non minor ſedente.
Hi pannaria, candidaſque mappas
Subvectant, epulaſque lautiores,
Illi Maßica vina largiuntur.
Idæos totidem putes miniſtros.
Orbem, qua melior ſeveriorque eſt,
Et gentes alis inſimul togatas:

28. *Caveas per omnes.*] Triplex in ſpectaculis cavea, ſumma, media & imà, ut notant, qui de circo & theatro ſcripſerunt. Nec theatri tantum cavea dicitur, ſed circi & Amphitheatri. De circenſi cavea Virgilius lib. 7. De Amphitheatrali Marcellin. lib. 21. & 30.

30. *Plebes altera, &c.*] Multitudo miniſtrorum, non inferiori conditione eorum, quibus miniſtrabant. *Domitius.*

33. *Illi marcida vina largiuntur.*] Ajunt interpretes *Marcida vina* hic eſſe, dulcia & matura. Et inde *uvam marcentem* vocari à Martiale, *dulcem.* libro 5. Epigr. 79.

Marcentes tibi porrigentur uvæ.

Huic αἰριοϛ, primo omnium nomen dedit Calderinus, & mox ſecuti etiam recentiores Martialis interpretes, docti ſane viri. Atqui *marcentes uvæ*, Martiali ſunt *paſſæ*. Et res ipſa hoc evincit. Quare hoc tibicine ſublato nihil eſt quod, *vina marcida*, hic vina dulcia exiſtiment vocari. Sane quod marcet, torpet & languet, unde Theocrit. ςαφίδα, *uvam paſſam*, confert cum ſenectute. Quod elegantiſſime æmulatus eſt Claudianus 1. Eutrop.

Jamque ævo laxata cutis, ſulciſque genarum
Corruerat paſſa facies rugoſior uva.

At vinum non poteſt dici *marcere*, niſi ſit corruptum & nihili. Dixit ergo familiari ſibi Hypallage, *Marcidum vinum* Statius, non quod ipſum eſſet *marcidum*, ſed quod homines qui illud biberent marcorem contraherent. Sic 4. Syl. Hercul. Epitrapez.

— tenet hæc marcentia Bacchi
Pocula. Idem 4. Thebaid. Bacchum *marcidum* vocat:

Marcidus edomito bellum referebat ab Æmo
Liber. Seneca Medea:
Huc procede gradu marcidus ebrio.

Et Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 6.

— nimio marceſcere vino, dixit: Ut Horat. *marcentem potorem.* Et hanc interpretationem noſtram firmat ipſe Statius paulo poſt, dum ſubjungit, ſeſe nimio potu marcere & deficere.

Largi flumina quis canat Lyæi?
Jamjam deficio, tuoque Baccho
In longum traher ebrius ſoporem.

Alii tamen hoc loco non *marcida*, ſed *Maßica* legere malunt. Ne pueri quidem neſciunt, vinum Maſſicum inter generoſiſſima Italiæ vina fuiſſe. Quin & Columella lib. 12. cap. 10. *Marſica vina* agnoſcit, quod propius ad ſcripturam accedit: ſed nihil temere mutandum. *Gevartius.*

Et cum tot populos beata paſcas.
Hunc, annona, diem ſuperba neſcis.
I nunc ſæcula compara, Vetuſtas,
Antiqui Iovis, aureumque tempus:
Non ſic libera vina tunc fluebant,
Nec tardum ſeges occupabat annum,
Vna veſcitur omnis ordo menſa,
Parvi, Fœmina, Plebs, Eques, Senatus,
Libertas reverentiam remiſit.
Et tu quin etiam (quis hoc vocare,
Quis promittere poſſit hoc Deorum?)
Nobiſcum ſocias dapes iniſti,
Iam ſe, (quiſquis is eſt) inops, beatus
Convivam ducis eſſe gloriatur.
Hos inter fremitus, novoſque luxus,
Spectandi levis effugit voluptas:
Stat ſexus rudis, inſciuſque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanain, ferumque Phaſin,
Thermodontiacas calere turmas.
Hic audax ſubit ordo pumilonum,

Quos

39. *I nunc, ſecula compara vetuſtas.*] Epiphonema ironicum in longinquæ vetuſtatis & aurei ſeculi laudatores, & μεμψιμοίρους. *Marellus.*

45. *Libertas reverentiam.*] Nam libertas conceſſa eſt ſervis in Saturnal. Horatius in ſervum: *age libertate Decembri Quando ita majores voluerunt utere.* & cum dominis diſcumbebant. inde L. Actius in annalibus: mos traditur illic iſte, ut cum famulis domini epulentur ibidem. *Domitius.*

46. *Et tu quin.*] Medicæus & Rom. & Vet. codices: *hoc vocare.* Sed ſincerius videtur, quod ex Senenſi MSC. notavit Scal. *quis hoc rogare.* Nota iis etiam, qui nondum ære lavantur, formula: *rogat te.* vel *rogat ut ſecum cœnes.* Gronov. in Diatr.

52. *Effugit levis voluptas.*] Voluptatem ſpectaculorum extollit, cum ait eam levem effugere. nam quæ jocundiora ſunt, breviora nobis videntur & effugere citius. *Domit.*

56. *Thermodontiacas.*] Ad fluvium cum conſidentes, ibique degentes *Amazonas.* Recta autem hæc hujus vocis ſcriptura eſt, quam adjecta litera fruſtra corrumpere quidam volunt. De *Amazonibus* autem & *iſto flumine*, docti pridem ad hunc locum illuſtrandum multa contulerunt, quæ videas licet apud Beroald. item Joh. Gebhardum ad Propert. libro 3. Eleg. 14. & alios. *Barthius.*

57. *Hic audax ſubit ordo Pumilonum.*] Non fœminæ ſolum inter gladiatores, ſed & nani. Xiphilin. Domitiano: Πολλά-

Quos Natura brevi ſtatu peracto,
Nodoſum ſemel in globum ligavit:
Edunt vulnera, conſeruntque dextras,
Et mortem ſibi (qua manu?) minantur.
Ridet Mars pater, & cruenta Virtus:
Caſuraque vagis grues rapinis,
Mirantur pumilos ferociores.
Iam noctis propioribus ſub umbris
Dives ſparſio, quos agit tumultus?
Huc intrant faciles emi puellæ:

Hic

Πολλάκις δὲ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ νάνους καὶ γυναῖκας συνέβαλλε. *pugnas etiam noctu ſæpe exhibuit & interdum nanos ac feminas inter ſe commiſit.* Bernart. *Hic audax, &c.*] Pro *hic* ex Rom. *hunc* ſcribendum. Gevartius corrigit *ſimul* pro *ſemel*. At nos docuerunt vet. libri aliud gravius vitium hic latere. MS. Senenſ. & Medic. Rom. & Ven. editi *ſtatim* habent. non *ſtatu*. Et ita legiſſe Domitium putes ex Comm. *Statim* enim interpretatur ſimul ac nati ſunt. Sed accipiendum paulo laxius: mox, haud ita multo poſt, quam eſſe cœperunt, quam natura eos elaborare orſa eſt, jam Medicæus MS. & Rom. ed. *brevis* non *brevi*, Non dubie ſcripſerat Statius:

Quos natura brevis ſtatim peractos
Nodoſum ſemel in globum ligavit.

Unica litera noſtra eſt, cætera ex vett. lib. *Brevis Natura* eſt haud longius indulgens, non larga. *Gronovius in Diatribe.*

58. *Peracto.*] Omnino legendum *peractos*, abſolutos, id eſt ſpem nullam habentes ſtaturæ altioris. Mirum tam apertam rem nemini viſam. *Barthius.*

61. *Et mortem ſibi (qua manu?) minantur.*] Græciſmus eſt, quod tam parva manu, aut imbelli, & fœminea. Theocrit. Pharmaceutr.

— καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.

Et conquerar qualia mihi facit. Hoc eſt, quod talia mihi facit, quod me contemnat. *Gevartius.*

63. *Caſuraque vagis, &c.*] Grues, inquit, emiſſæ inter πυγμαχίας miſſilia & volucres ἐπιδίους, imminentes capitibus pumilorum gladiatorum, intuentur cum ſtupore Pygmæorum genus audacius ſolito. nam cum Pygmæis ita grues congredi ſolere, ut ſuperiores ſint, ſtragemque eorum mox edant, perhibet Homerus, Il. γ. his verſ. quibus Trojanos gruibus, Græcos pumilionibus comparat,

Τρῶες μὲ κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς, &c. *Morellus.*

66. *Dives ſparſio quos agit tumultus?*] Non inſulto hic bono Domitio, qui *Spaſionem* & *Hammum* ſaltandi magiſtros nobis hic commentus eſt; tantum admoneo Bernartium hæc male de ſparſione croci, quam κρόκου ῥάνσιν Gloſſæ appellant, interpretari. Nam de ſparſione miſſilium, quam *Direptionem* & *Rapinam* alias vocabant, locus intelligendus, quod vel ex ſequentibus patet, dum ait:

Inter quæ ſubito cadunt volatu
Immenſæ volucrum per aſtra nubes, &c.

Et Suetonius *ſpargendi* verbo in ea re uſus. Domitian. cap. 4. *Dieque proximo omne genus rerum, miſſilia ſparſit.* Vocabatur vero hæc Direptio, proprie *Rapina*. Unde ſupra:

Et quas præcoquis Ebuſia cannas,
Largis gratuitum cadit Rapinis.

Gevartius.

 70. *Hæc*

Hic agnoſcitur omne quod theatris
Aut forma placet, aut probatur arte.
Hoc plaudunt grege Lydiæ tumentes,
Illic cymbala, tinnulæque Gades:
Illic agmina confremunt Syrorum,
Hic plebs ſcenica, quæque comminutis
Permutat vitreis gregale ſulfur.
Inter quæ ſubito cadunt volatu,
Immenſa volucrum per aſtra nubes,
Quas Nilus ſacer, horriduſque Phaſis,
Quas udo Numidæ legunt ſub Auſtro.
Deſunt qui rapiant, ſinuſque pleni

Gau-

70. *Hoc plaudunt grege Lydiæ tumentes.*] Vel ſolum epitheton arguit falſam eſſe conjecturam viri magni, qui malebat, *ludiæ tumentes.* Nam fœminas Lydias tumentes & obeſas fuiſſe teſtatur Juvenal. Sat. 6.

Turgida nil prodeſt condita pyxide Lyde. Idem.

74. *Permutat vitreis gregale.*] Gregale, inquit Domitius, *nam faſciculis, & gregatim ſulphurata permutantur.* Jam potius *gregale* ideo dictum quod ab hominibus de grege, id eſt, vulgo vendebatur. Sic *gregalia poma* dixit Seneca, id eſt maxime vulgaria, & quibus plebecula veſci ſolet. 1. de Benef. cap. 12. *Gregalia quoque poma, etiam poſt paucos dies itura in faſtidium, delectant, ſi provenere maturius.* Idem.

77. *Quas Nilus ſacer, Horriduſque Phaſis.*] Cur Nilum *ſacrum* appellavit? An propter Memnonis ſepulchrum ac templum quod Thebis Ægyptiis erat, ut interpres hic videtur voluiſſe? Dubium mihi non eſt, quin Statius reſpexerit ad ſuperſtitionem Ægyptiorum, qui Nilum, *Deum* appellabant, & feſta in ejus honorem celebrabant, quæ *Nilῶa* dicebantur. Heliodorus l. 9. Θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, καὶ κρειττόνων τὸν μέγιστον ἄγουσιν, ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες, &c. Id eſt: *Deum eſſe fingunt Nilum Ægyptii, & ex numinibus maximum ducunt, amnium eſſe cœli fluvium prædicantes.* Deinde addit, eundem Nilum ab Ægyptiis Ὧρόν τε καὶ τὸν ζείδωρον, Αἰγύπτου τε ὅλης, τῆς μὲν ἄνω σωτῆρα, τῆς κάτω δὲ καὶ πατέρα καὶ δημιουργὸν, id eſt, *ſolem, & fertilitatis auctorem, & Ægypti totius, ſuperioris quidem Servatorem, inferioris verò Patrem, & Opificem appellari.* Ibidem: Καὶ γάρ πως συνέπεσε καὶ τὰ Νειλῶα τότε τὴν μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἑορτὴν ἐνεστηκέναι. *Etenim quodammodo accidit, ut tunc quoque Niloa maximum apud Ægyptios feſtum, exoriretur.* Hinc modo clarum eſt, cur Poëta Nilum *ſacrum* appellavit. *Gevartius.* *Phaſis.*] Phaſianos intelligit allatos ex Ponto ubi Phaſis eſt fluvius. Illic tamen auriculas ſubmittunt è plumis: quod alibi non faciunt ſi Plinio credimus. *Numidæ.*] Gallinas Numidicas intelligit. eædem appellantur Meleagrides, ut putat Plinius. Columella alias exiſtimat. & Varro: criſta ſcilicet cærulea, cum Numidicæ rubram habeant, guttis diſtinguuntur. Mar. Numidicas guttas appellat. Juven. aves Aphras. *Domit.*

79. *Deſunt, qui rapiant.*] Tanta enim fuit copia miſſilium in hac Domitiani ſparſione, ut ſuperet multitudinem legentium & rapientium. Similis

fuit

Gaudent, dum nova lucra comparantur.
Tollunt innumeras ad aſtra voces,
Saturnalia principis ſonantes,
Et dulci dominum favore clamant:
Hoc ſolum vetuit licere Cæſar.
Vix dum cœrula nox ſubibat orbem,
Deſcendit media nitens arena
Denſas flammeus orbis inter umbras,
Vincens Gnoſiacæ facem coronæ.

Collucet

fuit huic ſparſioni venatio direptionis, in qua herbatica animalia populo dabantur in direptionem, quæ & Pancarpus ſeu Pancarpum dicebatur. *Crucens.*

83. *Et dulci dominum.*] Nihil hic viderunt Interpretes. Senſus eſt, plebem Romanam Domitianum Saturnalia celebrantem elata & clara voce, DOMINUM appellaſſe, ipſum vero vetuiſſe ne *Dominus* vocaretur: Sueton. Domitiano: *Acclamari in Amphitheatro epulari die libenter audiit:* DOMINO & DOMINÆ FELICITER. Sed mirabitur aliquis cur princeps generis humani & Imperator Rom. recuſarit vocari *Dominus*? Non miretur, nam alii Imperatores *Domini* appellationem ſemper ut maledictum & opprobrium refugerunt, quod teſtatur Suetonius de Auguſto, Tacitus de Tiberio, Lampridius de Alexand. Severo. Aurelius Victor de Juliano, & alii de aliis. Cæterum his Statii dictis ex diametro repugnat quod ſcribit Suetonius, qui refert Domitianum, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpiſſe: *Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet.* Unde inſtitutum ait, ut ne ſcripto quidem aut ſermone cujuſpiam appellaretur aliter. Quomodo ergo Statius noſter dicit ipſum hoc vetuiſſe? Et Martial. de Domitiano agens, ipſiſſima ejus verba ſemper exprimit:

Edictum Domini, Deique noſtri.

Et ſupra Suetonius dixit libenter ipſum audiviſſe in menſa ſibi acclamari: *Domino feliciter*, &c. Denique Aurelius Victor ubi de Diocletiano: *Primus omnium*, inquit, *poſt Caligulam Domitianumque, Dominum ſe palam dici paſſus eſt, & adorari ſe appellarique uti Deum.* Quid in hac manifeſta auctorum diſcrepantia dicendum? Exiſtimo Domitianum cum ſeſe *Dominum* appellari vetuit, temporis rationem habuiſſe, Saturnalium, inquam. Moris enim erat ut in Saturnalibus ſervi ſederent ad Imperatoriam menſam, imo & ipſi Domini ſervis ſedentibus miniſtrabant. Vide Macrob. 1. Saturnal. Athenæum lib. 14. Dionem lib. 58. alioſque. *Gevart.*

87. *Flammeus orbis.*] *Lycnuchus* ingens, multas faces, aut funalia plurima in orbem diſtributa ferens. Tales plures fuiſſe oportet, aut tantæ amplitudinis hunc, ut amphitheatrum univerſum illuminare valuerit, quæ ſane res artificioſiſſima & ſumtuoſiſſima. *Barthius.*

88. *Vincens Gnoſiacæ facem coronæ.*] Non interdiu ſolum, ſed & noctu ad lichnuchos & funalia Domitianum gladiatores dediſſe ex Suetonio, hac eadem ſylva docui. hic lychnuchos componit, imo præfert coronæ quam Bacchus, Vulcani opere factam, Ariadnæ dono dediſſe, ac tandem aſtris affixiſſe fingitur. non mihi mens onerare te lector copia vulgarium exemplorum, unum dabo, non omnibus credo notatum. Tert. de Corona militis: *Dat & Priapo tænias, idem & Ariadnæ ſertum, & auro & Indicis gemmis: Vulcani opus, Liberi munus: poſt & ſidus.* Bernart.

 91. Fugit

Collucet polus ignibus, nihilque
Obſcura patitur licere nocti.
Fugit pigra quies: inerſque ſomnus,
Hæc cernens, alias adivit urbes.
Quis ſpectacula, quis jocos licentes,
Quis convivia, quis dapes inemptas,
Largi flumina quis canat Lyæi:
Jamjam deficio, tuoque Baccho
In ſerum trahor ebrius ſoporem,
Quos ibit procul hic dies per annos!
Quam nullo ſacer exoleſcet ævo!
Dum montes Latii, paterque Tybris,
Dum ſtabit tua Roma, dumque terris
Quod reddis Capitolium, manebit.

91. *Fugit pigra Quies.*] Ovid. in XI. Transform.

—*ignavi penetralia Somni*
Muta Quies habitat.

Hic — *qui par Regi famuloque venit.* Apud Sen. Trag. fingitur Roma inſomni relicta, Urbes invadere *ſomno vinoque ſepultas.* Primus autem Hom. urbem Somno aſſignavit, Il. ξ. Lemnum ſcil. quam Lucian. lib. 2. veræ hiſt. venuſtiſſime depinxit. *Morellus.*

102. *Quod reddis.*] Inſtauras, nam Domitianus inſtauravit Capitolium quod rurſus arſerat, ut ſcribit Tranquil. & ita fore vaticinatur Juppiter apud Silium:

Ille etiam qua priſca fides ſtat regia nobis,
Aurea Tarpeja jungit Capitolia rupe.

Martialis:

Pro Capitolinis quid non tibi ſolvere templis,
Quid pro Tarpejæ frondis honore poteſt?

Domitius.

P. PAPI-

P. PAPINII STATII SYLVARUM LIBER SECUNDUS.

STATIUS MELIORI SUO S.

ET familiaritas noſtra, qua gaudeo, Melior vir optime, nec minus in judicio literarum, quàm in omni vitæ [1] colore terſiſſime, & ipſa opuſculorum quæ tibi trado conditio ſic poſita eſt, ut totus hic alter liber meus etiam ſine epiſtola expectetur. Primum enim habet Glauciam noſtrum, cujus gratiſſimam infantiam, & qualem plerunque infelices ſortiuntur, apud te complexus amabam. Iam verò tibi hujus amiſſi recens vulnus (ut ſcis) [2] Epicedio proſecutus ſum, adeo feſtinanter, ut excuſandam habuerim affectibus tuis celeritatem, nec nunc eam apud te jacto, qui noſti, ſed & cæteris indico: ne quis aſperiore lima carmen examinet, & à confuſo ſcriptum, & dolenti datum cum pæne ſupervacua ſint tarda ſolatia. Pollii mei villa Surrentina quę ſequitur, debuit à me vel in honorem eloquentię ejus diligentius dici; ſed amicus ignovit. In Arborem certe tuam, Melior, & Pſittacum, ſcis à me leves libellos quaſi epigrammatis loco ſcriptos. Eandem exigebat ſtyli facilitatem Leo manſuetus, quem in Amphitheatro proſtratum frigidum erat ſacratiſſimo Imperatori

1 *Colore.*] Id eſt habitu, conditione. Ut à *colore* rei præſentis ſtatus judicatur. Græciſmum eſſe bene notat Calderinus. Sic χρῶμα ὄψιν exponit Heſychius. Idem valet ac ſi *ſpecies* dixiſſet. *Barthius.*

2 *Epicedio.*] Epicedion carmen quod de mortuo canitur. κῆδος, tumulum ſignificat. neſcio quis Tortelius ut in multis aliis in hac quoque interpretatione inſaniſſimè lapſus eſt. *Domitius.*

ratori ni ſtatim traderem. Ad Urſum quoque noſtrum juvenem candidiſſimum, & ſine jactura deſidiæ doctiſſimum, ſcriptam, de puero amiſſo conſolationem, ſuper ea, quæ ipſi debeo, huic libro libenter inſerui, quia honorem ejus tibi [1] laturus acceptum. Excludit volumen Genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria [2] cariſſima uxorum; cum hunc diem forte conſecraremus, imputari ſibi voluit. Ego non potui majorem tanti autoris habere reverentiam, quam quod laudes ejus dicturus hexametros meos timui. Hæc qualiacunque ſunt, Melior cariſſime, ſi tibi non diſplicuerint, à te publicum accipiant; ſin minus, ad me revertantur.

1 *Laturus acceptum.*] Refero acceptum tibi quod licet ab altero acceperim, tamen abs te profectum arbitror. Putabit (inquit) viſus ſe abs te accepiſſe hoc quod ad eum ſcripſerim, cùm videbit conſolationem inſertam libro ad te miſſo. *Domitius.*

2 *Cariſsima uxorum.*] Omninò ſcribendum *clariſsima*, id eſt exemplum conjugis, etiam defunctum maritum diligentis & honorantis. De *Polla* hoc defuncti Lucani cultu Martial. l. 7. Epigr. 22. Vulgata hic ſcriptura futiliſſima eſt, & tamen omnibus editionibus ferè recepta. Rectè Graſſerus, qui in Argentinenſi Editione *clariſsima* reſcripſit, aut alias ſic habentes eſt ſecutus. Et ita in ſuo Vetere libro fuiſſe notat Lindebrogius. *Barthius.*

I.

* GLAUCIAS ATEDII MELIORIS DELICATUS.

QUod tibi prærepti, Melior, ſolamen alumni,
Improbus ante rogos, & adhuc vivente favilla
Ordiar? abruptis etiamnum flebile venis

Vulnus

* *Glaucias Atedii.*] Rhod. *Glaucias Atedii Melioris dedicatus.* Una litera differt Saliſb. *delicatus.* Primum *Glaucias* terminatione Græca, quam ſæpe Latini ſuæ in Græcis vocabulis præferunt, idem, qui *Glaucia* Romanis. *Delicati* autem deliciæ, παιδικὰ, pueri in amoribus. Sueton. Tito: *Quoſdam è gratiſsimis delicatorum.* Spartiano Hadrianus dicitur *curaſſe delicatos.* Lapis antiquus: *Et. Marciæ. &. Primulæ. delicatis. &. Telamio. Celeri. Amico. cariſſimo.* Sueton. Veſpaſiano: *Flaviam Domitillam Statilii Capellæ equitis Romani Sabratenſis ex Africa delicatam olim.* Ubi melius erat ſummos viros non ineptire. *Gronovius.*

7. Aver-

Vulnus hiat, magnaque patet via lubrica plagæ.
Cum jam egomet cantus, & verba medentia ſævus
Conſero, tu planctus, lamentaque fortia mavis,
Odiſtique chelym, ſurdaque averteris aure.
Intempeſta cano: citius me tigris abactis
Fœtibus, orbatique velint audire leones,
Nec ſi tergeminum Sicula de virgine carmen
Affluat, aut ſylvis chelys intellecta, feriſque;
Mulceat inſanos gemitus. ſtat pectore demens
Luctus, & admoto latrant præcordia tactu.
Nemo vetat: ſatiare malis, ægrumque dolorem
Libertate doma. jam flendi expleta voluptas?
Iamne preces feſſus non indignaris amicas?
Iamne canam? lachrymis en & mea carmina, in ipſo
Ore natant, triſteſque cadunt in verba lituræ.
Ipſe etenim tecum nigræ ſolemnia pompæ,
Spectatumque urbi ſcelus, & puerile feretrum
Produxi: & ſævos damnati thuris acervos,
Plorantemque animam ſupra ſua funera vidi:

Teque

7. *Averteris aure.*] Ut Penelope Homerica Odyſſ. 2. Phemium lyricinem intempeſtiva canentem, faſtidit, atque invita φησὶ σμύλιν Ἰθακαν ἀοιδὴν, ab eoque flagitat ut orſa canere deſinat, Ταύτης ἀποπαύε' ἀοιδῆς λυγρῆς. Tragicus Senarius abiit in Adag. οὐ νάβλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα φίλη. *Teſtudo luctum non decet, nec barbitus.* Morellus.

8. *Tigris.*] Tigris & in Hyrcania eſt fœtus amantiſſima, ut beluæ feritas maxime appareat cum eripitur. nam ubi vacuum reperit cubile, præceps odore veſtigat raptorem: ille appropinquante fremitu unum abjicit ex catulis, qui plurimi ſunt. Tigris tollit, refertque in cubile: mox raptorem conſequitur. alter catulus abjicitur. atque ita fit donec ea fraude retardata raptor navim conſcendit: feritate beluæ fruſtra in littore ſæviente. *Tigris* de fœmina intelligas. nam maribus non eſt cura fœtus, ut ſcribit Plinius. *Domitius.*

10. *Nec ſi tergeminum Sicula de virgine.*] Reſpicit fabulam, qua Sirenes (quæ tergeminæ ſorores erant) in mari Siculo habitaſſe finguntur. Adi Stephanum & Servium ad illud Virgilii;

Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat. Bernart.

13. *Et admoto tactu.*] Cùm admovetur remedium conſolatorium. *Domitius.* *Latrant.*] Singultiunt. Mire utuntur hoc verbo optimi authores. *Barthius.*

21. *Sævos damnati thuris acervos.*] De hoc ritu quo acerra thuris ſuffitus fiebat mortuis, Cic. 2. de leg. Herodian. l. 4. ut *damnatum* ſit devotum Manibus. Hic τὸ *ſævum* inculcat, quod rebus convenit quæ commovent terroremque incutiunt, à σείω, quod eſt *quatio, concutio.* Morellus.

22. *Plorantemque animam.*] Hujus

verſus

Extra autem niveo qui margine cærulus amnis
Vivit, & in ſummum fundo patet omnis ab imo.
Cui non ire lacu, pigroſque exolvere amictus
Suadeat? hoc mallet naſci Cytherea profundo:
Hic te perſpicuum melius Narciſſe videres:
Hic velox Hecate velit & deprenſa lavari.
Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata, crepantes
Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem volvunt hypocauſta vaporem?
Nec ſi Bajanis veniat novus hoſpes ab oris,
Talia deſpiciat, fas ſit componere magnis
Parva; Neronea nec qui modo lotus in unda,

Hic

51. *Extra autem niveo, &c.*] Quidni ad has quoque delicias pertineat crater & ſiphunculi. de quibus Plin. Cæc. loco laudato, *In fronte*, inquit, *crater, circa ſiphunculi plures, qui miſcent jucundiſſimum murmur.* &, *piſcina quæ feneſtris ſervit, ſubjacet, ſtrepitu viſuque jucunda, cum, ex edito deſiliens aqua ſuſcepta marmore albeſcit.* Iccircone hic piſcina natatoria ſeu baptiſterium, lacuſve *extra vivere* dicitur? vide Sidon. Ep. 2. lib. 2. Lacus Luciano, κολυμϐήθρα. Libanio, δεξαμενή. *Morellus.*

58. *Crepantes, &c.*] Magnas turbas dedit hic locus, & quot capita, tot prope ſententiæ. Domitius per *crepantes pilas*, columnam concavam intelligit, cujus ſententiam amplexus eſt Franc. Robortellus, lib. de Laconico, ubi larius eam explicat. Cælius vero Rhodiginus, libro 30. cap. 19. per *pilas* hic intelligit ſphæras aut glomos pice illitos, qui in ignem balneorum conjiciebantur, ſicubi fortaſſe reſtinguerentur. Et hanc inteptetationem ſequitur ad hunc locum Bernartius & Hieron. Mercurial. lib. 1. Artis Gymnaſticæ. Sed hi omnes procul à vero aberrarunt. Nam Statius hic ſimpliciter *pilam crepantem* appellavit, *pilam trigonalem*, qua ſeſe in balneo exercebant. Quod ut rectius intelligatur, notandum Trigonem fuiſſe locum in Balneis qui ad pilæ luſum ædificatus erat. Dictus eſt τρίγων vel à triangulari figura, vel à ſitu ludentium, qui eo ordine ſtabant, ut trigonum ſeu triangularem redderent. Ad hunc locum confluebant homines, & ſeſe exercebant, interea dum hypocauſta & ſudationes caleſcerent. Plinius Junior ad Apollinar. lib. 5. ubi Balneolum ſuum deſcribit: *Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit.* Gevart.

60. *Nec ſi Bajanis.*] Ait tamen Epigrammatographus Gr. 4. Anthol. lib. εἰς Λουτρὸν ἐν Βυζαντίῳ,

Εἰ γὰρ ἅπαξ καθαροῖσι λοέσσεται ὕδασιν ἀνήρ,
Οὐ ποθέει πάτρην, οὐκ ἐθέλει γονέας.

Qui ſemel his fuerit puris bene lotus in undis,
Nec natale ſolum, nec cupit ille ſuos.

Atqui Venuſino indice,

Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis.

Nec temere felices Bajæ ab Epigrammatario Lat. dictæ. ſiquidem calidæ aquæ Bajanæ, non ad luxum tantum, ſed ad ſanationem etiam morborum idoneæ perhibentur, Strabon. libro 5. πρὸς τρυφὴν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. *Morellus.*

65. Et

Hic iterum ſudare neget. Macte, oro, nitenti
Ingenio, curaque puer: tecum iſta ſeneſcant,
Et tua jam melius diſcat fortuna renaſci.

65. *Et tua jam melior diſcat fortuna renaſci.*] Hetruſci hujus pater à Domitiano in exilium miſſus fuerat, ſed interceſſione & precibus Hetruſci filii, Lævi fuit revocatus: Unde ait poëta ipſius *fortunam jam renaſci*. Olim autem omnes qui ab exilio reverſi erant, *renati* dicebantur. Statius 3. Sylvar. Lachr. Hetruſci:

Quas tibi devoti Juvenes pro patre renato
Summe ducum grates, aut quæ pia vota rependunt?

Hinc Cicero eum diem quo ab exilio reverſus erat, *natalem* ſuum appellat 3. ad Attic. *Gevartius.*

VI.

KAL. DECEMBRES *SATURNALES.

ET Phœbus Pater, & ſevera Pallas,
Et Muſæ procul ite feriatæ:
Iani vos revocabimus Kalendis.
Saturnus mihi compede exoluta:
Et multo gravidus mero December,
Et ridens Iocus, & ſales protervi

Adſint,

* *Saturnales.*] Ne ambigamus de germana epigraphe ſeu lemmate γνησίῳ hujus Sylvulæ, Papinius ipſe facit, cum in clauſula epiſt. προσφωνητικῆς ad Stellam, ita ſcribit, *In fine ſunt Kal. Decembris, quibus utique creditur. Noctem enim feliciſſimam habent, & voluptatibus publicis inexpertam.* At novum & inſolens eſt à Kal. Decembribus initium dare *Saturnalibus optimo dierum.* Plutarchus tamen adſtipulari videtur, cum in cauſis Rom. ait, Οὗτος ὁ μὴν κράτιστος Κρόνῳ. quod cum his Senecæ verbis conſentit, *December eſt menſis, quo maxime deſudat civitas.* In Saturnalium videlicet apparatu & celebratione. Rationem etiam adfert eloquentiſſ. Sophiſta Libanius, & his Kal. Decemb. & Januariis communem, in Ecphraſi ſeu florida Kalendarum deſcriptione; pag. edit. noſtræ 178. quam conſulere non pœnitebit. Ex hac enim patet Phœbum Muſagetam, & ſeveram ac tetricam Minervam. *Morellus.*

2. *Feriatæ.*] Sunt, qui legendum cenſent: *ite feriatum.* Sed nihil mutandum in re clara. Nam *feriatus* idem hic, quod *otioſus.* Auctor Pervigilii Veneris:

Ite Nymphæ, poſuit arma, feriatus eſt Amor.

Gevartius.

4. *Saturnus compede exoluta.*] Saturnus in compedibus toto anno erat. Ver. Flaccus cauſam ignorat: Apollodorus ſcribit, Saturnum vinciri per annum laneo vinculo, & ſolvi ad diem ſibi factum, hoc eſt in Saturnalibus. inde proverbium, deos pedes laneos habere, ſignificari per id, decimo menſe ſemen in utéro animatum, in vitam grandeſcere, quod donec erumpat mollibus nectitur vinculis. *Domitius.*

Adſint, dum refero diem beatam
Læti Cæſaris, ebriamque partem.
Vix Aurora novos movebat ortus,
Iam bellaria adorea pluebant,

Hunc

8. *Ebriamque partem.*] Diu locus hic viros doctos exercuit. Nonnulli vulgatam lectionem tuentur, & de *parte diei civilis* interpretantur. Et ſic pene Ovidius alibi:

Ultima pars noctis, primaque lucis erat.

Sed rectius de *ludis* videtur intelligendum, quos exhibitos fuiſſe, Statius paulo poſt innuit. Omnes ſciunt quid in Comœdiis vocentur *partes*. Petronius:

Mox ubi ridendas incluſit pagina partes.

Horatius:

—— *partes nimirum tractare ſecundas.*

Illuſtr. Scaliger ex M. S. Senenſi ad marginem ſui cod. adſcripſerat: *ebriamque pacem.* quod & Bernartio in mentem veniſſe video. Minimum recedit à vulgata ſcriptura ingenioſiſſima Heinſii conjectura: *ebriamque Martem.* Nam Domitian. in hiſce Saturnalibus etiam fœminas gladiatrices in arenam produxit; quas ipſe Statius paulo poſt proponit. Richardus Thomſon in litteris ad Scriverium noſtrum, legit: *ebriamque noctem.* Aitque eam eſſe indubitatam correctionem, cum ipſe Statius in Epiſtola ad Stellam, de hoc ſuo carmine agens, ſic loquatur. Ait enim: *In fine ſunt Kal. Decembr. quibus utique creditur. Noctem enim illam feliciſſimam habent, & voluptatibus publicis inexpertam.* Quin de ebrietate illius noctis & infra meminit:

Vixdum cærula nox ſubibat orbem.

Et mox addit:

Largi flumina quis canat Lyæi?
Jam jam deficio, tuoque Baccho
In longum trahor ebrius ſoporem.

Idem Thomſon aiebat ſe in M. S. reperiſſe *ebriamque mœram.* Conſtat autem Parcas olim dictas fuiſſe *Mœras*, teſte Cenſorino. Unde quiſpiam forte conjiceret primo, *ebriamque Parcam*, ſcriptum fuiſſe, quod interpretatus aliquis, *Mœram*, aſcripſerat. Nobiliſſ. Barthius ſignificavit mihi in M. S. ſuo trajecto verſu legi:

Vix Aurora novos movebat ortus
Læti Cæſaris, ebrium per axem.

Quid in tanto & M. ſcriptorum & eruditorum diſſenſu ſtatuendum? Mihi modo, ſatis eſt, veluti ſatura lance diverſas doctorum ſententias lectori obtuliſſe, donec certius quid conſtituero. *Gevartius.* *Ebriam partem.*] Omnia re cenſenti, quæ ad hunc locum à viris doctiſſimis ſunt allata, nihil occurrit, in quo ſiſtere poſſim, niſi forte referamus eò, ut ſimpliciſſimè *partem ebriam* diei Cæſaris intelligamus. Tota quidem illa dies beata fuit læto Cæſare, ſed pars ejus cum ipſi, tum populo etiam ebria, convivio & vino affluens. Virg. 9. Æneid. *Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei, Quod ſupereſt, læti bene geſtis corpora rebus Procurate viri.* Ovidius 8. Metam. *Jamque duas lucis partes Hyperione menſe Diſcubuere toris.* Horatius: *Nec partem ſolido demere de die.* Gronovius.

10. *Jam bellaria adorea.*] Bellaria à Græcis τραγήματα ἐπιδορπίσματα dicuntur: ſecundarum menſarum cibi. pro libis dulciariis accipit. propterea ait, *Et adorea liba per herbam.* Alii codices habent *velaria.* ut dicas, è velis quibus tegebatur amphitheatrum hæc deci diſſe. placet prior ſententia. *Domitius.* *Bellaria, &c.*] Id eſt, Farracea, ut adorea liba apud Virgil. Ador enim farris genus Feſto lib. 1. dicitur, & ſubſtantive adorea, & exponitur in gloſſario εἶδος σίτου. Apud Plaut. Apul. & veteres adorea laudem ſignificat, ut notavit idem Feſtus.

Hunc rorem veniens profudit Eurus.
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fœcundis cadit aut jugis Idumes,
Quod ramis pia germinat Damaſcus,
Et quas percoquit Ebuſia Cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.
Molles Caioli, Lagunculique,

Et

Feſtus. *Pluere bellaria* dicuntur eo ſenſu quo imbres odorati apud Senecam in controv. Hæc enim ſparſio miſſilium imber tranſlatitie vocatur. Marſil. in Amphit. Mart. *Cruceus.*

13. *Jugis Idumes.*] Palmas intelligit. Nam Idumæa, quæ Arabia finitur à Peluſio, LXV. millia paſſuum palmetis conſpicua eſt. *Domitius.*

15. *Et quas præcoquit Eboſia cannas.*] Quænam hic à Poeta *Eboſia* dicatur, jamdiu quæſitum viris doctis, ſæpiuſque ampliata cauſa, nihil pronunciatum. Domitius neſcio quæ de Libano & Antilibano adfert, quæ nihil ad Bacchum. Alii legunt, tota verſus facie immutata:

Et quæ præcocibus repoſta cannis.

Ego addita litterula ex vet. cod. ſcribendum cenſeo,

* *Et quas præcoquit Eboſita cannas.*

Ut Statius incolam Eboſi inſulæ intelligat, ut dicuntur Elamitæ, Scenitæ, Moſchovitæ, &c. Eſt autem Eboſus, ſeu (ut alii ſcribunt) Ebuſus, Hiſpaniæ inſula in mari Balearico, altera Pityuſarum. Iſiodorus lib. 14. cap. 6. *Eboſus inſula Hiſpaniæ, ſic dicta quod à Zenis non procul abſit, quaſi ebozos.* Gevartius. *Et quas præcoquit Eboſia cannas.*] Sic emendamus verſ. *Et quas percoquit Eboſia Cannas.* Ebuſitanas intelligit Caricas, hoc eſt, ἰσχάδας. Statio *Eboſia* inſula, quæ aliis *Ebuſus*: Græcis βῦσος & Ἐβῦσος, quibuſdam etiam Ἡβυσος. Ipſe *Eboſiam* dicit, quaſi Ἡβόσεια νῆσος diceretur; ita Latine *Coam inſulam*, quæ Græcis Κῶς dicitur, appellant. *Gronov. Diatr. cap. 15.*

17. *Molles Cajoli, Lagunculique.*] Etiam hic locus non inter claros. Domitius exiſtimat Cajolum & Laguneulum eſſe duo puerorum nomina diminutiva à *Cajus*, & *Lagon*, aitque per hæc ſignificari cupedia quædam ex pane ſacharite, aut dulciario facta, in quibus impreſſa erat forma iſtorum puerorum. Certe, *Lagon* egregia forma puer fuit: de quo Martial. lib. 9. Epigr. 37.

Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona vivum.

Hæc vero liba, forma iſtorum puerorum inſignita, per Saturnalia miſſitabantur. vide Macrobium 1. Saturnal. cap. 2. Martialis libro 14. Epigramm. penult.

Mille tibi dulces, operum, manus iſta figuras
Exſtruet, huic uni parca laborat apis.

Et quia certis ſignis ſeu ſigillis, imagines illæ pani impreſſæ erant, ideo hæc munera *ſigillaria* dicta ſunt. Seneca, Epiſt. 12. *Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria adferre.* Spartianus in Hadriano: *Saturnalia, & ſigillaria frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab eis libenter accepit.* Sueton. Claudio: *Id ſolum codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia, & ſigillaria ſe miſiſſe ei.* Alii pro *Cajoli* legunt *Caſeoli*, & pro *Lagunculi*, cum Turnebo malunt, *lucunculi*, hoc modo:

Molles caſeoli, lucunculique.

Quæ ſententia rejicienda non eſt. Nam ſcio caſeum etiam fuiſſe inter dona ſaturnalitia. Hinc noſter 4. Syl. Riſu Saturn.

Non ſal oxyporumve, caſeuſve.

Et maſſis Amerina non peruſtis,
Et muſtaceus, & latente palma
Prægnantes caryotides cadebant.
Non tantis Hyas inſerena nimbis
Terras obruit, aut ſoluta Plias;
Qualis per cuneos hyems Latinos

Plebem

Lucunculum vero etiam fuiſſe inter bellaria & cupedia probat Apulejus lib. 10. Aſini. *Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, lacertulos, plura ſcitamenta mellita.* Afranius:

Piſtori cur non, cur non ſcriblitario,
Ut mittat fratris filio lucunculos.

Gevartius.

18. *Et maſſis Amerina non peruſtis.*] Pyra, ex Ameria Italiæ oppido, Amerina dicta, ut Picentina, & Numantina, hic intelligunt. Sed quæ ſunt illæ *maſſæ* in pyris & pomis? Placet clariſſ. Heinſii noſtri conjectura:

Et paſſis Amerina cum peruſtis.

Veteres, *uvam paſſam*, uvam *adustam* vocant, quia expanditur in ſole & amburitur. *Idem.*

19. *Et muſtaceus, & latente palma Prægnantes caryotides cadebant.*] Valde hic ſudant viri docti, dum quærunt cur Poëta, *caryotides latente palma*, cecidiſſe ait. Domitius: *Videbimus*, inquit, *cadere caryotides, ignorantes ubinam eſſet palma arbor ex qua deciderent.* Diſpeream, ſi quid unquam in vita legi frigidius, aut ineptius. Politianus 6. Epiſtolar. ad Beroald. Commentariorum Calderini Ariſtarchum agens, ait Statium dixiſſe *latente palma*, præ magnitudine ipſa dactylorum. Quam Politiani interpretationem Bernartius nihil novi inveniens, amplexus eſt. Alius dum locum etiam non capit, perplexi neſcio quid concinnat, quod, non vivam, ſi ipſemet intellexerit. Ait enim Caryotides *latente*, an *patente palma* cadere, fere ita dictum eſſe, ut apud Theognidem de Latona Apollinem & Dianam enixa canitur:

Φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη.

Id eſt:

Palmam teneram manibus amplexata.

Equidem imaginari non poſſum qua ratione hic verſus Statiano ſit ſimilis. ait Theognis Latonam palmæ arbori innixam peperiſſe Apollinem, quid hoc ad Statii mentem? At, quin potius his omiſſis noſtram proponimus ſententiam, Romani olim in Saturnalibus, quæ hic deſcribit Statius, caryotides etiamnum in ramis à palma arbore abruptis dependentes ſibi mutuo miſſitabant. Hos autem termites caryotidibus onuſtos, non incomptos, & quales ex palma decerpebantur, mittebant, ſed omni parte, aureo quodam ſucco bracteato obducebant, ac illinebant: quemadmodum & apud nos moris eſt in ſolennibus epulis, mellita bellaria aureis ſuccis perfundere. Martial. lib. 13. Epig. 26. ubi ſpathalion caryotarum deſcribit:

Aurea porrigitur Jani caryota Calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Ibidem lib. 8. Epigr. 33.

Hoc linitur ſputo Jani caryota Calendis,
Quem fert cum parvo ſordidus aſſe cliens.

Ex his jam, opinor, nemo eſt qui neſciat quid Poëta noſter voluerit dum dixit, *latente palma.* Reſpexit enim termites illos à palma arbore abruptos, qui, quia ſputo illo aureo obducti erant, merito latere dicti ſunt. De his porro palmetis, Solinus in Polyhiſt. cap. ultimo, de Canaria agens: *Nemora pomifera, palmeta caryotas ficus ferentia, larga mella,* &c. *Idem.*

28. *Ca-*

Plebem grandine concutit ſerenam,
Ducat nubila Iuppiter per orbem,
Et latis pluvias minetur agris,
Dum noſtri Iovis hi ferantur imbres.
Ecce autem caveas ſubit per omnes,
Inſignis ſpecie, decora cultu
Plebes altera, non minor ſedente.
Hi pannaria, candidaſque mappas
Subvectant, epulaſque lautiores,
Illi Maßica vina largiuntur.
Idaos totidem putes miniſtros.
Orbem, qua melior ſeveriorque eſt,
Et gentes alis inſimul togatas:

28. *Caveas per omnes.*] Triplex in ſpectaculis cavea, ſumma, media & ima, ut notant, qui de circo & theatro ſcripſerunt. Nec theatri tantum cavea dicitur, ſed circi & Amphitheatri. De circenſi cavea Virgilius lib. 7. De Amphitheatrali Marcellin. lib. 21. & 30.

30. *Plebes altera, &c.*] Multitudo miniſtrorum, non inferiori conditione eorum, quibus miniſtrabant. *Domitius.*

33. *Illi marcida vina largiuntur.*] Ajunt interpretes *Marcida vina* hic eſſe, dulcia & matura. Et inde *uvam marcentem* vocari à Martiale, *dulcem*. libro 5. Epigr. 79.

Marcentes tibi porrigentur uvæ.

Huic αἱρέσει, primo omnium nomen dedit Calderinus, & mox ſecuti etiam recentiores Martialis interpretes, docti ſane viri. Atqui *marcentes uvæ*, Martiali ſunt *paſſæ*. Et res ipſa hoc evincit. Quare hoc tibicine ſublato nihil eſt quod, *vina marcida*, hic vina dulcia exiſtiment vocari. Sane quod marcet, torpet & langnet, unde Theocrit. σταφίδα, *uvam paſſam*, confert cum ſenectute. Quod elegantiſſime æmulatus eſt Claudianus 1. Eutrop.

Jamque ævo laxata cutis, ſulciſque genarum
Corruerat paſſa facies rugoſior uva.

At vinum non poteſt dici *marcere*, niſi ſit corruptum & nihili. Dixit ergo familiari ſibi Hypallage, *Marcidum vinum* Statius, non quod ipſum eſſet *marcidum*, ſed quod homines qui illud biberent marcorem contraherent. Sic 4. Syl. Hercul. Epitrapez.

—— *tenet hæc marcentia Bacchi*
Pocula. Idem 4. Thebaid. Bacchum *marcidum* vocat:

Marcidus edomito bellum referebat ab Æmo
Liber. Seneca Medea:
Huc procede gradu marcidus ebrio.

Et Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 6.

—— *nimio marceſcere vino*, dixit: Ut Horat. *marcentem potorem*. Et hanc interpretationem noſtram firmat ipſe Statius paulo poſt, dum ſubjungit, ſeſe nimio potu marcere & deficere.

Largi flumina quis canat Lyæi?
Jamjam deficio, tuoque Bacche
In longum traher ebrius ſoporem.

Alii tamen hoc loco non *marcida*, ſed *Maßica* legere malunt. Ne pueri quidem neſciunt, vinum Maſſicum inter generoſiſſima Italiæ vina fuiſſe. Quin & Columella lib. 12. cap. 10. *Marſica vina* agnoſcit, quod propius ad ſcripturam accedit: ſed nihil temere mutandum. *Gevartius.*

Et cum tot populos beata paſcas.
Hunc, annona, diem ſuperba neſcis.
I nunc ſæcula compara, Vetuſtas,
Antiqui Iovis, aureumque tempus:
Non ſic libera vina tunc fluebant,
Nec tardum ſeges occupabat annum,
Vna veſcitur omnis ordo menſa,
Parvi, Fœmina, Plebs, Eques, Senatus,
Libertas reverentiam remiſit.
Et tu quin etiam (quis huc vocare,
Quis promittere poſſit hoc Deorum?)
Nobiſcum ſocias dapes iniſti,
Iam ſe, (quisquis is eſt) inops, beatus
Convivam ducis eſſe gloriatur.
Hos inter fremitus, novoſque luxus,
Spectandi levis effugit voluptas:
Stat ſexus rudis, inſciuſque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanain, ferumque Phaſin,
Thermodontiacas calere turmas.
Hic audax ſubit ordo pumilonum,

Quos

39. *I nunc, ſecula compara vetuſtas.*] Epiphonema ironicum in longinquæ vetuſtatis & aurei ſeculi laudatores, & μεμψιμοίρους. *Marcellus.*

45. *Libertas reverentiam.*] Nam libertas conceſſa eſt ſervis in Saturnal. Horatius in ſervum: *age libertate Decembri Quando ita majores voluerunt utere.* & cum dominis diſcumbebant. inde L. Actius in annalibus: mos traditur illic iſte, ut cum famulis domini epulentur ibidem. *Domitius.*

46. *Et tu quin.*] Medicæus & Rom. & Vet. codices: *hoc vocare.* Sed ſincerius videtur, quod ex Senenſi MSC. notavit Scal. *quis hoc rogare.* Nota iis etiam, qui nondum ære lavantur, formula: *rogat te.* vel *rogat ut ſecum cœnes.* Gronov. in Diatr.

52. *Effugit levis voluptas.*] Voluptatem ſpectaculorum extollit, cum ait eam levem effugere. nam quæ jocundiora ſunt, breviora nobis videntur & effugere citius. *Domit.*

56. *Thermodontiacas.*] Ad fluvium eum conſidentes, ibique degentes *Amazonas.* Recta autem hæc hujus vocis ſcriptura eſt, quam adjecta litera fruſtra corrumpere quidam volunt. De *Amazonibus* autem & *iſto flumine*, docti pridem ad hunc locum illuſtrandum multa contulerunt, quæ videas licet apud Beroald. item Joh. Gebhardum ad Propert. libro 3. Eleg. 14. & alios. *Barthius.*

57. *Hic audax ſubit ordo Pumilonum.*] Non fœminæ ſolum inter gladiatores, ſed & nani. Xiphilin. Domitiano:

Πολλά-

Quos Natura brevi ſtatu peracto,
Nodoſum ſemel in globum ligavit:
Edunt vulnera, conſeruntque dextras,
Et mortem ſibi (qua manu?) minantur.
Ridet Mars pater, & cruenta Virtus:
Caſuraque vagis grues rapinis,
Mirantur pumilos ferociores.
Iam noctis propioribus ſub umbris
Dives ſparſio, quos agit tumultus?
Huc intrant faciles emi puellæ:

Πολλάκις δὲ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ νάνους καὶ γυναῖκας συνέβαλλε. *pugnas etiam noctu ſæpe exhibuit & interdum nanos ac feminas inter ſe commiſit.* Bernart. *Hic audax, &c.*] Pro *hic* ex Rom. *hinc* ſcribendum. Gevartius corrigit *ſimul* pro *ſemel.* At nos docuerunt vet. libri aliud gravius vitium hic latere. MS. Senenſ. & Medic. Rom. & Ven. editi *ſtatim* habent. non *ſtatu.* Et ita legiſſe Domitium putes ex Comm. *Statim* enim interpretatur ſimul ac nati ſunt. Sed accipiendum paulo laxius: mox, haud ita multo poſt, quam eſſe cœperunt, quam natura eos elaborare orſa eſt, jam Medicæus MS. & Rom. ed. *brevis* non *brevi.* Non dubie ſcripſerat Statius:

Quos natura brevis ſtatim peractos
Nodoſum ſemel in globum ligavit.

Unica litera noſtra eſt, cætera ex vett. lib. *Brevis Natura* eſt haud longius indulgens, non larga. *Gronovius in Diatribe.*

58. *Peracto.*] Omnino legendum *peractos*, abſolutos, id eſt ſpem nullam habentes ſtaturæ altioris. Mirum tam apertam rem nemini viſam. *Barthius.*

61. *Et mortem ſibi (qua manu?) minantur.*] Græciſmus eſt, quod tam parva manu, aut imbelli, & fœminea. Theocrit. Pharma eutr.

— καὶ μέμψωμαι οἷά με ποιεῖ.

Et conquerar qualia mihi facit. Hoc eſt, quod talia mihi facit, quod me contemnat. *Gevartius.*

63. *Caſuraque vagis, &c.*] Grues, inquit, emiſſæ inter τρωγάλια miſſilia & volucres ἐπιδόσεις, imminentes capitibus pumilorum gladiatorum, intuentur cum ſtupore Pygmæorum genus audacius ſolito. nam cum Pygmæis ita grues congredi ſolere, ut ſuperiores ſint, ſtragemque eorum mox edant, perhibet Homerus, Il. γ. his verſ. quibus Trojanos gruibus, Græcos pumilionibus comparat,

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν
ὄρνιθες ὥς, &c. Morellus.

66. *Dives ſparſio quos agit tumultus?*] Non inſulto hic bono Domitio, qui *Spaſionem* & *Hamum* ſaltandi magiſtros nobis hic commentus eſt; tantum admoneo Bernartium hæc male de ſparſione croci, quam κρόκου ῥάνσιν Gloſſæ appellant, interpretari. Nam de ſparſione miſſilium, quam *Direptionem* & *Rapinam* alias vocabant, locus intelligendus, quod vel ex ſequentibus patet, dum ait:

Inter quæ ſubito cadunt volatu
Immenſæ volucrum per aſtra nubes, &c.

Et Suetonius *ſpargendi* verbo in ea re uſus. Domitian. cap. 4. *Dieque proximo omne genus rerum, miſſilia ſparſit.* Vocabatur vero hæc Direptio, proprie *Rapina.* Unde ſupra:

Et quas præcoquit Ebuſia cannas,
Largis gratuitum cadit Rapinis.

Gevartius.

Hic agnoſcitur omne quod theatris
Aut forma placet, aut probatur arte.
Hoc plaudunt grege Lydiæ tumentes,
Illic cymbala, tinnulaque Gades:
Illic agmina confremunt Syrorum,
Hic plebs ſcenica, quaque comminutis
Permutat vitreis gregale ſulfur.
Inter quæ ſubito cadunt volatu,
Immenſa volucrum per aſtra nubes,
Quas Nilus ſacer, horriduſque Phaſis,
Quas udo Numidæ legunt ſub Auſtro.
Deſunt qui rapiant, ſinuſque pleni

Gau-

70. *Hoc plaudunt grege Lydiæ tumentes.*] Vel ſolum epitheton arguit falſam eſſe conjecturam viri magni, qui malebat, *ludiæ tumentes.* Nam fœminas Lydias tumentes & obeſas fuiſſe teſtatur Juvenal. Sat. 6.

Turgida nil prodeſt condita pyxide Lyde.

Idem.

74. *Permutat vitreis gregale.*] *Gregale,* inquit Domitius, *nam faſciculis, & gregatim ſulphurata permutantur.* Jam potius *gregale* ideo dictum quod ab hominibus de grege, id eſt, vulgo vendebatur. Sic *gregalia poma* dixit Seneca, id eſt maxime vulgaria, & quibus plebecula veſci ſolet. 1. de Benef. cap. 12. *Gregalia quoque poma, etiam poſt paucos dies itura in faſtidium, delectant, ſi provenere maturius.* Idem.

77. *Quas Nilus ſacer, Horriduſque Phaſis.*] Cur Nilum *ſacrum* appellavit? An propter Memnonis ſepulchrum ac templum quod Thebis Ægyptiis erat, ut interpres hic videtur voluiſſe? Dubium mihi non eſt, quin Statius reſpexerit ad ſuperſtitionem Ægyptiorum, qui Nilum, *Deum* appellabant, & feſta in ejus honorem celebrabant, quæ *Nilûa* dicebantur. Heliodorus l. 9. Θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, καὶ κρειττόνων τὸν μέγιστον ἄγουσιν, ἀντίμιμον ὠρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες, &c. Id eſt: *Deum eſſe fingunt Nilum Ægyptii, & ex numinibus maximum ducunt, æmulum eſſe cœli fluvium prædicantes.* Deinde addit, eundem Nilum ab Ægyptiis Ὧρόν τε καὶ τὸν ζωίδωρον, Αἰγύπτου τε ὅλης, τῆς μὲν ἄνω σωτῆρα, τῆς κάτω δὲ καὶ πατέρα καὶ δημιουργὸν, id eſt, *ſolem, & fertilitatis auctorem, & Ægypti totius, ſuperioris quidem Servatorem, inferioris verò Patrem, & Opificem appellari.* Ibidem: Καὶ γάρ πως συνέπεσε καὶ τὰ Νειλῶα τότε τὴν μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἑορτὴν ἐνεστηκέναι. *Etenim quodammodo accidit, ut tunc quoque Niloa maximum apud Ægyptios feſtum, exoriretur.* Hinc modo clarum eſt, cur Poëta Nilum *ſacrum* appellavit. *Gevartius.* *Phaſis.*] Phaſianos intelligit allatos ex Ponto ubi Phaſis eſt fluvius. Illic tamen auriculas ſubmittunt è plumis: quod alibi non faciunt ſi Plinio credimus. *Numidæ.*] Gallinas Numidicas intelligit. eædem appellantur Meleagrides, ut putat Plinius. Columella alias exiſtimat. & Varro: criſta ſcilicet cærulea, cum Numidicæ rubram habeant, guttis diſtinguuntur. Mar. Numidicas guttas appellat. Juven. aves Aphras. *Domit.*

79. *Deſunt, qui rapiant.*] Tanta enim fuit copia miſſilium in hac Domitiani ſparſione, ut ſuperet multitudinem legentium & rapientium. Similis

fuit

Gaudent, dum nova lucra comparantur.
Tollunt innumeras ad aſtra voces,
Saturnalia principis ſonantes,
Et dulci dominum favore clamant:
Hoc ſolum vetuit licere Cæſar.
Vix dum cœrula nox ſubibat orbem,
Deſcendit media nitens arena
Denſas flammeus orbis inter umbras,
Vincens Gnoſiacæ facem coronæ.

Collucet

fuit huic ſparſioni venatio direptionis, in qua herbatica animalia populo dabantur in direptionem, quæ & Pancarpus ſeu Pancarpum dicebatur. *Crucens.*

83. *Et dulci dominum.*] Nihil hic viderunt Interpretes. Senſus eſt, plebem Romanam Domitianum Saturnalia celebrantem elata & clara voce, DOMINUM appellaſſe, ipſum vero vetuiſſe ne *Dominus* vocaretur: Sueton. Domitiano: *Acclamari in Amphitheatro epulari die libenter audiit:* DOMINO & DOMINÆ FELICITER. Sed mirabitur aliquis cur princeps generis humani & Imperator Rom. recuſarit vocari *Dominus*? Non miretur, nam alii Imperatores *Domini* appellationem ſemper ut maledictum & opprobrium refugerunt, quod teſtatur Suetonius de Auguſto, Tacitus de Tiberio, Lampridius de Alexand. Severo. Aurelius Victor de Juliano, & alii de aliis. Cæterum his Statii dictis ex diametro repugnat quod ſcribit Suetonius, qui refert Domitianum, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpiſſe: *Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet.* Unde inſtitutum ait, ut ne ſcripto quidem aut ſermone cujuſpiam appellaretur aliter. Quomodo ergo Statius noſter dicit ipſum hoc vetuiſſe? Et Martial. de Domitiano agens, ipſiſſima ejus verba ſemper exprimit:

Edictum Domini, Deique noſtri.

Et ſupra Suetonius dixit libenter ipſum audiviſſe in menſa ſibi acclamari: *Domino feliciter*, &c. Denique Aurelius Victor ubi de Diocletiano: *Primus omnium*, inquit, *poſt Caligulam Domitianumque, Dominum ſe palam dici paſſus eſt, & adorari ſe appellarique uti Deum.* Quid in hac manifeſta auctorum diſcrepantia dicendum? Exiſtimo Domitianum cum ſeſe *Dominum* appellari vetuit, temporis rationem habuiſſe, Saturnalium, inquam. Moris enim erat ut in Saturnalibus ſervi ſederent ad Imperatoriam menſam, imo & ipſi Domini ſervis ſedentibus miniſtrabant. Vide Macrob. 1. Saturnal. Athenæum lib. 14. Dionem lib. 58. alioſque. *Gevart.*

87. *Flammeus orbis.*] *Lycnuchus* ingens, multas faces, aut funalia plurima in orbem diſtributa ferens. Tales plures fuiſſe oportet, aut tantæ amplitudinis hunc, ut amphitheatrum univerſum illuminare valuerit, quæ ſane res artificioſiſſima & ſumtuoſiſſima. *Barthius.*

88. *Vincens Gnoſiacæ facem coronæ.*] Non interdiu ſolum, ſed & noctu ad lichnuchos & funalia Domitianum gladiatores dediſſe ex Suetonio, hac eadem ſylva docui. hic lychnuchos componit, imo præfert coronæ quam Bacchus, Vulcani opere factam, Ariadnæ dono dediſſe, ac tandem aſtris affixiſſe fingitur. non mihi mens onerare te lector copia vulgarium exemplorum, unum dabo, non omnibus credo notatum. Tert. de Corona militis: *Das & Priapo tænias, idem & Ariadnæ ſertum, & auro & Indicis gemmis: Vulcani opus, Liberi munus: poſt & ſidus.* Bernart.

Collucet polus ignibus, nihilque
Obſcura patitur licere nocti.
Fugit pigra quies: inerſque ſomnus,
Hæc cernens, alias adivit urbes.
Quis ſpectacula, quis jocos licentes,
Quis convivia, quis dapes inemptas,
Largi flumina quis canat Lyæi:
Jamjam deficio, tuoque Baccho
In ſerum trahor ebrius ſoporem,
Quos ibit procul hic dies per annos!
Quam nullo ſacer exoleſcet ævo!
Dum montes Latii, paterque Tybris,
Dum ſtabit tua Roma, dumque terris
Quod reddis Capitolium, manebit.

91. *Fugit pigra Quies.*] Ovid. in xı. Transform.

— ignavi penetralia Somni
Muta Quies habitat.

Hic — *qui par Regi famuloque venit.* Apud Sen. Trag. fingitur Roma inſomni relicta, Urbes invádere *ſomno vinoque ſepultas.* Primus autem Hom. urbem Somno aſſignavit, Il. ξ. Lemnum ſcil. quam Luc ian. lib. 2. veræ hiſt. venuſtiſſime depinxit. *Morellus.*

102. *Quod reddis.*] Inſtauras, nam Domitianus inſtauravit Capitolium quod rurſus arſerat, ut ſcribit Tranquil. & ita fore vaticinatur Juppiter apud Silium:

Ille etiam qua priſca fides ſtat regia nobis,
Aurea Tarpeja jungit Capitolia rupe.

Martialis:

Pro Capitolinis quid non tibi ſolvere templis,
Quid pro Tarpejæ frondis honore poteſt?

Domitius.

P. PAPI-

P. PAPINII STATII SYLVARUM LIBER SECUNDUS.

Statius Meliori Suo S.

Et familiaritas noſtra, qua gaudeo, Melior vir optime, nec minus in judicio literarum, quàm in omni vitæ [1] colore terſiſſime, & ipſa opuſculorum quæ tibi trado conditio ſic poſita eſt, ut totus hic alter liber meus etiam ſine epiſtola expectetur. Primum enim habet Glauciam noſtrum, cujus gratiſſimam infantiam, & qualem plerunque infelices ſortiuntur, apud te complexus amabam. Iam verò tibi hujus amiſſi recens vulnus (ut ſcis) [2] Epicedio proſecutus ſum, adeo feſtinanter, ut excuſandam habuerim affectibus tuis celeritatem, nec nunc eam apud te jacto, qui noſti, ſed & cæteris indico: ne quis aſperiore lima carmen examinet, & à confuſo ſcriptum, & dolenti datum cum pæne ſupervacua ſint tarda ſolatia. Pollii mei villa Surrentina quę ſequitur, debuit à me vel in honorem eloquentię ejus diligentius dici; ſed amicus ignovit. In Arborem certe tuam, Melior, & Pſittacum, ſcis à me leves libellos quaſi epigrammatis loco ſcriptos. Eandem exigebat ſtyli facilitatem Leo manſuetus, quem in Amphitheatro proſtratum frigidum erat ſacratiſſimo Imperatori

1 *Colore.*] Id eſt habitu, conditione. Ut à *colore* rei præſentis ſtatus judicatur. Graciſmum eſſe bene notat Calderinus. Sic χρῶμα ὅρμην exponit Heſychius. Idem valet ac ſi *ſpecies* dixiſſet. *Barthius.*

2 *Epicedio.*] Epicedion carmen quod de mortuo canitur. κῆδος, tumulum ſignificat. neſcio quis Tortelius ut in multis aliis in hac quoque interpretatione inſaniſſimè lapſus eſt. *Domitius.*

Læta

ratori ni ſtatim traderem. Ad Urſum quoque noſtrum juvenem candidiſſimum, & ſine jactura deſidiæ doctiſſimum, ſcriptam, de puero amiſſo conſolationem, ſuper ea, quæ ipſi debeo, huic libro libenter inſerui, quia honorem ejus tibi [1] laturus acceptum. Excludit volumen Genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria [2] cariſſima uxorum; cum hunc diem forte conſecraremus, imputari ſibi voluit. Ego non potui majorem tanti autoris habere reverentiam, quam quod laudes ejus dicturus hexametros meos timui. Hæc qualiacunque ſunt, Melior cariſſime, ſi tibi non diſplicuerint, à te publicum accipiant; ſin minus, ad me revertantur.

1 *Laturus acceptum.*] Refero acceptum tibi quod licet ab altero acceperim, tamen abs te profectum arbitror. Putabit (inquit) viſus ſe abs te accepiſſe hoc quod ad eum ſcripſerim, cùm videbit conſolationem inſertam libro ad te miſſo. *Domitius.*

2 *Cariſſima uxorum.*] Omninò ſcribendum *clariſſima*, id eſt exemplum conjugis, etiam defunctum maritum diligentis & honorantis. De *Pollæ* hoc defuncti Lucani cultu Martial. l. 7. Epigr. 22. Vulgata hic ſcriptura futiliſſima eſt, & tamen omnibus editionibus ferè recepta. Rectè Graſſerus, qui in Argentinenſi Editione *clariſſima* reſcripſit, aut alias ſic habentes eſt ſecutus. Et ita in ſuo Vetere libro fuiſſe notat Lindebrogius. *Barthius.*

I.

* GLAUCIAS ATEDII MELIORIS DELICATUS.

Quod tibi prærepti, Melior, ſolamen alumni,
Improbus ante rogos, & adhuc vivente favilla
Ordiar? abruptis etiamnum flebile venis

Vulnus

* *Glaucias Atedii.*] Rhod. *Glaucias Atedii Melioris dedicatus.* Una litera differt Saliſb. *delicatus.* Primum *Glaucias* terminatione Græca, quam ſæpe Latini ſuæ in Græcis vocabulis præferunt, idem, qui *Glaucia* Romanis. *Delicati* autem deliciæ, παιδικὰ, pueri in amoribus. Sueton. Tito: *Quoſdam è gratiſſimis delicatorum.* Spartiano Hadrianus dicitur *curaſſe delicatos.* Lapis antiquus: *Et. Marciæ. &. Primulæ. delicatis. &. Telamio. Celeri. Amico. cariſſimo.* Sueton. Veſpaſiano: *Flaviam Domitillam Statilii Capellæ equitis Romani Sabratenſis ex Africa delicatam olim.* Ubi melius erat ſummos viros non ineptire. *Gronovius.*

7. *Aver-*

Vulnus hiat, magnaque patet via lubrica plagæ.
Cum jam egomet cantus, & verba medentia ſævus
Conſero, tu planctus, lamentaque fortia mavis,
Odiſtique chelym, ſurdaque averteris aure.
Intempeſta cano: citius me tigris abactis
Fœtibus, orbatique velint audire leones,
Nec ſi tergeminum Sicula de virgine carmen
Affluat, aut ſylvis chelys intellecta, feriſque;
Mulceat inſanos gemitus. ſtat pectore demens
Luctus, & admoto latrant præcordia tactu.
Nemo vetat: ſatiare malis, ægrumque dolorem
Libertate doma. jam flendi expleta voluptas?
Iamne preces feſſus non indignaris amicas?
Iamne canam? lachrymis en & mea carmina, in ipſo
Ore natant, triſteſque cadunt in verba lituræ.
Ipſe etenim tecum nigræ ſolemnia pompæ,
Spectatumque urbi ſcelus, & puerile feretrum
Produxi: & ſævos damnati thuris acervos,
Plorantemque animam ſupra ſua funera vidi:

Teque

7. *Averteris aure.*] Ut Penelope Homerica Odyſſ. 2. Phemium lyricinem intempeſtiva canentem, faſtidit, atque invita φησὶ σιωπᾶν θέσπιν ἀοιδήν, ab eoque flagitat ut orſa canere deſinat,

Ταύτης δ' ἀποπαύε' ἀοιδῆς λυγρῆς.

Tragicus Senarius abiit in Adag. οὐ νάβλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα πρέπει.

Teſtudo luctum non decet, nec barbitus. Morellus.

8. *Tigris.*] Tigris & in Hyrcania eſt fœtus amantiſſima, ut beluæ feritas maxime appareat cum eripitur. nam ubi vacuum reperit cubile, præceps odore veſtigat raptorem: ille appropinquante fremitu unum abjicit ex catulis, qui plurimi ſunt. Tigris tollit, refertque in cubile: mox raptorem conſequitur. alter catulus abjicitur. atque ita fit donec ea fraude retardata raptor navim conſcendit: feritate beluæ fruſtra in littore ſæviente. *Tigris* de fœmina intelligas. nam maribus non eſt cura fœtus, ut ſcribit Plinius. *Domitius.*

10. *Nec ſi tergeminum Sicula de virgine.*] Reſpicit fabulam, qua Sirenes (quæ tergeminæ ſorores erant) in mari Siculo habitaſſe finguntur. Adi Stephanum & Servium ad illud Virgilii:

Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat. Bernart.

13. *Et admoto tactu.*] Cùm admovetur remedium conſolatorium. *Domitius.* *Latrant.*] Singultiunt. Mire utuntur hoc verbo optimi authores. *Barthius.*

21. *Sævos damnati thuris acervos.*] De hoc ritu quo acerra thuris ſuffitus fiebat mortuis, Cic. 2. de leg. Herodian. l. 4. ut *damnatum* ſit devotum Manibus. Hic τὸ *ſævum* inculcat, quod rebus convenit quæ commovent terroremque incutiunt, à σείω, quod eſt *quatio, concutio.* Morellus.

22. *Plorantemque animam.*] Hujus verſus

Teque patrum gemitus ſuperantem, & brachia matrum,
Complexumque rogos, ignemque haurire parantem
Vix tenui ſimilis comes, offendique tenendo.
Et nunc (heu) vittis, & frontis honore ſoluto,
Infauſtus vates vexo mea pectora tecum:
Plango lyra: & diri comitem ſociumque doloris
(Si merui luctuſque tui conſortia ſenſi)
Iam lenis patiare precor, me fulmine in ipſo
Audivere patres: ego juxta buſta profuſis
Matribus, atque piis cecini ſolatia natis,
Et mihi, cum proprios gemerem defectus ad ignes
Quem, Natura, Patrem? Nec te lugere ſeverus
Arceo,

verſus hunc eſſe ſenſum ait Domitius: *Vidi te ô Melior lugentem teipſum, nam Glaucias erat alter tu.* Quæ interpretatio, quamvis omnino ridicula & abſurda ſit, ſatis tamen ex ſequentibus refutatur, non enim hic Meliorem Poëta alloquitur, ſed in ſequenti demum verſu orationem interruptam ad Meliorem convertit, dum ait:

Teque patrum gemitus ſuperantem, &c.

Maximus Scaliger in codice ſuo adſcripſerat legendum videri:

Plorantemque animam, &c.

Quod idem erudito Tiliobrogæ placuiſſe video. Sed ut priſcam ſcripturam intactam ſervemus, quam clara res ex veterum Platonicorum ſententia, qui ajebant mollium hominum, ac puerorum animas indignari quod invitæ de hac luce diſcedant, ideoque circa funera ſua oberrare, & plorare. Plato in Phædone, ubi plurima in hanc ſententiam. Et juratus Platonicus, Macrobius lib. 1. cap. 9. in Som. Scip. *Anima,* inquit, *quam in ſe pronam corporis uſus effecit, atque in pecudem quodammodo reformavit ex homine, & abſolutionem corporis perhorreſcit, & cum neceſſe eſt.* Facilis eſt præſentis loci interpretatio. Mens enim Statii eſt, vidiſſe ſe & audiviſſe animam ſeparatam Glauciæ pueri volitantem ſupra ſuum funus, & conquerentem, quod tam immatura morte ex hac vita erepta eſſet. Annos enim duodecim tantum habebat, quod indicat Statius paulo poſt:

— Herculeos annis æquare labores
Cœperat aſſurgens.

Gevartius.

24. *Haurire ignem.*] Ad necem. nam & Porcia Bruti (ut nonnulli ſcribunt auctore Plutarcho) hauſtis carbonibus ardentibus mortem ſibi conſcivit. *Domitius.*

26. *Et nunc heu! &c.*] Cruceus ſcribit *& frondis.* Vatibus enim & vittæ & frondes tribuuntur inquit. Neſciebat propriam amatamque Statio Phraſin eſſe, *honos frontis*, pro ornatu capitis. vid. *Diatr. Gron. c.* 17.

34. *Quem natura patrem.*] An illis piis natis non erant natura patres? Multò minus ad Meliorem referendum cum Domitio. Diſtinctione rem expedimus: *cum proprios gemerem defectus ad ignes (Quem? Natura!) patrem.* Qualem, quàm mei amantem, quam mihi viciſſim amatum & cultum? te, Natura, teſtem appello, te interrogo, an quos unquam magis conciliaveris, tenerius & arctius junxeris. Sic in Saturnalibus: *Et mortem ſibi (quam manu?) minantur.* Gronov.

42. *Side-*

Arceo, ſed confer gemitus, pariterque fleamus.
Iamdudum dignos aditus, laudumque tuarum.
O merito dilecte puer, primordia quærens
Diſtrahor. hinc anni ſtantes in limine vitæ,
Hinc me forma rapit, rapit inde modeſtia præcox,
Et pudor, & tenero probitas maturior ævo.
O ubi purpureo ſuffuſus ſanguine candor!
Sidereique orbes, radiataque lumina cœlo!
Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis,
Ingenuique ſuper crines, molliſque decoræ
Margo comæ? blandis ubinam ora arguta querelis?
Oſculaque impliciti vernos redolentia flores?
Et mixtæ riſu lachrymæ? penituſque loquentis
Hyblæis vox mixta favis? cui ſibila ſerpens
Poneret, & ſævæ vellent ſervire novercæ?
Nil veris affingo bonis: heu lactea colla,
Brachiaque, & nunquam domini ſine pondere cervix!
O ubi venturæ ſpes non longinqua juventæ,

Atque

42. *Siderei orbes.*] Oculi, duo ſidera referentes. Multa talia ad Muſæum, Claudianum & alibi conſcripſimus. *Barthius.*

43. *Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis.*] *Frontem caſtigatam* non ſimpliciter *brevem* appellavit, ut hic volunt interpretes, ſed talem in qua nullæ rugæ, nullus tumor, nihil denique apparet, quod reprehendi poſſet. Sic Ovid. 1. Amor. Eleg. 5. *Caſtigatum pectus.* Sic caſtigatam equi jubam dixit Noſter 9. Theb. verbo *caſtigare*, convenit κολάζειν apud Græcos. Unde Theophraſt. de cauſis Plantar. κολάζειν τὰ δένδρα dixit, id eſt, *frondare arbores luxuriantes.* Gevartius.

48. *Hyblæis.*] Melle Hyblæo. Hybla ab Hyblone rege, ut Thucydidi placet, dicta. In Sicilia oppidum & mons: mel mittit quod cum Attico certat. meminerunt Strabo & Plinius. Thucydid. in VI. hiſtoriar. Ὕβλωνος βασιλέως Σικελῶ προδόντος τὴν χώραν καὶ καθηγησαμένου, Μεγαρέας ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας. *Domitius. Cui ſibila ſerpens, &c.*] Ait hoc loco Domitius Papinium ad Hiſtoriam Herculis alludere, cui infanti duo angues à Junone noverca immiſſi dicuntur, qua interpretatione nihil alienius dici poteſt. Nam Poëta ſine dubio ad Incantationem & blandam vocem reſpexit, cui illam vim tribuunt magi, ut etiam ſerpentes occidere poſſit. Noſter idem dixit 5. Syl. ad Criſpin.

— qui voce potes prævertere morſus
Serpentum, atque omnes vultu placare novercas.

Virgil. in Eclog.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Gevartius.

49. *Sævæ Novercæ.*] Vide multis Andream Tiraquell. ad leg. Nonam Connubial. p. 259. & Marcelli Donati dilucidat. in Tacit. p. 122.

53. *Juvena-*

Atque genis optatus honos? jurataque multum
Barba tibi? cuncta in cineres gravis intulit hora
Hoſtiliſque dies, nobis meminiſſe relictum.
Quis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
Pectora? quis curas, mentiſque arcana remittet?
Accenſum quis bile feret? famuliſque tumentem,
Leniet? ardentique in ſe deflectet ab ira?
Inceptas quis ab ore dapes, libataque vina
Auferet? & dulci turbabit cuncta rapina?
Quis matutinos abrumpet murmure ſomnos
Impoſitus ſtratis? abituſque morabitur arctis
Nexibus, atque ipſo revocabit ad oſcula poſte?
Obvius intranti rurſus quis in ora, manuſque,
Proſiliet? brevibuſque humeros circundabit ulnis?
Muta domus (fateor) deſolatique penates,
Et ſitus in thalamis, & mœſta ſilentia menſis,
Quid mirum, tanto ſi te pius altor honorat
Funere? tu domino requies, portuſque ſenectæ,
Tu modo deliciæ, dulces modo pectore curæ,

Non

53. *Juratàque multum Barba tibi.*] *Jurata barba*, inquit Domitius, id eſt valde optata, nam per res optatas ſolemus jurare:

O rem ridiculam Cato & jocoſam!

Duodecennis puer, qualem Glauciam fuiſſe Papinius & Martialis teſtantur, per barbam jurabit? Apage ineptias. *Jurata barba* nihil aliud hic, quam devota & conſecrata alicui Deo. Notum eſt moris fuiſſe Romanis & Græcis ut puerorum etiamnum infantium capillos & barbam à teneris annis Diis aut fluminibus conſecrarent. Exempla ſexcenta occurrunt paſſim, nos tantum nonnulla ex Statio noſtro adſeremus. Vide 6. Theb. ubi Lycurgus infantis Archemori crines rogo injicit; & 9. Thebaid. de Adoleſcentibus, &c. Ignorantia verbi *jurare*, virum doctum in errorem traxit, nam *Jurare* Papinio noſtro idem quod *devovere* & *conſecrare*, quia ſcilicet in votis & conſecrationibus juramentum adhibebatur. Hinc 4. Thebaid. Bacchi ſacerdos:

— alium tibi Bacche furorem
Juravi.

Quo loco rectè Luctat. *Benè de more militiæ*, Juravi, *dixit, quia militiæ ſacramentum dicitur. & ſacerdotio dixit juraſſe non bello.* Gevartius.

69. *Pius altor.*] Inemendati omnes codices habent, *Alter*. Sed nos emendantes legimus *Altor*. Nam Melior fuerat altor Glauciæ, & educaverat eum. nam altor ab alendo dicitur. & hæc opponuntur, *altor* & *alumnus*. *Altor pius.*] Melior erga te pius. *Domitius.*

71. *Tu modo deliciæ.*] Diſtinctio ponenda poſt hunc verſum; Et ita rectè ediderunt Aldus, Gevartius, Graſſerus. Secus Pariſienſes repetitæ, & Antwerpiana Bernartii editio. Alluditur autem Amor, qui quo tenerior, eo eſt oneris gravatior. *Barthius.*

72. *Non*

Non te barbaricæ verſabat turbo cataſtæ,
Nec mixtus Phariis venalis mercibus infans,
Compoſitoſque ſales, meditataque verba locutus,
Quæſiſti laſcivus herum, tardeque paraſti;
Hinc domus, hinc ortus, dominique penatibus olim
Carus uterque parens, atque in tua gaudia liber,
Ne querere genus, raptum te protinus alvo
Suſtulit exultans, ac prima lucida voce
Aſtra ſalutantem dominus ſibi mente dicavit,
Amplexuſque ſinu tulit, & genuiſſe putavit.
Fas mihi ſanctorum venia dixiſſe parentum,
Tuque, oro, Natura, ſinas, cui prima per orbem
Jura animis ſociare datum: non omnia ſanguis
Proximus, aut ſerie generis demiſſa propago,
Alligat, interius nova ſæpe, adſcitaque ſerpunt

Pignora

72. *Non te.*] Oſtendit eum non fuiſſe emptum ex grege venalitiorum, ſed natum domi vernam, ut cauſam majorem amoris demonſtret, & paternam propè pietatem Melioris in eum. *Domitius.* *Cathaſta.*] Cathaſta locus ubi ſervi venales exponebantur, pedibus cretatis. quod Plinius indicat cum de generibus terræ ſcribit, à καθίστημι, quod eſt conſtituo. nam illic conſtituti erant venales. Tibullus:

Quem ſæpe coëgit
Barbara gipſatos ferre Cathaſta pedes.

Martialis:

Sed quos arcanæ ſervant tabulata Cathaſtæ. Idem.

Non te barbaricæ.] A Politiano eſt, quod nunc omnes edit. invaſit, quia legerat apud Matt. *nec avara verna cataſtæ.* Sed ego quid ſit, *vernam illum cataſtæ non verſaviſſe Glauciam*, nullus video. Niſi forte voluit, *barbaricæ verſabant, verna, cataſtæ.* ut verna ſit ipſe Glaucia, *cataſtæ* autem numero plurali dicantur. Sed quid moramur? Vet. edit. & earum traduces *turba* habent pro *verna*. Hinc proclive nobis fuit eruere veram lectionem: *verſabat turbo cataſtæ.* Et ſic MS. codex Senenſis. *Gronov. Diatr. c.* 16.

82. *Fas mihi.*] Exemplis antiquorum & rerum naturalium fieri poſſe oſtendit ut plus adoptivus filius ametur quàm genitus à patre, ut ex hoc innuat Meliorem plus amaſſe Glauciam quàm ſi fuiſſet filius. *Domitius.*

86. *Adſcitaque ſerpunt pignora, connexis.*] *Nova & adſcita pignora*, id eſt adoptivi: *Interius ſerpunt connexis*, id eſt altius, arctiuſque ſeſe in animos, amoremque parentum inſinuant, quam liberi connexi, id eſt genitura devincti & Naturales..

Addit rationem Poëta, dum ait:

— natos genuiſſe, neceſſe eſt,
At legiſſe juvat. Mirum eſt hæc verba fugiſſe acumen Calderini, qui hæc ita explicat: *Filios genitos neceſſario habemus amandos; quos autem eligimus, in Adoptione, hi ſunt quos ſponte & benevolentia complectimur.* Aberrat largiter, nec tangit mentem Statii. Falſum enim eſt nos neceſſario amare liberos ex nobis natos, imo contra ſæpe fit ut eos minus diligamus, & hoc intendit Poëta hic probare. Dicit itaque Neceſſarium quid, & ἀκούσιον eſſe in Generatione

 libe-

Pignora connexis. natos genuiſſe neceſſe eſt,
At legiſſe juvat. Tenero ſic blandus Achilli
Semifer Æmonium vincebat Pelea Chiron.
Nec ſenior Peleus natum comitatus in arma
Troica, ſed caro Phœnix hærebat alumno.
Optabat longe reditus Pallantis ovantes
Euander, fidus pugnas ſpectabat Acetes.
Cumque procul nitidis genitor ceſſaret ab aſtris,
Fluctivagus volucrem comebat Perſea Dictys.
Quid referam altricum victos pietate parentes?

Quid

liberorum, id eſt in noſtra poteſtate non eſſe ut tales generemus, quales eſſe optamus, atque hinc fit, ut genitos minus diligamus, quia, ut dixi, non tâles gignimus, quales optamus. Contra vero in Adoptatione ἑκούσιον quid eſt, & pro arbitrio noſtro formamus nobis tales liberos quales volumus, & proinde magis illos amamus. Et hoc eſt quod ait Valer. Max. *genitos* inquit, *naſcendi ſors, fortuitum opus; adoptatos vero & adſcitos, uniuſcujuſque ſolido judicio incoacta voluntas producit.* Sic Plin. in Panegyr. ubi de Trajano à Nerva Imp. adoptato agit: & Hadrianus ſapientiſſ. Imperat. in Oratione quam jam ægrotus habuit ad Senatum. Et Auſonius de Antonino Pio ab Hadriano adoptato:

Orbus & hic, ſociatque virum documenta daturum,
Adſciti quantum præmineant genitis.

Porro oppoſuit hic Statius illa duo: *Neceſſe eſt*, & *Juvat*. Ita ut τὸ *neceſſe eſt*, hic idem ſit quod ἀκούσιον, & quod in noſtra poteſtate ſitum non eſt: τὸ *Juvat* vero, ἑκούσιον, & quod ſponte à nobis fit. Ita etiam Lucanus libr. 6. eadem oppoſuit, ubi inquirit, unde tantam vim habeat magia, ut etiam Deos futura prædicere cogat:

—— cujus commercia pacti
Obſtrictos habuere Deos? parere neceſſe eſt
An juvat? ——

Auſonius vero ubi de Trajano agit, à Nerva Imp. adoptato, omnia Statii verba expreſſit:

Nulla viro ſoboles: imitatur adoptio prolem,
Quam legiſſe juvet, quam genuiſſe velit.

Gevartius.

91. *Phœnix.*] Amintoris filius, ut ſcribit Homerus: cum ſuadente noverca rem habuiſſet cum patris concubina, expulſus ad Peleum confugit. ubi hoſpitio ſuſceptus, Achillis educationi datus eſt magiſter & agendi & loquendi. quod Fabius repetit. Phœnix item Agenoris pater, qui nomen Phœniciæ dedit. Phœnix fluvius (auctore Herodoto) qui labitur à Thermopylis in Aſopum. Phœnix mons (ut ait Strabo.) *Domitius.*

94. *Cumque procul Dyctis.*] Danaë Acriſii filia in mare projecta eſt, una cum Perſeo filio arca clauſa: Dyctis piſcator Seriphius retibus arcam cepit, domumque retulit, & educavit Perſeum Gorgonem Seriphiis qui oſtendit, & in lapidem vertit, in matris ultionem: quam invitam ad nuptias adigere voluit Polydectes rex. Juppiter (inquit Papinius) pater Perſei filium periclitantem neglexerat: ſed Dyctis eum ſervavit & fovit. Plus ergo amavit qui eum aluit quam Juppiter qui genuerat. *Idem.*

98. *Iuv.*]

Quid te poſt cineres, deceptaque funera matris,
Tutius Inoo reptantem pectore Bacche?
Jam ſecura parens Thuſcis regnabat in undis
Ilia, portantem laſſabat Romulus Accam.
Vidi ego tranſſertos alieno in robore ramos,
Altius ire ſuis: & te jam fecerat illi
Mens, animuſque patrem, nec dum moreſve, decorve,
Tu tamen & mutas etiam tum murmure voces,
Vagitumque rudem, fletuſque infantis amabas,
Ille, velut primos expiraturus ad Auſtros
Mollibus in pratis alte flos improbus extat;

Sic

98. *Inoo.*] Inus materteræ & nutricis tuæ. *Reptantem pectore.*] In amplexu. *Tutius.*] Nam periclitatus eſt in utero matris conflagratione. *Domit.*

100. *Accam.*] Duas Accas fuiſſe ſcribunt: Alteram, amatam ab Hercule, cujus meminit Plutarchus in quæſtionibus. Alteram, nutricem Romuli, Fauſtuli paſtoris uxorem. Hæc (ut Antias ſcribit auctore Gellio) grandem pecuniam meretricio quæſtu comparavit: cujus hæredem moriens Romulum ſcripſit. Alii non Romulum, ſed populum Romanum hæredem inſtitutum ajunt. Addit Maſſurius, hanc habuiſſe duodecim liberos, ex quibus uno extincto Romulum adoptavit. qui ſe & fratres voluit Arvales nominari. unde Arvalium collegium dictum eſt, & inſtitutum ne plures quam duodecim eſſent. Horum inſignia erant ſpicea corona & infulæ. Plinius hujus collegii meminit: Neglexerat (inquit) Ilia mater Romulum, ſed Acca nutrix curabat. *Idem.*

105. *Vagitumque rudem.*] Vagitanus Deus infantium vagitibus præfectus fuit, ut penes quem vocis humanæ eſſent initia, auctore Varrone apud D. Auguſt. lib. 7. Civit. Dei. Fabulino autem Deo Rom. ſacrificabant, cum primum fabulari, id eſt, fari pueri incipiebant, eod. Varr. teſte, apud Nonium. Plin. lib. 8. *Natura hominem tantum nudum & in nuda humo, natali die abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum: nullumque tot animalium aliud pronius ad lachrymas.* Syneſius epiſt. 90. ad Theophilum, δεινὸν, εἰ μηδέποτε μετὰ τῶν εὐημερούντων ϛησόμεθα, τοῖς δὲ κλαίουσιν ἀεὶ συνδακρύσομεν. Iniqua ſors eſſet, ſi cum hilariter & beate degentibus numquam converſaremur & cum flentibus ſemper, flere amaremus. id vero quis elegantius expreſſit quam Palladas, vitæ humanæ ſpeculo epigrammate? Antholog. lib. 2. T. 19.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενὲς, οἰκτρὸν,
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.

Quod iiſdem numeris Lat. reddimus:

Natus ſum lacrymans, lacrymis denaſcor obortis,
In multis lacrymis vitaque tota mea eſt.
O genus humanum lacrymabile, debile & ægrum,
Quod reptat terra, ſolvitur atque ſolo.

Morellus.

106. *Ad auſtros.*] Ad primum flatum auſtri qui exurit herbas. æmulatio eſt Virgiliana. nam ille mortem

Euryali

Sic tener ante diem, vultu, greſſuque ſuperbo,
Vicerat æquales; multumque reliquerat annos.
Sive catenatis curvatus membra paleſtris
Staret, Amyclæa conceptum matre putares.
Oebaliden illo præceps mutaret Apollo:
Alcides penſaret Hylan, ſeu Grajus, amictu
Attica facundi decurreret orſa Menandri;
Laudaret gaviſa ſonum, crinemque decorum
Fregiſſet roſea laſciva Thalia corona.
Mæonium ſive ille ſenem, Trojæque labores
Diceret, aut caſus tarde remeantis Ulyſſi;
Ipſe pater ſenſus, ipſi ſtupuere magiſtri.
Scilicet infauſta Lacheſis cunabula dextra

Attigit,

Euryali per languentem florem expreſſit.

Purpureus veluti cum flos ſuccifus aratro
Langueſcit moriens.

Domitius.

110. *Sive catenatis curvatus membra paleſtris.*] Implicitis, διὰ τὰς πλοκάς. Auſonius Idyl. xv.

Iras inſidiaſque, catenatoſque labores
Mutandos ſemper gravioribus.

Pro *continuis*, quando πόνος, πόνον πόνῳ φέρει. Cathenam qui cum aſpiratione ſcribunt, notatione Græca niti poſſunt, παρὰ τὸ καθ' εἶναι, à ſerie annulorum. *Morellus.*

114. *Menandri.*] Quo nomine multi fuernnt. ut eſt apud Suidam, Dioppidis filius, luſcus, inſani in mulieres amoris: perſonis comœdiæ exprimendis excelluit. ſuis temporibus poſthabitus Philemoni, iniquo vulgi judicio ab eo ſæpe victus, cum tamen præſtaret. quod ſequentia ſecula agnoverunt. inde Martialis:

Rara coronato plauſere theatra Menandro.

Auctor item Fabius. in Thaide potiſſimum ſcorto ſui temporis argutiſſime luſit. unde Thais Menandrea dicta eſt. *Domit.* *Orſa Menandri.*] Poëtæ ordiri dicuntur. Silius Ital. init. *Ordiar arma quibus.* Hinc orſa pro carminibus. Auſon. protrept. ad Nept. *Conditor Iliados, & amabilis orſa Menandri Evolvenda tibi.* Cruceus.

116. *Roſea corona.*] Ait ipſam Thaliam delectatam ſuavitate legentis per laſcivam comam calamiſtris exornatam demta capiti corolla, verberaſſe & conturbaſſe. *Laſcivitas & Comici ſales* ſubditi erant huic Muſæ. Auſonius Idyll. xx. *Comica laſcivo gaudet ſermone Thalia. Verbera* talia, erant Dearum aut Heroinarum, & ſic *Aëris in campis* Cupidinem crucifixum mulcant Heroides, & quidem ipſa Venus apud eundem Auſonium Edyll. vi. *Nec ſatis in verbis, roſeo Venus aurea ſerto Mœrentem pulſat puerum, & graviora timentem.* Muſarum autem coronamentum fuiſſe *Roſas*: pulchre, illuſtrato etiam hoc loco, docet Carolus Paſchalius, lib. 3. de Coronis, cap. 7. pag. 169. *Barthius.*

120. *Lacheſis cunabula dextra Attigit.*] Ex priſco more Rom. quo ultima die Hebdomadæ Parcæ ad ſcribenda pueri fata vel canenda advocabantur. ut ex Catullo intelligitur in nuptiis Pelei & Thetidis: ex Ovidio in fab. Meleagri, & Tertull. Cunina vero Dea infantes

Attigit, & gremio puerum complexa fovebat
Invidia: illa genas, & adultum comere crinem,
Et monſtrare artes, & verba refringere, quæ nunc
Plangimus. Herculeos annis æquare labores,
Cœperat aſſurgens, ſed adhuc infantia mixta,
Jam tamen & validi greſſus, menſuraque major
Cultibus, & viſa puero decreſcere veſtes.
Cum tibi, quas veſtes, quæ non geſtamina mitis
Feſtinabat herus? brevibus conſtringere lenis
Pectora, & anguſta telas arctare lacerna.
Enormes non ille ſinus, ſed ſemper ad annos
Texta legens, modo Puniceo velabat amictu,
Nunc herbas imitante ſinu, nunc dulce rubenti
Murice, nunc vivis digitos incendere gemmis

Gau-

fantes in cunis tueri dicebatur, & ab iis Faſcinum ſummovere. B. Auguſt. lib. laudato, & Lactant. lib. 1. de fal. rel. Cuba autem præerat Cubili, cum à cunis ad cubile transferretur puer. Varro apud Non. *Morellus.*

122. *Invidia.*] Interpres hic: *Invidia*, inquit, id eſt *propter invidiam.* Male: neque enim Invidia hic auferendi caſus eſt, quaſi Lacheſis per invidiam nutriviſſet Glauciam, ſed nominandi: Nam Statius duas nutrices aſſignat Glauciæ, Lacheſin, & Invidiam. Plura dixit in hunc ſenſum Epiced. Pileti:

Attendit torvo triſtis Rhamnuſia vultu, &c.

Subjungit Poëta: *Et monſtrare artes, & verba refringere.*] *Verba refringere*, hic eſt, quod Seneca Controverſ. 1. dicit, *vocem extenuare. Capillum*, inquit, *frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollicie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditiis, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt.* Gevart.

130. *Pectora.*] Faſciam pectoralem intelligit, quam pueri geſtabant viridem plerumque. Juvenalis eam thoracem appellat. nam thorax Græce ſignificat pectus. *viridem thoraca jubebit Afferri.* Caligula tamen (ut ſcribit Tranquillus) liberis ſenatorum & uxoribus dedit faſcias purpuræ, ita enim emendavimus dictionem apud Tranquillum depravatam, faſces pro faſcias. ut in commentariis in Suetonium diximus. *Domitius.*

132. *Modo punic eo velabat amictu.*] Sunt qui dicant herbas, hic fuiſſe depictas in toga. ſed verius Statium, viridem colorem deſignare, qui alias *Herbidus* dici ſolet. Ita Surrentino Pollii, de viridi Lacedæmoniorum marmore:

Hic & Amyclæi cæſum de monte Lycurgi
Quod viret, & molles imitatur rupibus herbas.

Gevartius.

134. *Nunc vivis digitos incendere gemmis.*] Ex eo videlicet gemmarum genere, ὧν ἀκηραφὴς ἐκ βάθους ἰαμένη τις αὐγὴ πυρσοῦται, ut de fulgore & igneo vigore Amethyſi Æthiopiſſæ ſcribit Heliodorus αἰθιοπικῶν lib. 5. λίθον ὁρᾷν πάρεστι τῇ φλογὶ λαμπόμενον. *Morellus.*

142. *Edi-*

Gaudebat, non turba comes, non munera ceſſant:
Sola verecundo deerat prætexta decori.
Hæc fortuna domus: ſubitas inimica levavit
Parca manus, quo diva feros gravis exeris ungues?
Non te forma movet? non te lachrymabilis ætas?
Hunc nec ſæva viro potuiſſet carpere Procne,
Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras,
Editus Æolia nec ſi foret iſte Creuſa,
Torvus ad hunc Athamas, inſanos flecteret arcus.
Hunc quamquam Hectoreos cineres, Trojamque peroſus,
Turribus è Phrygiis fleſſet miſſurus Vlyſſes.
Septima lux: & jam frigentia lumina torpent,
Jam complexa manu crinem tenet Infera Juno.
Ille tamen Parcis fragiles urgentibus annos,
Te vultu moriente videt, linguaque cadente
Murmurat: in te omnis vacui jam pectoris efflat
Relliquias: ſolum meminit, ſolumque vocantem
Exaudit, tibique ora movet, tibi verba relinquit,
Et prohibet gemitus, conſolaturque dolentem.
Gratum eſt, fata, tamen, quod non mors lenta jacentis
Ex-

142. *Editus Creuſa.*] Ut alii ſcribunt, Glauce Glaucen Creontis regis Corinthiorum filiam Jaſon uxorem duxit, ejecta Medea: cum illic decem annos fuerat, ut ſcribit Diodorus. Sed illa ulta eſt injuriam, immiſſo incendio naphthæ: quod eſt bituminis genus, ut etiam ſcribit Plinius in ſecundo naturalis hiſtoriæ. *Æolia.*] Ab Æolo oriunda. fuit autem Creontis. *Creuſa.*] Quam pellicem ſuam præcipue oderat. *Domitius.*

147. *Crinem tenet infera Juno.*] Ex ſuperſtitione veterum, qui credebant neminem mori poſſe niſi Proſerpina prius illi crinem ex vertice abſtuliſſet. vide Virgilium Æn. 4. *Bernart.*

154. *Gratum eſt fata tamen, &c.*] Non potuit hæc verba concoquere in ſuis Apophoretis vir doctus, & ingenue fatetur ignorare ſe, quid illa *fata* ſibi velint, dum Poëta ait:

Gratum eſt fata tamen.

Quod ſi tamen inquit, fata homini mutare liceat, ſuſpicatur legendum:

Gratum eſt ſolamen,

vel:

Gratum eſt forte tamen.

Sed, ut ſubjungit, fata movere nimis operoſum eſt. Et certe ex hoc loco movenda non ſunt. Solum enim Adverbium vocandi, ô, quod virum doctum fefellit, ſubaudiendum eſt. Alloquitur Poëta ipſa Fata, & inquit: *O Fata, gratum eſt, quod non*, &c. Sic alibi:

—— *ô fata! quis error*
Impirat?

Summa cura erat Romanis olim & Græcis ut vultu ac membris omnibus decenter eſſent compoſiti & ornati, dum morerentur. Sueton. de Auguſto moribundo: *Supremo die, petito ſpeculo capillum*

Exedit puerile decus, maneſque ſubivit
Integer, & nullo temeratus corpora damno.
Qualis erat. Quid ego exequias, & prodiga flammis
Dona loquar, mœſtoque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo triſtis rogus aggere crevit:
Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Phariique Palaſtinique liquores
Arſuram

capillum ſibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit. Gevart. *Gratum eſt, fata, &c.*] *Gratum eſt*, formula flebile gaudentium, cum tamen aliquid eſt tam ſævo in tempore lætum. *Gronovius in Diatr.*

157. *Qualis erat.*] Quod idem valet, ac ſi diceret, eadem forma, eodem habitu, vultu & cultu quo vixerat, nihil omnino mutatus. Sic 4. Thebaid. de Atalanta, quæ ſubito infauſtum nuncium acceperat:

—— fugit ſylvas pernicior alite vento
Qualis erat, correpta ſinus, & vertice flavum
Crinem ſparſa Notho.

Idem valet huic ſimillima locutio: *Sicut erat.* Noſter 7. Theb. de Amphiarao:

—— non arma manu, non frena remiſit,
Sicut erat, rectos defert in Tartara currus.

Idem.

160. *Graminis Indi.*] Id eſt coſti. cujus radix in ſummo precio eſt apud Indos, guſtu fervens, odore eximio. naſcitur in primo ſtatim introitu Indi amnis in Patale inſula. duobus generibus: nigro, quod præſtantius eſt & candicante. *Domitius.*

161. *Quodque Arabes, Phariique (palam eſt undique) liquores, Arſuram lavere comam.*] Illudit nobis hoc loco Calderinus, qui *Pharios liquores* hic *aquam roſaceam* eſſe ait, *nam* inquit, *ex Ægypto & copia, & præſtantia roſarum proveniebat*, Unde Martial. aſſentando:

Mitte tuas meſſes, accipe Nile roſas.

Hæc ille: quæ omnia aperte & abſurda & falſa ſunt, & valde miror, Politianum, qui tam acrem ſeſe hujus Calderiniani Commentarii cenſorem profeſſus eſt, ut etiam minutiſſima quæque reprehenderit, hæc non obſervaſſe. Nam in primis tanta roſarum copia Romæ erat, ut jure illi qui roſas Romam mittebant, Athenas noctuam, & Venetias vitra portare dicti fuiſſent. Illud ſatis conſtat ex eodem illo Epigrammate Martialis, quod Domitius in erroris ſui fulcimentum adducit. Ibi enim ridet Martialis, Ægyptum, quæ Cæſari pauculas roſas miſerat inſtar magni muneris, cum Romæ iis abundarent. Vide Epigramma 80. lib. 6. Unde clarum eſt perperam à Domitio hoc Martialis Epigramma eſſe adductum, & *quæ de aqua roſacea* ſomniavit, eſſe falſa. Quid ergo per *Pharios liquores*, hic intelligendum? Notandum ad hoc, Ægyptios omnium mortalium primos unguentorum mixtiones excogitaſſe, & cæteris nationibus diſtribuiſſe, ut recte obſervavit H. Mercurial. 3. Var. cap. 19. Hinc apud Hippocratem quatuor Ægyptiorum Unguentorum genera reperiuntur, quæ ordine recenſet & explicat Galenus in Lexico Hippocratico. Primum ſimpliciter vocatur Αἰγύπτιον ἔλαιον, alterum, Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, *oleum Ægyptium album.* Tertium, Αἰγύπτιον μῦρον λευκὸν, *unguentum Ægyptium album.* Quartum ſimpliciter Αἰγύπτιον μῦρον. Deſcribit vero hoc unguentum Theophraſtus in libello περὶ ὀσμῶν; his verbis: τὸ δὲ Αἰγύπτιον μῦρον, ἐκ πλειόνων, ἔκ τε τοῦ κινναμώμου, καὶ ἐκ τῆς σμύρνης καὶ ἐξ ἄλλων. ἔτι δὲ ἐκ πλειόνων τούτων τὸ μεγα-

Arſuram lavere comam? cupit omnia ferre
Prodigus, & totos Melior ſuccendere cenſus,
Deſertas exoſus opes, ſed non capit ignis
Invidus, atque arcta deſunt in munera flammæ.
Horror habet ſenſus: qualem te funere ſummo,
Atque rogum juxta, Melior placidiſſime quondam,
Extimui! tu ne ille hilaris, comiſque videri?
Unde animi, ſævaque manus, & barbarus horror?
Tu modo fuſus humi, lucem averſaris iniquam,
Nunc torvus, pariter veſtes & pectora rumpis,
Dilectoſque premis viſus, & frigida lambis
Oſcula. erant illic genitor, Materque jacentis
Mœſta; ſed attoniti te ſpectavere parentes.
Quid mirum? plebs cuncta nefas, & pravia flerunt
Agmina. Flaminio qua limite Milvius agger
Tranſvehit, immeritus flammis dum triſtibus infans

Tra-

λεῖον. Id eſt, *Ægyptium unguentum ex pluribus, ex cinnamomo ſcilicet, myrrha atque aliis. adhuc ex pluribus quam iſtud componitur megaleum.* Plura de hoc unguento vide apud Athenæum 15. Dipnoſoph. Ex his ſatis patere arbitror, Poëtam noſtrum per *Pharios liquores* unguentum hocce Ægyptium innuiſſe. *Gevartius.*

162. *Arſuram lavere comam.*] Mens: croci, coſti, nardi, myrrhæ, aliorumque liquorum acervos in Glauciæ rogum conjectos. ritus plene mihi explicatus ad 6. Thebaidos. addo nunc non Judæos ſolum (quod ex ſacra hiſtoria notum) ſed & antiquiores Chriſtianos hunc morem tenuiſſe: Tertullianus Apologetico: *Thura plane non emimus: Si Arabiæ queruntur, ſciant Sabæi pluris & carius ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quam diis fumigandis.* Bernartius.

168. *Extimui! tune ille.*] Apage inceptam lectionem. Scribatur ocius auctoribus Senenſi MSC. Rom. & Veneto Codicibus: *tune ille hilaris comiſque videri?* ut *parvuſque videri, Sentirique ingens*, in Hercule Vindicis. *Exiguus videri* in VI. Theb. Eod. libro *immanis cerni immaniſque tueri.* Ita enim legendum ex MSC. & vetuſtiſſima editione. Terribilis, inquit, viſu aliis videbatur, & revera erat. Vulgo: *timeri.* Gronov. in Diatr. c. 16.

172. *Frigida lambis, &c.*] Tangit morem Veterum, quo amici morientem oſculabantur, quaſi excepturi fugientem animam. Cic. in Verr. *Filiorum ſuorum ſpiritum ore excipere liceret.* Virgil. 4. Æneid.

— *& extremus ſi quis ſuper halitus errat Ore legam.*

Cruceus.

176. *Agger Milvius.*] Pons Milvius. deſcribit enim locum ſepulturæ. Nam in Flaminia eſt ſepultus ultra Milvium pontem. Martialis:

Hoc ſub marmore Glaucias humatus
Juncto Flaminiæ jacet ſepulchro.

Domitius.

178. Gemi-

Traditur, & gemitum formaque ævoque meretur.
Talis in Iſthmiacos prolatus ab æquore portus
Naufragus impoſita jacuit ſub matre Palæmon.
Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ
Præciſum ſquammis avidus bibit anguis Opheltem,
Pone metus, letique minas deſiſte vereri:
Illum nec terno latrabit Cerberus ore,
Nulla ſoror flammis, nulla aſſurgentibus hydris
Terrebit, quin ipſe avidæ trux navita cymbæ
Interius ſteriles ripas, & aduſta ſubibit
Littora, ne puero dura aſcendiſſe facultas.
Quid mihi gaudenti proles Cyllenia, virga
Nuntiat? eſt ne aliquid tam ſævo intempore lætum:
Noverat effigiem, generoſique ardua Blæſi
Ora puer, dum ſæpe domi, nova ſerta ligantem

178. *Gemitum formaque ac voce mere-tur.*] Non fallit vitium attentum le-ctorem: qui enim potuit puer mortuus gemitum populi non forma ſolum, ſed & voce mereri? mortuuſne loquebatur? non longos logos. ſubſcribo Muſarum filio Gulielmo noſtro reſcribenti: *for-maque, ævoque meretur*, nec eſt quod audacem hanc conjecturam dicas. au-thoritas & ratio ab ea ſtant. authoritas Papinii, qui hoc eodem epicedio:

— Hinc anni ſtantes in limine vitæ
Hinc me forma rapit.

Ratio; priſcæ ſcripturæ ductus, qua (doctis notum) C. & Q. ſæpius permu-tantur. quis abnuat veteri hac conſue-tudine ſcriptum, *quoce*? & hinc erro-ris hujus maculam irrepſiſſe? non tu erudite lector. *Bernart.*

181. *Anguiferæ lernæ.*] Ob *Hydram* novem capitum, quam ad *lernam* Her-cules occidit. Higinum vide cap. 30. Apollodor. lib. 2. & al. De *angue* illo altero Archemori ſeu Opheltis inter-fectore Papin. lib. v. Thebaid. commo-dum à nobis enarratus. *Barthius.*

189. *Gaudenti virga.*] Nam Mercu-rius dicitur habere virgam, quoniam orationis deus & deorum interpres eſt. Caduceum autem habet nodo ſerpen-tum obſitum, ut deſcribit Macrobius virgam. Virgil.

Tum virgam capit: hac animas ille evo-cat orco Pallentes.

Plinius. xxix. naturalis hiſtoriæ. Hic tamen complexus anguium & efferato-rum concordia eſſe videtur quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium fecerunt. *Domitius.*

191. *Blæſus.*] Puer fuit quem unice dilexit Melior: ejus mortui ſtatuam do-mi ſervabat, & quo magis illius deſi-derium leniret, Glauciam libertum ac-ceperat. Ait itaque Papinius, Glauciam cum ad inferos deſcendiſſet, agnoviſſe umbram Blæſi, cujus imaginem vi-derat ſæpe ornari ſertis à Meliore. hujus Blæſi meminit & Martial. *Domitius.*

192. *Serta ligantem.*] Statuam aut effigiem coronantem. Recte de cogna-to aliquo Atedii intelligas. Et fuit, pu-to, de familia *Junii Blæſi*, quem ma-gnopere, Vitellianis temporibus everſum, laudat Corn. Tacitus. *Barth.*

Te videt, & ſimiles volventem pectore curas.
Hunc ubi Lethæi luſtrantem gurgitis oras
Auſonios inter proceres, ſeriemque Quirini
Agnovit, timide primum veſtigia jungit
Acceſſu, tacito, ſummoſque laceſſit amictus.
Inde magis ſequitur, neque enim magis ille trahentem
Spernit, & ignota credit de ſtirpe nepotum.
Mox ubi delicias, & rari pignus amici
Senſit, & amiſſi puerum ſolatia Blæſi
Tollit humo, magnaque ligat cervice, diuque
Ipſe manu gaudens vehit, & quæ munera mollis
Elyſii, ſteriles ramos, mutaſque volucres
Porxit, & obtuſo pallentes germine flores,
Nec prohibet meminiſſe tui: ſed pectora blandus
Miſcet, & alternum pueri partitur amorem.
Hic finis rapto. quin tu jam vulnera ſedas,
Et tollis merſum luctu caput? omnia functa,
Aut moritura vides, obeunt noctesque, dieſque,
Aſtraque, nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.
Nam populos, mortale genus, plebiſque caducæ
Quis fleat interitus? hos bella, hos æquora poſcunt:
His amor exitio, furor his, & ſæva cupido.
Ut ſileam morbos; hos ora rigentia Brumæ,
Illos implacido letalis Seirius igni,
Hos manet imbrifero pallens Autumnus hiatu.

Quic-

197. *Summos amictus.*] Movet (inquit) laciniam Blæſi. quod cum Blæſus non ægre ferret, & illum tamen non agnoſceret, puer audacius ſequi cœpit. *Domitius.*

203. *Quæ munera mollis Elyſii, ſteriles ramos, &c.*] Hoc eſt, quod Libanius in encomio Juſtitiæ nondum, quod ſciam, edito, juſtum ad inferos profectum, ait κήπους καὶ ἄνθη καὶ αὔρας ὀνειροπολῶν. *hortos & flores & auras, quaſi in ſomnis videre.* additque μόνοις τοῖς δικαίοις καλὰ μὲν τὰ τῇδε, καλλίω δὲ τὰ ὑπὸ γῆς. *Solis juſtitiæ cultoribus præclara quidem eſſe quæ hic occurrunt: præclariora vero quæ infra terram.* Morellus.

210. *Obeunt noctesque dieſque, &c.*] Catullus:

Soles occidere & redire ſolent.

Sen. in Herc. Oet.

Amiſſum trepidus polo
Titan excutiet diem:
Cœli regia concidet,
Certos atque obitus trahet.

Adi Davidle. hymnum 101. *Idem.*

218. *Quie-*

Quicquid habent ortus, finem timet. ibimus omnes,
Ibimus, immenſis urnam quatit Æacus umbris.
Aſt hic quem gemimus, felix, hominesque, deoſque,
Et dubios caſus & cæca lubrica vitæ
Effugit, immunis fati, non ille rogavit,
Non timuit, meruitve mori. Nos anxia plebes,
Nos miſeri, quibus unde dies ſuprema, quis ævi
Exitus, incertum: quibus inſtet fulmen ab aſtris,
Quæ nubes fatale ſonent. Nil flecteris iſtis?
Sed flectere libens. Ades huc emiſſus ab atro
Limite, cui ſoli cuncta impetrare facultas
Glaucia (nam inſontes animas, nec portitor arcet,
Nec diræ comes ille feræ) tu pectora mulce,
Tu prohibe manare genas, noctesque beatas
Dulcibus alloquiis, & vivis vultibus imple,
Et periiſſe nega, deſolatamque ſororem,

Quæ

218. *Quicquid habent ortus, finem timet.*] Hæc ſtructura verborum & enallage numerorum teretes radit auriculas. In cod. pereruditi Turnebi adſcriptum erat, *Ortus quicquid habet, finem timet.* quod cujus animo & auribus non ſatis faciat? Sic apud chorum Trag. Senecæ, in Herc. Oet. A. 3.

Quod natum eſt, poterit mori.

Philoſophus in Timæo,

Τὸ γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως οὐδέποτε ὄν.

Quod gignitur & interit, nunquam eſſe vere poteſt. Morellus.

219. *Urnam quatit, &c.*] Id eſt, Nemo ex innumerabili hominum copia non adigetur ſub judicium Æaci, Animarum Quæſitoris. Vide Petrum Greg. Tholoſ. Syntagm. juris Univ. lib. 47. cap. 23. adde Franc. Polletum libro 5. Fori Romani cap. 7. De Æaco vide Iſocratis Euagoram, Plat. Gorgia, & Mythologos utriuſque linguæ. *Barthius.*

230. *Nec diræ comes.*] Omnium hæc toto Papinio corruptionum craſſiſſima & obſcuriſſima eſt, ideoque nec ab ullo ex interpretibus tacta. Quis autem *comes* iſte? Quæ iſta *fera*? Putidæ ſunt correctorum & exſcriptorum veteris lectionis ignorantiæ & temeritates. Non facilis quidem emaculatio, quoad literas vocum, certa tamen & indubitabilis ad rerum expeditionem & efflagitationem. Ideoque ſcripſit Papin. *Nec trinæ canis ille feræ* — *Cerberum* dicit, unum canem, ſed trium ferarum capita præferentem. Quæ cum ſit acutior & Papiniana complexio verborum, facillime decepit ſemihomines illos, quos diximus. *Barthius.*

233. *Et periiſſe nega.*] In Scholiorum cantibus in laudem & gratulationem Harmodii liberatoris ſolenne fuit accinere, οὔ τι πω τέθνηκας. *Nequaquam interiiſti.* Ex Ariſtidis Epiced. in Eteon. *Morellus.* *Deſolatamque ſororem.*] Id eſt ſolam relictam: Statius Theb. lib. 1.

— *Quod deſolata domorum Tecta vides.*

Suetonius Caligula: cap. XII. *cum deſerta deſolataque reliquis ſubſidiis aula.* Tacitus,

Qua potes, & miſeros perge inſinuare parentes.

Tacitus, *Deſolatus etiam paulatim ſervilibus miniſteriis.* D. Cyprianus epiſt. xxxiv, *& deſolatam per lapſum, &c.* Bernartius.

II.

VILLA *SURRENTINA POLLII FELICIS.

EST inter notos Sirenum nomine muros,
Saxaque Tyrrhenæ templis onerata Minervæ,
Celſa Dicarchei ſpeculatrix villa profundi,
Qua Bromio dilectus ager, colleſque per altos
Vritur, & prælis non invidet uva Falernis.
Huc me poſt patrii lætum quinquennia luſtri,
Cum ſtadio jam pigra quies, canuſque ſederet
Pulvis, ad Ambracias converſa gymnade frondes,

Trans

* *Surrentinum Pollii.*] Saliſb. *Villa Surrentina Polli & elicis.* Rhod. *Villa Surrentina Pollii Felicis.* quod cur repudiaremus, cauſa non erat. *Gronov.*

1. *Eſt inter notos, &c.*] Qui ex hoc verſu Surrenti Campanorum Pompeiis contigui notationem petunt, quaſi à Sirenis nomen ductum & fictum ſit, næ illi parum vident, primum quam repugnet orthographia, cum Sirenes Græca diphthongo primam ſyllabam inſignitam habeat: at Surrentum etiam Græcis per υ & geminum ρ. σύῤῥεντον, ſcribitur: Straboni lib. 1. & 5. Σύῤῥεντον: nec animadvertunt promontorii hujus partem alteram tantum, quæ νησῖδας ἐρήμους πετρώδεις tres parvas inſulas, ſeu verius petras habebat, Sirenum quondam ſedem fuiſſe, autore Plinio: Sirenuſas indigitant Geographi: quam vocem apud Strabonem depravaram feliciter reſtituit Iſ. Caſaubonus in eruditiſſimis comment. cum id promontor. ab altera parte haberet Ἀθηνᾶς ἱερὸν Ὀδυσσέως ἵδρυμα, Minervæ (quam mox Tyrrhenam vocat Statius) fanum ab Ulyſſe conditum: indeque Ἀθήναιον appellatum. *Morellus.*

3. *Dicarchei.*] Dicarchea olim dicti ſunt Puteoli, à δίκη quod ſignificat juſtitiam qua potiſſimum regebatur, ut Feſto placet. poſtea Puteoli dicti, vel à frequentia puteorum qui ibi ſunt, vel à putore, ut ſcribunt Varro & Strabo. Addit Strabo, putorem illum ſulphureum inde natum eſſe, quod gigantes olim in bello Phlegræo ſeparatim illic laverunt vulnera. *Domitius.*

5. *Non invidet, &c.*] Qui invidet, minor eſt. Vinum Surrentinum non invidet Falerno, id eſt ei non cedit, teſte Strabone, qui addit illud παλαίωσιν δέχεσθαι, ætatem ferre. Vide Athenæum. *Crucens.*

6. *Huc me poſt patrii, &c.*] Senſus: cum ex patria mea Neapoli, ubi certamen gymnicum quinquennale ſpectaram Romam reverterer, Pollius meus coëgit me divertere Surrentum. *Bernartius.*

8. *Converſa gymnade.*] Gymnas Græce idem eſt quod gymnaſium. ſed à Papinio pro lucta accipitur hic & in Achilleide. Jam (inquit) res nulla reſtabar perfectis ludis Parthenopeis ubi luctantibus præmia proponuntur in Ambraciis

Trans gentile fretum placidi facundia Polli
Detulit, & nitidæ juvenilis gratia Pollæ,
Flectere jam cupidum greſſus, qua limite noto
Appia longarum teritur regina viarum.
Sed juvere moræ. Placido lunata receſſu
Hinc atque hinc curvas perrumpunt æquora rupes.
Dat Natura locum: montique intervenit imum
Littus, & in terras ſcopulis pendentibus, exit.
Gratia prima loci, gemina teſtudine fumant
Balnea, & è terris occurrit dulcis amaro
Nympha mari. levis hic Phorci chorus, udaque crines
Cymodoce, viridiſque cupit Galatea lavari.
Ante domum tumidæ moderator cœrulus undæ
Excubat, innocui cuſtos laris: hujus amico
Spumant templa ſale, felicia rura tuetur
Alcides, gaudet gemino ſub numine portus:
Hic ſervat terras, hic ſævis fluctibus obſtat.
Mira quies pelagi: ponunt hic laſſa furorem
Æquora, & inſani ſpirant clementius Auſtri:
Hic præceps minus audet hyems, nulloque tumultu
Stagna modeſta jacent, dominique imitantia mores.
Inde per obliquas erepit porticus arces,

Urbis

bracia, unde ſumus oriundi. nam pater habuit Sellas patriam in Ambracia, ut antea dictavimus. *Stadio Parthenopeo.*] Luſtri patrii. poſt quinquennales ludos quos in Parthenope patria ſpectaveram. *Domitius.*

12. *Appia terſarum, &c.*] *Terſam* fuiſſe hanc viam vel ex ſolo Procopio patet, qui ait, *Et quamvis tot jam ſæculis atterantur, aſſiduis plauſtris, jumentiſque: tamen neque ſerie ſua vel minimum exeunt, aut dimoventur, neque franguntur, aut lævorem ſuum amittunt.* Lipſius tamen in Admirand. & Fabricius Rom. ſua, ubi hunc Poëtæ noſtri locum advocant, legunt:

Appia longarum teritur regina viarum.

Non male etiam, nam Procopius idem, tantam hujus viæ longitudinem fuiſſe ſcribit, *ut eam quinque dierum ſpatio vir expeditus vix poſſet emetiri.* Gevartius.

19. *Chorus Phorci.*] Nymphæ (inquit) marinæ cupiunt lavari balneis. *Domitius.*

22. *Excubat.*] Templum (inquit) illic eſt Neptuni. unde fluctus imperio coërcentur, ne ſæviant in lares innocuos & pios. *Idem.*

24. *Gaudet gemino ſub numine portus.*] Diomedi Homerico placent, Ζώντε δύ' ἐχέφρονε. Naſone interprete,

Non caret effectu, quod voluere duo.

Morellus.

34. *Qualis*

Urbis opus, longoque domat ſaxa aſpera dorſo.
Quæ prius obſcuro permixti pulvere ſoles,
Et feritas inamœna viæ, nunc ire voluptas.
Qualis, ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.
Non mihi ſi cunctos Helicon indulgeat amnes,
Et ſuperet Pimplea ſitim, largeque volantis
Ungula ſe det equi, reſeretque arcana pudicos
Phœmonoe fontes, vel quos meus, auſpice Phœbo
Altius immerſa turbavit Pollius urna;
Innumeras valeam ſpecies, cultuſque locorum
Pieriis æquare modis. vix ordine longo
Suffecere oculi, vix, dum per ſingula ducor,
Suffecere gradus. quæ rerum turba! locine
Ingenium, an domini mirer prius? hæc domus ortus
Aſpicit, & Phœbi tenerum jubar; illa cadentem
Detinet, exactamque negat dimittere lucem,
Cum jam feſſa dies, & in æquora montis opaci
Umbra cadit, vitreoque natant prætoria ponto.
Hæc pelagi clamore fremunt; hæc tecta ſonoros
Ignorant fluctus, terræque ſilentia malunt.
His favit Natura locis: hic victa, colenti
Ceſſit, & ignotos docilis manſuevit in uſus.
Mons erat hic, ubi plana vides. hæc luſtra fuerunt,

Quæ

34. *Qualis ſi ſubeas Ephyres.*] Corinthus dicta eſt Ephyre ab Ephyre nympha, ut ſcribit Pauſan. & interpres Apoll. poſtea Corinthus à Corintho Jovis filio, Baccheis dicitur. nam familia Bacchiadum annis ducentis Corinthum tenuit, ut Strabo ſcribit. Cypſelus tyrannus eos delevit. hi ſunt quorum factione Tarquinius & Demarathus domo ejecti ſunt, ut ſcribit Dionyſius Halycarnaſſeus. Ovid.

Et quæ Bacchiadæ bimari gens acta Corintho.

In Chryſſæo ſinu alterum cornu tenet, ut ait Strabo. alterum & Cenchreæ vicus. & portus ab urbe Corintho diſtans ſtadiis ſeptuaginta. talis (inquit) porticus eſt à littore ad villam Pollii, qualis via eſt Lechæo cornu Corinthum: nam ea quoque tecta eſt in ſpeciem porticus. *Domitius.*

38. *Ungula ſedet equi.*] Scribe diviſa voce, *ſe det equi.* Uſitatiſſima Phraſis Statii. Ut in equo Max. *Et cui ſe totis Temeſe dedit hauſta metallis.* Gronov. in Diatr.

39. *Phœmonoë.*] Phœbi filia fuit, ut ſcribit Plinius, & Pauſanias: quæ prima ut ille ait, carmen heroicum cecinit. *Domitius.*

58. *Diſcen-*

Quæ nunc tecta ſubis. ubi nunc nemora ardua cernis,
Hic nec terra fuit. domuit poſſeſſor, & illum
Formantem rupes, expugnantemque ſecuta
Gaudet humus. nunc cerne jugum diſcentia ſaxa,
Intranteſque domos, juſſumque recedere montem.
Jam Methymnæi vatis manus, & chelys una
Thebais. & Getici cedat tibi gloria plectri.
Et tu ſaxa moves, & te nemora alta ſequuntur.
Quid referam, veteres ceraque æriſque figuras?
Si quid Apellei gaudent animaſſe colores?
Si quid adhuc vacua tamen admirabile Piſa
Phidiacæ raſere manus. quod ab arte Myronis,
Aut Polycletæo juſſum eſt, quod vivere cælo,

Æraque

58. *Diſcentia jugum.*] Quæ nunc ſerviunt: cum prius indomita viderentur. *Domitius.*

59. *Intraɔteſque domos.*] Interpretes ajunt, *Intrantes domos*, hic eſſe, *recanditas ſub ſaxis.* Quin potius Poëtice dixit Papinius domos recenter exſtructas, jam quaſi intrare & migrare ad hunc locum, qui ante omnino incultus erat. Opponit enim illa duo: *Montem recedere*, & *domos intrare.* Gevart. *Intranteſque domos, &c.*] Neſcio an docti homines ſatis ceperint illud, *recedere montem.* Hoc enim eſt non abire, ſed quod alii dicunt *reduci*, ut Horatio *reducta vallis.* Gronov. in Diatr.

60. *Jam Methymnæi fa'is manus.*] Arionem intelligit. is enim ex Methymno oppido Lesbi. Martialis:

Sic Methymnæo gavisus Arione Delphin.

Ovidius:

Et Methymnææ potiuntur littore Leſbi.

Hinc non inſcita periphraſi per Lyram Lesbiam eundem Arionem deſignavit Ovidius Faſt. 11. dum air:

Lesbida cum domino ſeu tulit ille lyram.

Bernartius.

61. *Thebais.*] Id eſt, cythara Amphionis Thebani. nota hiſtoria *Plectri.* Getici Orphei qui Thrax fuit, OEagri filius: qui muſice omnes ſuperavit, ut ſcribit Diodorus. ædidit poëma mira ſuavitate refertum. in Ægyptum navigavit: unum cærimoniarum uſum ad Thraces detulit. inter Argonautas cecinit hiſtoriam de chao & exordio mundi: ut eſt apud Apollonium. Nunquam fuiſſe Orpheum ſcribit Cicero in divinatione. Græci vero quinque Orpheos contendunt: quorum nomina, opera, patriam, in commentariis Silii recitavimus. Thamyras item Philamonis filius & Arſinoës. Thracius dictus eſt ex Edonis urbe: ſive Odriſius ut ſcribit Pauſanias, quoniam illic ſit natus. Is theologiam ſcripſit tribus millibus verſuum. Nunc de Orpheo intelligit Papinius: *Cedat*, inquit, *gloria cytharæ* Orphei, Arionis, & Amphionis: quod olim bruta & inanimata allexerit ſono. nam & *tu moves ſaxa.* Domit.

63. *Quid referam veteres.*] Plinius tamen excludit imagines omnes ab atriis niſi cereas, vide lib. 35. cap. 2. *Aliter*, inquit, *apud majores in atriis hæc erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec æra aut marmora: expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncti*

Æraque ab Iſthmiacis auro potiora favillis,
Ora ducum, & vatum, ſapientumque ora priorum,
Quos tibi cura ſequi, quos toto pectore ſentis
Expers curarum, atque animum virtute quieta
Compoſitus, ſemperque tuus. Quid mille revolvam
Culmina, viſendique vices? ſua cuique voluptas,
Atque omni proprium thalamo mare, tranſque jacentem
Nerea diverſis ſervit ſua terra feneſtris.
Hac videt Inarimen, illi Prochyta aſpera paret,
Armiger hac magni patet Hectoris: inde malignum
Aëra reſpirat pelago circumflua Neſis:
Inde vagis omen felix Euplea carinis,

Quaque

defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Vide Dempſt. paralip. ad Roſin. p. 45.

68. *Æraque ab Iſthmiacis auro potiora favillis.*] Æs Corinthium intelligit. Corinthus ſiquidem oppidum Achaiæ, fere in medio Iſthmi Peloponeſiaci ſitum. Strabone & Diodoro teſtibus, L. Mummio Conſule & Duce à Romanis incendio deletum, quod quidem incendium æs Corinthium conflavit. Florus lib. 2. cap. 16. *Quantas opes & abſtulerit & cremaverit hinc ſcias, quod quidquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam æris notam precioſiorem opulentiſſimæ urbis fecit injuria, quia incendio perustis plurimis ſtatuis atque ſimulachris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere.* vide & Iſidorum lib. 16. cap. 19. *Bernart.*

70. *Quos tibi cura ſequi.*] Inventum fuit Aſinii Pollionis ut imagines bibliothecis ponerentur, qui primus bibliothecam publicavit: eorum ſcilicet quorum animæ immortales in iiſdem loquebantur: ſed luxus temporum novas quoque & alienas imagines formavit. *Domitius.*

73. *Sua cuique voluptas.*] Delicias Romanorum obſerva lector, qui cubicula villarum ſuarum, juxta aquas collocabant, ita ut è lectulo maria poſſent contemplari. Martialis ad Fauſtinum:

Et non unius ſpectator lectulus undæ,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris.

Plinius Junior lib. 9. epiſt. 7. de Villis duabus, quas juxta Larium lacum habebat: *Altera*, inquit, *impoſita ſaxis more Bajano, lacum proſpicit: altera, æque more Bajano, lacum tangit.* Gevartius.

76. *Inarimen.*] Ante Miſenum inſula eſt. Homerus, ut Strabo quidem accipit, duas dictiones fecit, εἰν Ἀρίμοις. noſtri conjungentes Inarimen dixerunt. Tiphœus illic ſepultus eſt. Silius:

Non ardentem ſortita Tiphœum Inarime:

Prochyta.] à Pithecuſis divulſa eſt: ut ait Strabo. Plinius, ab Inarime. nam Pithecuſæ & Inarime idem eſt. dicta à ὀίω, quod eſt profundo. nam profuſa eſt Prochyta. cujus mulieris meminit Dionyſius Halycarnaſſeus. *Domit.*

79. *Inde vagis omen felix Euplæa Carinis.*] In eodem cod. M. Turn. adſcriptum, *Inde cavis om.* lib. 3. in eadem χαριστηρίῳ,

— numenque Euplœa carinis.

Unde ambigat quis an hic *omen*, vel illic, *Numen* reponat. Nam & Euplœa

Venus

Quaque ferit curvos exerta Megalia fluctus.
Angitur & domino contra recubante, proculque
Surrentina tuus ſpectat prætoria Limon.
Una tamen cunctis procul eminet, una diætis,
Quæ tibi Parthenopen directo limite ponti
Ingerit. hic Grajis penitus deſecta metallis
Saxa: quod Eoæ reſpergit vena Syenes:
Synnade quod mœſta Phrygiæ fodere ſecures
Per Cybeles lugentis agros: ubi marmore picto
Candida purpureo diſtinguitur area gyro.
Hic & Amyclæi cæſum de monte Lycurgi
Quod viret, & molles imitatur rupibus herbas.
Hic Nomadum lucent flaventia ſaxa, Thaſoſque,

Et

Venus apud Pauſaniam cognomen habet. Jam vero olim in παρασήμῳ (quod Tacitus inſigne dicit navium) boni ominis cauſa inſcriptum fuit, εὔπλοια, proſpera navigatio, vel προνοία σώζουσα, Providentia ſoſpita. vel θρησκεία, cultus Deûm Plutarcho autore, in συμποσ. τοῦ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσι. *Morellus.*

80. *Megalia.*] Nomen prædii erat Pollii ita appellatum: vel legas *Megaria*. nam inter Pauſilippum & Neapolim, ut ſcribit Plinius, eſt Megaris, ſeu malis legere Megalia: cui conveniat uterque auctor. *Domitius.*

82. *Tuus Limon.*] Nomen prædii Pollii, à portu ita appellatum. λιμὴν ſignificat portum. vel legas Limon, ut ſit prædium pratis virens. nam λειμὼν ſignificat pratum: ut dicimus daphnôna lauretum, platanona, locum conſitum platanis. Angitur, inquit, tuum prædium, domino abſente à regione; & tanquam invidens ſpectat villam Surrentinam procul. *Domit.*

83. *Una diætis.*] Cœnaculum eſt in quo æſtare cœnarur ad umbram, hieme ad ſolem, ait Varro. Suetonius Claudio cap. x. *in Diætam cui nomen eſt Hermæum receſſerat.* Scævola Juriſconſultus. l. LXVI. D. de donat. inter virum & uxo. *cum ſeparata diæta ab eo eſſet.* Rogandi nota, poſt τὸ *Syenes* & τὸ *agros* adſcripta, ſententiam turbat quam me authore liceat rollas. *Bernart.*

85. *Metallis.*] Lapidicinis. Nam metalla ſunt venæ tam lapidis quam æris & aliarum rerum. Plinius, & ubicumque una inventa vena eſt, non procul invenitur alia. hoc quidem & in omni fere materia: unde metalla Græci videntur dixiſſe. nam μεταλλᾶν ſignificat *indago*. Domit.

87. *Synnade mæſta.*] Ob perpetuos Atyos exſecti luctus & furores. Ibi enim Corybantes perpetuo ſe vulnerabant exſcindebantque ad ſacra Cybeles. Deſcribit ea ſacra Claud. l. I. de Raptu Proſ. *Synnadicum marmor* Phrygium. vide ſupra ad Tiburt. Vopiſci Cl. Salmaſ. ad Hiſtor Auguſt. p. 267. *Barthius.*

92. *Thaſos.*] Thaſon è Cycladibus inſulis unam Parii incoluerunt: ex qua maculoſum marmor mittebatur, ut ſcribit Plin. *Et Chios.*] Plin. primum ut arbitror, verſicolores iſtas maculas Chiorum lapicidinæ oſtenderunt, cum exſtruerent muros. *Domit.*

Et Chios, & gaudens fluctus ſpectare Caryſtos.
Omnia Chalcidicas turres obverſa ſalutant.
Macte animo quod Graja probas, quod Graja frequentas
Arva, nec invideant quæ te genuere Dicarchi
Mœnia: nos docto melius potiemur alumno,
Quid nunc ruris opes, pontoque novalia dicam
Injecta, & madidas Bacchæo nectare rupes?
Sæpe per autumnum jam pubeſcente Lyæo
Conſcendit ſcopulos, noctiſque occulta ſub umbra
Palmite maturo rorantia lumina terſit
Nereis, & dulces rapuit de collibus uvas.
Sæpe & vicino ſparſa eſt vindemia fluctu.
Et Satyri cecidere vadis, nudamque per undas
Dorida montani cupierunt prendere Panes.
Sis felix tellus dominis ambobus in annos
Mygdonii, Pyliique ſenis, nec nobile mutes
Servitium, nec te cultu Tirynthia vincat
Aula, Dicarchæique ſinus, nec ſæpius iſtis

Blanda

95. *Grata probas, quod grata frequentas.*] Forte rectius legatur:
quod Graja probas, quod Graja frequentas, &c.
Nam de Neapoli, ipſi ſermo eſt, quæ olim à Græcis habitata. Unde *Græca urbs* peculiariter appellata. vide Noſt. Epiced. Patris, ubi Neapolim alloquitur, & Tacit. 15. Annal. de Nerone: *Non tamen Romæ incipere ſcenas auſus, Neapolim, quaſi Græcam urbem delegit.* Vide præterea Scaligerum de Emendat. Temp. *Gevart.*

99. *Madidas Bacchæo nectare rupes.*] Inter cætera vina veteres maxime probarunt (ſi Plinio credimus lib. 1. cap. 6. id adfirmanti) Surrentina, eo quod nec caput tentarent, ſtomachi & inteſtinorum rheumatiſmos cohiberent. Ceterum Tiberius Cæſar, eodem Plinio authore, dicere ſolebat: *conſenſiſſe medicos ut nobilitatem Surrentino darent, alioquin eſſe generoſum acetum.* Bernart.

101. *Scopulos.*] In quibus ſunt vates & Satyri. Satyri fabuloſi ſunt apud Poëtas. ab hiſtoricis dicuntur eſſe in Africæ deſertis ad orientem: laſcivireque Atlante monte. præter os nihil habentes humanum. Macrob. à σάθη dictos putat. i. membro virili, quod libidinoſi ſint. *Domit.*

106. *Panes.*] Pan ore caprino, hircinis cruribus colitur à Mendeſiis tanto in honore illic (auctore Herodoto) ut ab ejus nomine urbs condita ſit: quam Chemin vocant, id eſt Panos urbem. nomen eſt Arcadiæ & Campanorum: quod intelligi voluit Silius. *Idem.*

107. *Sis felix tellus dominis ambobus, in annos.*] Domitius intelligit hic *dominos* Pollium & Jul. Menecratem. Sed plane præter rem. nuſquam enim toto hoc Carmine Menecratis mentionem fecit Poëta. Quare ſine dubio Herculem & Neptunum innuit, qui villæ hujus quaſi præſides. *Gevart.*

111. *The-*

Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi.
Hic ſeu ſiderias exercet Pollius artes,
Seu volvit monitus, quos dat Gargettius autor;
Seu noſtram quatit ille chelyn, ſeu diſſona nectit
Carmina, ſive minax ultorem ſtringit iambon:
Hinc levis è ſcopulis meliora ad carmina Seiren
Advolat, hinc motis audit Tritonia criſtis.
Tunc rabidi ponunt flatus, maria ipſa vetantur
Obſtrepere, emergunt pelago, doctamque trahuntur
Ad chelyn, & blandi ſcopulis delphines aderrant.
Vive Midæ gazis, & Lydo ditior auro,
Troica, & Euphrate ſupra diademata felix.
Quem non ambigui falces, non mobile vulgus,

Non

111. *Therapnæi placeant vineta Galeſi.*] Galeſus Calabriæ oppidum eſt, prope Tarentum Ptolemæus, Strabo & alii videntor. cæterum vina Tarentina nec ſua caruere gloria. conſule Plin. l. 14. c. 6. Virgil. l. 1.

Qua niger humectet flaventia culta Galeſus.

At cur *Teraphnæi Galeſi*, cum quod omnes ſciunt, Teraphnæ Laconiæ urbs ſit, non Calabriæ? hæret hic vir doctus & propè eſt ut adhæreſcat. non turbemur. elegantiſſimus poëta ſerio agens quod agere non videtur, more ſuo occulte hiſtoriam tangit. Tarentum à Tara ædificatum, à Laconibus expugnatum fuit duce Phalante. vide Juſtinum lib. 3. *Bernart.*

114. *Seu diſſona nectit Carmina.*] Per *diſſona carmina*, Interpres *Carmen elegiacum* intelligit, Inepte. Lyricum notat Poëta, quod *diſſonum* vocat ob ſtrophas & antiſtrophas. Nam paulo poſt, eundem Pollium in Lyricis excelluiſſe innuit, dum ait:

Ac juvenile calens, plectrique errore ſuperbus.

Quo loco etiam frigida Domitii interpretatio eſt, qui ait Pollium ideo *plectri errore ſuperbum* dici, *vel quia ſuperbus cythara, in qua errat plectrum dum pulſatur: vel quia ſuperbus erat laude carminis, qua per errorem efferimur.* Hæc ille, & quamvis prior ejus interpretatio rejicienda non ſit, exiſtimo tamen Poëtam hic *errorem plectri* dixiſſe ob Lyricorum geſtum & canendi modum. Nam quemadmodum errantium vertigo eſt ab occaſu in ortum, ita Lyrici dum à læva in dextram obvertebantur, *antiſtropha*, uti dicebantur, *ſtropha* vero, ubi à dextris in lævam fiebat converſio. Itaque lyram pulſantes ab uno latere in alterum ſe vertebant & quaſi errabant, unde ſuaviſſime Poëta *Plectri errorem* dixit. *Gevart.*

115. *Jambon ultorem.*] Jambicum carmen quod Archilochus poëta Parius (ut Strabo) ob ſpretam filiam à Lycambe in ultionem primus invenit, compulitque maledictis & acerbitate ad laqueum. Eodem uſus eſt Hipponax poëta in Bubalum & Anthermum ſculptores, quoniam cum deformis eſſet, ab his in contemptum effictus fuerit. tametſi Plin. non aſſentitur. *Domit.*

122. *Troica & Euphr. &c.*] Jamdudum docta manus concinnius ſcribi putavit: & *Euphratæ & ſupra* Sed Papinius reliquit, *Euphratæa ſupra.* Gronov. in Diatr.

123. *Quem non ambigui.*] Ex ſententia

Non leges, non caſtra tenent: qui pectore magno,
Spemque metumque domas, vitio ſublimior omni
Exemptus fatis, indignantemque repellis
Fortunam, dubio quem non in turbine rerum
Deprendet ſuprema dies: ſed abire paratum,
Ac plenum vita. Nos vilis turba, caducis
Deſervire bonis, ſemperque optare parati,
Spargimur in caſus; celſa tu mentis ab arce
Deſpicis errantes, humanaque gaudia rides.
Tempus erat cum te geminæ ſuffragia terræ
Diriperent, celſuſque duas veherere per urbes:
Inde Dicarchæis multum venerande colonis,
Hinc aſcite meis, pariterque his largus, & illis,
Ac juvenile calens, plectrique errore ſuperbus.
At nunc diſcuſſa rerum caligine, verum
Aſpicis, illo alii rurſus jactantur in alto.
At tua ſecuros portus, blandamque quietem
Intravit non quaſſa ratis, ſic perge: nec unquam
Emeritam in noſtras puppem demitte procellas.

Diſcite

tia Epicuri (cujus philoſophiam ſectabatur Pollius) ait eum veræ vitæ vacare. nam Epicurus vitam appellabat id ſolum tempus, quo operam damus voluptati cum virtute, nec angimur curis. *Domit.*

125. *Spemque metumque domas.*] Veram ad quietem & tranquillitatem animi viam quaſi digito oſtendit. quam qui pede recto peragraverit, attinget haud dubie in vitæ iſtius Circo candidam beatæ vitæ metam. Hinc Poëta:

Rex eſt qui metuit nihil,
Rex eſt quique cupit nihil:
Hoc regnum ſibi quiſque dat.

Bernartius.

130. *Optare parati.*] Fontem malorum aperit, veram humanæ miſeriæ cauſam. enimvero ut canis aperto ore fruſtra fruſta caſei aut panis à domino miſſa captat, protinus quicquid excepetit devorat, ſemper ad ſpem futuri hiat: ſic miſeri mortales nunquam noſtra ſorte contenti vivimus, quid conſecuti ſumus nunquam cogitamus, ſemper ad rapinam alterius erecti & attoniti. miſelli! alieniſſimi à Vera ſolidaque virtute. *Bernartius.*

138. *At nunc diſcuſſa rerum.*] Levis correctio eſt, ſed quam me vix ſpero magiſtris probaturum, quibus paronomaſia blandietur: *diſcuſſa verum caligine, rerum aſpicis.* Frequentiſſime ita Papinius, ut fere putidum ſit notare. *Gronov. in Diatr.*

139. *Jactantur.*] Scribendum *jactentur.* Tu qui ſemel emerſiſti, nunquam te denuo credes iſti tempeſtati. De errore juvenili Pollii. Senſus eſt in illo veteris Latini Poëtæ, quod elegantiſſimo Græco verſu expreſſit Joſeph. Scaliger: Δύστηνος ἑαυτῷ σὺν δὲ τῇ θαλάττῃ μέμφεται). Prolixe errat, quem oſtendit hic vocula *rurſus.* Barthius.

150. *Strav.*

Diſcite ſecuri, quorum de pectore mixtæ
In longum coiere faces, ſanctuſque pudicæ
Servat amicitiæ leges amor, ite per annos,
Sæculaque, & priſcæ titulos præcedite famæ.
Tuque nurus inter longe pulcherrima, cujus
Non frontem vertere minæ, ſed candida ſemper
Gaudia, & in vultu curarum ignara voluptas.
Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca
Divitias, avidique animum diſpendia torquent
Fœnoris: expoſiti cenſus, & docta fruendi
Temperies, non ulla Deo meliore cohærent
Pectora, non alias decuit Concordia mentes.

* 150. *Strangulat arca Divitias.*] *Strangulare divitias*, eſt avarorum more conſtipatas & congeſtas arca ſervare, & velut opprimere. Eſtque contrarium ὲ τῷ *fœnerari.* Nam qui pecuniam ad uſuram exponunt, illorum numi fœcundi ſunt, & novos generant, ſed qui illam arcis ſuis concluſam tenent, illi opprimunt, & ſuffocant eam, ita ut novam pecuniam generare non poſſit. Hinc Ariſtoteles 1. Polit. c. 10. eleganter adnotavit τόκος fœnus, à verbo τίκτειν, quod *parere* ſignificat, dictum eſſe, quemadmodum Latinis *fœnus* à *fœtu*. Similes porro locutiones ſunt, illæ Martialis: *flagellare*, & *vexare opes*, *flagellare annuam*, &c. Philoſtratus eleganter, δεσμωτήρια πλούτου, id eſt *Plutiicarceres*, vocavit arcas, aliaque id genus repoſitoria, quibus pecuniæ veluti capiæ detinentur ab avaris ne in uſum veniant. Addit Poëta: *Expoſiti cenſus.*] *Cenſus expoſiti*, id eſt, qui in uſum amicorum liberaliter erogantur. Sic Epiced. Patr. *Expoſitos mores*, id eſt, *faciles* dixit:

Quid referam expoſitos, ſervato pondere
mores.

Et Epiced. Stellæ, *expoſitum limen*, omnibus patens:

— licet expoſitum per limen, aperto
Ire, redire gradu.

Gevartius.

152. *Docta fruendi Temperies.*] Ἡ μετριότης εὔκρατος καὶ ἀξιώματων. Hanc auream mediocritatem diligens Auſonius ait,

Ex animo rem ſtare æquum puto, non animum ex re.
Ille opibus modus eſt, quem ſtatuas animo.

Morellus.

III.

ARBOR ATEDII MELIORIS.

STat, quæ perſpicuas nitidi Melioris opacat
Arbor aquas; complexa lacus, quæ robore ab imo
Cur-

1 *Nitidi Melioris.*] Atedius Melior, adeo ſplendidæ & elegantis vitæ fuit, ut peculiari nomine *Nitidus* vocaretur, ut hic à Statio & Martiale lib. 1.

Curvata in nodos redit inde cacumine recto
Ardua, ceu mediis iterum naſcatur ab undis,
Atque habitet vitreum tacitis radicibus amnem.
Quid Phœbum tam parva rogem? vos dicite cauſas.
Naides, & faciles (ſatis eſt) date carmina Fauni.
Nympharum teneræ fugiebant Pana catervæ:
Ille quidem it, cunctas tanquam velit, it tamen unam
In Pholoen, ſylvis hæc fluminibuſque ſequentis
Nunc hirtos greſſus, nunc improba cornua vitat.
Iamque & belligerum Iani nemus, atraque Caci
Rura, Quirinaleſque fuga ſuſpenſa per agros
Cælica tecta ſubit, ibi demum victa labore,
Feſſa metu, qua nunc placidi Melioris, aperti
Stant ſine fraude lares, fluidos collegit amictus
Arctius, & niveæ poſuit ſe margine ripæ.
Inſequitur velox pecorum Deus, & ſua credit
Connubia, ardenti jamjam ſuſpiria librat
Pectore, jam prædæ levis imminet, ecce citatos

Advertit

Divitior Criſpo, Thraſea conſtantior ipſo,
Lautior & nitido ſis Meliore licet.

Et Horat. *Nitidum* Ruſtico oppoſuit:

— Ex nitido fit Ruſticus.

Juvenal. Sat. 11.

— hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares, nitidique vocantur.

Noſter, *nitorem* pro liberalitate, & ſplendore rei familiaris ſæpe ponit, ut Lach. Hetruſci:

Teſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus Hetruſci. Gevart.

8. *Nympharum teneræ fugiebant Pana catervæ.*] Eo lepidior hæc fictio eſt, & ingenioſius commentum, quod accedat ad fabulam quam in principio Phædri commemorat, ut Aquilo ab Iliſſo Orithylam ſuſtulerit, non longe à proceriſſima platano. οὐκ ἐνθένδε μέν τοι ποθὲν λέγεται ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι. Morellus.

10. *Pholoën.*] Pholoë nomen ancillæ apud Virgil. quæ dicta eſt Sergeſto, *Creſſa genus Pholoë.* Idem nomen apud Horatium Pholoë mons cum oppido in Arcadia: Pholoë hic pro una ex Naïadibus. *Domit.*

12. *Rura Caci.*] Cacus notus carmine Virgiliano. hunc malum vicinum fuiſſe interpretatur Columella, Solin. & Diodorus, furem, quem ipſe Lycinium appellat. ſpeluncam habuit in Aventino. Ovid.

Cacus Aventinæ timor ac infamia ſylvæ.

Idem.

16. *Flavos collegit.*] Prima Veneta: *fluvidos.* lege: *fluidos collegit amictus Arctius.* Fluentes, ſinuoſis. *Gronov.*

19. *Suſpiria librat.*] Anhelitum ex curſu vehementem compeſcere nititur. Pari figura Horat.

Sublimi fugies mollis anhelitu.

Idem anhelitu potentiori, quam ut ru eum poſſis in ordinem redigere. *Barthius.*

22. *Aven-*

Advertit Diana gradus, dum per juga ſeptem
Errat, Aventinæque legit veſtigia terræ.
Pœnituit vidiſſe Deam: converſaque fidas
Ad comites: Nunquamne avidis arcebo rapinis
Hoc petulans, fœdumque pecus? ſemperne pudici
Decreſcet mihi turba chori? ſic deinde locuta
Depromit pharetra telum breve, quod neque flexis
Cornibus, aut ſolito torquet ſtridore; ſed una
Emiſit contentâ manu, levumque ſoporem
Naidos averſa fertur tetigiſſe ſagitta.
Illa Deam pariter ſurgens, hoſtemque protervum
Vidit, & in fontem, niveos ne panderet artus,
Sic tota cum veſte ruit, ſtagniſque ſub altis
Pana ſequi credens, ima latus implicat alga.
Quid faceret ſubito deceptus prædo? nec altis
Credere corpus aquis hirtæ ſibi conſcius audet
Pellis, & à tenero nandi rudis: omnia queſtus,
Immitem Brimo, ſtagna invida, & invida tela;
Primævam viſu platanum, cui longa propago,
Innumeræque manus, & iturus in æthera vertex,
Depoſuit juxta, vivamque aggeſſit arenam,
Optatiſque aſpergit aquis, & talia mandat:
Vive diu noſtri pignus memorabile voti

Arbor,

22. *Aventinæque legit veſtigia terræ.*] Scite. in Aventino enim Diana templum celebre habebat, ut omnes ſciunt. *Bernart.*

2[illegible]. *Pecus.*] Faunos, Satyros, & Panes. *Domit.*

38. *Immitem Bromium.*] Senſus eſſe poteſt, Pana, qui comes Bacchi eſſe ſolet, conqueſtum eſſe Bacchum ſibi non favere, & adeſſe ut ſperato Nymphæ complexu frueretur. Sed maximus Scaliger ad Propert. legendum docet: *Immitem Brimo, &c.* Ipſum vide, & Turnebum libro 11. capite 16. *Gevartius.* *Immite Bromium, &c.*] Invitis Gratiis & genio ſuo nugacem hanc lectionem cum nugaciſſima Domitii explicatione tenet Gevartius. Autor ſum, ut ſine ulla hæſitatione in textum recipiatur palmaria illuſtriſſimi viri conjectura: *Immitem Brimo.* Gronov. in Diatr.

42. *Optatiſque aſpergit aquis.*] Atqui platanus mero quoque infuſo enutritur. Plin. Compertum id maxime prodeſſe radicibus.

Crevit & effuſo lætior umbra mero.

Philippi Epigramma feſtivum teſtatur Platanum à ventis dejectam; vitium juxta ſatarum beneficio iterum effloruiſſe, ut hæc noſtra, *rurſuſque eodem cacumen Ingenioſa levat.* Morellus.

 47. Me-

Arbor, & hæc dura latebroſa cubilia nymphæ
Tu ſaltem declivis ama, preme frondibus undam:
Illa quidem meruit; ſed ne precor igne ſuperno
Æſtuet, aut dura feriatur grandine, tantum
Spargere tu laticem, & foliis turbare memento.
Tunc ego teque diu recolam, dominamque benignæ
Sedis, & illæſa tutabor utramque ſenecta.
Et Jovis, & Phœbi frondes, & diſcolor umbra
Populus, & noſtræ ſtupeant tua germina pinus.
Sic ait, illa Dei veteres animata calores
Uberibus ſtagnis, obliquo pendula trunco
Incubat, atque umbris ſcrutatur amantibus undas,
Sperat & amplexus, ſed aquarum ſpiritus arcet,
Nec patitur tactus: tandem eluctata ſub auras,
Libratur fundo; rurſuſque enode cacumen
Ingenioſa levat, veluti deſcendat in imos
Stirpe lacus alia, jam nec Phœbeia Nais
Odit, & excluſos invitat gurgite ramos.
Hæc tibi parva quidem geniali luce paramus
Dona, ſed ingenti forſan victura ſub ævo.
Tu cujus placido poſuere in pectore ſedem
Blandus Honos, hilariſque (tamen cum pondere) Virtus:
Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia, nec ſpes
Improba,

46. *Meruit.*] Feriri igne ſuperno. Novem dii fulmina mittunt; ut docent Tuſchorum litteræ. Sunt autem undecim fulminum genera: quorum octo dii ſingula habebant, Jovi terna. Romani duos tantum deos fulmina jacere dixerunt, Jovem diurna, Summanum nocturna. *Domitius.*

48. *Turbare.*] Soli tibi hoc permiſſum ſit. Sane hoc vitari non poterat. Itaque poteſtatem hanc largitur Arbori Pan, quam adimere non poterat. Ita tamen ut ab reliquis moleſtiis eandem tutaretur. Non placet hic mutari quicquam, nec *Umbrare* reponere & *Latices*, cum Joh. Iſacio Pontano, qui correctionibus ſuis in hunc Poëtam parum profecit. *Barthius.* *Et foliis turbare.*] Imitatur Ovidium de fonte Narciſſi: *quem nulla volucris, Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.* Moxque: *Et lacrimis turbavit aquas.* Ne quis accedat viro Docto, qui mire amabat conjecturam ſuam *foliis umbrare.* Gronovius.

55. *Umbris ſinuatur amantibus undas.*] Non negabis quin ſcripta lectio magis ad verum, *ſcrutatur amantibus undas.* Bernart.

62. *Genitali luce.*] Id eſt, natali tuo. nam celebrantibus diem natalem mittebantur munera ab amicis. *Domitius.*

69. *Et*

Improba, ſed medius per honeſta, & dulcia limes
Incorrupte fidem, nulloſque experte tumultus,
Et ſecrete palam, qui digeris ordine vitam:
Idem auri facilis contemptor, & optimus idem
Comere divitias, opibuſque immittere lucem,
Hac longum florens animi, morumque juventa
Iliacos æquare ſenes, & vincere perſta,
Quos pater Elyſio, genitrix quos detulit annos,
Hoc illi duras exoravere ſorores:
Hoc, qua te ſub teſte, ſitum fugitura tacentem
Ardua magnanimi revireſcit gloria Blæſi.

PSIT-

69. *Et ſecrete palam, qui digeris ordine vitam.*] In vet. cod. teſte Calderino, legebatur, *Et ſatiare palam.* Unde fatetur ſe vulgatam, quæ nunc eſt, lectionem elicuiſſe. At ego non dubito, quin Statius ſcripſerit:

Exſatiate palam, qui digeris ordine vitam.

Exſatiatum ait vivere Meliorem, quemadmodum ſupra Pollium, *plenum vitæ* dixit:

—— dubio quem non in turbine rerum,
Deprendet ſuprema dies, ſed abire paratum
Ac plenum vita.

Sic Lucret.

Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?

Ex Ariſtot. apud Stobæum ſerm. 271. Ἐκ τοῦ βίου κράτιστον ἐστιν ἐξελθεῖν ὡς ἐκ συμποσίου, μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα. Id eſt, *Ex hac vita diſcedere tanquam ex convivio optimum eſt, neque ſitientem, neque ebrium.* Soſipater Chariſ. Grammat. *Satietas in omnibus rebus dicitur, ſaturitas in cibo tantum.* Gevartius.

71. *Opibuſque immittere lucem.*] *Opibus lucem immittere*, dicit de homine liberali & magnifico, qui non patiebatur pecunias ſuas arca concluſas in tenebris delitescere. Sic Claudianus Panegyr. Probini & Olybrii.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, ſed largior imbre,
Suevrat innumeras hominum ditare catervas.

Quem Papinius & Claudianus multis verſibus deſcribunt, eum Plautus in Perſa; uno verbo, *Argentiextenebronidem* dixit, id eſt qui *argentum extenebraret*, & in lucem produceret. Hæc enim vera lectio eſt, & falluntur viri docti, qui *argenti-exterebronides* ſupponunt ab *exterebrando*. Nam & verbo *extenebrare* Varro utitur, dum ait, *Atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes.* Sic Devonius, Daretis Phrygii interpres lib. 1. de Bello Trojano, de *Euma.* Gevart.

73. *Iliacos æquare ſenes.*] Compar ſententia Soterii Gallici: —— *Tu Troica dignus ſecula*, Tithonum & Priamum intelligit. Tithoni fabula notiſſima: de Priamo Martialis ad Poſthumum:

Jam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos.

Bernart.

76. *Sub teſte.*] Nam Melior ſingulis annis celebrabat convivium in monumentum Blæſi pueri ſui mortui de quo Mart. *quod donas facis ipſe Blæſianum.* quo loco plura diximus. *Hoc* rogavit, ut vivas. *Domit.*

2. *Hu-*

IV.

PSITTACUS ATEDII MELIORIS.

PSittace dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ:
Quis tua tam ſubito præcluſit murmura fatò?
Heſternas miſerande dapes moriturus iniſti
Nobiſcum, & gratæ carpentem munera menſæ,
Errantemque toris mediæ plus tempore noctis
Vidimus, affatus etiam meditataque verba
Reddideras, at nunc æterna ſilentia Lethes
Ille canorus habes. cedat Phaëtontia vulgi
Fabula, nec ſoli celebrant ſua funera cycni:
At tibi quanta domus rutila teſtudine fulgens?
Connexuſque ebori virgarum argenteus ordo?
Argutumque tuo ſtridentia limina cornu?
Et querulæ jam ſponte fores! vacat ille beatus

Car-

2. *Humanæ ſolers, &c.*] Pſittacum vocalem eſſe omnes ſciunt, modum inſtitutionis non omnes credo. tradit illum & plura ad hanc rem Apulejus Floridorum lib. II. *Bernart.*

7. *Meditata.*] Quæ didiceras. Fabula Phaëthontia, id eſt, Cycnus. nam Cycnus audito interitu Phaëthontis, dolore in avem ſui nominis converſus eſt. Cycnus autem antequam moriatur ſuaviſſimum cantum emittere dicitur. ea de cauſa dicatus eſt Phœbo deo vaticinii, ut ſcribit Cicero. Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator Cycnus funeris ipſe ſui.

Plin. hoc fabuloſum putat. Papinius ait pſittacum ſibi prædixiſſe mortem cantu, ut Cycni ſolent. *Domit.*

9. *Phaethontia.*] Phaëthon triſyllabum eſt. Varro per ſynæreſem protulit:

Tum te flagranti dejecit fulmine Phaëthon.

Sol (ut Euſtathius ſcribit, & Pherecydes) cum Rhode puella filia Aſopi concubuit, unde ſuſcepit filios, Phaëthontem, Æglem, Lamperiam, & Phaëthuſam. noſtri aliter ſcripſerunt. *Idem.*

Phaëtontia.] *Cygnus* Phaëtontis amator, poſt ejus obitum, diutino fletu in hanc avem mutatus fingitur, cygnum vero ſub mortem ſuaviſſime canere multos tradidiſſe, tritum eſt. *Bernartius.*

14. *Et querulæ jam ſponte fores.*] Ingenioſe Politianus hunc locum interpretatus eſt, *Querelæ*, inquit, jam *ſponte fores videntur*, quoniam quidem querulæ antea quoque, ſed non ſponte, quia brutorum voces etiam interdum querulæ dicuntur. Ita *queſtus avium*, dixit 4. Sylvar. ad Sever.

— nunc volucrum novi
Queſtus, inexpertumque carmen,
Quod tacita ſtatuere bruma.

Ait itaque Poëta caveam Pſittaci jam conqueri quod deſolata ſit. Eodem modo 5. Thebanidum avis, quem ſerpens

Carcer, & anguſti nuſquam convicia tecti.
Huc docta ſtipentur aves, quis nobile fandi
Ius Natura dedit. plangat Phœbeïus ales,
Auditaſque memor penitus demittere voces
Sturnus, & Aonio verſa certamine picæ;
Quique refert jungens iterata vocabula perdix,
Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.
Ferte ſimul gemitus, cognataque ducite flammis
Funera, & hoc cuncta miſerandum addiſcite carmen:
Occidit aëriæ celeberrima gloria gentis
Pſittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ.
Quem non gemmata volucris Junonia cauda

Vin-

pens rapuerat, *querulam domum*, vocat:

Illa redit, querulaque domus mirata quietem.

Gevartius.

15. *Et anguſti nuſquam.*] Decore. Nam ut Apulejus loco citato de Pſittaco ſcribit: *Si convitia docueris convitiabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis, hoc illi carmen eſt, hanc putat cantionem ubi omnia quæ didicit maledicta percenſuit, denuo repetit eandem cantilenam.* Bernart.

17. *Ales Phœbeius.*] Corvus. nam mira eſt docilitas corvorum, ut ſcribit Plin. hiſtoriamque refert de eo corvo qui ex nido ſupra ædem Caſtoris ad forum in proximam ſutrinam evolabat. Hic ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis Tiberium, Germanicum, Druſum, Cæſares nominatim ſalutabat: mox populum Romanum tranſeuntem. à quodam interfectus: qui plebis indignatione à vico illo expulſus & interemptus eſt: elatus duorum Æthiopum humeris, præcedente tibicine, ſparſis coronis, in via Appia ad ſecundum lapidem humatus eſt. *Domitius.*

19. *Sturnus.*] Et hic inter aves vocales immo Cæſares juvenes ſturnum & luſcinias Græco, atque Latino ſermone dociles, præterea meditantes in diem & aſſiduè nova loquentes, longiore etiam contextu, habuiſſe, author Plinius lib. x. cap. XLII. *Bernart.*

20. *Quique refert jungens iterata vocabula perdix.*] Dicam Papinio ſcribit vir doctus, quod dociles humanæ vocis Perdices tradat: at vero, *calculus omnis huc & illuc diverſus bicolorque digeratur, vincet candida turba nigriorem.* enimvero ut ſileam referri poſſe ad genuinam avis ejus vocem κακκαβίζειν, de qua Ariſtoteles aliique. Plutarchus in Sympoſiacis exerte tradit vocales aliquando inventas perdices. cui & aſſentitur Athenæus Dipnoſophiſt. lib. 9. ſcribens ſignate Adrianum Ariſtomenem Athenienſem, Libertum ſuum, veteris comœdiæ hiſtrionem, ſolitum vocare Atticam perdicem. *Bernart.*

21. *Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.*] Prognes fabulam notari nemini dubium eſſe poteſt, niſi, ſit ex iis qui ad primos adhuc magiſtros remittendi. at quid magis abſurdum inquiunt, quam hirundinem (quod Papinius facit) inter vocales aves referre? bona verba, boni viri. ſcimus pleroſque tradere, Prognem in hirundinem transformatam, ceterum aliter Græci, qui in Luſciniam mutatam tradunt. Probus videatur ad Bucolica Virgilii, &

vetus

Vinceret, aſpectu gelidi non Phaſidis ales,
Nec quas humenti Numidæ rapuere ſub Auſtro.
Ille ſalutator regum, nomenque locutus
Cæſareum, & queruli quondam vice functus amici:
Nunc conviva levis, monſtrataque reddere verba
Tam facilis: quo tu Melior dilecte recluſo
Nunquam ſolus eras. At non inglorius umbris
Mittitur: Aſſyrio cineres adolentur amomo,
Et tenues Arabum reſpirant germine plumæ,
Sicaniiſque crocis. ſenio nec feſſus inerti
Scandit odoratos Phœnix felicior ignes.

vetus Heſiodi Scholiaſtes. de Luſciniæ vero docilitate non repeto ea quæ ex Plinio ſuo loco notavi. quin & huic ſententiæ videtur aſtipulari Ovidius, dum ait:

Sola virum non ulta prius mœſtiſſima mater
Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.

Bernartius.

28. *Nec quas humenti Numidæ, &c.*] Eadem dixit Kal. Decembr.

Quas udo Numidæ legunt. ſub Auſtro.

Intelligit autem Statius Gallinas Numidicas, quæ etiam Meleagrides appellantur, teſte Plinio. Petronius:

Gallina tibi Numidica, tibi Gallus ſpado.

Gevartius.

37. *Phœnix.*] Nam (ut ſcribit Plini.) in Arabia avis: ut Manilius tradit, ſexcentum & ſexaginta annis vivit. moritura caſſiam & ſurculos thuris aliosque odores in nidum congerit, quem ſuccendit alarum plauſu: & illic ardet. ex cineribus alter oritur. *Domit.*

V.

LEO MANSUETUS IMP.

Quid tibi conſtrata manſueſcere profuit ira?
Quid ſcelus, humanaſque animo dediſcere cædes,
Imperiumque pati, & domino parere minori?
Quid? quod abire domo, rurſuſque in clauſtra reverti
Suetus, & à capta jam ſponte recedere præda,

In-

2. *Scelus.*] Sæviendi in homines. nam leo, ut Polybius Æmilianus Comas dicebat, in ſenecta præſertim homines appetit, cum feras perſequi non poſſit. viros potius quam fœminas, infantem nunquam niſi maxima fame. Teſtatur idem, ſe multos leones crucifixos vidiſſe in Africa, ut reliqui eo ſpectaculo à cæde deterrerentur. *Domitius.*

5. *Et à capta jam ſponte recedere præda.*] Quippe, ut alius poëta canit.

Magnanimo ſatis eſt hoſtem proſtraſſe Leoni.

contra

Inſertaſque manus laxo dimittere morſu?
Occidis altarum vaſtator docte ferarum,
Non grege Maſſylo, curvaque indagine clauſus,
Non formidato ſupra venabula ſaltu
Incitus, aut cæco foveæ deceptus hiatu;
Sed victus fugiente fera. ſtat cardine aperto
Infelix cavea, & clauſis circum undique portis,
Hoc licuiſſe nefas pavidi timuere leones,
Tunc cunctis cecidere jubæ, puduitque relatum
Aſpicere, & totas duxere in lumina frontes.
At te non primo fuſum novus obruit ictu
Ille pudor; manſere animi, virtuſque cadenti
A media jam morte redit. nec protinus omnes
Terga dedere minæ. ſicut ſibi conſcius alti
Vulneris, adverſum moriens it miles in hoſtem,
Attollitque manum, & ferro labente minatur;
Sic piger ille gradu, ſolitoque exutus honore
Firmat hians oculos, animamque, hoſtemque requirit.
Magna tamen ſubiti tecum ſolatia lethi
Victe feres, quod te mœſti, Populuſque Patreſque,
Ceu notus caderes triſti gladiator arena,
Ingemuere mori: magni quod Cæſaris ora

Inter

co[illegible]tra in prouerbiali verſu Heroïco.

Νεκρῶ σώματι λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

Ve[illegible] lepus exanimo ſolet inſultare leoni. Morellus.

8. *[illegible] Maſſylo.*] Multitudine Maſſyliorum venatorum. Nam Maſſylli populi Africæ ad occidentem leones miræ magnitudinis venatione capiunt. Mart[illegible]s:

Maſſyl[illegible] fama jugi.

Deceptus c[illegible] hiatu.] Fovea: nam Gætulus qu[illegible] d[illegible] ſcribit Plin.) veſte objecta in caput leonem foveis factis capiebat. *Fera [illegible]iente.*] Nimirum hic eſt ille leo, qui laceratus fuit è tigride in ſpectacu[illegible]s Domitiani. quem intelligis peracto morſu aufugiſſe. Martialis:

Lambere ſecuri dextram conſueta magiſtri,
Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo,
Sæva ferum rapido laceravit dente leonem.

Domitius.

17. *Ille novus pudor.*] Illa tigris novum & inauditum dedecus. *Idem.*

18. *A media jam, &c.*] Collecta virtute, ad ultionem ante obitum. Talia leguntur fine Thebaid. lib. VIII. de Tydeo; nec abſimilia de Entheocle l. XI. *Barthius.*

22. *Solito honore.*] Magnanimitati non ſufficiente corpore, ſed ſenſim collabente, & ſanguine fuſo formam turpante. *Idem.*

28. Sty

Inter tot Scythicas, Libycaſque, & littore Rheni,
Et Pharia de gente feras, quas perdere vile eſt,
Vnius amiſſi tetigit jactura leonis.

28. *Scythicas feras.*] Scythia pauca animalia gignit inopia fructuum, ut ſcribit Plini. ut Lybia inopia aquarum diverſas habet feras. nam ad unum fontem, diverſis convenientibus & illic coeuntibus, monſtroſa naſcuntur animalia. inde proverbium, Africam ſemper novi aliquid afferre. *Domit.*

29. *Et Pharia de gente feras.*] Priamus Homericus de Hectoris cæde ita quiritatur apud reliquos natos imbelles,

Σπεύσατέ μοι κακὰ τέκνα, κατηφόνες αἴθ' ἅμα πάντες
Ἕκτορος ὠφέλετ' ἀντὶ θοῆς ἐπὶ νηυσὶ πεφάσθαι.
Τῶν πάντων οὐ τόσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ. Ὡς ἑνός.

Ut Domitianus Leonem tanto effectu ingemuerit, quanto Priamus Hectorem, cujus *Unius amiſſi tetigit jactura* parentem. *Morellus.*

* VI.

*CONSOLATIO AD FLAVIUM URSUM DE AMISSIONE PUERI DELICATI.

SÆve nimis, lachrymis quiſquis diſcrimina ponis,
Lugendique modos. miſerum eſt primæva parenti
Pignora, ſurgenteſque nefas accendere natos:
Durum & deſerti prærepta conjuge, partem
Conclamare tori: mœſta & lamenta ſororum,
Et fratrum gemitus; arcte tamen, & procul intrat
Altius in ſenſus, majoraque vulnera vincit
Plaga minor. Famulum (quorum rerum omnia cæca
Sic miſcet Fortuna manu, nec pectora novit).

Sed

* *Epicedium Pileti Urſi.*] Rhod. *Conſolatio ad Flavium Ruffum de morte pueri delicati.* Salisb. *Conſolatio ad Flavium Urſum de amiſſione pueri delicati.* Quod admiſimus. Scribit quidem Plinius aliquoties ad Urſum, ſed nullo alio adjecto nomine, ut dubium ſit, an hic ſit ille. Videtur cliens Flaviæ domus aut ab ſe aut à patre fuiſſe. *Amiſſio* ἀφηρμοῦ. *Gronovius.*

3. *Accendere.*] S. rogum & celebrare funus. *Conclamare partem tori deſerti.*] Lugere amiſſam uxorem. *Domitius.*

6. *Et fratrum gemitus.*] D. Rex Hymnographus in Epicedio Jonathæ affinis. ἀλγῶ ἐπὶ σε ἀδελφέ μου. Catullus ad fratris manes.

Numquam ego te vita frater amabilior,
Aſpiciam poſt hac, at certe ſemper amabo:
Semper mœſta tua carmina morte canam. Morellus.

9. *Sic miſcet Fortuna manu nec pectora novit.*] Perperam Piccartus *movit* conjectat, ut habetque Rom. editio. Venit ſub acumen ſtili: *ſi miſcet Fortuna manu,*

nec

Sed famulum gemis, Urſe, pium: ſed amore, fideque
Has meritum lachrymas, cui major ſtemmate juncto
Libertas ex mente fuit. ne comprime fletus,
Ne pudeat: rumpat frenos dolor iſte, Deiſque
(Si tam dura placent,) hominem gemis (hei mihi! ſubdo
Ipſe

nec pectora movit. Non ſi fortuna bonos, malos perdigna, indigna miſcet, ſi ex homine animi ingenui ſervum facit, mentemque liberalem addicto veſtit corpore, propterea contagione illa etiam pectora moverit, naturamque ipſam cum ſtatu commutaverit. *Gronovius in Diatr. c.* 21. *Nec pectora movit.*] *Fortunam pectora non moviſſe*, ait Domitius, hic dictum, quia nulla mota eſt miſericordia. mihi placet cum aliis ſcribere:

—— nec pectora novit.

Dicit enim Poëta fortunam non agere *καρδιογνώστην*, nec attendere ad voluntatem hominum, & videre quid illi malint. ita Hercule Surrent. dixit:

— ſi mores humanaque pectora curæ
Noſſe Deis. — Gevart.

11. *Cui major ſtemmate.*] *Junctum ſtemma* omnem eſt propinquus nobilitatis gradus, quo aliquem contingimus, ſed longa ſerie continnuatum ſtemma. Vide *Obſerv. Gronov. l.* 2. *c.* 3.

12. *Libertas ex mente fuit.*] *Junctum ſtemma* quidam interpretantur libertatem ab Urſo datam. Bernartius mutat & legit *juſta Libertas.* Inepte. Nam *junctum ſtemma* hic poſuit, pro propinquo nobilitatis gradu, quo aliquem contingimus. Ita 2. Theb. *ſanguinem junctum* dixit:

— tibi larga (Pelops & Tantalus auctor)
Nobilitas, propiorque fluat de ſanguine juncto
Juppiter. —

Malim etiam legere litterula addita, *fluit*, pro *fuit*.

Libertas ex mente fluit.

Fluere enim proprie in ea re dicitur. Stat. ſupra.

— propiorque fluat de ſanguine juncto
Juppiter. Idem.

13. *Rumpat frænos dolor iſte, Deiſque.*] Locus hic obſcuriſſimus. Quorſum enim τὸ *Deiſque* referas? nonnulli parentheſin demunt, & τὸ *ſi*, hic *ſiquidem* interpretantur, ut ſenſus ſit: *ſiquidem Diis tam dura placent.* Ego recenta parentheſi, malo dicere Apoſiopeſin hic latere. Incitat enim Urſum ad dolendum, hortaturque ut frænos dolori laxet, & Deos accuſet quod puerum tam egregium, adeo immatura morte abſtulerit. Itaque cum ait, *Deiſque* ſubaudi, *convicia inferas*, aut quid ſimile. Vel lege *Deoſque.*

— rumpat frænos dolor iſte Deoſque,

Deos rumpe, id eſt Deorum invidiam contemne, vel fortiter feras. Sic Epiced. Glauciæ dixit:

— felix homineſque Deoſque,
Et dubios caſus, & cæca lubrica vitæ
Effugit.

Idem.

14. *Si tam dura placent, &c.*] Vera ſcriptura eſt: *Deiſne Hei tam dura placent? hominem gemis! hei mihi! ſubdo Ipſe faces, &c.* Summa ars excellentiſſimi Poëtæ eſt, quod periodos breves velut ſingultibus interſtinguit. *Ei* in vett. lib. ſcriptum fuerat, ut aſſolet, pro *Hei*, id in *Si* degeneravit. Inſanum dolendo & plangendo Invidiam Diis ſe facere credebant ſtulti gentiles. Ad hoc ergo Urſum hortatur Poëta & faces dolori addit: omnem modum excedat iſta comploratio, iſte planctus. Videant dii, quam ipſis dura placuerint, quam ſævi fuerint, quam injuſti. vide. *Gron. Diatr. c.* 21. *Hominem gemis.*] Pro famulo, eadem notione qua Galli dicunt, *Mon homme.* & hanc phraſim è medio Latio petitam non Papinius ſolum locuples fidejuſſor, ſed ipſe Cicero oratione pro Quinto,

Ipſe faces) hominem, Urſe, tuum, cui dulce volenti
Servitium, cui triſte nihil: qui ſponte, ſibique
Imperioſus erat. Quiſnam hæc in funera miſſos
Caſtiget luctus? gemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidoſque canes flevere Moloſſi,
Et volucres habuere rogum, cervuſque Maronis,
Quid ſi nec famulus? vidi ipſe habituſque notavi
Te tantum cupientis herum; ſed major in ore
Spiritus, & tenero manifeſti in ſanguine mores.
Optarent multum Grajæ, cuperentque Latinæ
Sic peperiſſe nurus. Non talem Creſſa, ſuperbum
Callida ſollicito revocavit Theſea filo.
Nec Paris Oebalios talis viſurus amores
Ruſticus, invitas dejecit in æquora pinus.
Non fallo, aut cantus aſſueta licentia ducit:
Vidi, & adhuc video, qualem nec bella caventem

Littore

Quinto: *hominem P. Quintii deprehendus in publicum, conaris abducere.* Catullus:

> —— *comparaſti*
> *Ad lecticam homines.* ——

Bernartius.

19. *Parthus equum.*] Parthia non admodum magna fuit. nemotoſa eſt & montana, Tiberii temporibus latos occupaverat fines. nam ad Caſpias uſque portas Aragos & Rapiros erat propagata. De Parthorum moribus propriam ſcripſit hiſtoriam Strabo, quæ non extat. Parthi exules dicuntur eorum lingua, ut Trogus ſcribit. *Domitius.*

21. *Quid ſi nec famulus.*] Hactenus excuſavit lacrymas tanquam miſſas in funere ſervi nunc contendit eum fuiſſe liberum, etſi fortuna erat ſervili. *Te tantum.*] Qui te ſolum herum potuiſſet pati. *Domitius.*

30. *Nec bella caventem.*] Inſignem ſane injuriam fortiſſimo Heroum Achilli, hic factum ivit Domitius, dum ipſum *bella caventem* introduxit. *Inemendati codices, inquit, habent* CANENTEM, *nos,* CAVENTEM *legimus., nam in Scyro inſula latuit, ut bellum vitaret.* Hæc Domitius, ubi ecce fatetur ſeſe hunc locum interpolaſſe. At ô bone. Achilleſne *bella cavit?* Imo vero ille in Scyrum contra mentem ſuam à matre detruſus bella ardentiſſime appetiit, unde tandem ad bellum Trojanum, Ulyſſis tuba excitus, invita matre prorupit. Nihil certius quam veterem ſcripturam, quæ hactenus ex omnibus editionibus exulavit, recipiendam eſſe, & *bella canentem* reſtituendum: qua lectione nihil elegantius dici poteſt. Achilles enim Muſicus fuit, & puer cytharam pulſare didicit à Chirone Centauro. Claudian. 3. Conſ. Honorii:

> —— *non ocius hauſit Achilles*
> *Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,*
> *Sive lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.*

Noſter 5. Sylvar. Epiced. patris:

> *Quique tubas acres, lituoſque audire volentem*
> *Æaciden, alio frangebat carmine Chiron,*

Quin etiam 2. Achilleid. introducit

Achil-

Littore virgineo Thetis occultavit Achillem.
Nec circum ſævi fugientem mœnia Phœbi
Troilon Æmoniæ deprendit lancea dextræ.
Qualis erat (procul heu!) cunctis puerisque, viriſque
Pulchrior, & tantum domino minor! illius unus
Ante decor, quantum præcedit clara minores
Luna faces, quantumque alios premit Heſperus ignes.
Non tibi fœmineum vultu decus, oraque ſupra
Mollis honos, quales dubiæ poſt crimina formæ
De ſexu tranſire jubent: parvoque virilis
Gratia, nec petulans acies, blandique ſevero
Igne oculi. qualis belli jam caſſide miſſa
Parthenopæus erat: ſimplexque horrore decoro
Crinis, & obſeſſæ nondum, primoque micantes
Flore genæ: talem Ledæo gurgite pubem
Educat Eurotas, teneri ſic integer ævi
Elin adit, primoſque Jovi puer approbat annos.
Nam pudor inde novæ mentis, tranquillaque morum

Tem-

Achillem inter virgines. in Scyro inſula cithara canentem:

—— modo dulcia notæ
Filalyræ, tenueſque modos, & carmina
monſtrat, &c.

Gevartius.

3[illegible] *Heſperus.*] Atlantis filius cum A[illegible] montis cacumen aſcendiſſet, ut [illegible] curſus obſervaret, ſubito v[illegible] turbine raptus eſt: à populis ver[illegible]quibus erat jocundiſſimus ob excellentem [illegible]ſtitiam & humanitatem, cœlo eſt d[illegible], & receptum ut ſtella ab Heſpero [illegible]perus vocaretur. *Diodorus.*

39. *Dubiæ formæ.*] Nam ſpado dubium eſt ex [illegible]ie, vir ne ſit an mulier. *Tranſire de* [illegible]*xu.*] Quod faciunt ſpadones. *Jam c*[illegible]*e viſa.*] Cum jam tractaret arma. *Domitius.*

42. *Ca*[illegible]*e viſa.*] Certo certius *miſſæ* legendum ex cod. Senenſi, quo modo & alii locum reſtituendum eſſe, jam monuerunt. *Miſſa caſſide*, id eſt, *demiſſa, depoſita, laxata.* Qualis autem fuerit Parthenopæus depoſita caſſide, dicit ipſe Statius 9. Thebaid. ubi Parthenopæi arma deſcribit:

—— aſt ubi pugna
Caſſis anhela calet, reſolutus vertice
nudus
Exuitur, &c.

Gevart.

46. *Eurotas.*] Laconiæ fluvius ex monte Mænalio fontes ducit, ut ſcribit Callimachus. Alpheo confunditur, rurſuſque diſcedit; ripæ Tauro opacantur. tam virilis (inquit) forma erat Pileto, quam ſolet eſſe in pueris Lacedæmoniis, qui ab ineunte ætate laboribus durantur. *Elin.*] Id eſt, ludos Olympiacos. Eleorum rex Augeas fuit, qui ad Trojam quadraginta naves miſit. Elei præfuerunt in Olympico certamine à prima Olympiade, in qua Chorœbus palmam obtinuit, uſque ad vigeſimam ſextam. Piſa deinde ludorum poſſeſſionem ſibi vindicavit: rurſus tamen Elei facti domini. *Domit.*

Temperies, teneroque animus maturior ævo,
Carmina quæ donaſſe queant? Sæpe ille volentem
Caſtigabat herum, ſtudioque altiſque juvabat
Conſiliis, tecum triſtiſque, hilariſque, nec unquam
Ille ſuus, vultumque tuo ſumebat ab ore.
Dignus & Æmonium Pyladen præcedere fama,
Cecropiamque fidem, ſed laudum terminus eſto,
Quem fortuna finit: non mente fidelior ægra,
Speravit tardi reditus Eumæus Ulyſſis.
Quis Deus, aut quiſnam tam triſtia vulnera caſus
Eligit? unde manus fatis tam certa nocendi?
O quam divitiis cenſuque exutus opimo
Fortior, Urſe, fores! ſi vel fumante ruina
Ructaſſent dites Veſuvina incendia Locros,

Seu

50. *Carmine quo donaſſe queam.*] In veteri libro Lindenbrogiano fuit: *Carmina quæ donaſſe queant.* Difficilis locus quem nemo expoſitorum tentavit. Nec Domitius quidem, qui cum Bantilla ſua lectione multum tamen in obſcuro caterus Poëta vidit. Meo animo reliquit Papinius:

Nam pudor inde novæ mentis, tranquillaque morum
Temperies, teneroque animus maturior ævo,
Carmina quæ non feſſa premant? Sæpe ille volentem.

Recepit Lindebrogianam ſcripturam in contextum ſermonis doctiſſimus Gevartius. Sed ea nihil dicit. Si vero recipienda eſſet, accuſandi caſu priores duo iſti verſus forent concipiendi, quæ abſurda ſit mutatio. Hac autem emendatione omnia ſuo pede ingrediuntur. *Barthius.*

52. *Tecum triſtiſque hilariſque, nec unquam, Ille ſuus.*] Hac præcipua virtute ὁμονοίας Achilles Patroclum ſuum in Libaniana Ethopœiæ queſtibus commendat: & apud Homerum Phœnicem commonefacit, Ilia. x.

— οὐδέ τί σε χρὴ
Τὸν φιλέειν, ἵνα μή μοι ἀπέχθηαι φιλέοντι.
Καλόν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κήδειν ὅς κε μοι κήδῃ.

quod ſic verti;

— *amare Hunc te non decuit, mihi ne eſſes ſævus amanti.*
Æquum eſt me graviter vexantem ut tu quoque vexes.

Morellus.

55. *Sed laudum terminus eſto, &c.*] Legendum eſt per interjectionem: ut dicat, non excedamus terminum ejus conditionis. nam fuit ſervus. nec comparari poteſt ejus amicitia Achilli & Patroclo, aut Theſeo & Pirithoo hominibus liberis: ſed comparat amori ſervi erga dominum, ut Eumæi erga Ulyſſem. nam Eumæus Cteſſii filius Ormeni, Syrus emptus à Laerte in agro, magna fide fuit in adventum uſque Ulyxis, quem unice diligebat. *Domit.*

62. *Locros.*] Locri in Bœotia. Opuntii ab Opunte oppido Patrocli patria. Locri item Epicnemidii in eadem Bœotia à Cnemide monte dicti. Locri præterea Ozolæ, à malo odore, quem Taphoſus mons proximus emittit. Locri denique Zephyrii in Brutiis à Zephyrio pro-

Seu Pollentinos merſiſſent flumina ſaltus :
Seu Lucanus ager, ſeu Tybridis impetus, altas
In dextrum torſiſſet aquas, paterere ſerena
Fronte Deos : ſive alma fidem, meſſeſque negaſſet
Cretaque, Cyreneque, & qua tibi cunque beato
Larga redit Fortuna ſinu. ſed gnara dolorum
Invidia infelix, animi vitalia vidit,
Lædendique vias, vitæ modo carmen adultæ
Nectere tentabat juvenum pulcherrimus ille;
Cum tribus Eleis unam Trieterida luſtris :
Attendit torvo triſtis Rhamnuſia vultu:
Ac primum implevitque toros, oculiſque nitorem
Addidit, & ſolito ſublimius ora levavit.
Heu miſero letale favens, ſeſeque videndo
Torſit, & Invidiam, Mortemque, amplexa, jacenti
Injecit nexus, carpſitque immitis adunca
Ora verenda manu, quinta vix Phoſphoros hora

Roran-

promontorio dicti, de quibus nunc ſenſit. *Polentinos ſaltus.*] Polentia in altera ex Balearibus inſulis, ejuſdem nominis ad radices Alpium lanis nigris nobilis, ut ſcribit Plin. de hac Papinius. *Domit.*

65. *In dextram torſiſſet.*] Rhod. & Sal. me... *In dextrum.* Puta, latus. Theb. 2. *In lævum prona* urna Inachus. *Ib.* 10. *huic languida cervix In lævum ... Deo.* Gronov.

... Gnara dolorum Invidia infelix, animi vitalia vidit.] Eadem apud Ovid. Metam. 2.

— *hamatis præcordia ſentibus implet,*
Inſpiratque nocens virus, piceumque per oſſa
Diſſipat, & medio ſpargit pulmone venenum.

Pindarus Olymp. 8. cavet ſibi ab illius ſaxo aſpero,

Μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.

Morellus.

70. *Modo carmen adultæ.*] Fortaſſe: cardine. Ut Thebaid. 10. *fatorum cardine in ſummo.* Gronov.

72. *Cum tribus, &c.*] Elegantiſſima Periphraſi indicat Urſum octodecim annorum fuiſſe. *Barnart.*

76. *Heu miſero lethale favens.*] Ad Parœmiam, εὔνους σφαγεύς, benevolens cæſor. Georg. Piſides in Coſmurgia de Satanæ illecebris,

Σφαγεὺς ἀσπαστικὸς, καὶ φονεὺς συνεργάτης.
Jugulum petens blande, enecans quos adjuvat.

Morellus.

79. *Quinta vix Phoſphoros hora.*] Indicat ſub auroram ſeu prima luce obiiſſe. Cicero de Natura Deor. lib. II. *Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris quæ* Φωσφόρος *Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur ſolem, cum ſubſequitur autem Heſperus.* ſcite eadem enim ſtella & mane & veſperi oritur. Tragicus Medea :

Et tu quæ gemini prævia temporis
Tarde ſtella redis ſemper amantibus.

Bernartius.

VII.

GENETHLIACON LUCANI.

Lucani proprium diem frequentet,
Quiſquis collibus Iſthmiæ Diones
Docto pectora concitatus œſtro,
Pendentis bibit ungulæ liquorem.
Ipſi, quos penes eſt honor canendi,
Vocalis citharæ repertor Arcas,
Et tu Baſſaridum rotator Euan,
Et Pæan, & Hyantiæ ſorores,
Lætæ purpureas novate vittas.
Crinem comite, candidamque veſtem

Ter-

1. *Lucani proprium.*] Proprius & ſuus cujuſque dies eſt natalis, ἀρχὴ τῆς γενέσεως τῆς ἑκάστου, ἡ ἡμέρα ἐφ' ἧς ἐγένετο, ut ſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐν μεθόδῳ γενεθλιακῶν. Nonnus Panopolitanus ἦμαρ λοχείην à puerperio nuncupat. Ovid. 5. Triſt. El. 6. Feſtam lucem. Et

Aſſuetum domini natalis honorem.

De natalium reg: celebritate apud Perſas Plato 1. Alcibiad. βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ἀσία. Natalitii etiam ludi Romæ in Illuſtrium virorum & Impp. natalibus editi. ut C. Jul. Cæſ. A.D.IV.Id.Jul. Titi Cæſ. A.D.IX. Kal. Jan. *Morellus.*

2. *Iſthmiæ Diones.*] De fonte Pirene intelligit, de quo ante diximus. Is ad Acrocorinthum in Iſthmo ſacer Muſis. montis vertex habet ædem ſacram Veneris. Papinius appellat Pirenem fontem ungulæ pendentis: quoniam (ut ſcribit Strabo) Pegaſus alatus equus illic bibens deprehenſus eſt à Bellerophonte. *Diones Iſthmiæ.*] Veneris Acrocorinthiæ. *Pendentis.*] Id eſt volantis. collis autem excelſus eſt ad tria ſtadia. *Domitius.*

7. *Et tu Baſſarid. rotator Euan.*] Orpheus in hymn. Διονύσου Βασσαρέως,

Ἐλθὲ μάκαρ Διόνυσε πυρίσπορε, ταυρομέτωπε,
Βάσσαρε καὶ Βάκχε.

Horat. 1. car. 18.

Non ego te, candide Baſſare,
Invitum quatiam.

Baſſarides ejus antiſtitæ, Perſ. 1. Sat. Nominis rationem malim cum Phornuto referre ad τὸ βάζειν, vociferari, unde βάξις vox: quam ad veſtis talaris Baſſaris dictæ uſum. *Morellus.*

8. *Et Hyantiæ ſor.*] Adr. Ternebus v. c. l. 1. Adv. c. 23. ait ſe Hyanteam aquam alicubi legiſſe pro Hippocrene. An hujus verſiculi umbra tanti viri animo obverſabatur? An vero hic eruditus poëta ab Hyantibus, Bœotiæ populis, per Hyantias ſorores nymphas ſeu aquas fontis caballini innuit? an potius earum præſides Muſas? Quid ſi cui veniret in mentem Iantidas ſine aſpiratione nuncupari Camœnas, quaſi Violantillas nymphas, à violis quas ἴα Græci vocant? unde ἰοστεφάνους Μούσας dixit Theognis, ut violis redimitas, quæ etiam purpureis hiſce vittis reſpondeant. Ita Violantilla Stellæ uxor (utriuſque ἐπιθαλάμιον Papinius noſter celebravit) Iantis vocatur à Martiali libro 1. Epigramm. 21. Verendum tamen ne quis nimis naſutus hoc ad λαυκοὺς φρένας referat. *Idem.*

14. *Ant*

Perfundant ederæ recentiores.
Docti largius evagentur amnes,
Et plus Aoniæ virete ſylvæ.
Et ſi qua patet, aut diem recepit,
Sertis mollibus expleatur umbra.
Centum Theſpiacis odora lucis
Stent altaria, victimaque centum,
Quas Dirce lavat, aut alit Citharon.
Lucanum canimus, favete linguis,
Veſtra eſt iſta dies, favete Muſæ.
Dum qui vos geminas tulit per artes
Et vincta pede vocis, & ſolutæ,
Romanæ colitur chori ſacerdos.
Felix heu nimis, & beata tellus,

Qua

14. *Aut diem recepit.*] Hæc germana lectio eſt: altera quæ pateram parum ſobriam porrigit, explodenda. Si quâ, inquit ἐπιρρηματικῶς, non frondeſcant arbores, ut ſit hiatus & lacuna, quæ lucem admittat, qua ſol inſertim fundat radios per minus opaca. quo modo rareſcant umbræ, ut loquitur ipſe Statius 1. Achill.

P[illegible] & Aoniæ jaculis rareſcitis umbræ.

Porro τὸ *Recipere diem*, Seneca Tragicus propriè dixit de Caſſandra in deliquio [illegible] connivente,

—— [illegible] recipit diem Marcente vultu.

Mo[illegible]s.

16. [illegible]*acis.*] Theſpiæ ad Heliconem [illegible], ubi eſt conſecrata Muſis ædes, [illegible]e cabalinus. locum nobilitavit [illegible]s ſignum à Praxitele ſculptum, [illegible] Glycerium meretrix Theſpienſibus dono dedit. *Domit.*

20. *V[illegible] iſta dies.*] Veteres olim dies [illegible]bus ſingulari quadam voluptate afficiebantur aut alias memorabile quiddam ipſis accidebat, *ſuos* appel[illegible]. Unde Formula erat: *Hic meus eſt dies.* Corn. Severus, apud Senec. Rhet. Suaſor. 2. de militibus epulantibus,

—— ſtratique per herbam
Hic MEUS EST, *dixere*, DIES.

Martial. l. 10. Ep. 59.

Hic mihi, QUANDO DIES MEUS EST, *jactamur in alto*
Urbis, & in ſterili vita labore perit.

Seneca Medea:

Perfruere lento ſcelere: ne propera dolor.
MEUS DIES EST: *tempore accepto utimur.*

Gevartius.

22. *Et vinctæ pede vocis & ſolutæ.*] Ita omnino legendum. Vulgo male: *Et junctæ* &c. Tibull. ad Meſſall.

—— quinque canent vincto pede ſive ſolute.

Noſter Epiced. Patris:

—— ſive orſa libebat
Aoniis vincire modis; ſeu voce ſoluta
Spargere. Idem.

24. *Felix.*] Adverſio eſt ad Cordubam patriam Lucani: quæ in Hiſpania Bætica eſt. *Premat meatus.*] Declives vias in occaſum Hyperionis. Hyperion Solis & Lunæ pater fuit, ut ſcribit Diodorus. pro Sole tamen accipitur, nomenque habet (ut nonnulli Græcorum ſentiunt) παρὰ τὸ ὑπεράνω ἰέναι, id eſt à ſuperno curſu. *Domit.*

 28. *Tri-*

Arbor, & hæc dura latebroſa cubilia nymphæ
Tu ſaltem declivis ama, preme frondibus undam:
Illa quidem meruit; ſed ne precor igne ſuperno
Æſtuet, aut dura feriatur grandine, tantum
Spargere tu laticem, & foliis turbare memento.
Tunc ego teque diu recolam, dominamque benignæ
Sedis, & illæſa tutabor utramque ſenecta.
Et Jovis, & Phœbi frondes, & diſcolor umbra
Populus, & noſtræ ſtupeant tua germina pinus.
Sic ait, illa Dei veteres animata calores
Uberibus ſtagnis, obliquo pendula trunco
Incubat, atque umbris ſcrutatur amantibus undas,
Sperat & amplexus, ſed aquarum ſpiritus arcet,
Nec patitur tactus: tandem eluctata ſub auras,
Libratur fundo, rurſuſque enode cacumen
Ingenioſa levat, veluti deſcendat in imos
Stirpe lacus alia, jam nec Phœbeia Nais
Odit, & excluſos invitat gurgite ramos.
Hæc tibi parva quidem geniali luce paramus
Dona, ſed ingenti forſan victura ſub ævo.
Tu cujus placido poſuere in pectore ſedem
Blandus Honos, hilariſque (tamen cum pondere) Virtus:
Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia, nec ſpes
Improba,

46. *Meruit.*] Feriri igne ſuperno. Novem dii fulmina mittunt; ut docent Tuſchorum litteræ. Sunt autem undecim fulminum genera: quorum octo dii ſingula habebant, Jovi terna. Romani duos tantum deos fulmina jacere dixerunt, Jovem diurna, Summanum nocturna. *Domitius.*

48. *Turbare.*] Soli tibi hoc permiſſum ſit. Sane hoc vitari non poterat. Itaque poteſtatem hanc largitur Arbori Pan, quam adimere non poterat. Ita tamen ut ab reliquis moleſtiis eandem tutaretur. Non placet hic mutari quicquam, nec *Umbrare* reponere & *Latices*, cum Joh. Iſacio Pontano, qui correctionibus ſuis in hunc Poëtam parum profecit. *Barthius.* *Et foliis turbare.*] Imitatur Ovidium de fonte Narciſſi: *quem nulla volucris, Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.* Moxque: *Et lacrimis turbavit aquas.* Ne quis accedat viro Docto, qui mire amabat conjecturam ſuam *foliis umbrare.* Gronovius.

55. *Umbris ſinuatur amantibus undas.*] Non negabis quin ſcripta lectio magis ad verum, *ſcrutatur amantibus undas.* Bernart.

62. *Genitali luce.*] Id eſt, natali tuo. nam celebrantibus diem natalem mittebantur munera ab amicis. *Domitius.*

69. *Et*

Improba, ſed medius per honeſta, & dulcia limes
Incorrupte fidem, nulloſque experte tumultus,
Et ſecrete palam, qui digeris ordine vitam:
Idem auri facilis contemptor, & optimus idem
Comere divitias, opibuſque immittere lucem,
Hac longum florens animi, morumque juventa
Iliacos æquare ſenes, & vincere perſta,
Quos pater Elyſio, genitrix quos detulit annos,
Hoc illi duras exoravere ſorores:
Hoc, quæ te ſub teſte, ſitum fugitura tacentem
Ardua magnanimi revireſcit gloria Blaſi.

PSIT-

69. *Et ſecrete palam, qui digeris ordine vitam.*] In vet. cod. teſte Calderino, legebatur, *Et ſatiare palam.* Unde fatetur ſe vulgatam, quæ nunc eſt, lectionem elicuiſſe. At ego non dubito, quin Statius ſcripſerit:

Exſatiate palam, qui digeris ordine vitam.

Exſatiatum ait vivere Meliorem, quemadmodum ſupra Pollium, *plenum vita* dixit:

—— dubio quem non in turbine rerum,
Deprendet ſuprema dies, ſed abire paratum
Ac plenum vita.

Sic Lucret.

Cur non ut plenus vita conviva recedis?

Ex Ariſtot. apud Stobæum ſerm. 271. Ἐκ τοῦ βίου κράτιστον ἐστιν ἐξελθεῖν ὡς ἐκ συμποσίου, μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα. Id eſt, *Ex hac vita diſcedere tanquam ex convivio optimum eſt, neque ſitientem, neque ebrium.* Soſipater Chariſ. Grammat. *Satietas in omnibus rebus dicitur, ſaturitas in cibo tantum.* Gevartius.

71. *Opibuſque imittere lucem.*] *Opibus lucem immittere*, dicit de homine liberali & magnifico, qui non patiebatur pecunias ſuas arca concluſas in tenebris deliteſcere. Sic Claudianus Panegyr. Probini & Olybrii.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, ſed largior imbre,
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.

Quem Papinius & Claudianus multis verſibus deſcribunt, eum Plautus in Perſa; uno verbo, *Argentiextenebronidem* dixit, id eſt qui *argentum extenebraret*, & in lucem produceret. Hæc enim vera lectio eſt, & falluntur viri docti, qui *argenti-exterebronides* ſupponunt ab *exterebrando.* Nam & verbo *extenebrare* Varro utitur, dum ait, *Atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes.* Sic Devonius, Daretis Phrygii interpres lib. 1. de Bello Trojano, de *Emma.* Gevart.

73. *Iliacos æquare ſenes.*] Compar ſententia Soterii Gallici: *—— Tu Troica dignus ſecula*, Tithonum & Priamum intelligit. Tithoni fabula notiſſima: de Priamo Martialis ad Poſthumum:

Jam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos.

Bernart.

76. *Sub teſte.*] Nam Melior ſingulis annis celebrabat convivium in monumentum Blæſi pueri ſui mortui de quo Mart. *quod donat facis ipſe Blæſianum.* quo loco plura diximus. *Hoc rogavit, ut vivas.* Domit.

 2. Hu-

IV.

PSITTACUS ATEDII MELIORIS.

Pſittace dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ:
Quis tua tam ſubito præcluſit murmura fato?
Heſternas miſerande dapes moriturus iniſti
Nobiſcum, & gratæ carpentem munera menſæ,
Errantemque toris mediæ plus tempore noctis
Vidimus, affatus etiam meditataque verba
Reddideras, at nunc æterna ſilentia Lethes
Ille canorus habes. cedat Phaëtontia vulgi
Fabula, nec ſoli celebrant ſua funera cycni:
At tibi quanta domus rutila teſtudine fulgens?
Connexuſque ebori virgarum argenteus ordo?
Argutumque tuo ſtridentia limina cornu?
Et querulæ jam ſponte fores! vacat ille beatus

Car-

2. *Humanæ ſolers, &c.*] Pſittacum vocalem eſſe omnes ſciunt, modum inſtitutionis non omnes credo. tradit illum & plura ad hanc rem Apulejus Floridorum lib. 11. *Bernart.*

7. *Meditata.*] Quæ didiceras. Fabula Phaëthontia, id eſt, Cycnus. nam Cycnus audito interitu Phaëthontis, dolore in avem ſui nominis converſus eſt. Cycnus autem antequam moriatur ſuaviſſimum cantum emittere dicitur. ea de cauſa dicatus eſt Phœbo deo vaticinii, ut ſcribit Cicero. Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator Cycnus funeris ipſe ſui.

Plin. hoc fabuloſum putat. Papinius ait pſittacum ſibi prædixiſſe mortem cantu, ut Cycni ſolent. *Domit.*

9. *Phaëthontia.*] Phaëthon triſyllabum eſt. Varro per ſynæreſem protulit:

Tum tè flagranti dejecit fulmine Phaëthon.

Sol (ut Euſtathius ſcribit, & Pherecydes) cum Rhode puella filia Aſopi concubuit, unde ſuſcepit filios, Phaëthontem, Æglem, Lampetiam, & Phaëthuſam. noſtri aliter ſcripſerunt. *Idem.* *Phaëtontia.*] *Cygnus* Phaëtontis amator, poſt ejus obitum, diutino fletu in hanc avem mutatus fingitur, cygnum vero ſub mortem ſuaviſſime canere multos tradidiſſe, tritum eſt. *Bernartius.*

14. *Et querulæ jam ſponte fores.*] Ingenioſe Politianus hunc locum interpretatus eſt, *Querelæ*, inquit, jam *ſponte fores videntur*, quoniam quidem querulæ antea quoque, ſed non ſponte, quia brutorum voces etiam interdum querulæ dicuntur. Ita *queſtus avium*, dixit 4. Sylvar. ad Sever.

—— nunc volucrum novi
Queſtus, inexpertumque carmen.
Quod tacita ſtatuere bruma.

Ait itaque Poëta caveam Pſittaci jam conqueri quod deſolata ſit. Eodem modo 5. Thebanidum avis, quem ſerpens

Carcer, & auguſti nuſquam convicia tecti.
Huc docta ſtipentur aves, quis nobile fandi
Ius Natura dedit. plangat Phœbëius ales,
Auditaſque memor penitus demittere voces
Sturnus, & Aonio verſa certamine pica;
Quique refert jungens iterata vocabula perdix,
Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.
Ferte ſimul gemitus, cognataque ducite flammis
Funera, & hoc cuncta miſerandum addiſcite carmen:
Occidit aëriæ celeberrima gloria gentis
Pſittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ.
Quem non gemmata volucris Junonia cauda

Vin-

pens rapuerat, *querulam domum*, vocat:

Illa redit, querulæque domus mirata quietem.

Gevartius.

15. *Et anguſti nuſquam.*] Decore. Nam ut Apulejus loco citato de Pſittaco ſcribit: *Si convitia docueris convitiabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis, hoc illi carmen eſt, hanc putat cantionem ubi omnia quæ didicit maledicta percenſuit, denuo repetit eandem cantilenam.* Bernart.

17. *Ales Phœbeius.*] Corvus. nam mira eſt docilitas corvorum, ut ſcribit Plin. hiſtoriamque refert de eo corvo qui ex nido ſupra ædem Caſtoris ad forum in proximam ſutrinam evolabat. Hic ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis Tiberium, Germanicum, Druſum, Cæſares nominatim ſalutabat: mox populum Romanum tranſeuntem. à quodam interfectus: qui plebis indignatione à vico illo expulſus & interemptus eſt: elatus duorum Æthiopum humeris, præcedente tibicine, ſparſis coronis, in via Appia ad ſecundum lapidem humatus eſt. *Domitius.*

19. *Sturnus.*] Et hic inter aves vocales immo Cæſares juvenes ſturnum & luſcinias Græco, atque Latino ſermone dociles, præterea meditantes in diem & aſſiduè nova loquentes, longiore etiam contextu, habuiſſe, author Plinius lib. x. cap. XLII. *Bernart.*

20. *Quique refert jungens iterata vocabula perdix.*] Dicam Papinio ſcribit vir doctus, quod dociles humanæ vocis Perdices tradat: at vero, *calculus omnis huc & illuc diverſus bicolorque digeratur, vincet candida turba nigriorem.* enimvero ut ſileam referri poſſe ad genuinam avis ejus vocem κακκαβίζειν, de qua Ariſtoteles aliique. Plutarchus in Sympoſiacis exerte tradit vocales aliquando inventas perdices. cui & aſſentitur Athenæus Dipnoſophiſt. lib. 9. ſcribens ſignate Adrianum Ariſtomenem Athenienſem, Libertum ſuum, veteris comœdiæ hiſtrionem, ſolitum vocare Atticam perdicem. *Bernart.*

21. *Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.*] Prognes fabulam notari nemini dubium eſſe poteſt, niſi, ſit ex iis qui ad primos adhuc magiſtros remittendi. at quid magis abſurdum inquiunt, quam hirundinem (quod Papinius facit) inter vocales aves referre? bona verba, boni viri. ſcimus pleroſque tradere, Prognem in hirundinem transformatam, ceterum aliter Græci, qui in Luſciniam mutatam tradunt. Probus videatur ad Bucolica Virgilii, & vetus

IV.

PSITTACUS ATEDII MELIORIS.

Pſittace dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ:
Quis tua tam ſubito præcluſit murmura fato?
Heſternas miſerande dapes moriturus iniſti
Nobiſcum, & gratæ carpentem munera menſæ,
Errantemque toris mediæ plus tempore noctis
Vidimus, affatus etiam meditataque verba
Reddideras, at nunc æterna ſilentia Lethes
Ille canorus habes. cedat Phaëtontia vulgi
Fabula, nec ſoli celebrant ſua funera cycni:
At tibi quanta domus rutila teſtudine fulgens?
Connexuſque ebori virgarum argenteus ordo?
Argutumque tuo ſtridentia limina cornu?
Et querulæ jam ſponte fores! vacat ille beatus

Car-

2. *Humanæ ſolers, &c.*] Pſittacum vocalem eſſe omnes ſciunt, modum inſtitutionis non omnes credo. tradit illum & plura ad hanc rem Apulejus Floridorum lib. 11. *Bernart.*

7. *Meditata.*] Quæ didiceras. Fabula Phaëthontia, id eſt, Cycnus. nam Cycnus audito interitu Phaëthontis, dolore in avem ſui nominis converſus eſt. Cycnus autem antequam moriatur ſuaviſſimum cantum emittere dicitur. ea de cauſa dicatus eſt Phœbo deo vaticinii, ut ſcribit Cicero. Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator Cycnus funeris ipſe ſui.

Plin. hoc fabuloſum putat. Papinius ait pſittacum ſibi prædixiſſe mortem cantu, ut Cycni ſolent. *Domit.*

9. *Phaethontia.*] Phaëthon triſyllabum eſt. Varro per ſynæreſem protulit:

Tum te flagranti dejecit fulmine Phaethon.

Sol (ut Euſtathius ſcribit, & Pherecydes) cum Rhode puella filia Aſopi concubuit, unde ſuſcepit filios, Phaëthontem, Æglem, Lampetiam, & Phaëthuſam. noſtri aliter ſcripſerunt. *Idem.* *Phaëtontia.*] *Cygnus* Phaëtontis amator, poſt ejus obitum, diutino fletu in hanc avem mutatus fingitur, cygnum vero ſub mortem ſuaviſſime canere multos tradidiſſe, tritum eſt. *Bernartius.*

14. *Et querulæ jam ſponte fores.*] Ingenioſe Politianus hunc locum interpretatus eſt, *Querelæ*, inquit, jam *ſponte fores videntur*, quoniam quidem querulæ antea quoque, ſed non ſponte, quia brutorum voces etiam interdum querulæ dicuntur. Ita *queſtus avium*, dixit 4. Sylvar. ad Sever.

—— nunc volucrum novi
Queſtus, inexpertumque carmen.
Quod tacita ſtatuere bruma.

Ait itaque Poëta caveam Pſittaci jam conqueri quod deſolata ſit. Eodem modo 5. Thebanidum avis, quem ſerpens

Carcer, & anguſti nuſquam convicia tecti.
Huc docta ſtipentur aves, quis nobile fandi
Ius Natura dedit. plangat Phœbeïus ales,
Auditaſque memor penitus demittere voces
Sturnus, & Aonio verſa certamine picæ;
Quique refert jungens iterata vocabula perdix,
Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.
Ferte ſimul gemitus, cognataque ducite flammis
Funera, & hoc cuncta miſerandum addiſcite carmen:
Occidit aëriæ celeberrima gloria gentis
Pſittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ.
Quem non gemmata volucris Junonia cauda

Vin-

pens rapuerat, *querulam domum*, vocat:

Illa redit, querulaque domus mirata quetem.

Gevartius.

15. *Et anguſti nuſquam.*] Decore. Nam ut Apulejus loco citato de Pſittaco ſcribit: *Si convitia docueris convitiabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis, hoc illi carmen eſt, hanc putat cantionem ubi omnia quæ didicit maledicta percenſuit, denuo repetit eandem cantilenam.* Bernart.

17. *Ales Phœbeius.*] Corvus. nam mira eſt docilitas corvorum, ut ſcribit Plin. hiſtoriamque refert de eo corvo qui ex nido ſupra ædem Caſtoris ad forum in proximam ſutrinam evolabat. Hic ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis Tiberium, Germanicum, Druſum, Cæſares nominatim ſalutabat: mox populum Romanum tranſeuntem. à quodam interfectus: qui plebis indignatione à vico illo expulſus & interemptus eſt: elatus duorum Æthiopum humeris, præcedente tibicine, *ſparſis coronis*, in via Appia ad ſecundam lapidem humatus eſt. *Domitius.*

19. *Sturnus.*] Et hic inter aves vocales immo Cæſares juvenes ſturnum & luſcinias Græco, atque Latino ſermone dociles, præterea meditantes in diem & aſſiduè nova loquentes, longiore etiam contextu, habuiſſe, author Plinius lib.x. cap. XLII. *Bernart.*

20. *Quique refert jungens iterata vocabula perdix.*] Dicam Papinio ſcribit vir doctus, quod dociles humanæ vocis Perdices tradat: at vero, *calculus omnis huc & illuc diverſus bicolorque digeratur, vincet candida turba nigriorem.* enimvero ut ſileam referri poſſe ad genuinam avis ejus vocem κακκαβίζειν, de qua Ariſtoteles aliique. Plutarchus in Sympoſiacis exerte tradit vocales aliquando inventas perdices. cui & aſſentitur Athenæus Dipnoſophiſt. lib. 9. ſcribens ſignate Adrianum Ariſtomenem Athenienſem, Libertum ſuum, veteris comœdiæ hiſtrionem, ſolitum vocare Atticam perdicem. *Bernart.*

21. *Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.*] Prognes fabulam notari nemini dubium eſſe poteſt, niſi, ſit ex iis qui ad primos adhuc magiſtros remittendi. at quid magis abſurduminquiunt, quam hirundinem (quod Papinius facit) inter vocales aves referre? bona verba, boni viri. ſcimus pleroſque tradere, Prognem in hirundinem transformatam, ceterum aliter Græci, qui in Luſciniam mutatam tradunt. Probus videatur ad Bucolica Virgilii, & vetus

Vinceret, aſpectu gelidi non Phaſidis ales,
Nec quas humenti Numidæ rapuere ſub Auſtro.
Ille ſalutator regum, nomenque locutus
Cæſareum, & queruli quondam vice functus amici:
Nunc conviva levis, monſtrataque reddere verba
Tam facilis: quo tu Melior dilecte recluſo
Nunquam ſolus eras. At non inglorius umbris
Mittitur: Aſſyrio cineres adolentur amomo,
Et tenues Arabum reſpirant germine plumæ,
Sicaniiſque crocis. ſenio nec feſſus inerti
Scandit odoratos Phœnix felicior ignes.

vetus Heſiodi Scholiaſtes. de Luſciniæ vero docilitate non repeto ea quæ ex Plinio ſuo loco notavi. quin & huic ſententiæ videtur aſtipulari Ovidius, dum ait:

Sola virum non ulta pius mœſtiſſima mater
Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.

Bernartius.

28. *Nec quas humenti Numidæ, &c.*] Eadem dixit Kal. Decembr.

Quas udo Numidæ legunt. ſub Auſtro.

Intelligit autem Statius Gallinas Numidicas, quæ etiam Meleagrides appellantur, teſte Plinio. Petronius:

Gallina tibi Numidica, tibi Gallus ſpado.

Gevartius.

37. *Phœnix.*] Nam (ut ſcribit Plini.) in Arabia avis: ut Manilius tradit, ſexcentum & ſexaginta annis vivit. moritura caſſiam & ſurculos thuris alioſque odores in nidum congerit, quem ſuccendit alarum plauſu: & illic ardet. ex cineribus alter oritur. *Domit.*

V.

LEO MANSUETUS IMP.

Quid tibi conſtrata manſueſcere profuit ira?
Quid ſcelus, humanaſque animo dediſcere cædes,
Imperiumque pati, & domino parere minori?
Quid? quod abire domo, rurſuſque in clauſtra reverti
Suetus, & à capta jam ſponte recedere præda,

In-

2. *Scelus.*] Sæviendi in homines. nam leo, ut Polybius Æmilianus Comas dicebat, in ſenecta præſertim homines appetit, cum feras perſequi non poſſit. viros potius quam fœminas, infantem nunquam niſi maxima fame. Teſtatur idem, ſe multos leones crucifixos vidiſſe in Africa, ut reliqui eo ſpectaculo à cæde deterrerentur. *Domitius.*

5. *Et à capta jam ſponte recedere præda.*] Quippe, ut alius poëta canit.

Magnanimo ſatis eſt hoſtem proſtraſſe Leoni,

contra

Inſertaſque manus laxo dimittere morſu?
Occidis altarum vaſtator docte ferarum,
Non grege Maſſylo, curvaque indagine clauſus,
Non formidato ſupra venabula ſaltu
Incitus, aut cæco foveæ deceptus hiatu;
Sed victus fugiente fera. ſtat cardine aperto
Infelix cavea, & clauſis circum undique portis,
Hoc licuiſſe nefas pavidi timuere leones,
Tunc cunctis cecidere jubæ, puduitque relatum
Aſpicere, & totas duxere in lumina frontes.
At te non primo fuſum novus obruit ictu
Ille pudor; manſere animi, virtuſque cadenti
A media jam morte redit. nec protinus omnes
Terga dedere minæ. ſicut ſibi conſcius alti
Vulneris, adverſum moriens it miles in hoſtem,
Attollitque manum, & ferro labente minatur;
Sic piger ille gradu, ſolitoque exutus honore
Firmat hians oculos, animamque, hoſtemque requirit.
Magna tamen ſubiti tecum ſolatia lethi
Victe feres, quod te mæſti, Populuſque Patreſque,
Ceu notus caderes triſti gladiator arena,
Ingemuere mori: magni quod Cæſaris ora

Inter

co..tra in prouerbiali verſu Heroïco.

Νεκρῶ σώματι λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

Ve.. lepus exanimo ſolet inſultare l..m. Morellus.

8. *Grege Maſſylo.*] Multitudine Maſſyliorum venatorum. Nam Maſſylli populi Africæ ad occidentem leones miræ magnitudinis venatione capiunt. Martialis:

Maſſylli ..fama jugi.

Dec..ptus cæc.. ..atu.] Fovea: nam Gætulus quidam (.. ſcribit Plin.) veſte objecta in caput leonem foveis factis capiebat. *Fera fugiente.*] Nimirum hic eſt ..e leo, qui laceratus fuit è tigride in ſpectaculis Domitiani. quem intelligas peracto morſu aufugiſſe. Martialis:

Lambere ſecuri dextram conſueta magiſtri,
Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo,
Sæva ferum rapido laceravit dente leonem.

Domitius.

17. *Ille novus pudor.*] Illa tigris novum & inauditum dedecus. *Idem.*

18. *A media jam, &c.*] Collecta virtute, ad ultionem ante obitum. Talia leguntur fine Thebaid. lib. VIII. de Tydeo; nec abſimilia de Etheocle l. XI. *Barthius.*

22. *Solito honore.*] Magnanimitati non ſufficiente corpore, ſed ſenſim collabente, & ſanguine fuſo formam turpante. *Idem.*

28. *Sty-*

Inter tot Scythicas, Libycaſque, & littore Rheni,
Et Pharia de gente feras, quas perdere vile eſt,
Unius amiſſi tetigit jactura leonis.

28. *Scythicas feras.*] Scythia pauca animalia gignit inopia fructuum, ut ſcribit Plini. ut Lybia inopia aquarum diverſas habet feras. nam ad unum fontem, diverſis convenientibus & illic coeuntibus, monſtroſa naſcuntur animalia. inde proverbium, Africam ſemper novi aliquid afferre. *Domit.*

29. *Et Pharia de gente feras.*] Priamus Homericus de Hectoris cæde ita quiritatur apud reliquos natos imbelles,

Σπεύσατέ μοι κακὰ τέκνα, κατηφόνες· αἴθ' ἅμα παῖδες
Ἕκτορος ὠφέλετ' ἀντὶ θοῇς ἐπὶ νηυσὶ πεφάσθαι.
Τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι,
ἀχνύμενός περ. Ὡς ἑνός.

Ut Domitianus Leonem tanto effectu ingemuerit, quanto Priamus Hectorem, cujus *Unius amiſſi tetigit jactura* parentem. *Morellus.*

* VI.

*CONSOLATIO AD FLAVIUM URSUM DE AMISSIONE PUERI DELICATI.

SÆve nimis, lachrymis quiſquis diſcrimina ponis,
Lugendique modos. miſerum eſt primæva parenti
Pignora, ſurgenteſque nefas accendere natos:
Durum & deſerti prærepta conjuge, partem
Conclamare tori: mœſta & lamenta ſororum,
Et fratrum gemitus; arcte tamen, & procul intrat
Altius in ſenſus, majoraque vulnera vincit
Plaga minor. Famulum (quorum rerum omnia cæca
Sic miſcet Fortuna manu, nec pectora novit).

Sed

* *Epicedium Pileti Urſi.*] Rhod. *Conſolatio ad Flavium Ruffum de morte pueri delicati.* Salisb. *Conſolatio ad Flavium Urſum de amiſſione pueri delicati.* Quod admiſimus. Scribit quidem Plinius aliquoties ad Urſum, ſed nullo alio adjecto nomine, ut dubium ſit, an hic ſit ille. Videtur cliens Flaviæ domus aut ab ſe ant à patre fuiſſe. *Amiſſio ἀφημμοῦ. Gronovius.*

3. *Accendere.*] S. rogum & celebrare funus. *Conclamare partem tori deſerti.*] Lugere amiſſam uxorem. *Domitius.*

6. *Et fratrum gemitus.*] D. Rex Hymnographus in Epicedio Jonathæ affinis. ἀλγῶ ἐπὶ σοὶ ἀδελφέ μου. Catullus ad fratris manes.

Numquam ego te vita frater amabilior,
Aſpiciam poſt hac, at certe ſemper amabo:
Semper mœſta tua carmina morte canam. Morellus.

9. *Sic miſcet Fortuna manu nec pectora novit.*] Perperam Piccartus *movit* conjectat, ut habetque Rom. editio. Venit ſub acumen ſtili: *ſi miſcet Fortuna manu, nec*

Sed famulum gemis, Urſe, pium: ſed amore, fideque
Has meritum lachrymas, cui major ſtemmate juncto
Libertas ex mente fuit. ne comprime fletus,
Ne pudeat: rumpat frenos dolor iſte, Deiſque
(Si tam dura placent,) hominem gemis (hei mihi! ſubdo
Ipſe

nec pectora movit. Non ſi fortuna bonos, malos perdigna, indigna miſcet, ſi ex homine animi ingenui ſervum facit, mentemque liberalem addicto veſtit corpore, propterea contagione illa etiam pectora moverit, naturamque ipſam cum ſtatu commutaverit. *Gronovius in Diatr. c.* 21. *Nec pectora movit.*] *Fortunam pectora non moviſſe*, ait Domitius, hic dictum, quia nulla mota eſt miſericordia. mibi placet cum aliis ſcribere:

—— nec pectora novit.

Dicit enim Poëta fortunam non agere καρδιογνώστην, nec attendere ad voluntatem hominum, & videre quid illi malint. ita Hercule Surrent. dixit:

—— ſi mores humanaque pectora curæ
Noſſe Deis. —— Gevart.

11. *Cui major ſtemmate.*] *Junctum ſtemma* omnem eſt propinquus nobilitatis gradus, quo aliquem contingimus, ſed longa ſerie continnuatum ſtemma. Vide *Obſerv. Gronov. l.* 2. *c.* 3.

12. *Libertas ex mente fuit.*] *Junctum ſtemma* quidam interpretantur libertatem ab Urſo datam. Bernartius mutat & legit *uſta Libertas.* Inepte. Nam *junctum ſtemma* hic poſuit, pro propinquo nobilitatis gradu, quo aliquem contingimus. Ita 2. Theb. *ſanguinem junctum* dixit:

—— t[illegible]s larga (Pelops & Tantalus auctor)
Nobilitas, propiorque fluat de ſanguine juncto
Juppiter. ——

Malim etiam legere litterula addita, *fluit*, pro *fuit*.

Libertas ex mente fluit.

Fluere enim proprie in ea re dicitur. [illegible]at. ſupra.

—propiorque fluat de ſanguine juncto
Juppiter. Idem.

13. *Rumpat frenos dolor iſte, Deiſque.*] Locus hic obſcuriſſimus. Quorſum enim τὸ *Deiſque* referas? nonnulli parentheſin demunt, & τὸ *ſi*, hic *ſiquidem* interpretantur, ut ſenſus ſit: *ſiquidem Diis tam dura placent.* Ego recenta parentheſi, malo dicere Apoſiopeſin hic latere. Incitat enim Urſum ad dolendum, hortaturque ut frænos dolori laxet, & Deos accuſet quod puerum tam egregium, adeo immatura morte abſtulerit. Itaque cum ait, *Deiſque* ſubaudi, *convicia inferas*, aut quid ſimile. Vel lege *Deoſque.*

—— rumpat frænos dolor iſte Deoſque,

Deos rumpe, id eſt Deorum invidiam contemne, vel fortiter feras. Sic Epiced. Glauciæ dixit:

—— felix hominesque Deoſque,
Et dubios caſus, & cæca lubrica vitæ
Effugit.

Idem.

14. *Si tam dura placent, &c.*] Vera ſcriptura eſt: *Deiſne Hei tam dura placent? hominem gemis! hei mihi! ſubdo Ipſe faces, &c.* Summa ars excellentiſſimi Poëtæ eſt, quod periodos breves velut ſingultibus interſtinguit. *Ei* in vett. lib. ſcriptum fuerat, ut aſſolet, pro *Hei*, id in *Si* degeneravit. Inſanum dolendo & plangendo Invidiam Diis ſe facere credebant ſtulti gentiles. Ad hoc ergo Urſum hortatur Poëta & faces dolori addit: omnem modum excedat iſta comploratio, iſte planctus. Videant dii, quam ipſis dura placuerint, quam ſævi fuerint, quam injuſti. vide. *Gron. Diatr. c.* 21. *Hominem gemis.*] Pro famulo, eadem notione qua Galli dicunt, *Mon homme.* & hanc phraſim è medio Latio petitam non Papinius ſolum locuples fidejuſſor, ſed ipſe Cicero oratione pro

Ipſe faces) hominem, Urſe, tuum, cui dulce volenti
Servitium, cui triſte nihil: qui ſponte, ſibique
Imperioſus erat. Quiſnam hæc in funera miſſos
Caſtiget luctus? gemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidoſque canes flevere Moloſſi,
Et volucres habuere rogum, cervuſque Maronis,
Quid ſi nec famulus? vidi ipſe habituſque notavi
Te tantum cupientis herum; ſed major in ore
Spiritus, & tenero manifeſti in ſanguine mores.
Optarent multum Grajæ, cuperentque Latinæ
Sic peperiſſe nurus. Non talem Creſſa, ſuperbum
Callida ſollicito revocavit Theſea filo.
Nec Paris Oebalios talis viſurus amores
Ruſticus, invitas dejecit in æquora pinus.
Non fallo, aut cantus aſſueta licentia ducit:
Vidi, & adhuc video, qualem nec bella caventem

Littore

Quinto: *hominem P. Quintii deprehendis in publicum, conaris abducere.* Catullus:

—— comparaſti
Ad lecticam homines. ——

Bernartius.

19. *Parthus equum.*] Parthia non admodum magna fuit. nemoroſa eſt & montana, Tiberii temporibus latos occupaverat fines. nam ad Caſpias uſque portas Aragos & Rapitos erat propagata. De Parthorum moribus propriam ſcripſit hiſtoriam Strabo, quæ non extat. Parthi exules dicuntur eorum lingua, ut Trogus ſcribit. *Domitius.*

21. *Quid ſi nec famulus.*] Hactenus excuſavit lacrymas tanquam miſſas in funere ſervi nunc contendit eum fuiſſe liberum, etſi fortuna erat ſervili. *Te tantum.*] Qui te ſolum herum potuiſſet pati. *Domitius.*

30. *Nec bella caventum.*] Inſignem ſane injuriam fortiſſimo Heroum Achilli, hic factum ivit Domitius, dum ipſum *bella caventem* introduxit. *Inemendati codices*, inquit, *habent* CANENTEM, *nos*, CAVENTEM *legimus., nam in Scyro inſula latuit, ut bellum vitaret.* Hæc Domitius, ubi ecce fatetur ſeſe hunc locum interpolaſſe. At ô bone. *Achilleſne *bella cavit?* Imo vero ille in Scyrum contra mentem ſuam à matre detruſus bella ardentiſſime appetiit, unde tandem ad bellum Trojanum, Ulyſſis tuba excitus, invita matre prorupit. Nihil certius quam veterem ſcripturam, quæ hactenus ex omnibus editionibus exulavit, recipiendam eſſe, & *bella canentem* reſtituendum: qua lectione nihil elegantius dici poteſt. Achilles enim Muſicus fuit, & puer cytharam pulſare didicit à Chirone Centauro. Claudian. 3. Conſ. Honorii:

—— non ocius hauſit Achilles
Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Sive lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.

Noſter 5. Sylvar. Epiced. patris:

Quique tubas acres, lituoſque audire volentem
Æaciden, alio frangebat carmine Chiron,

Quin etiam 2. Achilleid. introducit Achil-

Littore virgineo Thetis occultavit Achillem.
Nec circum ſævi fugientem mœnia Phœbi
Troilon Æmoniæ deprendit lancea dextræ.
Qualis erat (procul heu!) cunctis puerisque, viriſque
Pulchrior, & tantum domino minor! illius unus
Ante decor, quantum præcedit clara minores
Luna faces, quantumque alios premit Heſperus ignes.
Non tibi fœmineum vultu decus, oraque ſupra
Mollis honos, quales dubiæ poſt crimina formæ
De ſexu tranſire jubent: parvoque virilis
Gratia, nec petulans acies, blandique ſevero
Igne oculi. qualis belli jam caſſide miſſa
Parthenopæus erat: ſimplexque horrore decoro
Crinis, & obſeſſæ nondum, primoque micantes
Flore genæ: talem Ledæo gurgite pubem
Educat Eurotas, teneri ſic integer ævi
Elin adit, primoſque Jovi puer approbat annos.
Nam pudor inde novæ mentis, tranquillaque morum
Tem-

Achillem inter virgines. in Scyro inſula cithara canentem:

— modo dulcia notæ
Fila lyræ, tenuesque modos, & carmina monſtrat, &c.

Gevartius.

[illegible] *Heſperus.*] Atlantis filius cum A[illegible] montis cacumen aſcendiſſet, ut [illegible] curſus obſervaret, ſubito [illegible] turbine raptus eſt: à populis [illegible] erat jocundiſſimus ob excel[illegible] juſtitiam & humanitatem, cœlo eſt [illegible], & receptum ut ſtella ab H[illegible]ſperus vocaretur. *Diodorus.*

39. *D[illegible] formæ.*] Nam ſpado dubium eſt ex facie, vir ne ſit an mulier. *Tranſire de [illegible].*] Quod faciunt ſpadones. *Jam [illegible] [illegible]ſa.*] Cum jam tractaret arma. *Domitius.*

42. *Ca[illegible] [illegible]ſa.*] Certo certius *miſſa* legendum ex cod. Senenſi, quo modo & alii locum reſtituendum eſſe, jam monuerunt. *Miſſa caſſide*, id eſt, *de[illegible]*, *depoſita*, *laxata.* Qualis autem fuerit Parthenopæus depoſita caſſide, dicit ipſe Statius 9. Thebaid. ubi Parthenopæi arma deſcribit:

— aſt ubi pugna
Caſſis anhela calet, re[illegible] vertice nudus
Exeritur, &c.

Gevart.

46. *Eurotas.*] Laconiæ fluvius ex monte Mænalio fontes ducit, ut ſcribit Callimachus. Alpheo confunditur, rurſuſque diſcedit; ripæ Tauro opacantur. tam virilis (inquit) forma erat Pileto, quam ſolet eſſe in pueris Lacedæmoniis, qui ab ineunte ætate laboribus durantur. *Elin.*] Id eſt, ludos Olympiacos. Eleorum rex Augeas fuit, qui ad Trojam quadraginta naves miſit. Elei præfuerunt in Olympico certamine à prima Olympiade, in qua Chorœbus palmam obtinuit, uſque ad vigeſimam ſextam. Piſa deinde ludorum poſſeſſionem ſibi vindicavit: rurſus tamen Elei facti domini. *Domit.*

Temperies, teneroque animus maturior ævo,
Carmina quæ donaſſe queant? Sæpe ille volentem
Caſtigabat herum, ſtudioque altiſque juvabat
Conſiliis, tecum triſtiſque, hilariſque, nec unquam
Ille ſuus, vultumque tuo ſumebat ab ore.
Dignus & Æmonium Pyladen præcedere fama,
Cecropiamque fidem, ſed laudum terminus eſto,
Quem fortuna finit: non mente fidelior ægra,
Speravit tardi reditus Eumæus Ulyſſis.
Quis Deus, aut quiſnam tam triſtia vulnera caſus
Eligit? unde manus fatis tam certa nocendi?
O quam divitiis cenſuque exutus opimo
Fortior, Urſe, fores! ſi vel fumante ruina
Ructaſſent dites Veſuvina incendia Locros,

Seu

50. *Carmine quo donaſſe queam.*] In veteri libro Lindenbrogiano fuit: *Carmina quæ donaſſe queant.* Difficilis locus quem nemo expoſitorum tentavit. Nec Domitius quidem, qui cum Bantilla ſua lectione multum tamen in obſcuro eatenus Poëta vidit. Meo animo reliquit Papinius;

Non pudor inde novæ mentis, tranquillaque morum
Temperies, teneroque animus maturior ævo,
Carmina quæ non feſſa premant? Sæpe ille volentem.

Recepit Lindebrogianam ſcripturam in contextum ſermonis doctiſſimus Gevartius. Sed ea nihil dicit. Si vero recipienda eſſet, accuſandi caſu priores duo iſti verſus forent concipiendi, quæ abſurda ſit mutatio. Hac autem emendatione omnia ſuo pede ingrediuntur. *Barthius.*

52. *Tecum triſtiſque hilariſque, nec unquam, Ille ſuus.*] Hac præcipua virtute ὁμφρονας Achilles Patroclum ſuum in Libaniania Ethopœiæ queſtibus commendat: & apud Homerum Phœnicem commonefacit, Ilia. x.

— ἐ δέ τι σε χρὴ
Τὸν φιλέειν, ἵνα μή μοι ἀπέχθηαι φιλέοντι.
Καλόν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κήδειν ὅς κε μοι κήδῃ.

quod ſic verti;

— *amare Hunc te non decuit, mihi ne eſſes ſævus amanti.*
Æquum eſt me graviter vexantem ut tu quoque vexes.

Morellus.

55. *Sed laudum terminus eſto, &c.*] Legendum eſt per interjectionem: ut dicat, non excedamus terminum ejus conditionis. nam fuit ſervus. nec comparari poteſt ejus amicitia Achilli & Patroclo, aut Theſeo & Pirithoo hominibus liberis: ſed comparat amori ſervi erga dominum, ut Eumæi erga Ulyxem. nam Eumæus Cteſii filius Ormeni, Syrus emptus à Laerte in agro, magna fide fuit in adventum uſque Ulyxis, quem unice diligebat. *Domit.*

62. *Locros.*] Locri in Bœotia. Opuntii ab Opunte oppido Patrocli patria. Locri item Epicnemidii in eadem Bœotia à Cnemide monte dicti. Locri præterea Ozolæ, à malo odore, quem Taphoſus mons proximus emittit. Locri denique Zephyrii in Brutiis à Zephyrio pro-

Seu Pollentinos merſiſſent flumina ſaltus:
Seu Lucanus ager, ſeu Tybridis impetus, altas
In dextrum torſiſſet aquas, paterere ſerena
Fronte Deos: ſive alma fidem, meſſeſque negaſſet
Cretaque, Cyreneque, & qua tibi cunque beato
Larga redit Fortuna ſinu. ſed gnara dolorum
Invidia infelix, animi vitalia vidit,
Lædendique vias, vita modo carmen adulta.
Nectere tentabat juvenum pulcherrimus ille;
Cum tribus Eleis unam Trieterida luſtris:
Attendit torvo triſtis Rhamnuſia vultu:
Ac primum implevitque toros, oculiſque nitorem
Addidit, & ſolito ſublimius ora levavit.
Heu miſero letale favens, ſeſeque videndo
Torſit, & Invidiam, Mortemque, amplexa, jacenti
Injecit nexus, carpſitque immitis adunca
Ora verenda manu, quinta vix Phoſphoros hora

Roran-

promontorio dicti, de quibus nunc ſen[illegible]t. *Polentinos ſaltus.*] Polentia in altera ex Balearibus inſulis, ejuſdem nominis ad radices Alpium lanis nigris nobilis, ut ſcribit Plin. de hac Papinius. *Domit.*

65. *In dextrum torſiſſet.*] Rhod. & Sal. me[illegible] *In dextrum.* Puta, latus. [illegible] 2 [illegible] *prona* urna Inachus. [illegible] 10. [illegible] *languida cervix In levum* [illegible]. Gronov.

[illegible] *doloris Invidia infelix,* [illegible] *vidit.*] Eadem apud Ovid. Metam. 2.

> — *hamatis præcordia ſentibus implet,*
> *Inſpiratque nocens virus, piceumque per oſſa*
> *Diſſipat, & medio ſpargit pulmone venenum.*

Pindarus Olymp. 8. cavet ſibi ab illius ſaxo aſpero,

> *Μὴ βαλέτω με λίθῳ τρηχεῖ φθόνος.*

Morellus.

70. *Modo carmen adulta.*] Fortaſſe: cardine. Ut Thebaid. 10. *fatorum cardine in ſummo.* Gronov.

72. *Cum tribus, &c.*] Elegantiſſima Periphraſi indicat Urſum octodecim annorum fuiſſe. *Barnart.*

76. *Heu miſero lethale favens.*] Ad Parœmiam, *εὔνους σφάκτης*, benevolens cæſor. Georg. Piſides in Coſmurgia de Satanæ illecebris,

> *Σφαγεὺς προσηνής, καὶ φονεὺς συνεργάτης.*
> *Jugulum petens blande, enecans quos adjuvat.*

Morellus.

79. *Quinta vix Phoſphoros hora.*] Indicat ſub auroram ſeu prima luce obiiſſe. Cicero de Natura Deor. lib. II. *Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur ſolem, cum ſubſequitur autem Heſperus.* ſcite eadem enim ſtella & mane & veſperi oritur. Tragicus Medea:

> *Et tu quæ gemini prævia temporis*
> *Tarde ſtella redis ſemper amantibus.*

Bernartius.

Rorantem ſternebat equum, jam littora duri
Sæva Philete ſenis, durumque Acheronta videbas;
Quo domini clamate ſono? non ſævius atros
Nigraſſet planctu genitrix tibi ſæva lacertos,
Nec pater: & certe qui vidit funera frater
Erubuit vinci: ſed nec ſervilis adempto
Ignis; odoriferos exhauſit flamma Sabæos,
Et Cilicum meſſes, Phariæque exempta volucri
Cinnama, & Aſſyrio manantes gramine ſuccos,
Et domini fletus. hos tantum hauſere favillæ,
Hos bibit uſque rogus. nec quod tibi Setia canos
Reſtinxit cineres, gremio nec lubricus oſſa .

• *Quod*

81. *Sæva, Pilete.*] Scripſimus *Philete.* Eſt enim φιλητής. Et ſic unus è ſcriptis. Occurrit in lapidibus antiquis & apud Martial. Sic inter Rhetoras Suetonii *L. Otacilius Philetus.* non enim *Pilitus* aut *Pilutus*, ut viri doctiſſimi voluerunt. *Gronov.*

82. *Quo domini clamante, &c.*] Rh. & Sal. *Clamate.* Rectius: Conclamate, complorate. Epithal. Stellæ: *Quantum non clamatus Hylas.* lib. 6. Theb. *In Iſthmiaca victor clamatus arena.* l. 11. *Hunc & Mavortia clamant Semina.* Prop. lib. 2. 19. *Nec tibi clamatæ ſomnus acerbus erit.* Ambr. lib. 5. ep. 33. *Clamavit aliqua populus.* Quod male vitiatum exiſtimat Nannius, & *aliquandiu* ſubſtituit. Ex illo enim poëtarum formavit ſuum Ambroſius. *Gron.* *Non ſævius atros, &c.*] Quam hæc inconcinna ſint nemo attendit aut monuit. *Atri* enim *lacerti*, quomodo nigrati poſſunt? Et cur *ſævius* & *ſæva* de eadem re dicuntur? Morem quidem ſive negligentiam dicas hac in re. Scribendum, *non ſæpius atros.* Iterationem enim planctus indicat. De *lacertis verberatis* ad Claudianum & alibi diximus. *Barthius.*

85. *Sed nec ſervilis adempto Ignis.*] Animadverte μικρολογίαν καὶ ἀπειλείαν funerum ſervilium, de quo alios ex profeſſo ſcribere ſcio. Sed Urſus juvenis candidiſſimus noluit σμικρολογεῖν cum Manibus ſui famuli. *Morellus.*

89. *At domini fletus.*] Recte cod. Senenſ. *Et domini fletus.* Veteres exiſtimabant mortuos admodum gaudere lachrymis, illæ namque deſiderium arguunt. Unde ſubjungit Poëta,

——gremio, nec lubricus oſſa
Quod vallavit onyx, miſeris acceptius umbris
Quam gemitus, ſed & ipſe juvat.

Gevartius.

90. *Nec quod tibi Setia canos.*] Ex titu inferioris ævi, quo rogum, combuſto jam cadavere, vino extinguere Romani ſolent, ac tum demum oſſa colligere. Virgil. lib. 5.

Poſtquam collapſi cineres ac flamma quievit,
Reliquias vino ac bibulam lavere favillam.

Tibullus lib. 3. Eleg. 2.

Pars quæ ſola mei ſuperabunt corporis oſſa
Incinctæ nigra candida veſte legant,
Et primum annoſo ſpargant collecta Lyæo.

Dixi *inferioris ævi.* Nam antiqua Numæ lex, *Vino rogum ne reſpergito.* adi Plin. lib. 14. cap. 12. *Bernart.*

93. *Quid*

Quod vallavit onyx, miſeris acceptius umbris
Quam gemitus. ſed & ipſe juvat. quid terga dolori,
Urſe, damus; quid damna foves? & pectore iniquo
Vulnus amas? ubi nota reis facundia raptis?
Quid caram crucias tam ſævis luctibus umbram?
Eximius licet ille animi, merituſque doleri,
Solviſti. ſubit ille pios, carpſitque quietem
Elyſiam, caroſque illic fortaſſe parentes
Invenit: aut illi per amœna ſilentia Lethes
Forſan Avernales alludunt undique mixtæ.
Naides, obliquoque notat Proſerpina vultu,
Pone precor queſtus, alium tibi Fata Phileton,
Forſan & ipſe dabit, moreſque habitumque decoris
Monſtrabit gaudens, ſimilemque docebit amorem.

93. *Quid terga dolori Urſe damus?*] Autor Dramatis Thebaïdis Antigonem iiſdem prope verbis patrem OEdipum conſolantem inducit.

Et hoc decebat roboris tanti virum,
Non eſſe ſub dolore, nec victum malis
Dare terga.

Quæ ſequuntur cum Homeri monito conſentiunt, Odyſſ. IV.

Οὔης γὰρ πρῆξις πέλε) κρυερῖο γόοιο.

Non gemitus quicquam prodeſt, nec fletus acerbus.

Morellus.

[illegible]. *Forſan & ipſe.*] Exoratis Diis [illegible]. Nam poſt certum tempus crede[illegible] in vitam redire mortuorum umbræ. de quo nos ad lib. poſter. in Rufinum Claudiani noſtri. Mittet tibi ab inferis, eque campis Elyſiis, alium iſte, modo compoſitus, Phileten; cui demonſtrabit quo pacto mores ſint componendi, ut pariter eum ames. Vidit hanc ſententiam etiam Domitius. *Barthius.* *Moreſque habitumque decoris.*] Primum MS. Flor. Rom. Venetuſque Codex habent, *decores*. Dein optima lectio & ipſius Statii, quam pro ultimo verbo habent Rom. & Venetus, *ſimilemque docebit amari.* [illegible] dicitur: forſan ille alium dabit Pileton, & ei monſtrabit mores habitumque decoros, docebitque eum amorem, quo ipſe tibi ſerviebat; ſed hoc dicitur: dabit alium Pileton tibi, ejus mores habitumque decoros tibi monſtrabit, & oſtendet grande ſolatium, à te ſui ſimilem amari. *Gronov. in Diatr. cap. 21.*

VII.

GENETHLIACON LUCANI.

Lucani proprium diem frequentet,
Quiſquis collibus Iſthmiæ Diones
Docto pectora concitatus œſtro,
Pendentis bibit ungulæ liquorem.
Ipſi, quos penes eſt honor canendi,
Vocalis citharæ repertor Arcas,
Et tu Baſſaridum rotator Euan,
Et Paan, & Hyantiæ ſorores,
Læta purpureas novate vittas.
Crinem comite, candidamque veſtem

Ter-

1. *Lucani proprium.*] Proprius & ſuus cujuſque dies eſt natalis, ἀρχὴ τῆς γενέσεως τῆς ἑκάστου, ἡ ἡμέρα ἐφ' ἧς ἐγένετο, ut ſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐν μεθόδῳ γενεθλιακῶν. Nonnus Panopolitanus ἦμαρ λοχείην à puerperio nuncupat. Ovid. 5. Triſt. El. 6. Feſtam lucem. Et

Aſſuetum anni natalis honorem.

De natalium reg. celebritate apud Perſas Plato 1. Alcib. ad. βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ἀσία. Natalitii etiam ludi Romæ in illuſtrium virorum & Impp. natalibus editi. ut C. Jul. Cæſ. A.D. IV. Id. Jul. Titi Cæſ. A.D. IX. Kal. Jan. *Morellus.*

2. *Iſthmiæ Diones.*] De fonte Pirene intelligit, de quo ante diximus. Is ad Acrocorinthum in Iſthmo ſacer Muſis. montis vertex habet ædem ſacram Veneris. Papinius appellat Pirenem fontem ungulæ pendentis: quoniam (ut ſcribit Strabo) Pegaſus alatus equus illic bibens deprehenſus eſt à Bellerophonte. *Diones Iſthmiæ.*] Veneris Acrocorinthiæ. *Pendentis.*] Id eſt volantis. collis autem excelſus eſt ad tria ſtadia. *Domitius.*

7. *Et tu Baſſarid. rotator Euan.*] Orpheus in hymn. Διονύσου Βασσαρέως,

Ἐλθὲ μάκαρ Διόνυσε πυρίσπορε, ταυρομέτωπε,
Βάσσαρε καὶ Βάκχε.

Horat. 1. car. 18.

Non ego te, candide Baſſare,
Invitum quatiam.

Baſſarides ejus antiſtitæ, Perſ. 1. Sat. Nominis rationem malim cum Phornuto referre ad τὸ βάζειν, vociferari, unde βάξις vox: quam ad veſtis talaris Baſſaris dictæ uſum. *Morellus.*

8. *Et Hyantiæ ſor.*] Adr. Turnebus v. c. l. 1. Adv. c. 23. ait ſe Hyanteam aquam alicubi legiſſe pro Hippocrene. An hujus verſiculi umbra tanti viri animo obverſabatur? An vero hic eruditus poëta ab Hyantibus, Bœotiæ populis, per Hyantias ſorores nymphas ſeu aquas fontis caballini innuit? an potius earum præſides Muſas? Quid ſi cui veniret in mentem Iantidas ſine aſpiratione nuncupari Camœnas, quaſi Violantillas nymphas, à violis quas ἴα Græci vocant? unde ἰοστεφάνους Μούσας dixit Theognis, ut violis redimitas, quæ etiam purpureis hiſce vittis reſpondeant. Ita Violantilla Stellæ uxor (utriuſque ἐπιθαλάμιον Papinius noſter celebravit) Iantis vocatur à Martiali libro 1. Epigramm. 21. Verendum tamen ne quis nimis naſutus hoc ad λαγνὰς φρένας referat. *Idem.*

14. *Ant*

Perfundant ederæ recentiores.
Docti largius evagentur amnes,
Et plus Aoniæ virete ſylvæ.
Et ſi qua patet, aut diem recepit,
Sertis mollibus expleatur umbra.
Centum Theſpiacis odora lucis
Stent altaria, victimaque centum,
Quas Dirce lavat, aut alit Cithæron.
Lucanum canimus, favete linguis,
Veſtra eſt iſta dies, favete Muſæ.
Dum qui vos geminas tulit per artes
Et vincta pede vocis, & ſoluta,
Romani colitur chori ſacerdos.
Felix heu nimis, & beata tellus,

Qua

14. *Aut diem recepit.*] Hæc germana lectio eſt. altera quæ pateram parum ſobriam porrigit, explodenda. Si quâ, inquit ὑπερβαματικῶς, non frondeſcant arbores, ut ſit hiatus & lacuna, quæ lucem admittat, qua ſol inſertim fundat radios per minus opaca. quo modo rareſcunt umbræ, ut loquitur ipſe Statius 1. Achill.

F[illegible] & Aoniæ jaculis rareſcitis umbræ.

Porro τὸ *Recipere diem*, Seneca Tragicus propriè dixit de Caſſandra in deliquio [illegible] conniv[illegible],

— [illegible] *recipit diem Marcente vultu.*

Mo[illegible]

1[illegible]. *[illegible]acis.*] Theſpiæ ad Helico[illegible] eſt conſecrata Muſis ædes, [illegible] abalinus. locum nobilitavit [illegible] ſignum à Praxitele ſculptum, [illegible] Glycerium meretrix Theſp[illegible] dedit. *Domit.*

2[illegible]. *V[illegible] iſta dies.*] Veteres olim dies [illegible]bus ſingulari quadam voluptate a[illegible]ebantur aut alias memorabile quiddam ipſis accidebat, *ſuos* appel[illegible]. Unde Formula erat: *Hic meus [illegible].* Co[illegible] Severus, apud Senec. [illegible] Suaſor. 2. de militibus epulan[illegible],

— *ſtratique per herbam*
Hic MEUS EST, *dixere*, DIES.

Martial. l. 10. Ep. 59.

Hic mihi, QUANDO DIES MEUS EST,
jactamur in alto
Urbis, & in ſterili vita labore perit.

Seneca Medea:

Perfruere lento ſcelere: ne propera dolor.
MEUS DIES EST: *tempore accepto utimur.*

Gevartius.

22. *Et vincta pede vocis & ſoluta.*] Ita omnino legendum. Vulgo male: *Et juncta* &c. Tibull. ad Meſſall.

— *quinque canent vincto pede ſive ſolute.*

Noſter Epiced. Patris:

— *ſive verſa libebat*
Aoniis vincire modis, ſeu voce ſoluta
Spargere. Idem.

24. *Felix.*] Adverſio eſt ad Cordubam patriam Lucani: quæ in Hiſpania Bætica eſt. *Pronos meatus.*] Declives vias in occaſum Hyperionis. Hyperion Solis & Lunæ pater fuit, ut ſcribit Diodorus. pro Sole tamen accipitur, nomenque habet (ut nonnulli Græcorum ſentiunt) ἀπὸ τοῦ ὑπεριέναι, id eſt à ſuperno curſu. *Domit.*

Quæ pronos Hyperionis meatus,
Summis Oceani vides in undis,
Stridoremque rotæ cadentis audis:
Quæ Tritonide fertiles Athenas
Unctis, Bætica, provocas trapetis.
Lucanum potes imputare terris.
Hoc plus quam Senecam dediſſe mundo,
Aut dulcem generaſſe Gallionem.
Attollat refluos in aſtra fontes
*Grajo nobilior Melete Bætis.**
Bætin Mantua provocare noli.
Natum protinus, atque humum per ipſam
Primo murmure dulce vagientem
Blando Calliope ſinu recepit.
Tum primum poſito remiſſa luctu
Longos Orpheos exuit dolores:
Et dixit; puer ô dicate Muſis,
Longævos cito tranſiture vates,
Non tu flumina, nec greges ferarum,
Nec plectro Geticas movebis ornos:
Sed ſeptem juga, Martiumque Tybrim,

Et

28. *Tritonide fertiles, &c.*] Tritonis μαρτυρμικῶς, olea Palladia. Marcellus Sidites in fragm. ἀλιευτικῶν à me utraque lingua edito:

Ζωῦ δ' ἑψομένου μεγάλου ἐνὶ τεύ-
χεϊ γόγγρου
Παλλαδίου πλήθοντι πυρὸς καθύ-
περθεν ἐλαίου.

Ingentem Congrum ſi vivum condis aheno
Palladio exundante oleo, ferventeque
in igne.

Τριτογένεια Æſchylus in Eumen. à Tritone fl. Minervæ natali deducit,

Τρίτων Ἀθηνᾶς γοίβλιος πόρος.

Scholiaſtes Apollonii in Argon. variat, Τρίτων πόλις Λιβύης, καὶ Βοιωτίας. δοκεῖ δ' Ἀθηνᾶ παρὰ ταύτην γεγονέναι, ἢ παρὰ τὸ τρεῖν. De trapetorum quibus oleæ teruntur fabrica, Cato de R. R. c. 22. Turnebus Adverſ. l. 20. cap. 7. *Morellus.*

31. *Hoc plus, &c.*] Seneca Cordubenſis, & Junius Gallio ejus frater. vide Senec. Epiſt. 105. *Domit.*

34. *Grajo nobilior.*] Quod ſeptem oppida, Homerum ſibi vindicarint, Smyrna videlicet, Rhodus, Colophon, Salamina, Ios, Argos, Athenæ, tritius eſt quam ut admoneri debeat. Smyrna tamen potiori calculo patria illi tribuitur. Papinius huc reſpicit, Melete ſiquidem fluvius ante Smyrnam. Conſule Stephanum. *Bernart.*

45. *Sed ſeptem juga, &c.*] Hac τριστίχῳ ἀποφθέγματι S. P. Q. R. Lucanum plus præſtitiſſe innuit, quam Orphea. quod *Romanos rerum dominos, gentemque togatam*, carminis ſui lepore, quaſi ἐπῳδῇ elicuerit. *Morellus.*

48. Nectar-

Et doctos Equites, & eloquente
Cantu purpureum trahes Senatum.
Nocturnas alii Phrygum ruinas,
Et tardi reducis vias Ulyſſi,
Et puppem temerariam Minervæ,
Trita vatibus orbita, ſequantur.
Tu carus Latio, memorque gentis
Carmen fortior exeris rogatum.
Ac primum, teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Theſſaloſque currus,
Et ſupplex Priami potentis aurum.
Et ſedes reſerabis Inferorum,
Ingratus Nero dulcibus theatris;

Et

48. *Nocturnas alii.*] Argumento operis anteponit Lucani poëma Homero, qui Iliadem ſcripſit, excidium Trojæ & Odyſſeam, errores Ulyxis. utrumque opus antiquitatis ambagibus fabuloſum. Lucanus vero res Romanas complexus eſt memoriæ fide & rerum nobilitate præſtantiores. *Domit.*

50. *Et puppem temerariam Minervæ.*] Ad fabulam qua Argo prima navium ab ipſa Minerva ædificata fingitur, Tertullianus de Corona Militis. *Sed & Minerva prima molita ſit navem, videbo navigantem Jonam & Apoſtolos.* Bernartius.

55. *Ludes Hectora.*] Quaſi præludium grandiori operi ſcribes. Nam Lucanus opuſculum juvenis compoſuit, quo complexus eſt certamen Achillis & Hectoris, iterque Priami ad Achillem, à quo redemit Hectoris cadaver datis muneribus. Id totum tranſtulit ex ultimo Iliados Homeri. *Domitius.* *Theſſaloſque currus.*] Achillis bigas quibus raptatus fuerat Hector, Il. 21. *Morellus.*

5 . *Aurum ſupplex.*] Deſcribit munera quibus Priamus ſupplex Hectoris corpus redemit. fuerunt autem duodecim pepla, totidem chlænæ, tapetes totidem, totidem albentes veſtes. Homerus ultima Iliade. *Domit.*

57. *Inferorum.*] Diximus lib. 23. adverſ. cap. 3. peculiariter hic innui Lucani opus. Deſcriptionem nimir. inferorum. Quod veriſimile utcunque ſit. Poſſit enim reſeratio hæc ad Orpheum duci, cujus mentio ſequitur. Scil. ut eum longo carmine ad Plutonem deduxerit, & inde reduxerit Lucanus, & continuetur hujus verſus ſententia ſequentibus. Prior tamen expoſitio concinnior videtur. *Barthius.*

58. *Ingratus Nero, &c.*] Non vacat hoc loco refutare interpretes, qui ajunt Calliopen hic Neronem alloqui, hoc modo: *O Nero vel invito tibi in theatris præferetur noſter Orpheus, &c.* Sed procul à mente Statii aberrant. Nam perpetuo Lucanum alloquitur Calliope, & ait: *Nero ingratus erit theatris*, id eſt poëmata ipſius populo non placebunt; [nam *ingratus*, hic paſſive accipiendum, ut *ingratum cibum*, *ingratam orationem*, dicimus] *Et noſter Orpheus*, ô Lucane *Tibi*, id eſt, in tuam gratiam, in tuam laudem, *præferetur* ſcriptis Neronis. Lipſius ad Tacitum legit: *Ingratis Nero*, &c. Sed ingrata opera. Acuta eſt Clariſſ. Heinſii conjectura:

Nec noſter tibi præferetur Orpheus.

Ut mens Poëtæ ſit: Tandem, ſicut Orpheus ô Lucane, ipſe quoque reſera-

Et noſter tibi proferetur Orpheus.
Dices culminibus Remi vagantes,
Infandos domini nocentis ignes.
Tu caſtæ titulum decuſque Pollæ
Jucunda dabis allocutione.
Mox cœpta generoſior juventa
Albos oſſibus Italis Philippos,
Et Pharſalica bella detonabis.
Et fulmen ducis inter arma Divi,
Libertate gravem pia Catonem,
Et gratum popularitate Magnum.
Tu Peluſiaci ſcelus Canopi
Deflebis pius, & Pharo cruenta
Pompejo dabis altius ſepulchrum.

Hæc

bis inferos, & Euridicen iterum acceſſes, quod poëma ita acceptum erit populo, ut Neronis verſus ingrati ſint futuri præ illo theatris. Imo nec Orpheus meus tuo præferetur. *Ingratus Nero*, Ellipſis eſt Statio familiaris. *Gevart.*

61. *Infandos domini.*] Tangit incendium urbis Romæ, à Nerone procuratum. vide Sueton. Nerone cap. 38. & Dionem lib. 62. *Bernart.*

62. *Titulum decuſque Pollæ.*] Titulum appellat honorificum nomen & dignitatem ſeu claritudinis argumentum: (ut loquitur Tacitus lib. 15. An. de Lucani natalibus) Ita Corn. Gallus,

Sæpe poetarum mendacia dulcia finxi,
Et veros Titulos res mihi ficta dedit.

Græci poſtea Roman. æmulatione τὸ τίτλον uſurparunt ἀντὶ τῆς ἐπιγραφῆς. Proinde D. Joan. Euangeliſta inſcripta verba ſuper crucem, cui affixus fuit Dom. Deuſque noſter Τίτλον vocat, ἔγραψε δὲ καὶ ΤΙΤΛΟΝ ὁ Πιλᾶτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. *Morellus.*

69. *Et gratum popularitate Magnum.*] Plutarchus in Cn. Pompeji vita, hujus δημαγωγίας, popularitatis ſeu pop. favoris haſce cauſas affert, σωφροσύνην περὶ δίαιταν, ἄσκησιν ἐν ὅπλοις, πιθανότητα λόγων, πίστιν ἤθους, εὐαρμοστίαν πρὸς ἔντευξιν. Romane, *Frugalitatem & ſobrietatem in victu, peritiam armorum, probabilitatem orationis: fidelitatem morum, & facilitatem ſuavem in congreſſu.* Hæc vero defuerant in patre Pompeji, unde inviſus plebi fuit. Adeo ut populus Rom. Pompejum M. iiſdem verbis affari potuiſſet quibus Æſchuli Prometheus Herculem,

Ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον.

En chara proles patris infenſi mihi.

Idem.

70. *Canopi Peluſiaci.*] Ptolemæi Ægyptii qui Pompejum interfici juſſit. Canopus vero in Ægypto diſtat ab Alexandria centum & viginti ſtadiis. nomen accepit à Canopo Menelai gubernatore, qui ibi mortuus eſt. Serapidis habet templum cultu & religione excellens, ubi ſomnia captabant vel pro ſe vel pro aliis. eo per foſſam navigatur ab Alexandria ad ſacra ſolemnia, mulieribus viriſque nocte & die impudenter canentibus & ſaltantibus. unde impudicam & laſcivam Canopum legimus, quod illic dictavimus. *Domit.*

73. *Hæc*

Hæc primo juvenis canes ſub ævo
Ante annos culicis Maroniani,
Cedet Muſa rudis ferocis EnnI,
Et docti furor arduus LucretI.
Et qui per freta duxit Argonautas:
Et qui corpora prima transfigurat.
Quin majus loquor, ipſa te Latinis
Æneis venerabitur canentem.
Nec ſolum dabo carminis nitorem,
Sed tædis genialibus dicabo
Doctam, atque ingenio tuo decoram:
Qualem blanda Venus, daretque Iuno.
Forma, ſimplicitate, comitate,
Cenſu, ſanguine, gratia, decore.
Et veſtros Hymenæon ante poſtes
Feſtis cantibus ipſa perſonabo.
O ſæva nimium, graveſque Parcæ!
O nunquam data feſta longa ſummis!
Cur plus ardua caſibus patetis?
Cur ſæva vice magna non ſeneſcunt?
Sic natum Naſamonii Tonantis

Poſt

73. *Hæc primo juvenis, &c.*] Ex hoc loco & Suet. in vita Lucani ἀνεκδότῳ, vir auguſtæ doctrinæ Joſephus Scaliger omni enargia evidentius fecit, & Virgilium Culicem ſuum ſcripſiſſe, πρότερον ἡλικίᾳ καὶ πλείω εἰδότα, majorem natu & exercitatiorem, quam cenſeant ignobiles litteratores: & Lucanum Poëticam attigiſſe tenerioribus annis quam Maro, qui non tyro, ſed jam ἀνδρὸς καὶ τέλειος Culicem luſit. cui annis & pannis laceris correctorum corruptorum obſito medicas & munificas adhibuit manus magnus ille Aſclepiades. *Morellus.*

77. *Qui duxit Argonautas.*] Qui ſcripſit navigationem Argonautarum. is eſt Publius Terent. Var. cujus meminerunt Proper. & Ovidius. Atacinus dictus ab Atace vico in quo natus eſt in provincia Narbonenſi. xxxv. annum agens litteras Græcas magno ſtudio didicit. tranſtulitque quatuor libros Apollonii Rhodii in ſuum opus de Argonautis: propterea Fabius ait eum fuiſſe interpretem operis alieni. *Domit.*

85. *Forma, ſimplicitate, comitate.*] Verſus hic trivialis & inſititius è margine videtur irrepſiſſe, ob ſimilitudinem ſequentis, qui ſine dubio Statianus eſt, & peccarunt operæ dum illum diverſo charactere ediderunt. *Gevart.*

93. *Sic natum Naſamonii Tonantis.*] Alexandrum intelligit, enim ut omnes tradidere, Jovis Ammonis ſeſe filium dicebat, cujus templum in Libya. Naſamones vero populi Libyæ. Lucanus:

Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas
Quas Naſamon gens dira legit. Bern.

95. *Baby-*

Poſt ortus, obituſque fulminatos,
Anguſto Babylon premit ſepulchro.
Sic fixum Paridis manu trementis
Peliden Thetis horruit cadentem.
Sic ripis ego murmurantis Hebri
Non mutum caput Orpheos ſequebar.
Sic & tu (rabidi nefas Tyranni!)
Juſſus præcipitem ſubire Lethen,
Dum pugnas canis, arduaque voce
Das ſolatia grandibus ſepulchris,
(O dirum ſcelus! ô ſcelus!) tacebis.
Sic fata eſt, leviterque decidentes
Abraſit lachrymas nitente plectro.
At tu, ſeu rapidum poli per axem
Famæ curribus arduis levatus,
Qua ſurgunt animæ potentiores,
Terras deſpicis, & ſepulchra rides:
Seu pacis meritum nemus recluſæ
Felix Elyſiis tenes in oris,
Quo Pharſalica turba congregatur,

Et

95. *Babylon.*] Ad Babylonem quidem primo ſepultus eſt Alexander: ſed Ptolemæus Lagi filius eius corpus Perdiccæ abſtulit cum id ex Babylone referret, atque in Alexandria diverteret ut Ægypto potiretur. idque compoſuit in alveolo aureo qui poſtea à Ptolemæo cui nomen erat Coceas raptus eſt, & vitreus ſuppoſitus. *Ripis Ebri.*] Nam caput Orphei in Ebrum fluvium Thracium abjectum, in Lesbum (ut nonnulli Græcorum tradunt) delatum eſt: ibique Græcis ad Trojam navigantibus dedit reſponſum. *Domit.*

111. *Seu pacis meritum.*] Malebat Heinſius: *Seu paucis meritum nemus recludi.* Præſtantes viros, & qui admittantur in Elyſium paucos eſſe, nemo ignorat. Unde ipſe Anchiſes apud Virgilium 6. Æneid.

——— *exinde per amplum*
Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus.

Meritum eſt Græcorum ἄξιον. *Gevart.* *Seu pacis, &c.*] Et hic locus non vulgares viros, ſed primorum principes exercuit. Rom. & Veneta editio: *merito.* Ut & MS. Flor. qui & *recluſi.* Magni viri ſcribunt è conjectura: *Sed paucis meritum nemus recludi.* Quod ſane ipſorum elegantiam decet: Sed aliud ſenſit atque illi Statius. Scripſerat magno cum ingenii plauſu Lucanus Orphea, qualis ad inferos Eurydicen repetitum profectus & reverſus fuerat. Quæ enim ſcribebant facta eſſe Poëtæ, ea ipſi facere vel gerere dicebantur, alluſo ad ipſum nomen Poëtarum. Igitur hoc expreſſit: Seu tenes beatum in campis Elyſiis & bene meritum nemus quietis, quam tu inducto & reducto Orpheo recluſiſti. *Gronov. Diatr. c.* 21.

119. *Lau-*

Et te nobile carmen inſonantem
Pompei comitantur, & Catones:
Tu magna ſacer & ſuperbus umbra
Neſcis Tartaron, & procul nocentum
Audis verbera, pallidumque viſa
Matris lampade reſpicis Neronem:
Adſis lucidus, & vocante Polla
Unum quæſo diem Deos ſilentum
Exores. ſolet hoc patere limen
Ad nuptas redeuntibus maritis,
Hæc te non thyaſis procax doloſis
Falſi numinis induit figura:
Ipſum ſed colit, & frequentat ipſum
Imis altius inſitum medullis:
Ac ſolatia vana ſubminiſtrat
Vultus, qui ſimili notatus auro
Stratis prænitet, incubatque ſomno
Securæ procul hinc abite mortes:
Hæc vitæ genialis eſt origo.
Cedat luctus atrox, geniſque manent
Jam dulces lachrymæ, dolorque feſtus,
Quicquid fleverat ante, nunc adoret.

119. *Lampade matris.*] Hoc in invidiam Neronis dicit, à quo Lucan. juſſus eſt mori. nam ille matrem dicta factaque ſua exquirentem & acerbius corrigentem, tandem interfici juſſit. lege hiſtoriam apud Tacitum & apud Cornelium copioſius. *Domitius.*

123. *Redeuntibus maritis.*] Notat fabulam Proteſilai & Laodamiæ uxoris, de qua Claudian. in laudib. Serenæ. Et Higinus Fab. 103. & 104. Nec ſolus ille ab inferis ad nuptam rediit, ſed præterea Oſiris. Diod. Sic. l. 2. Antiq. *Cruceus.*

124. *Hæc non thyaſis doloſis.*] Hæc non agit dies feſtos, quia ita velit ſuæ indulgere voluptati, atque exercere Bacchanalia ſub prætextu tui natalis: ſed tota de te cogitat & ex te pendet. *Induit figuras.*] Falſi numinis: id eſt non colit Bacchum ſimulans celebrare diem natalem tuum. *Domit.*

131. *Securæ procul hinc abite mortes.*] Quænam hic *mortes ſecuræ*? cum antea & mortem & Parcas crudeles & immites appellarit, quod Lucanum rapuiſſent: *O ſævæ nimium, graveſque Parcæ,* &c. An *mors ſecura*, Venæ ſectio, qua Lucanus obiit? Nugæ. Diſtinguo & lego:

Stratis prænitet, incubatque ſomno
Securæ. Procul hinc abite mortes,
Cedat luctus atrox, &c.

Vel quod eidem illi Gratiarum ἀγάλματι Heinſio placebat: *Sint curæ procul: hinc abite mortes*, &c. *Gevart.*

134. *Dolorque feſtus, &c.*] Elegantiſſime *feſtus dolor*: non ſecus ac ſi Adonia aut Hyacinthia agenda in natali Lucani diceret. *Gron. Diatr. c.* 22.

135. *Adoret.*] Celebret & colat diem natalem Lucani. *Domit.*

P. PAPI-

P. PAPINII STATII
SYLVARUM
LIBER. TERTIUS.

[1]Statius Pollio Suo S.

Ibi certe, Polli dulciſſime, & hac, cui tam [2]fideliter inhæres, quiete digniſſime, non habeo probandam diu libellorum iſtorum temeritatem, cum ſcias multos ex illis in ſinu tuo ſubito natos, & hanc audaciam ſtili noſtri frequenter expaveas, quoties in illius facundiæ tuæ penetrale ſeductus, altius literas intro, & in omnes à te ſtudiorum ſinus ducor. Securus itaque tertius hic Sylvarum noſtrarum liber ad te mittitur. Habuerat quidem & ſecundus teſtem: ſed hic habet auctorem. Nam primum limen ejus Hercules Surrentinus aperit, quem in litore tuo conſecratum, ſtatim ut videram, [3]his verſibus adoravi. Sequitur libellus, quo ſplendidiſſimum & mihi jucundiſſimum juvenem, Metium Celerem, à ſacratiſſimo Imperatore miſſum ad legionem Syriacam, (quia ſequi non poteramus) ſic proſecutus ſum. Merebatur & Claudii Etruſci mei pietas aliquod ex ſtudiis noſtris ſolatium, cum lugeret veris (quod amariſſimum eſt) lachrymis ſenem patrem. Earinus præterea

1. *Ad Pollium.*] Rhod. *Pollio Statius S.* Salisb. *Statius Pollio ſuo Sal.* Gron.

2. *Fideliter inhæres.*] Summa fide, ſpretis ambitionis & avaritiæ ſeductionibus à ſcopo veræ vitæ. Verè & ex animo ait tranquillitatem & receſſum colere ſuum Pollium. Contaminat hanc lectionem, & veritatem adeo ipſam, qui *feliciter*, quàm illud mavult, Is eſt non magnæ rei Grammatiſta Jo. Scoppa lib. 1. Collectaneor. cap. 30. *Barthius.*

3. *His verſibus, &c.*] Adorare interdum eſt compellare & ſalutare, ut ſæpe apud Apul. Præſertim lib. 2. Mil. *Accuſator quidam ſenior exſurgit & popu[lum] ſic adorat.* Noſter infr. Epiſt. lib. 4. *C[on]ſulatum adoravi.* De hoc verbo fusè Muretus in variis. *Cruceus.*

4. Ger-

terea [4] Germanici noſtri libertus, ſcit quandiu deſiderium ejus moratus ſim, cum petiiſſet ut capillos ſuos, quos [5] cum gemmata pyxide, & ſpeculo ad Pergamenum Aſclepium mittebat, verſibus dedicarem. Summa eſt Ecloga, qua mecum ſecedere Neapolim Claudiam meam exhortor. Hic, ſi verum dicimus, ſermo eſt quidem ſecurus, ut cum uxore, & qui perſuadere malit, quam placere: huic præcipue libello favebis, cum ſcias hanc deſtinationem quietis meæ, [6] tibi maxime intendere: meque non tam in patriam, quam ad te ſecedere.

4. *Germanici noſtri libertus.*] Non *Dei noſtri*: quod fatetur pro libidine ſe inſeruiſſe Domitius. *Gronov.*

5. *Cum gemmata pyxide.*] Morem hunc condendi & conſecrandi capillos docet Lucianus de Dea Syria. Sed barbam præcipuè ita conſecrabant. Xiphilinus & Suet. in Nerone. Petronius in Sat. *Pyxis aurea in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant.* Cruceus.

6. *Intendere tibi.*] Suſceptam eſſe cauſa tua ut tecum verſer. quoniam ad te tua (inquit) potiſſimum cauſa in patriam cogito. nam Pollius in Camp: uia erat. *Domitius.*

I.

HERCULES SURRENTINUS POLLII FELICIS.

INtermiſſa tibi renovat Tirynthie ſacra
Pollius. & cauſas deſignat deſidis anni,
Quod coleris majore tholo, nec littora pauper
Nuda tenes, tectumque vagis habitabile nautis:
Sed nitidos poſtes, Grajiſque effulta metallis

Cul-

1. *Tirynthie*] Herculis epitheton. A Tirynthe civitate Peloponneſi, ab ſorore Amphitryonis nomen adepta. Auctore Epitomatore Stephani. Eam Cyclopes mœnibus cinxiſſe auctor Apollodorus lib. II. Ibi natum Herculem tradit Servius ad Æneid. VIII. Habitatum eo profectum ex juſſu Oraculi Apollodorus. *Berthius.*

2. *Cauſas anni deſidis.*] Cauſa quare hoc anno tibi ceſſaverint ſacra. hæc autem ratio eſt, quòd coleris majore tholo, id eſt quod occupatus fui in tholo & templo tibi amplificando ubi coleris. *Domitius.*

5. *Sed nitidos poſtes, Grajiſque, &c.*] Paruit monito tuo Pindare. Olympionic. O. 6. inſerto,

— Ἀρχομένου ἔργου, πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές.

en πρόθυρον etiam διπτυχὲς, arrectaria, valvarum ornamenta, antepagmenta, σταθμοὶ, Antæ: φλιαὶ, poſtes quaſi παραστάδες, à quibus oſtium pendet. Veterani emeriti ἀναθήματα armorum

Culmina, ceu tædis iterum luſtratus honeſti
Ignis, ab Oetæa conſcenderis æthera flamma.
Vix oculis, animoque fides: tune ille recluſi
Liminis, & parvæ cuſtos inglorius aræ?
Unde hæc aula recens? fulgorque inopinus agreſti
Alcidæ? ſunt fata Deum:. ſunt fata locorum.
O velox pietas! ſteriles hic nuper arenas,
Aſperſum pelago montis latus, hirtaque dumis
Saxa, nec ulla pati faciles veſtigia terras,
Cernere erat: quænam ſubito fortuna rigentes
Duxit ſcopulos? Tyrione hæc mœnia plectro,
An Getica venere lyra? ſtupet ipſe labores
Annus, & anguſto biſſeni limite menſes
Longævum mirantur opus. Deus aſſuit, arces
Erexitque ſuas, atque obluctantia ſaxa
Summovit nitens, & magno pectore montem
Reppulit: immitem credas juſſiſſe novercam.
Ergo age, ſeu patrios, liber jam legibus, Argos

Inco-

morum ad poſtes Ἡρακλεῖς appendebant. *Morellus.*

6. *Luſtratus honeſti, &c.*] Quidam interpretes ajunt *honeſtum ignem* hic eſſe, cujus cœleſtis origo eſt, qui Homero θεσπιδαὲς πῦρ dicitur. Sed ſimpliciter hic *honeſtus ignis* vocatur, qui honorificus fuit Herculi, & ad cœlum ipſi viam aperuit. Nam in Oetæo rogo quicquid in Hercule mortale erat, concrematum eſt; quicquid divinum, ad cœlum evolavit. Eodem verbo uſus eſt lib. 4. Syl. Hercul. Epitrapez. dum loquitur de civibus Saguntinis, qui arctiſſima Hannibalis obſidione preſſi, exſtructo in media urbe rogo, ob fidem populi Rom. cum omni auro atque argento in ignem pariter ſeſe præcipitarunt. *Gevart.*

7. *Oetæa.*] Erat in monte eo locus, quem *pyram* dicebant, index Herculis ibi concremati, ut Livius teſtatur lib. 36. Et notavit illuſtrando huic Papinii loco Hermolaus Barbarus ad Plin. lib. 25. c. 5. Qui male tamen verba Papinii producit. *Barthius.*

23. *Ergo age, & merſum, &c.*] Euryſtheus Micenarum rex (cujus meminit etiam Thucydides in primo hiſtoriarum) qui labores Herculi imperabat, poſtea quàm peractis certaminibus Junone quoque aſſentiente (ut ſcribit Diodorus) in cælum Hercules relatus eſt interficitur ab ejus filiis qui Athenienſium præſidio, Iolao, Theſeo, Illo ducibus exercitum adverſus Euryſtheum duxerunt: quem victum & fugientem Ilus interfecit. hactenus Diodorus. Strabo verò & Pauſanias ſcribunt, Euryſthei membra Gargetis ſepulta eſſe, caput Corinthi ſeorſum, quod ab Iolao circa fontem Acariam ſecus tramitem abſciſſum fuit, locuſque appellatur Euryſthei caput. Ait itaque Papinius: Adſis Hercules ſive jam peractis certaminibus & non timens imperia Euryſthei Argivi, Euryſtheumque mortuum & diverſis tumulis ſepultum ac merſum. *Domitius.*

124. *Liber*

Incolis, & merſum tumulis Euryſthea calcas:
Sive ſui ſolium Iovis, & virtute parata
Aſtra tenes, hauſtumque tibi ſuccincta beati
Nectaris, excluſo melior Phryge, porrigit Hebe;
Huc ades, & genium templis naſcentibus infer.
Non te Lerna nocens, nec pauperis arva Molorchi,
Nec formidatus Nemees ager, antraque poſcunt
Thracia, nec Pharii polluta altaria regis;
Sed felix, ſimplexque domus, fraudumque malarum
Inſcia, & hoſpitibus Superis digniſſima ſedes.

Pone

24. *Liber calcas.*] Sive es in cælo, quod virtute tua tibi paraſti, ubi habes Hebem uxorem. Nam ut ſcribit Homerus, & Diodorus ſequitur, conſecrato Herculi & recepto in cælum Hebe uxor data eſt. *Idem.*

26. *Hauſtumque tibi, &c.*] Flaccus l. 4. C. O. 8.

— Jovis intereſt
Optatis epulis impiger Hercules.

Uxor ejus cœleſtis Hebe, pubertas ſeu juventa, pincernæ miniſterio fungens, vice Ganymedis, ſuccincta dicitur, ut Venatricem Virgilianam vidimus:

Succinctam pharetra & maculoſæ tegmine lyncis.

quippe erat,

Nuda genu, nodoſque ſinu collecta fluentes.

Par vero locus eſt apud Xenophontem lib. 1. Κύρυ παιδείας. Cyrus enim Cambyſis Perſarum Reg. filius, adhuc puellus Saccam pincernam Aſtyagis Medorum Reg. avi ſui, æmulatus, porrecta Regi phiala tribus digitis, δεξιῶς, aptè & decenter, oſculatuſque avum, *O Sacca* (inquit) *actum eſt de te, excluderis à me.* ἀπόλωλας· ἐκβαλῶ σε τῆς τιμῆς. *Morellus.*

27. *Phryge excluſo.*] Hoc ait in conſolationem veteris repulſæ Hebes. nam Hebe recepto Ganymede excluſa eſt à poculorum miniſtratione: ſed poſt conſecrationem Herculis, ut ait Papinius, rediit in priſtinos honores. *Domit.*

28. *Et genium templis, &c.*] Solenni formula olim, *naſcentia templa* dicebantur, quæ primum dedicata, ac conſecrata erant. Martial. lib. 6. Epig. 4. ad Domit.

Tot naſcentia templa, tot renata.

Et noſter IV. Sylvar. Viâ Domitianâ:

Donec Troicus ignis, & renatæ
Tarpejus pater intonabit aulæ.

Gevart.

29 *Non te Lerna nocens, &c.*] Secundum Herculis certamen primo loco ſtatuit, quo deluctatus eſt cum excetra, ut loquitur Plautus in Perſa. Arva autem Molorchi paſcua deſignat, ejus qui Herculem venientem ad cædem leonis hoſpitio ſuſcepit: apud Naſ. in Deian.

Nempe ſub his animoſa teſtis Nemeæa lacertis
Edidit Herculeis.

Hic tamen leo dicitur etiam Κιθαιρώνιος ab Apollodoro lib. 2. quem Hercules 18. ætatis anno interfecit. *Formidatum* verò agrum dicit ob hunc

— vaſtum Nemeæ ſub rupe Leonem.

Jam verò per *antra Thracia* Diomedis Thraciæ tyranni Mapalia intelligit,

— cujus equos (Herc.) *una cum rege peremit.*

Græci πῶλυς ἀνθρωποφάγυς & ἀνδροφάγυς vocant. Porrò *altaria polluta Ægyptii regis,* Virgilius *illaudati Buſiridis aras* appellat, victimis humanis pollutas: inficiatur tamen Eratoſthenes Buſiridem Ægyptium fuiſſe. *Morellus.*

Pone truces arcus, agmenque immite pharetræ:
Et regum multo perfuſum ſanguine robur:
Inſtratumque humeris dimitte gerentibus hoſtem.
Hic tibi Sidonio celſum pulvinar acantho
Texitur, & ſignis creſcit torus aſper eburnis.
Pacatus, mitiſque veni. nec turbidus ira.
Nec famulare timens, ſed quem te Mænalis Auge
Confectum thyaſis, & multo fratre madentem,
Detinuit: qualemque vagæ poſt crimina noctis
Theſpius obſtupuit toties ſocer. hic tibi feſta

Gymnas,

36. *Inſtratumque humeris, &c.*] In omnibus retro vulgatis peſſimè hactenus lectum fuit *Inſtratumque*, quod Calderinus fruſtra explicare conatus eſt. Cod. autem Senenſis ſignate, *inſtratum* habet, & dubitandum non eſt. Nam ſic Virgil.

— fulvique inſternor pelle leonis.

Et Noſter Epulo Domitiani:

Sic gravis Alcides poſt horrida juſſa reverſus,
Gaudebat ſtrato latus acclinare leoni.

Quod vero dicit, *humeris gerentibus*, tolerari hoc poteſt. malim tamen tranſpoſitis litterulis: *rigentibus*. Ante enim omnia ut horrida & aſpera deſcripſit, *truces arcus*, inquit, *agmenque immite pharetræ, &c.* Et humeri cruda pelle inſtrati proprie, *rigere*, dicuntur. Sic 1. Theb.

— riget horrida tergo
Palla, & cærulei redeunt in pectora nodi. Gevartius.

Inſtratumque humeris, &c.] Et poteſt & debet ita legi, non *rigentibus*. *Gerentibus humeris* eſt non jam luctantibus, ſed geſtantibus modo & jam victoribus humeris. *Gronov. Diatr.*

37. *Acantho Sidonio.*] Acanthus latinè ſpina dicitur. herba tamen eſt quæ aſſurgit in topiarium & urbanum opus. Virg.

Baccas ſemper frondentis acanthi.

Vid. Plin. *Domit.*

40. *Famulare timens.*] Erravit graviter hoc loco vir doctus, qui τὸ *famulare* hic verbum activum eſſe exiſtimavit, nam *famularis* & *famulare*, nomen uſitatiſſimum eſt. noſter 1. Achilleid.

— menſas famularis turba toroſque, Inſtruit. Eſt autem, *famulare timens*, idem hic quod, *timens more famulari & ſerviliter*. Sic 4. Theb. de Bellona ait: *Turmale fremens*, id eſt, *inſtar turmæ:*

Mox & caſtra ſubit, ferroque auroque coruſcis
Mixta viris, turmale fremit. Gevart.

Auge Mænalis.] Arcas. Nam Hercules in Arcadiam regreſſus ad Aleum regem divertit, cujus filiam Augen clam gravidam factam reliquit. Invocat Herculem ut veniat tam hilaris quàm fuit poſt coitum cum Auge, qui quoniam clam fuit, majore eum affecit voluptate. *Confectum thyaſis.*] Laſſum ſaltatione & bacchatione. nam thyaſus bacchationem ſignificat, à θύω quod eſt impetum facio. *Domit.*

43. *Theſpius obſtupuit toties ſocer.*] Hic Theſpienſium Rex, non Theſpius, ſed Theſtius vocatur ab Apollodoro lib. 2. Bibl. cujus armenta leo Cithæronius diſcerpſerat: ad quem perſequendum profectum Herculem hoſpitio ſuſcepit per quinquaginta dies, eique pro leonis interfecti præmio, quotidie unam è L. filiabus ſpondebat, & quaſi uſuariam præbebat. Eas verò ſuſceperat ex Megamede Arnæi filia, & ſingulas præclara prole parentes videre in votis habebat. [illegible] ἢ πάσας ἐξ Ἡρακλέους [illegible]

Gymnas, & inſontes juvenum ſine caſtibus ira,
Annua veloci peragunt certamina luſtro.
Hic templis inſcriptus, avo gaudente, ſacerdos
Parvus adhuc, ſimiliſque tui, cum prima novercæ
Monſtra manu premeres, atque exanimata doleres.
Sed quænam ſubiti veneranda exordia templi,
Dic age Calliope, ſocius tibi grande ſonabit
Alcides, tenſoque modos imitabitur arcu.
Tempus erat, cæli cum torrentiſſimus axis
Incumbit terris, ictuſque Hyperione multo
Acer anhelantes incendit Seirius agros.
Jamque dies aderat, profugis cum regibus altum
Fumat Aricinum Triviæ nemus, & face multa
Conſcius Hippolyti ſplendet lacus, ipſa coronat

κοινοποιήσασθαι. Porrò *vagam noctem* appellat ob concubitum vagum, de quo Horat. ad Piſones:

Concubitu prohibere vago, dare jura maritis. Morellus.

45. *Veloci luſtro.*] Velox luſtrum erat illic, quoniam cum Olympici ludi poſt Olympiadem ſeu luſtrum celebrari ſoleant, ludi Herculis ſingulis annis ei, à Pollio exhibebantur. *Domit.*

46. *Hic templis.*] Nepotem Pollii ex Pollia filiam intelligit, qui puer ſacerdos initiatus erat Herculi; hoc eſt quod ſcribit Diodorus, in agro Leontino ludos Olympicos inſtitutos fuiſſe Herculi, palæſtræ ſcilicet & equorum. tanta numinis præſentia ut ſi intermitterentur, pueri illius ſacerdotes muti fierent, quo morbo liberabantur ſimul ac ſacra repetebant. Hic quoque puer eſt ſacerdos Herculis, ut erat in agro Leontino. *Idem.*

48. *Atque exanimata doleres.*] Quare dicit Herculem doluiſſe dracones illos à ſe occiſos? Interpretes hoc referunt; ad magnitudinem animi Herculis adhuc pumili, qui dolebat hoſtes ſuos eſſe mortuos, quod ſignum generoſæ indolis eſt, quemadmodum,

Hoſtem magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni.

Sed longe alia mens Statii, qui puerilem Herculis infantis ſimplicitatem elegantiſſime expreſſit. Moris olim erat ut infantes cum draconibus (quos veneno carere ſcribit Plinius) colluderent. Unde Ælianus in varia Hiſtor. narrat multa miracula draconum pueros & puellas amantium. Et ſimilem deſcribit noſter 5. Theb. *Gevartius.*

55. *Profugis cum regibus.*] Ad Ariciam, barbaricus mos erat, ut ſcribit Strabo. nam qui primus hoſtiam mactabat, ſacerdos appellabatur. ſervi de honore certabant fugitivi ſinguliſque annis ei qui tenuerat ſacerdotium, certandum erat cum alius victor ſuccedebat. hi appellabantur reges, & quidem Nomorenſes. nam illic erat nemus, unde Diana Nemorenſis dicta eſt. *Domit.*

57. *Lacus conſcius Hippolyti.*] Nam revocatum ab inferis ope Æſculapii Hippolytum Diana occultavit in nemore Aricino, unde equi arcentur, quoniam ab his olim fuerat diſcerptus, putaturque illic vivere in occulto, & appellatur Virbius. Virgil.

At Trivia Hippolytum ſecretis alma recondit Sedibus.

Lacus ergo conſcius eſt Hippolyti latentis, ſcilicet illic. nam conſcii proprie dicimur rerum occultarum. *Domit.*

Emeritos Dianæ canes, & ſpicula tergit:
Et tutas ſinit ire feras, omniſque pudicis
Itala terra focis, Hecatejas excolit idus.
Aſt ego, Dardaniæ quamvis ſub collibus Albæ
Rus proprium, magnique ducis mihi munere currens
Vnda, domi curas mulcere, æſtuſque levare
Sufficerent: notas Seirenum nomine rupes,
Facundique larem Polli non hoſpes habebam,
Aſſidue, moreſque viri, pacemque, novaſque
Pieridum flores, intactaque carmina diſcens.
Forte diem Triviæ dum littore ducimus udo
Auguſtaſque fores, aſſuetaque tecta gravati,

Fron-

58. *Emeritos Dianæ.*] Diana credebequr ſuis feſtis, quæ Idibus Aug. celebrabantur feriari, caneſque ſuos coronare & à venatu immunes habere, quod Statii verſus indicat, & confirmat Gratius in Cynegetico:

Spectataſque faces ſacrum ad nemorale Dianæ
Siſtimus & ſolito Catuli velantur honore.

Turneb. lib. 7. c. ult. Male ergo Paſchalius lib. 1. de coronis exponit hic coronare pro vincire & conſtringere. Legimus & boves coronatos fuiſſe diebus feriatis. Ovid. v. Faſt. Tib. eleg. 1. lib. 2. *Crucens.*

62. *Rus proprium, magnique Ducis mihi munere currens Unda.*] Papinius Albanum rus à Domitiano acceperat, cuji ſi minus gratuitum, certe gratum & ἐύχαρις teſtimonium reddit. Ex eorum enim numero erat qui multa principi debebant. *Morellus.*

68. *Diem Triviæ.*] Idus Sextilis ſacras Dianæ. *Domit.*

69. *Auguſtaſque fores, aſſuetaque tecta gravamus Frondibus.*] Fruſtra eſt Domitius, & alii ipſum ſecuti, qui hic *aſſuta tecta* nobis conſarcinarunt, quaſi male cohærentia & hiantibus rimis contexta. Nam Statius hoc loco auguſtiſſimum & magnificum Dianæ Aricinæ templum etiamnum deſcribit, & needum deſcendit ad humile & vetuſtum Herculis templum, quod à Pollio reſtauratum eſt. Nam de eo loquitur paulo poſt:

Stabat dicta ſacri tenuis caſa, nomine templi, &c.

Dixit autem *Aſſueta tecta*, quia moris erat diebus feſtis (quales hic deſcribit Poëta) templorum fores frondibus ornare. Unde ait templa propter illam conſuetudinem jam *aſſueta* eſſe velari ramis. Similiter dixit à contrario Claudianus 6. Conſ. Honorii:

— deſuetaque cingit
Regius auratis fora faſcibus Ulpia lictor.

Cauſam erroris viris doctis dedit confuſio Templi Dianæ, & Templi Herculis, quæ ambo Statius hic tangit. Legendum autem in propoſito Statii loco, *Auguſtaſque fores.* non *anguſtas*, ut male ediderunt operæ. *Gevartius.*

Auguſtaſque fores aſſuetaque tecta gravamur.] Ita habet conjectura Maximi Salmaſii quam nos ambabus ulnis amplectimur. Dum, inquit, diem feſtum Dianæ in udo litore ducimus, & auguſtas Pollii fores, tectaque aſſueta gravamur, ſolis autem frondibus vel arborum opacitate ſolem arcemus. *Tecta gravantur*, quibus grave eſt tectis ſuccedere. Sueton. *ampla & operoſa prætoria gravabatur.* Gronov. Diatr. cap. 23.

76. *Redimita-*

Frondibus & patula defendimus arbore ſoles,
Delituit cœlum, ſubitis lux candida ceßit
Nubibus, & tenuis graviore Favonius Auſtro
Immaduit, qualem Libyæ Saturnia nimbum
Attulit, Iliaco dum dives Elyſa marito
Donatur, teſteſque ululant per devia Nymphæ.
Diffugimus, feſtaſque dapes, redimitaque vina
Abripiunt famuli: nec quo convivia migrent,
Quamvis innumeræ gaudentia rura ſuperne
Inſedere domus, & multo culmine dives.
Mons nitet: inſtantes ſed proxima quærere nimbi
Suadebant, læſique fides reditura sereni.
Stabat dicta ſacri tenuis caſa, nomine templi,
Et magnum Alciden humili lare parva premebat,
Fluctivagos nautas, ſcrutatoreſque profundi
Vix operire capax. huc omnis turba coimus,
Huc epulæ diteſque tori, cœtuſque miniſtrûm
Stipantur, nitidæque cohors gratiſſima Pollæ.
Non cepere fores, anguſtaque deficit ædes.
Erubuit, riſitque Deus, dilectaque PollI

76. *Redimitaque vina.*] Reſpicit ad corollarum ejus ſæculi in conviviis luxum, quo non capita ſolum, colla, adeoque humeros diſcumbentium, verum etiam vina atque calices coronabant. Non exſcribo quæ alibi notavi, adjunge Tertullianum noſtrum, libro de Reſur. Carnis. *Bernartius.*

77. *Ne quo convivia migrent.*] Vetus editio Pariſienſis habet, *nec quo conv. m.* quæ γνήσια, vera germanaque lectio videtur, imo lampas, qua tenebræ opacæ, quæ hic Statii mentem involvebant, diſcutiuntur. ut jam maxime liqueat, & pateat hic ſenſus, *Famuli*, inquit, *eſculenta & poculenta abripiunt: nec tamen locus idoneus occurrebat, quo transferrent epulas.* Hoc viro docto, amico noſtro Adr. Behottio venerat in mentem, etiam priuſquam veterem illam editionem conſuluiſſet. *Morellus.* *Abripiunt famuli, nec quo.*] Vere ſic legitur, non tamen eo ſenſu, quem dant Morellus & Behotius: nec tamen occurrebat idoneus locus, quo transferrent epulas. Sic enim quidvis in quovis intelligere poſſes. Sed & occurrebat ſatis locorum ut exponit ipſe ſtatim. Proximum verbum repetendum intellectu: abripiunt, nec tamen eo abripiunt, quo poſſunt aut ſoleant convivia migrare ſcilicet in ſacellum vel ædiculam Herculis. Valerius Flaccus lib. 1. Argon. *Sævit atrox Pelias, inimicaque vertice ab alto Vela videt, nec qua ſe ardens effundere poßit. Nil animi nil regna juvant.* Nempe vela videt, ſed non ibi aut eo loco, ubi poſſit in vectores iram erumpere. *Gronov.*

84. *Scrutatoreſque.*] Piſcatores. Multa huc facientia Oppianus in Piſcationum libris, Alciphron Epiſtolis. Paria etiam leguntur apud Manilium & Firmicum. *Barthius.*

Corda ſubit, blandiſque virum complectitur ulnis;
Tune, inquit, largitor opum, qui mente profuſa
Tecta Dicarchæi pariter, juvenemque repleſti
Parthenopen, noſtro qui tot faſtigia monti,
Tot virides lucos, tot ſaxa imitantia vultus,
Æraque tot ſcripto viventes lumine ceras
Fixiſti? quid enim iſta domus, quid terra priuſquam
Te gauderet, erat? longo tu tramite nudos
Texiſti ſcopulos, fueratque ubi ſemita tantum,
Nunc ibi diſtinctis ſtat porticus alta columnis.
Ne ſorderet iter. curvi tu litoris ora
Clauſiſti calidas gemina teſtudine lymphas.
Vix opera enumerem: mihi pauper, & indigus uni
Pollius, & tales hilaris tamen intro penates,
Et littus, quod pandis, amo. ſed proxima ſedem
Deſpicit, & tacite ridet mea numina Juno.
Da templum, dignaſque tuis conatibus aras,

Quas

92. *Repleſti juvenem Parthenopen.*] Inſtauraſti noſtram Neapolim, & Stertinii medici frater, cui ſexcentena ſeſtertia in quæſtu fuerunt Claudii liberalitate, ædificiis Neapolim exornavit. Parthenope Neapolis appellata, à Parthenope una ex Sirenibus illic ſepulta, ut Plinius credidit. Euſtathius vero Dionyſii interpres, Parthenopen puellam fuiſſe arbitratur, quæ ex Eubœa advecta cum aliis colonis, cum urbem imperio teneret, amore extincta ſit. *Domit.*

95. *Lumine ceras.*] Id eſt, luce colorum. *Ceræ* dicuntur colorum omne genus. Scribere eſt pingere. Equo Maximo hæc pariter conjunxit —— *Apellææ cuperent te ſcribere ceræ.* Utrumque Græcum eſt, utrumque alibi nobis illuſtratum. Recte autem *lumine* edidit Gevartius, cum Bernartius, Aldus, Argentinenſes & Parienſes libri perperam retineant *Limine*. Lumina colorum nota ſunt, unde hodie quoque uſitatiſſimum, *Illuminare*, coloribus depingere. *Barthius.*

104. *Proxima Juno.*] Templum Junonis Argivæ, quod Surrento proximum fuiſſe conſtat ex Strab. & Plinio lib. 3. cap. 5. ubi ejus conditorem facit Jaſonem. *Cruceus.*

106. *Dignaſque tuis conatibus aras, Quas puppes velis nolint tranſire ſecundis.*] Etiam hoc loco magnæ interpretibus tenebræ. Domitius ait Statium alludere ad ſedem Sirenum quæ hic erat, quam naves proſpere etiam navigantes tranſire non poterant allectæ ſuavitate cantilenæ. Ego non dubito quin Poëta *aras littorales* intelligat, quibus nautæ prætemavigantes ſacrificabant. Erant enim olim Deorum ſimulachra paſſim in littoribus poſita, quibus ob proſperum curſum nautæ libabant. Noſter Propempt. Metii de claſſe Ægyptiaca, quæ Palladi in Surrentino littore poſitæ fecerat:

Prima ſalutavit Capreas, & margine dextro
Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.

Hi

Quas puppes velis nolint tranſire ſecundis:
Quo pater æthėrius, menſiſque accita deorum
Turba, & ab excelſo veniat ſoror hoſpita templo.
Nec te, quod ſolidus contra riget umbo maligni
Montis, & immenſo non unquam exeſus ab ævo,
Terreat; ipſe adero, & conamina tanta juvabo,
Aſperaque invitæ perfringam viſcera terræ.
Incipe, & Herculeis fidens hortatibus aude.
Non Amphioniæ ſteterint velocius arces,
Pergameuſve labor. dixit, mentemque reliquit.
Nec mora, conſcripta formatur imagine tela:
Innumeræ coëre manus. his cædere ſylvas,
Et levare trabes: illis immergere curæ
Fundamenta ſolo. coquitur pars uvida terræ

Pro-

Hi Dii Græcis à littore, αἰγιάλειοι, Latinis *Littorales* dicti ſunt. Catullus Phaſello:

Neque ulla vota littoralibus Diis ſibi eſſe facta.

Tales autem fuerunt Apollo, Minerva, Hercules, &c. qui paſſim in littoribus culti. Hinc Apollo ἐπακτιος apud Apollonium. Imo & *Actiacus* dictus Apollo, ut nonnulli volunt ab ἀκτὴ, id eſt littore. ſic & *Pallas littorea* noſtro dicitur 1. Achilleid.

Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorem.

Rogat itaque Hercules Pollium, ut curet ſibi etiam extrui aras in littore, quas nautæ, inquit, præternavigantes tametſi proſpero curſu utantur, tranſire nolint, niſi antea illis ſacrificarint. Porro in ſupracitato Catulli verſu, viri docti per *Deos littorales* intelligunt, Glaucum, Panopæam, & Melicertam, &c. Sed male illi *Marinos* & *littorales deos* confundunt. *Littorales* enim potiſſimum Dii Cœleſtes erant, Pallas, Apollo, Hercules, &c. unde illi potius apud Catullum ſunt intelligendi. *Gevartius.*

116. *Labor Pergameus.*] Pindari interpres ſcribit, Appollinem, Neptunum, Junonem, cogitaſſe de Jove dejiciendo de Imperio: ſed deprehenſos dediſſe pœnas. Junonem in vincula conjectam; Neptunum & Phœbum coactos parere Laomedonti, eoque aſſumpto in ſocietatem operis ſtruxiſſe mœnia Trojæ. *Domit.*

117. *Conſcripta formatur.*] Notatur ἰχνογραφία, id eſt tenuis & prima delineatio operis ſeu ædificii extruendi, quam redemptores velut exemplar ſibi proponere ſolent in tela, vel charta expreſſam. Plin. epiſtol. 39. lib. 9. ad Muſtium architectum: *Formam*, inquit, *ſecundum rationem loci ſcribas.* Cruceus.

120. *Pars uvida terræ.*] Mendoſi codices, *pars invida* habent. ego *uvida* lego. ut ſit periphraſis tegularum quæ ex terra uvida fiunt ad arcendas hyemes. Plinius: Inenarrabili terræ benignitate ſi quis ſingula æſtimet. paulo poſt. Figulinarum opera, imbricibus, tabulis, teguliſque ad balnea mammatis vel ad tecta coctilibus laterculis. Cornelius tamen Nepos auctor eſt, contectam fuiſſe Romam ad bellum uſque Pyrrhi quadringentis ſeptuaginta annis ſcandulis. *Domit.*

Protectura hyemes, atque excluſura pruinas,
Indomituſque ſilex curva fornace liqueſcit.
Præcipuus ſed enim labor eſt excindere dextra
Oppoſitas rupes, & ſaxa negantia ferro.
Hic pater ipſe loci, poſitis Tirynthius armis
Inſudat, validaque ſolum deforme bipenni,
Cum grave nocturna cœlum ſubtexitur umbra,
Ipſe fodit. dites Capreæ, virideſque reſultant
Taurubulæ, & terris ingens redit æquoris Echo.
Non tam grande ſonat motis incudibus Ætna,
Cum Brontes, Steropeſque ferit. nec major ab antris
Lemniacis fragor eſt, ubi flammeus ægida cælat
Mulciber, & caſtis exornat Pallada donis.
Decreſcunt ſcopuli, & roſea ſub luce reverſi
Artifices mirantur opus: vix annus anhelat
Alter, & ingenti dives Tirynthius arce
Deſpectat fluctus, & juncta texta novercæ
Provocat, & dignis invitat Pallada templis.
Jam placidæ dant ſigna tubæ, jam fortibus ardens

Fumat

128. *Dites Capreæ virideſque reſultant Taurubulæ.*] Capreæ Pithecuſas olim adjunctas ac ſocias habuerunt, ut ſcribit Strabo l. 5. & Teleboas populos accolas: unde probatur Fr. Tiliobrogæ juvenis πολυμαθοῦς emendatio, qua *Teleboæ* poſtliminio redeunt; ut eas quoque M. Adrian. Turneb. in ſuum Cod. jampridem revocarat, manuque ſua adſcripſerat: ita ex Ariſtotele τοῦς φυσ[illegible] αλήθειαν φέρεται. Virgilius 7. Æn. ſtat pro illis. de priſco rege Capreanum, Oebalo:

— *quem generaſſe Telon Sebetide Nympha*
Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret. Morellus.

129. *Taurubulæ.*] Hoc nomen à coſmographis prætermiſſum eſt: ſed purò fictum eſſe à Papinio, atque ita appellari viam Herculeam ſeptem ſtadiorum ante Lucrinum in exteriore parte: cujus meminerunt Strabo & Diodorus. nam ſtructa eſt cauſa traducendorum boum, ταῦρος autem Græce, Latine taurus: & βάλλω jacio ſive trajicio ſignificat. Unde *Taurubulæ.* Domitius. *Taurubulæ*] Non eſt dubium Thelebræ genuinam lectionem eſſe. Ea debetur Lucio Joh. Scoppæ, lib. 1. Coll. cap. 30. Cujus hominis ignobilitas fecit, ut idem ſentiens Frid. Lindenbrog. in veſtigia ejus incurreret. Nos tamen huic illam acceptam reſtitutionem ferimus, qui tot bonis rem literariam mactavit, cum ille alter plus tenebrarum quam lucis inſperſerit. Non attinet autem plura adnotare, cum Geographi ſint in omnium notitia. *Barthius.*

135. *Anhelat.*] Vix altero anno laborabatur: vel quod placet, vix altero anno redierat æſtas qua anhelamus. *Domit.*

139 *Jam placidæ dant ſigna tubæ.*] Et hic

Fumat arena ſacris: hos nec Piſæus honores
Juppiter, aut Cyrrhæ pater aſpernetur opacæ.
Nil his triſte locis. cedat lachrymabilis Iſthmos:
Cedat atrox Nemee. litat hic felicior infans.
Ipſæ pumiceis virides Nereides antris
Exiliunt ultro, & ſcopulis uventibus hærent.
Nec pudet occulte nudas ſpectare palæſtras.
Spectat & Icario nemoroſus palmite Gaurus,

Et hic iterum mos priſcus tangitur. tubæ ſigno ludi omnes, etiam Scenici, commiſſi. Plinius lib. 11. epiſtol. *Qui nunquam caſtra viderunt, nunquam tubarum ſonum niſi in ſpectaculis audierunt.* Virgilius:

At tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Quintilianus in Gladiatore: *Sonabant clangore ferali tubæ.* Alia de his habes apud cognatum meum Lipſium Saturnalium libro 11. quæ non recoquam ego. *Bernatius.* *Fortibus addens.*] Ubi congrediantur & exerceantur juvenes. Dicit id quod ſupra memoratum eſt: — *hic tibi feſta, &c.* Fortia ſacra etiam citra ſanguinem, virtutis & virium experimenta in honorem fortiſſimi herois, Herculis. Non igitur accedimus Juſto Lipſio Saturnal. lib. 2. c. 14. & ejus cognato J. Bernartio ad hunc locum *fortibus* hic legentibus. Non enim eſt Papinio digna ſermonis mora, quæ hinc oritur. Et quid eſt *Ardentem arenam fumare fortibus*? Favet eidem correctioni Emer. Cruceus, quem cum illis ſeponimus, *Barthius.* *Jam fortibus ardens, &c.*] Elegantiſſime Statius *fortia ſacra*, dixit certamina hæc palæſtrica, quæ in honorem Herculis exercebantur; quod nomen dari poteſt omnibus virilibus ludis, ut decurſibus equeſtribus, &c. Contra *mollia ſacra* ſunt thyaſi, epulæ, ludi florales, pervigilia Veneris. Sic *crudelia ſacra* quæ fiebant Dianæ Tauricæ, Latiari Jovi, Cæleſti Carthaginenſi. *Gron. Diatr. c. 23.*

141. *Aut Cyrrhæ pater aſpernetur opacæ.*] Hæc eſt periocha quatuor celeberrimorum Græciæ ludorum: Olympiorum, qui ab Hercule Jovi Piſæo inſtituti fuerant: Pythiorum, qui Apollini Pythio conſecrati erant, quem Cyrrhæ patrem hic nominat (ne quis cum Caldetino comminiſcatur neſcio quid de Actiaco, quod hic plane eſt ἀπροσδιόνυσον) eſt enim Cyrrha in Phocide infra Cyrphin urbs antiqua ad mare ſita, è regione Sicyonis, unde adſcenſus Delphos patebat ſtadiis circiter 80. Straboni l. IX. & Euſtath. Iſthmiorum qui in inſula Iſthmo celebrabantur, non longe à Corintho, in honorem Neptuni, & Palæmonis Portumnive ſeu Melicertæ. Nemeorum, qui Archemoro dicati erant ab Argivis. Eſt autem Neme inter Cleonas & Phliuntem. *Morell.*

145. *Scopulis humentibus hærent.*] MS. Senenſis: *virentibus.* MS. Flor. Rom. Venetuſque Cod. *viventibus.* Scio alibi *vivum ſaxum* dici. ſed nullum dubium eſt, quin ſcripſerit Papin. *ſcopulis uventibus hærent.* id eſt, βρεχομένοις. *Ut udus aſpergine multa deſilientis ex alto aquæ lacus.* Ovid. l. 4. Faſtor. *Gronov. Diatr.*

147. *Gaurus.*] Nam Gaurani colles Surentini junguntur in Campania, ut Plin. ſcribit, nobiles vinetis. *Palmes Icarius*; nam Icario patri Erigones propter juſtitiam & pietatem Liber pater uvam & vinum dedit, quod prius oſtendit mortalibus. hujus meminit Eratoſthenes & Hyginus. Icarius, Tyndari frater, quem alii Icariotum dixerunt. unde Penelope Icarioris dicitur à Propertio. *Domit.*

Sylvaque, quæ fixam pelago Neſida coronat.
Et placidus Limon, numenque Euplœa carinis.
Et Lucrina Venus, Phrygioque è vertice Grajas
Addiſcis, Miſene, tubas: ridetque benigna
Parthenope gentile ſacrum, nudoſque virorum
Certatus, & parva ſua ſimulachra corona.
Quin age, & ipſe libens proprii certaminis actus
Invicta dignare manu. ſeu nubila diſco
Findere, ſeu volucres Zephyros prævertere telo,
Seu tibi dulce manu Libycas nodare palæſtras,
Indulge ſacris. & ſi tibi poma ſuperſunt
Heſperidum, gremio venerabilis ingere Pollæ:
Nam capit, & tantum non degenerabit honorem.

Quod

154. *Actus.*] Alloquitur Herculem, ut ſuis laboribus memoriam ſtatuat his ludis. *Proprii*, quia in ſolius illius honorem hæc inſtituta erant. *Barthius.*

155. *Diſco.*] Saxum gymnaſio quod jaciebatur ad exercitationem. Homer. ſpatium quo anteceſſerat Antilochus Menelaum in certamine equeſtri, tantum ait fuiſſe quantum diſcus occupat. *Domit.*

57 *Seu tibi dulce manu Libycas nudare palæſtras.*] Per Libycam palæſtram luctam cum Antæo intelligit: de quo Plautus in Perſa,

Deluctari cum Antæo mavelim, quam cum amore.

Damagetas poëta palæſtram hanc in ære ſculptam venuſte expreſſit, epigrammate, quod eſt l.4. Anthol. T.h. *Morell.* *Nudare palæſtras.*] Prima, Veneta & Membrana Salisb. plane, *nodare*, ut olim conjeceramus. *Gronov.*

58. *Et ſi tibi poma ſuperſunt Heſperidum.*] Poma Heſperidum ad XII. certamen Herculeum ſpectant.

Poſtremo Heſperidum victor tulit aurea mala.

Epigram. ἀδήλως.

Δωδέκατον δ' ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα·

Tametſi hæc κλυτὰ μῆλα, non ab Hercule, ſed ab Atlante decerpta alii tradant, interim dum Hercules vicarium illi operam præſtitit. Hic feſtive dictum τὸ *ſi poma ſuperſunt*, cum tria tantum lecta fuerint. Quæ vetus Herc. ἐν χειρὶ λαιᾷ manu ſiniſtra gerebat: quod mythologice, apud Suidam, ad tres virtutes ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς refertur, ad τὸ μὴ φιλαργυρεῖν, contemptum opum, ad τὸ μὴ φιληδονεῖν, temperantiam, ad τὸ μὴ ὀργίζεσθαι, lenitatem. *Morellus.*

160. *Et tantum non dedignatur honorem.*] Politianus jam olim legendum eſſe monuit: *non degeneravit honorem.* Procul dubio ex MS. codice. Sed *non degenerare honorem*, quem nunquam acceperis, profecto mire, imo male dicitur. Codex habuit *degeneravit* pro *degenerabit*: quemadmodum equo maximo, *mutavit habenas* Rom. codex pro *mutabit* ſæpeque alibi. Illud autem *degenerabit*, (quod etiam ita nullo apice minus habet MSC. Flor.) corruptum eſt ex *degener ambit*, cum compendio litera M non aſcripta, ſed nota ejus ſupra A poſita fuiſſet. Reliquerat igitur Statius:

Nam capit & tantum non degener ambit honorem.

Gronov. Diatr. cap. 23.

166. *Mallo*

Quod ſi dulce decus, virideſque reſumeret annos,
(Da veniam Alcide) fors huic. & penſa tuliſſes.
Hac ego naſcentes lætus bacchatus ad aras
Libamenta tuli. nunc ipſum in limine cerno
Solventem voces, & talia dicta ferentem:
Macte animis, opibuſque, meos imitate labores.
Qui rigidas rupes, infœcundaque pudenda
Naturæ deſerta domas, & vertis in uſum
Luſtra habitata feris, fœdeque latentia profers
Numina. quæ tibi nunc meritorum præmia ſolvam?
Quas referam grates? Parcarum fila tenebo,
Extendamque colos, duram ſcio vincere mortem.
Avertam luctus, & triſtia damna vetabo.
Teque nihil læſum, viridi renovabo ſenecta.
Concedamque diu juvenes ſpectare nepotes,
Donec & hic ſponſæ maturus, & illa marito:
Rurſus & ex illis ſoboles nova, grexque protervus
Nunc humeris irreptet avi, nunc agmine blando
Certatim placidæ concurrat ad oſcula Pollæ.
Nam templis nunquam ſtatuetur terminus ævi,
Dum me flammigeri portabit machina cæli.
Nec mihi plus Nemee, priſcumque habitabitur Argos,
Nec Tiburna domus, Soliſque cubilia Gades.

Sic

166. *Macte animis opibuſque.*] Sic Horat. *opes* & *animos* jungit, lib. 4. C. 4.

Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

Hoc autem votum eſt Callimachi in clauſula hymni in Jovem.

Δὸς ἀρετήν τε ϗ ὄλβον.

Morellus.

179. *Oſcula Pollæ.*] Male egit cum muliere hac Papinius, quod non expreſſit *uxorne* an *cognata* aut *ſoror* fuerit Pollii. Ambigua enim ea res ſemper erit, & uno verbo toti conſulere poterat. *Barthius.*

183. *Soliſque cubilia Gades.*] Duplicem hiſtoriam ſeu fabulam notat. Gades inſulam in fine Bethicæ provinciæ, verſus occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur, noti orbis terminum credidit antiquitas. Hiſpani hodie *Cadiz*, & corruptè *Caliz* vocant: noſtrates, *Calis malis*. fuit in hac Inſula Herculis templum, & columnæ illæ quæ Herculis nuncupantur ab omnibus celebratæ. Conſule Plinium, Suidam, Iſidorum, alioſque, in Iberico vero freto Solem occidere, vulgata Poëtarum fabula. vide quæ notavi ad 1. Thebaidos. recte itaque Papinius *Soliſque cubilia.* quin & hodie noſtrates Nautæ promontorium hujus inſulæ verſus occidentem (quod ab incolis S. Sebaſtiani vocatur, *het eynde der werelt* nomiminant,

Sic ait, & tangens ſurgentem altaribus ignem,
Populeaque movens albentia tempora ſylva,
Et Styga, & ætherei juravit fulmina patris.

minant, quaſi mundi metam. adi eruditiſſimi Abrahami Ortelii noſtri tabulas Geographicas. *Bernart.*

185. *Albentia tempora.*] Nam cum ſint tria genera populi, ut ſcribit Plin. alba, nigra, & quæ Lybica appellatur: alba Herculi dicata eſt: & ea coronati olim ejus ſacra peragebant. ſed poſteaquam Laurentum germinavit in Aventino, lauro coronabantur. auctor Varro in ſecundo rerum humanarum. *Domitius.*

II.

*PROPEMPTICON METIO CELERI.

DI quibus audaces amor eſt ſervare carinas,
Sævaque ventoſi mulcere pericula ponti,
Sternite molle fretum, placidumque avertite votis
Concilium, & lenis non obſtrepat unda precantis.
Grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo
Depoſitum, juvenis dubio committitur alto
Metius, atque animæ partem ſuper æquora noſtræ
Majorem transferre parat: proferte benigna
Sidera, & antennæ gemino conſidite cornu
Oebalii fratres: vobis pontuſque, poluſque,

Luceat.

* *Propempticon.*] Veteres προπομπὴν, proſequutionem rite explicant; quæ non minus animo fit, quam corpore. ut Tibullus προπέμπει.

Meſſalam terra dum ſequiturque mari.

Horatius Virgilium lib. 1. C. o. 3. & Mæcenatem Epod. 1. officioſo & votivo προπεμπτικῷ. *Morell.* *Metii Celeris.*] Rhod. & Sal. elegantius: *Metio Celeri.* Gronov.

5. *Grande tuo rarumque damus Neptune profundo Depoſitum.*] Xenophon amicum appellat κτῆμα πάντων κράτιστον herediurn fructuoſiſſ. Alexander M. amicos indigitans, οὗτοι ἐμοὶ θησαυροί. de quo Libanius Pſeudo-Theo. 1. Chria. D. Joan. Euangeliſta apud Euſebium l. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 23. ab Epiſcopo, cujus fidei adoleſcentem τὴν ὄψιν ἀστεῖον καὶ θερμὸν τὴν ψυχὴν, tradiderat, depoſitum repetens ait, ἄγε δὴ, ὦ ἐπίσκοπε, τὴν παρακαταθήκην ἀπόδος ἡμῖν. *Grande rarumque* τὸ πλεῖστον ἄξιον in epiſt. Amaſis ad Polycratem, apud Herod. in Thalia.

Ἔστ' ἄν τις ἀπολλυμένῳ μάλιστα τὴν
ψυχὴν ἀλγήσῃ.

Morellus.

6. *Dubio committitur alto, &c.*] Ne corrigamus *alveo*, vel *dubiæ alno*, ut quidam voluerunt. *Tutus pontus*, fidus, in quo ſine periculo quis fertur. vide *Obſerv. Gronov. l. 2. c. 11.*

10. *Fratres OEbalii.*] Caſtorem & Pollucem Laconicos ab OEbalo rege dictos, rege Laconiæ, cujus filia Pyrene, audita Chencreæ morte, lachrymis fontem dedit Pyrenem, ut ſcribit Pauſanias.

Luceat. Iliaca longe nimboſa ſororis
Aſtra fugate precor, totoque excludite cælo.
Vos quoque cæruleum divæ Nereides agmen,
Quis honor, & regni ceſſit fortuna ſecundi,
(Dicere quæ magni fas ſit mihi ſidera ponti)
Surgite de vitreis ſpumoſæ Doridos antris,
Bajanoſque ſinus, & fœta tepentibus undis
Littora. tranquillo certatim ambite natatu,
Quærentes ubi celſa ratis, qua ſcandere gaudet
Nobilis Auſoniæ Celer armipotentis alumnus.
Nec quærenda diu: modo nam trans æquora terris
Prima Dicarcheis Pharium gravis intulit annum.
Prima ſalutavit Capreas, & margine dextro
Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.
Hujus utrumque latus molli præcingite gyro,
Partitæque vices, vos ſtuppea tendite mali
Vincula, vos ſummis annectite ſuppara velis:
Vos Zephyris aperite ſinus: pars tranſtra reponat,
Pars demittat aquis curvæ moderamina puppis.
Sunt quibus exploret rupes gravis arte Molochus.

Quæque

ſanias. Invocat tanquam ſtellas ſalutares Metio navigaturo. rogatque ut excludant Helenem ſydus tempeſtuoſum. *Domitius.*

11. *Sororis Iliacæ.*] Helenæ raptæ à Paride Trojano. *Ceſſit.*] In ſortem venit. *Secundi regni.*] Maris. nam primum cælum eſt. *De antris Doridos.*] Nam Nereides fundum maris tenent in ſpecu. habitantes apud Nereum patrem. *Bajanos ſinus.*] Rogat numina ut Bajas ſe recipiant & Puteolos. nam illic erat navis qua erat diſceſſurus Metius in Alexandriam. Ea annonam attulerat ex Ægypto, nam in urbem inde ſæpe annona immittebatur. Martial.

Mitte tuas meſſes, accipe Nile roſas. Idem.

22. *Pharium annum.*] Annus hic pro annona, & apud Claud. de bello Gildonico: *Penſabam Pharium Getulis meſſibus annum.* Pharius ergo annus eſt annona ex Ægypto, de qua Plin. in paneg. & fuſe Lipſ. 1. Elect. ubi etiam citat hunc locum, Demſter. Collect. Antiq. lib. 7. cap. 38. Caſaub. ad Sueton. Auguſt. cap. 98.

24. *Sparſit Tyrrhenæ.*] Promontorium Miſeni infame naufragiis erat. libabant itaque Palladi, quæ inibi colebatur, nautæ, periculo maris defuncti. vide notata mihi ad 1. Thebaid. De Mareotici vero vini præſtantia velim te conſulere Strabonem. *Bernartius.*

29. *Moderamina.*] Periphraſis eſt anchoræ. *Domit.*

30. *Sint quibus exploret rupes gravis arte Molorchus.*] In illo Cod. Adrian. Turnebi αὐτοσχεδίοις inſignito, quo Stephani ejus filii, Senatoris clariſſ. benignitate uſi ſumus, pro *arte* reponitur,

tur; *arte*, *ἀνεδδυάςως*, & *ἀπὸ τ̃ Molorchus*, *Molybdus* de plumbo. vel *Bolochthus*, vel *Molochthus*, de pondere, quod jaci ſoleret in profundum. vel *Hermateleuchus*. quarum ſuſpicionum, ut eas vocat, rationem adfert lib. 28. & 34. Adverſ. ubi ingenue fatetur *τὸ hermateleuchus*, magis animo arridere: pro inſtrumento vel ferramento quo ſcopuli & murices, teniæque cææ & ſub aqua latentes deprehendantur. quod hic verſus de Proreta ſcriptus eſſe videatur, qui in prora & ventos captat, & ſcopulos rupeſque explorat. Lil. Gyraldus lib. de Navigiis. cap. 12. monet alios legere, malle *Molorthum*, quaſi *μόλυβδον ὀρθὸν*, plumbum rectum & perpendiculum, quod ad explorandam aquæ altitudinem adhibeatur, ut *βολὶς* & *καταπειρατηρία*. Sunt qui per Molorchum potius denotari dicant rei navalis peritum. Ita *gravis* eſſet *δεινὸς* non *βαρύς*. An alicujus palato ſapiet Bolarchus à principatu & regimine bolidis? Quænam harum *κυρία δόξα* cenſebitur. *Morellus*. *Molorchus*.] Quia in vetuſtiſſimis editionibus *Molochus* legitur non *molorthus*, verius mihi viſum eſt, *Malachus* eſſe proprium cujuſdam navarchi ſeu proretæ nomen, qui *Molochus* dictus fuerit ſeu *Malachus*. Sic invenio exſtitiſſe quendam Athenienſium navarchum, *Malachum* nomine, apud Juſtinum lib. 16. Sed & Srrabo cujuſdam *Malachi* mentionem facit. Et hinc fortaſſe per contractionem, Syrorum *Malchus* natum, ſicut à *Proculus*, *Proclus*, &c. Quis ergo neget ex nautica pube Syrum quendam fuiſſe rei navalis peritum, cui *Malachus* nomen ſeu *Molochus*? Sed Latinitas non videtur admittere, ut vir præditus arte aliqua, dicatur, *arte gravis*, ſicut contra aliquem recte *virtute* aut *pietate gravem* dicimus. Huic difficultati reſponderi poteſt. *τὸ arte*, non referendum eſſe ad *gravis*, ſed ad *τὸ exploret*, quod præceſſerat, ut ſcilicet, *arte exploret*, *gravis molochus*. Sed, ut verum fatear, duriuſculum hoc eſt, unde perplacet mihi ſententia Clariſſ. virorum Dan. Heinſii, qui cenſebat *Molochum* hic non navarchi aut proretæ nomen eſſe, ſed urinatoris, cujus proprium munus erat fundum petere, & ſcopulos rupeſque explorare. *Urinari* enim eſt ſubmergi. Atqui proprie convenit urinatori, ut dicatur *arte gravis*. Nam cum quilibet imperitus ejus artis, pondere ſuo & gravitate ad fundum feratur, ſoli urinatores eleganter hoc *arte* facere à poëta dicuntur. Ergo *arte gravis*, eſt urinator qui arte mergitur. *Molochum* autem temporis illius urinatorem Synecdochice pro urinatore quolibet poni non eſt dubitandum, & hic mos eſt Poëtis, Juvenali imprimis & Martiali familiaris. Ita in re ſimili Socrates de libro obſcuriſſimo Heracliti, aiebat Natatore *Delio* opus eſſe ad explorandos ſenſus ejus nimium abſtruſos & profundos. Erat enim *Delius*, urinator ejus ſæculi, ut *molochus*. Vim proverbii non viderunt qui interpretati ſunt. Ut autem præſens locus rectius intelligatur, notandum eſt Poëtam ſingulas Nereides extra aquam in aliqua navis parte conſtituere, & omnia nautica officia ipſis Nymphis tribuere, quod legenti patet. Cum vero proretæ munus eſſet, bolide fundum prætentare, aut ejus loco urinatorem emittere ad explorandas rupes; hoc jam Nereidibus tribuit, ut illæ *τῆ βολίδος* loco, Molochum, *arte gravem*, hoc eſt *ἔντεχνον μολυβδωτὴν* emittant, qui exploret rupes. Cum dixit, *exploret*, reſpexit ad inſtrumentum quod *καταπειρατηρίη* ab Herodoto vocatur, cujus loco erat urinator, verus *καταπειρατὴρ*, quaſi dicas *exploratorem*. Gevartius. *Sint quibus exploret*, &c.] Scripſit Statius: *Sint, quibus exploret lino gravis alta molybdis*. Dictio *rupes* ſemper ſuſpecta fuit. Pro ea in Florentio legitur *primo*. Sed hanc mutari malim in *lino*, quo ſc. molybdis in mare demittitur. Nam cum L. & N. in M. coaluiſſent, hoc modo *lmo* ineptus librarius *τὸ* L. pro nota vel Latini numeri accepit, & *primo* reddidit. *Arta* pro *alta* deinde *arte* correctum eſt. *Molupsis* autem pro *molybdis* videtur olim ſcriptum, quod facile fuit in *mo*-

lorchum

Quaque ſecuturam religent poſt terga phaſelon.
Uncaque ſubmerſæ penitus retinacula vellant.
Temperet hæc æſtus, pelaguſque inclinet ad ortus.
Officio careat glaucarum nulla ſororum.
Huic multo Proteus, geminoque huic corpore Triton
Pranatet, & ſubitis, qui perdidit inguina monſtris
Glaucus, adhuc quoties patriis allabitur oris
Littoream blanda feriens Anthedona cauda.
Tu tamen ante omnes diva cum matre Palæmon
Annue, ſi veſtras amor eſt mihi pandere Thebas,
Nec cano degeneri Phœbejum Amphiona plectro,
Et pater, Æolio frangit qui carcere ventos,
Cui varii flatus, omniſque per æquora mundi
Spiritus, ac hyemes nimboſaque nubila parent,
Arctius objecto Borean, Eurumque, Notumque
Monte premat: ſoli Zephyro ſit copia cœli,
Solus agat puppes, ſummaſque ſupernatet undas
Aſſiduas pelago, donec tua, turbine nullo,
Læta Paretoniis aſſignet carbaſa ripis.
Audimur: vocat ipſe ratem, nautaſque morantes
Increpat, ecce, meum timido jam frigore pectus

Labi-

lorchum mutari. Vocarunt olim inſtrumentum mari explorando μολυβδίδα, quia plumbum habebat aſſutum in extremo. vide *Gron. Diatr. c.* 27.

36. *Qui perdidit inguina.*] Cujus pars inferior verſa eſt in piſcem. Duo enim Glauci fuerunt, uterque Bœotius: alter diſcerptus ab equabus ad Pothniam. Virg. meminit, & Strabo: alter Anthedonis filius in balenam converſus. Anthedon oppidum Idumææ Paleſtinæ, ut ſcribit Plin. ejuſdem nominis oppidum Bœotiæ, ab Anthedone patre Glauci. de quo Hom. 11. Ill. *Cum matre.*] Matuta ſeu Leucothea. *Veſtras.*] Patriam veſtram. Nam Ino & Palæmon Thebani fuerunt. *Palæmon.*] Idem Portunnus. *Amphiona Phœbejum.*] Citharœdum, id eſt, res Thebanas, quarum auctor & conditor Amphion fuit. *Et pater Æolio.*] Æolus Hypotæ filius ſumta uxore Lippari filia Æolidibus inſulis imperavit, in hoſpites perhumanus. Velis uti nautas docuit. Ad eum divertiſſe Ulyxem ſcribit Homerus. *Paretoniis.*] Ægyptiis Paretonium civitas & portus ingens quadraginta fere ſtadiorum, ab aliis Amonia vocatur. ut Strabo ſcribit. à Catabathmo diſtat nongentis ſtadiis. vel ut Plinius metitur, ſeptuaginta milibus paſſuum. *Domitius.*

51. *Increpat: ecce meum.*] MS. Senenſis, Rom. & Venetus Codex: *Increpat, inde meum.* Eodemque alludit Flor. qui *unde.* Probo ſane. Perquam elegans uſus particulæ pro nunc vero, ab hoc momento, enimvero jam. Scaliger

& Rut-

Labitur, & nequeo, quamvis movet ominis horror,
Claudere ſuſpenſos oculorum in margine fletus.
Jamque ratem terris diviſit fune ſoluto
Navita, & anguſtum dejecit in æquora pontem:
Sævus ubi è puppi longo clamore magiſter
Diſſipat amplexus, atque oſcula fida revellit,
Nec longum cara licet in cervice morari.
Attamen in terras è plebe noviſſimus omni
Ibo, nec egrediar niſi jam cedente carina.
Quis rude, & abſciſſum miſeris animantibus æquor
Fecit iter? ſolidæque pios telluris alumnos
Expulit in fluctus, pelagoque immiſit hiantes?
Audax ingenii; nec enim temeraria virtus
Illa magis, ſummæ gelidum quæ Pelion Oſſæ
Junxit, anhelantemque jugis bis preſſit Olympum.
Uſque adeone parum lentas tranſire paludes?

& Rutgerſ. *viride. Primo congreſſu inde.* Locutio vocibus brevis, ſenſu copioſa, pro à primo congreſſu incipientes continenter poſtea oſtendamus. Dein ſcribe: *quamvis monet ominis horror. Monere, monitus,* propria verba de auguriis, oraculis, prodigiis, ominibus, ſomniis, *Gronov. Diatr.*

61. *Quis rude.*] Deteſtatio navigationis, in qua & Horatius mortalibus ſuccenſet, & Propertius, demum Claudianus. Antea non niſi ratibus navigabatur inventis à rege Erytra in mari rubro. Jaſon vero primus longa navi navigavit, ut Philoſtephanus auctor eſt: & ſcribit Plin. *Domit.* *Quis rude, &c.*] *Abſciſſum æquor animantibus* eſt præcluſum & prohibitum τοῖς πεζοῖς: vel ſi mavis *abſciſſum æquor factum iter animantibus*, eſt iis, quos terra & aëre provida natura contentos eſſe voluerat, nec conceſſerat ſub aquis durare poſſe, *ſolidæ telluris alumnos*, ut loquitur. *Pelagoque immiſit hiantes*, eſt reſpirantes. Antecedens poſitum pro conſequenti. Eſt enim *hiare* proprie recludere os ad reſpirandum, neque ſine hiatu, qui vel fit ore, vel eſt in naribus, attrahitur vel emittitur ſpiritus. *Gron. Diatr. c. 27.*

65. *Pelion Oſſæ.*] *Æque oppugnant,* inquit, *Dei ordinem, qui terram mari confundunt navigando, quam qui congeſtis montibus voluiſſe cœlum eſcendere dicuntur.* Nota omnia. vide Philonis lib. de confuſione ling. Hieron. Magii Miſcell. lib. 1. cap. 4. *Bis preſſit Olympum.*] Quia mons ille altiſſimus duplicibus cum aliis cumulatum dicit, ut eo nempe citius ſic in cœlum penetraretur. Poteſt etiam bicipitem Olympum, poëtica licentia fingendi omnia. *Barthius.*

66. *Olympum anhelantem.*] Sub pondere. Olympos quatuor fuiſſe accepimus. Et Strab. obſervavit, quorum duo ſunt: alter Idæ Phrygiæ ad Antandri ora, ubi Sophocles Menelaum ita Agamemnonem alloquentem introducit: Tu hic conſiſtens ad Idæam tellurem ex Olympo greges cogens immola tibiæ ſonitu. Alter in Myſia quem Plin. ſcribit quoque dictum fuiſſe juxta Olympenam civitatem. Tertius in Theſſalia, de quo nunc loquitur. Quartus in Lesbo inſula. *Domit.*

Stagnaque & anguſtos ſummittere pontibus amnes?
Imus in abruptum, gentileſque undique terras
Fugimus, exigua clauſi trabe, & aëre nudo.
Inde furor ventis, indignataque procellæ,
Et cæli fremitus, & fulmina plura Tonanti.
Ante rates, pigro torpebant æquora ſomno,
Nec ſpumare Thetis, nec ſpargere nubila fluctus
Audebant; viſis tumuerunt puppibus undæ,
Inque hominem ſurrexit hyems, hunc nubila Plias,
Oleniumque pecus, ſolito tunc pejor Orion.
Juſta queror: fugit ecce vagas ratis acta per undas
Paulatim minor, & longe ſervantia vincit
Lumina, tot gracili ligno complexa timores,
Quaque ſuper reliquos, te noſtri pignus amoris
Portatura, Celer. quos nunc ego pectore ſomnos
Quoſve queam perferre dies? quis cuncta paventi
Nuntius, an facili te prætermiſerit unda
Lucani rabida ora maris? num torva Charybdis

Flu-

72. *Et fulmina plura Tonanti.*] Incepte Domitius; *Plura fulmina* id eſt frequentiora, quam ſi mortales nunquam æquor intraſſent; Uſus comparationis, defecta parte, imprimis amatus Statio & reliquis illius ævi. *Gronovius in Diatrib.*

76. *Plias.*] Pliades (ut antiqui aſtrologi ſcribunt) filiæ fuerunt Atlantis & Pleiones, ſeptem, quibus per Bœotiam iter facientibus Orion vim inferre voluit. ſed cum fugiſſent, ſeptem annis eas inſecutus eſt: nec potuit reperire. Jupiter puellas miſeratus, in cælum tranſtulit, ad caudam Tauri. Vergiliæ à noſtris appellatæ quod poſt ver appareant. quod tempus quoniam initium navigationis eſt, Pliades nonnulli dixerunt: à πλέειν quod eſt navigare. Earum ex ortu æſtas ſignificatur, occaſu hyems. *Tunc nubila*] Tunc tempeſtuoſa facta eſt cum ante non eſſet. *Pecus Olenium.*] Capellas & hœdos Olenios intelligit, ſydus tempeſtuoſum. Ægium enim oppidum non procul ab Oleno Arcadiæ oppido locus eſt ubi capra, à qua nomen accepit, Jovem nutrivit lacte. *Domit.*

78. *Juſta queror.*] Merito (inquit) damno audaciam navigandi. vel ex hoc quod navigaturus eſt Celer meus. *Tot timores.*] Vectores; timores appellat ob diſcrimina tempeſtatis. *Idem.*

85. *Lucani maris.*] Tyrrheni. Nam inde ſolvebat: atque ita ſigillatim & ex ordine maria nominat, per quæ navigaturus eſt Celer, contendens in Syriam. *Num torva Charybdis.*] Nam ex Tyrrheno Siculum ingrediebatur: ubi in freto eſt ſcopulus Scylla & Charybdis mare vorticoſum: ut ſcribit Plin. Scylla, ut Acuſilaus ſcribit, Phorci & Hecates filia. Homer. Erati matrem fuiſſe tradit. Hæc (ut Homer. in duodecimo Odyſſeæ ſcribit) monſtrum fuit duodecim pedibus, ſex cervicibus, totidemque capitibus. & ut ille ait δεινὸν πέλωρ. Charybdis vero (ut idem eſt autor) ſcopulus inferior ſub caprifico ter fluctus abſorbet quotidie & revomit. *Idem.*

K 87. *Quis*

Fluctuet? aut Siculi populatrix virgo profundi?
Quos tibi currenti præceps ferat Adria mores?
Quæ pax Carpathio? quali te ſubvehat aura
Doris Agenorei furtis blandita juvenci.
Sed merui queſtus: quid enim, te caſtra petente
Non vel ad ignotos ibam comes impiger Indos?
Cimmeriumque Chaos? ſtarem prope bellica regis
Signa mei, ſeu tela manu, ſeu frena teneres,
Armatis ſeu jura dares, operumque tuorum
Et ſi non ſocius, certè mirator adeſſem.
Sic quondam magno Phœnix reverendus Achilli
Littus ad Iliacum, Thymbræaque Pergama venit
Imbellis, tumidoque nihil juratus Atridæ.
Cur nobis ignavus amor? ſed pectore fido
Nuſquam abero, longiſque ſequar tua carbaſa votis.

87. *Quos tibi currenti.*] *Ferre mores* dixit, pro in ordinem redigi, legem pati, quietem, tranquillitatem, modeſtiam aſſumere. vide *Gron. Diatr.c.*29. *Adria mores.*] *Mores Adriæ*, vocat *naturam* & affectiones ejus maris. Græcis ἤθη dicuntur. Errant autem illi qui verbum Latinum *mores* non tam late patere dicunt, quam Græcorum ἦθος, illudque tantum ad conſuetudines, affectioneſque hominum aſtringunt, nam & de cæteris animalibus, adeoque etiam de inanimatis dicitur, ut hic apud noſtrum, *mores Adriæ* dicuntur & apud Tibull. lib.4. ad Meſſal. *Mos Charybdis.* Virgil. 1. Georg.

— varium cœli prædiſcere morem.

Gevartius.

88. *Carpathio.*]Hoc mare inter Rhodum & Ægyptum interjacet: ita appellatum à Carpatho inſula. Plin. Carpathos quæ mari nomen dedit. *Quali aura.*] Hoc eſt mare Syrium, quod demum eſt ingreſſus Celer. *Doris.*] Mare. *Blandita.*] Quæ olim favit. *Furtis.*] Raptui. *Juvenci.*] Jovis converſi in taurum, *Agenorei.*] Qui rapuit filiam Agenoris Syrii. Quamvis Herodot. eam raptam ſcribat à Græcis Cretenſibus: & abductam in Cretam. Euſebius ſcribit eam fuiſſe Phœnicis filiam, compreſſam à Jove, nupſiſſe Aſterio regi Cretenſium: indeque natos, Minoëm, Rhadamanthum, Sarpedonem. *Domit.*

92. *Cimmeriumque chaos.*] Cimmerii in Italia apud Bajanum & Avernum ſinum fuere, ſubterraneis domiciliis habitantes, in queis tota die deliteſcebant, noctu tantum ad latrocinia egreſſi, ut refert Strabo. Feſtus verò regionem totam eminenti jugo circundatam ſcribit, quæ neque matutino, neque veſpertino tempore Sole contegeretur. Fuere & Cimmerii Boſphorani, de quibus Heſiodus lib. IV. & à queis montes ſuper Albaniam Cimmerii dicti Ptolomæo, tabula Aſiæ ſecunda. *Bernart.*

98. *Nihil juratus.*] Hoc eſt ex hiſtoria quam Thucydides in primo ſcribit. Ait enim principes Græciæ ſecutos eſſe Agamemnonem non tam jurejurando addictos quo obligati erant Tyndaro patri Helenæ, quam Agamemnonis opibus. *Domitius.*

Iſi Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris,
Nunc regina Phari, numenque Orientis anheli,
Excipe multiſono puppem Mareotida ſiſtro:
Ac juvenem egregium, Latius cui ductor Eoa
Signa, Palæſtinaſque dedit frenare cohortes,
Ipſa manu placida per limina feſta, ſacroſque
Duc portus, urbeſque tuas. te præſide noſcat
Unde paludoſi fœcunda licentia Nili:
Cur vada deſidant, & ripa coërceat undas
Cecropio ſtagnata luto: cur invida Memphis,

Curve

101. *Iſi Phoroneïs.*] Inemendati codices modo *ipſa* modo *ipſi* proferunt. Nos *Iſi* ſcribimus. nam invocat Iſidem numen Ægypti, cui Celerem commendat. hæc antea Io dicta Inachi filia fuit. & Inachum flumen Boſporum dixit. Euſebius. *Phoroneis antris.*] Argivis. Phoroneus (ut Euſebius) regum antiquiſſimus Argis regnavit, filius Inachi & Niobes. Alii Niobem fuiſſe filiam affirmant, prius judicia & leges conſcripſit. Hujus filii fuerunt Io & Spartus, qui Spartam à ſuo nomine condidit. *Stabulata.*] Cum erat bos. *Domitius.*

103. *Multiſono ſiſtro.*] Inſtrumento Iſidi peculiariter adſcripto. De eo ex poëtis & Apuleio jam dixit, hoc etiam loco illuſtrato, Joh. Paſſeratius ad Propert. lib. 3. Eleg. 11. Speciem ejus deplctam dedit Stephanus Claverius comentario ad Perſii Satyram pag. 208. *Barthius.*

108. *Fœcunda licentia.*] Doce (inquit) eum res mirandas Ægypti. in primis quare tantum inundet Nilus. *Domitius.*

110. *Cecropio ſtagnata luto.*] Siculis gerris vaniora ſunt, quæ de *Saitico* Nili oſtio hic commentus eſt Domitius. Per *Cecropium lutum*, Poëta innuit *murum hirundinum*, ita dictum, quod hirund nes eum exundanti Nilo opponant. Eſt enim hirundinum ſpecies in Ægypto, quæ à Nili ripa, in qua aſſidue verſantur, Plinio *riparia*, à Marcello Empirico *ripariolæ* nominantur. Hirundines illæ in ipſa etiam ripa nidos ſuos conſtruere ſolent, eoſque tanquam aggeres quoſdam atque obices contra Nili impetus opponunt. Vide Plutarch. lib. de Fluviis & Plin. lib. 10. Dixit autem Poëta *Cecropium lutum*, quia etiam pueri norunt Procnen Athenienſis regis filiam in hirundinem, notiſſima fabula, converſam eſſe. *Cecrops* autem primus Athenarum conditor fuit. Recte etiam dixit *ſtagnatam ripam*, quia Nili aqua in ea continetur nec effluere poteſt. Ita & Silius libro 10. *ſtagnantes ripas* dixit. Beroald. in Annotat. ait Franciſ. Puteolanum præceptorem ſuum primo omnium hunc locum ita eſſe interpretatum. *Gevartius.* *Cecropio ſtagnata luto.*] *Stagnans aqua* proprie, quæ non liquide manat, ſed ſtat paludoſa, multo limo craſſa & turbida. *Stagnata* non eſt, in qua perpetuus latex ſubjicitur, irremiſſo fonte profluens, ut Barthius lib. 37. adverſ. cap. 7. putat, ſed ſimpliciter limoſa aqua inundata. Naturam ſoli, ubi hortus colitur, vult neque ſiccam, neque paludoſam, ſed habilem, pinguem. Unde Nilus *ſtagnare* dicitur. vide *Gronov. Diatrib.* *Invida Memphis.*] Exiſtimo *Memphim* hic *invidam* dici propter ſummum odium ac ſimultatem quam Ægyptii inter ſe mutuo exercebant, ortam ob diverſita-

Curve Terapnæi laſciviat ora Canopi:
Cur ſervet Pharias Lethæus janitor aras;
Vilia cur magnos æquent animalia Divos.
Quæ ſibi præſternat vivax altaria Phœnix:
Quos dignetur agros, aut quo ſe gurgite Nili
Mergat adoratus trepidis paſtoribus Apis.
Duc & ad Æmathios manes, ubi belliger urbis
Conditor

verſitatem deorum, quos quiſque locus colebat. Auctor eſt enim Diodorus l. 2. cum Ægyptii frequenter in ſuos principes conſpirare ſolebant, cujuſdam eorum regis conſilio factum eſſe, ut diverſorum animalium cultus diverſis civitatibus tribueretur, hocque pacto, cum illæ in religione ac Deorum cultu minime convenirent, ideoque gravibus odiis à ſe mutuo diſſiderent, aliæque aliarum ſuperſtitionem contemnerent, non poſſent concordes unanimeſque in principes ſuos conjurare. *Laſciviat ora Canopi.*] De Canopæorum luxuria eleganter Strabo lib. 17. *Canopiſmus* proverbialiter dictus eſt pro petulantia & immodica laſcivia. *Gevart.*

112. *Cur ſervet Pharias.*] Næ multum Domitio debet Charon portitor Lethes, cui Ianitoris etiam munus aſſignavit, modo ne id ſtomachum moveat Cerbero. cum hic

—— ingens Ianitor antro
Æternum latrans exangues terreat umbras.

& Charon ipſe conqueritur de Hercule, quod

Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petivit
Ipſius à ſolio Regis, traxitque trementem.

Nunquid vero in comitatu pompatico Iſidis fuit *latrator Anubis*? quin Deorum cuſtos fidiſſimus habebatur, ut canis hominum. *Morellus.*

113. *Vilia cur magnos.*] Ad Ægyptiorum vanam ſuperſtitionem, qui & bovem & crocodilum & alia animalia, deos denique canino capite effigiatos colebant. *Bernart.*

114. *Præſternat.*] Nam moriturus phœnix facto rogo ex variis odoramentis concuſſu alarum incendit. naſcitur verniculus ex cineribus. unde alter phœnix creſcit. qui primum reddit juſta phœnici mortuæ, defertque totum nidum in Panchaiam ad Solis urbem: eamque in ara collocat. Manilius docuit, repetit Plin. *Vivax.*] Nam ut Manil. auctor eſt, vivit annis ſexcentis ſexaginta. & cum hujus alitis vita magni anni fit converſio. *Domit.*

116. *Mergat adoratus.*] O cautam Apis Majeſtatem, ſi ita ſe ſacro Nili fluvio mergeret, ut hauſtus non duceret ullos, ſed à potu plane temperaret, prout ei præſcriptum erat à ſacrificis. non quod aquam Nili pollutam vel profanam eſſe cenſerent, ſed ne *Fibris increſcat opimum pingue*, ait Perſ. Sat. 3. *Sic enim cavent affligere humi divinæ particulam auræ.* Atque ita Plutarcho placet περὶ Ἴσιδος. *Morellus.* vide Herod. Diod. Plin. Frid. Lindebrog. ad Ammian lib. 22. Joh. Selden. De Diis Syris lib. 1. cap. 4. &c.

117. *Ad manes Æmathios.*] Ad tumulum quidem Alexandriæ. nam in urbe Alexandri circuitus quidam erat, in quo regum ſepultura erat & Alexandri. nam Ptolemæus Lai filius Alexandri corpus Perdicæ abſtulit, qui ex Babylone deferebat: detulitque Alexandriam, eique parentavit prius in aureo alveolo: quem Coccas vitreo ſuppoſito rapuit, ut ante diximus. *Duc ad manes Æmathios.*] Id eſt in Alexandriam, ubi eſt corpus Alexandri Æmathii ſeu Macedonici. *Domit.*

119. *Angui-*

Conditor Hyblæo perfuſus nectare durat:
Anguiferamque domum, blando qua merſa veneno
Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas:
Uſque & in Aſſyrias ſedes, mandataque caſtra
Proſequere, & Marti juvenem dea trade Latino.
Nec novus hoſpes erit. puer hic ſudavit in armis
Notus adhuc tantum majoris munere clavi.
Iam tamen & turmas facili prævertere gyro
Fortis, & Eoas jaculo damnare ſagittas.
Ergo erit illa dies, qua te majora daturus
Cæſar ab emerito jubeat diſcedere bello?
At nos hoc iterum ſtantes in littore, vaſtos
Cernemus fluctus, aliaſque rogabimus auras.
O tum quantus ego! aut quanta votiva movebo
Plectra lyra! cum me magna cervice ligatum
Attolles humeris, atque in mea pectora primum
Incumbes è puppe novus, ſervataque reddes
Colloquia, inque vicem medios narrabimus annos,
Tu rapidum Euphraten, & regia Bactra, ſacraſque
Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ
Pacis iter: qua dulce nemus florentis Idumes,
Qua pretioſa Tyros rubeat, qua purpurâ fuco

Sidoniis

119. *Anguiferamque domum.*] Duc, inquit, ô Iſi Metium etiam Necropolim: ubi anguibus extincta Cleopatra. *Blando veneno.*] Locus diſtat ab Alexandria, xxx. ſtadiis, ubi Cleopatra vel aſpidis morſu, quod Plutar. refert, vel delibutorio veneno, quod Strabo tradit ex quorundam ſententia, ſe necavit in vinculis. *Actias.*] Patronymicum affectatum pro Cleopatra quæ ad Actium victa fuerat. *Cathenas Auſonias.*] Nam ſe interfecit, ne in poteſtatem Auguſti veniret. *Cathenas* dixit: quoniam regum vincula erant cathenæ è collo pendentes cum ducebantur in triumphum. *Domitius.*

124. *Notus adhuc tantum, &c.*] Ita moris erat ab Auguſtæo ævo, qui *liberis Senatorum, quo celerius Reip. adſueſcerent, protinus virili togæ latum clavum induere, & curiæ intereſſe permiſit.* Conſule Suetonium. *Bernart.*

136. *Bactra.*] Narrabis, inquit, & deſcribes loca in quibus fueris. Bactri populi quorum Zariaſtes oppidum eſt. idem poſtea Bactrum à dictum flumine. Plinius auctor, Zeugma Seleucia à Syriæ ad noſtrum littus diſtat centum viginti duorum paſſuum milibus. oppidum ita appellatum, quoniam Alexander ibi pontem in Eufratem junxerit. nam ζεύγνυμι Græce, Latine ſignificat jungo. quod Plinius 34. natural. hiſt. oſtendit. *Domitius.*

139. *Iterata purpura.*] Dibapham intelligit, id eſt bis tinctam: quæ gratior erat. *Plinius.* Huic ſucceſſit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi.

Sidoniis iterata cadis: ubi germine primum
Candida felices ſudent opobalſama virgæ;
Aſt ego devictis dederim quæ buſta Pelaſgis,
Quæve laboratas claudat mihi pagina Thebas.

emi. hac Lentulus Spinter Ædilis Curulis primus in prætexta uſus improbabatur. Verba hæc accipit Plinius ex Nepote Cornelio, qui divi Auguſti principatu obiit. *Idem.*

142. *Aſt ego, devictis, &c.*] Perperam Domitius. *Devicti Pelaſgi* ſunt, qui ad Thebas occubuere, quos cum ſepultura arceret Creo, Theſei armis impetitus & cæſus eſt, illi juſta acceperunt. in ſeq. v. *Includere* claudere eſt. *Quæ pagina mihi claudat Thebas* eſt, quid in Eſchatocollio Thebaidos ſcripſerim, quid cecinerim in ſumma ſcheda, quo modulamine finierim Thebaida. *Cum pagina incluſit partes ridendas*, eſt cum ea pagina acta eſt, finita eſt, quæ ridendas partes inducit, in qua exodium ſcriptum eſt. *Gron. Diatr. c.* 29.

III.

* LACHRYMÆ HETRUSCI.

SVmma Deum Pietas, cujus gratiſſima cœlo
Rara profanatas inſpectant numina terras:
Huc vittata comam, niveoque inſignis amictu,
Qualis adhuc præſens, nullaque expulſa nocentum
Fraude, rudes populos, atque aurea regna colebas;
Mitibus exequiis ades, & lugentis Hetruſci
Cerne pios fletus, laudataque lumina terge.

Nam

* *Lachrymæ Hetruſci.*] Non auſus ſum mutare. Bini tamen illi ſcripti: *Conſolatio ad Claudium Etruſcum.* Gron.

3. *Niveoque inſignis amictu.*] Ambigunt docti, cur niveo amictu, ad exequias, Pietatem Papinius vocet, cum ex Halycarnaſſæo, Varrone, Valerio aliiſque conſtet, atram veſtem in luctu ſumptam: ac ſunt in eo ut concludant, variatum hac in re apud Romanos. priſcis temporibus nigra veſte, in luctu uſas etiam mulieres: At ſub Impp. poſt tot genera reperta colorum, ſpretum contemptumque colorem album, adeo ut nota luctus fuerit ſuperbo ſexui eum induiſſe, & ſane Plutarchus, Herodianus etiam lib. 4. ſimile quid innuunt. ceterum non Apulejus ſolum (notatum aliis) ſententiam hanc oppugnat: *matronam flebilem fuſca veſte* deſcribens, ſed Julius Paulus noſter Recep. ſent. lib. 1. cap. de ſepulchris & lugendis, plane evertit. *Qui luget* (inquit) *abſtinere debet à conviviis, ornamentis & alba veſte.* Ego me ſolvo judicato iſto, & ampliandum judicium ſentio, at verecunde contra virum eruditum credo, non habuiſſe Papinium oculos ad luctum, ſed ad ſollennem Deæ cultum, quam non tam ad funus vocat, quam ad celebrandam Hetruſci pietatem ſingularem. Quare & deam eo habitu vult venire, quo aureo ſæculo conſpici fuerat ſolita:

— *niveoque inſignis amictu, &c.*

Bernartius.

16. *Matris.*]

Nam quis inexpleto rumpentem pectora queſtu
Complexumque rogos, incumbentemque favillis
Aſpiciens, non aut primævæ funera plangi
Conjugis, aut nati modo pubeſcentia credat
Ora rapi flammis? pater eſt, qui fletur. adeſte
Dique homineſque ſacris. procul hinc, procul ite nocentes.
Si cui corde nefas tacitum, feſſique ſenectus
Longa patris, ſi quis pulſatæ conſcius unquam
Matris, & inferna rigidum timet Æacon urna:
Inſontes caſtoſque voco. tenet ecce ſeniles
Leniter implicitos vultus, ſanctamque parentis
Caniciem, ſpargit lachrymis, animæque ſupremum
Frigus amat: celeres genitoris filius annos,
(Mira fides) nigraſque putat properaſſe ſorores.
Exultent placidi Lethæa ad flumina manes:
Elyſiæ gaudete domus. date ſerta per aras
Feſtaque pallentes hilarent altaria lucos.
Felix, & nimium felix, ploratuque nato
Umbra venit. longe Furiarum ſibila, longe
Tergeminus cuſtos. penitus via longa pateſcat
Manibus egregiis. eat, horrendumque ſilentis
Accedat domini ſolium, grateſque ſupremas
Perferat, & totidem juveni roget anxius annos,
Macte pio gemitu, dabimus ſolatia dignis
Luctibus, Aoniaſque tuo ſacrabimus ultro

Inferias,

16. *Matris.*] Illuſtratio Virgiliani illius, *Pulſatuſve parens.* Pulſare αἰκίζεσθαι, βιάζεσθαι, αἰκίᾳ τινί Plato l. 9. leg. *Feſſus pater*, longævus & *inutilis annos.* Autor Thebaidis Lat.

Cæci parentis regimen & feſſi unicum. Morellus.

22. *Ad flumina Lethea.*] Lethe fluvius inferorum. Lethe item fluvius in Hiſpania: quem antea Lineam appellabant. hujus meminit Strabo, addita etiam hiſtoria cur Lethe appellatur. Silius carmini inſeruit. Letheus præterea fluvius in Aſia juxta Magneſiam labitur. *Domit.*

23. *Elyſiæ gaudete domus, &c.*] Hæc qui attente legerit, de interpretatione noſtra ampliuſne deliberabit? non lugere, ſed gaudere, quæ ſuperos, quæ inferos vult Papinius, & ſicuti Pietatem alba veſte vocarat, ita hic aras coronari vult, ex recepto in publico, privatoque gaudio ritu. ipſe Statius ad Julium Men. ob prolem:

— *quæ feſtos cumulare altaribus ignes,*
Et redimire chelyn, poſteſque ornare juberet. Tibullus: *ſertaque de ſanctis deripuiſſe focis.* Bernart.

32. *Æternaſque ultro.*] Licet hoc augurari

Inferias, Hetruſce, ſeni. tu largus Eoa
Germina, tu meſſes Cilicumque, Arabumque ſuperbis
Merge rogis: ferat ignis opes hæredis, & alto
Aggere miſſuri nitido pia nubila cœlo,
Stipentur cineres; nos non arſura feremus
Munera, venturoſque tuus durabit in annos
Me monſtrante dolor, neque enim mihi flere parentem
Ignotum: ſimilis gemui projectus ad ignem.
Ille mihi tua damna dies compeſcere cantu
Suadet, & ipſe tuli, quos nunc tibi confero queſtus.
Non tibi clara quidem, ſenior placidiſſime, gentis
Linea, nec proavis demiſſum ſtemma; ſed ingens
Supplevit fortuna genus, culpamque parentum
Occuluit: neque enim dominos de plebe tuliſti;
Sed quibus occaſus, pariter famulantur & ortus.
Nec pudor iſte tibi: quid enim terriſque, poloque
Parendi ſine lege manet? vice cuncta reguntur,
Alterniſque premunt. propriis ſub regibus omnis
Terra: premit felix regum diademata Roma;
Hanc ducibus frenare datum: mox creſcit in illos
Imperium Superis. ſed habent & numina legem:

Servit

gurari Poëtis. Sed ſatis, poſt paulo dici: hic libri veteres aliud requirunt. Prima Veneta: *autenniaſque tuo ſ. ultro Inferias Etruſce ſeni.* Rhod. *animaſque* ſed, *tuo ſ. ultro I. E. ſeni* & ipſe, & excerpta Lindenbrogii Salisb. integre. *Luctibus Aoniaſque tuo ſacrabimus ultro Inferias Etruſce ſeni.* Quæ vera & elegantiſſima ſcriptura eſt. *Aoniæ inferiæ* carmen funebre. *Gronov.*

38. *Munera non arſura.*] Æternitatem carminis pollicetur & ſibi portendit. *Me monſtrante.*] Teſtimonia mei carminis. *Flere parentem.*] Et hic & antea indicavit Sylvam, quam compoſuit in epicedion funeris paterni, eſſe multis diebus elaboratam, & vix tandem editam: cum hic ſe patrem fleviſſe dicat, & in quinto tandem eam Sylvam collocaverit. *Domit.*

43. *Non tibi.*] Averſio eſt ad patrem mortuum: quem laudaturus diluit primum quod maxime obſtabat. Nam ſervus fuerat: quam ignominiam multis exemplis & rationibus Papinius levare nititur. *Idem.*

50. *Regibus omnis Terra.*] Paraphraſis Gnomes Horatianæ,

Regum timendorum in proprios greges.
Reges in ipſos Imperium eſt Jovis.

Ex hoc Sophocleo in Ajace μαστιγοφόρῳ, Doratio.

Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
Τιμαῖς ὑπείκη.

Et gravia quæ ſunt, quæque ſunt immania,
Cedunt honori.

Ut eleganter Joſ. Scaliger interpretatur. *Morellus.*

54. *Et*

Servit & aſtrorum velox chorus, & vaga ſervit
Luna, nec injuſſa toties redit orbita lucis.
Et (modo ſi fas eſt æquare jacentia ſummis)
Pertulit & ſævi Tirynthius horrida regis
Pacta, nec erubuit famulantis fiſtula Phœbi.
Sed neque barbaricis Latio tranſmiſſus ab oris
Smyrna tibi gentile ſolum, potuſque verendo
Fonte Meles, Hermique vadum, quo Lydius intrat
Bacchus, & aurato reficit ſua cornua limo.
Læta dehinc ſeries, variiſque ex ordine curis
Auctus honos, ſemperque gradus prope numina, ſemper
Cæſareum coluiſſe latus, ſacriſque Deorum
Arcanis hærere datum. Tibereïa primum
Aula tibi, vix dum ora nova mutante juventa
Panditur. hic annis multa ſuper indole victis
Libertas oblata venit. nec proximus hæres,
Immitis quamquam & furiis agitatus, abegit.
Hunc & in Arctoas tenuis comes uſque pruinas
Terribilem affatu paſſus, viſuque tyrannum,
Immanemque ſuis, ut qui metuenda ferarum
Corda domant, merſaſque jubent jam ſanguine tacto
Reddere ab ore manus, & nulla vivere præda.
Præcipuos ſed enim merito ſubrexit in actus
Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem

Clau-

54. *Et vaga.*] Luna quæ videtur vagari arbitrio ſuo, & tamen ſervit. nam plenilunium non fit. nec ipſa poteſt implere orbem ſuum imminutum, niſi certa temporum lege, cui ſervit. *Domitius.*

58. *Fiſtula Phœbi.*] Nec puduit Phœbum ſumere fiſtulam more paſtorum: & cuſtodire armenta regis Admeti in Theſſalia, cui ſerviebat ad Amphryſum. *Idem.*

59. *Sed neque.*] Eum laudat à patria, quod quamvis ſervus eſſet, tamen non venerit ex Barbaris, ex Dacis, Getis, Cappadocibus: unde alii ſervi mitti ſolent. ſed ex Smyrna oppido nobiliſſimo Ioniæ. *Quo Lydius intrat Bacchus.*] Tmolus ante Timolus dicebatur, utrumque in uſu apud poëtas Ovidium & Silium. mons Lydiæ vitibus conſitus, & vini generoſitate nobiliſſimus. inde etiam labitur Pactolus. Apte poëta ut carmen variet, ait Bacchum deſcendere in Hermum fluvium ut ibi aurato illius limo ſua reficiat cornua. *Idem.*

69. *Proximus hæres.*] Caligula qui Tiberio ſucceſſit. *Idem.*

77. *Senior demiſſus, &c.*] Suſpicor ſcripſiſſe: *ſenior emiſſus.* Ut in Hercule

Epi-

Claudius, & longo tranſmittit habere nepoti.
Quis Superos metuens, pariter tot templa, tot aras,
Promeruiſſe datur? ſummi Iovis aliger Arcas
Nuntius: imbrifera potitur Thaumantide Iuno:
Stat celer obſequio juſſa ad Neptunia Triton;
Tu toties mutata ducum juga rite tuliſti
Integer, inque omni felix tua cymba profundo.
Jamque piam lux alta domum, præcelſaque toto
Intravit fortuna gradu; jam creditur uni

Sancta-

Epitrap. *OEtais emiſſus in aſtra favillis.* In patrem: *ſeu membris emiſſus in ardua tendens.* Salvum præſtat verſum Virgilius: *ubique pavor & plurima mortis imago.* Rurſumque: *Et furiis agitatus amor & conſcia virtus. Gronov.*

79. *Quis ſuperos.*] Legatur interrogative. Quis eſt, inquit, deorum miniſter, qui tot diis operam unquam præſtiterit, & pariter ſatisfecerit quot tu imperatoribus? nam deorum miniſtri ſinguli ſingulis ſerviunt: tu de multis imperatoribus bene meritus es. *Domit.*

80. *Promeruiſſe datur.*] Id eſt, dicitur. *dare ſententiam* pro *dicere & ferre.* Modeſtinus Juriſconſultus LXXVIII. D. de re Judic. *Duo judices dati diverſas ſententias dederunt.* & Paulus L. XVI, §. I. D. De evict. *& contra me data fuerit ſententia.* immo ſimpliciter *dare*, eadem notione. Ulpianus L. XXV. D. de liber. cauſ. *ſi enim liquebit contra libertatem dabit.* Tacitus lib. I. *Ita ſecundum Meſſenios datum*, id eſt, *pronunciatum.* Bernart. *Arcas.*] Mercurius (inquit) ſervit Jovi, non pluribus. *Juno potitur.*] Juno ſola utitur miniſtra Thaumantide, id eſt, Iri? quæ quoniam cum admiratione quadam oritur (ut ſcribit Macro. & Cicero) dicta eſt Thaumantis filia. nam θαῦμα ſignificat miraculum. *Tu.*] Tu vero. *Toties.*] Quater. *Integer.*] Illæſus. *Domit.*

86. *Jam creditur uni, &c.*] Totum hunc locum more ſuo imitatus eſt Claudianus in Panegyrico Manlii Theodori:

Huic ſacræ mandantur opes, &c.

Quærunt interpretes, quo nomine munus hoc appellatum ſit, quod tam late hic deſcripſit Statius. Sunt qui *Præfecturam ærarii* intelligant. Sed eos refutat vel ſolum epitheton, *Sanctarum*, illud enim propriè ad Imperatorem ſpectat, cujus res omnes familiares ſolenni titulo, *ſacræ* dicebantur. Hinc *ſacram domum*, *ſacrum latus*, *ſacros vultus* alibi dicit noſter, ubi de Domitiano agit. Itaque *Diſpenſatoris* munus hic notari cenſeo, ſic enim in Conſtitutionibus vocantur, qui Principum pecunias curant, theſaurorumque adminiſtrationem gerunt. Labente Imperio hujuſmodi muneribus præfecti, dicti ſunt *Comites ſacrarum largitionum*, ſub quibus erant *Præfecti Theſaurorum*, *Comites metallorum*, aliique. Erat & *comes rei privatæ* dictus. De quibus omnibus vide Notitiam Imperii, & Caſſiodorum. Hoc ergo munus eſt, quod Noſter Hetruſco & Claudianus *Manlio Theodoro* tribuit. Et hic eſt ille *Manlius*, qui falſo hactenus *M. Manilius* dictus eſt, auctor illius Aſtronomici quod hodie exſtat, quem omnes hactenus eruditi, etiam maximus Scaliger ſuis in illum Commentariis, magno ſanè errore Auguſti tempore floruiſſe & ſcripſiſſe exiſtimarunt, cum penè quadringentis poſt annis Theodoſii nimirum, ejuſque filiorum Arcadii & Honorii tempore floruerit, ac Claudiani coætaneus fuerit, quod quidem primum à nobis eſt obſervatum. *Gevartius.*

98. *Ejectat*

Sanctarum digeſtus opum, partaque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia mundi.
Quicquid ab auriferis ejectat Iberia foſſis,
Dalmatico quod monte nitet, quod meſſibus Afris
Vertitur, æſtiferi quicquid terit area Nili,
Quodque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi,
Et Lacedæmonii pecuaria culta Galeſi,
Perſpicuaque nives, Maſſylaque robora, & Indi
Dentis honos: uni parent commiſſa miniſtro,
Quæ Boreas, quæque Eurus atrox, quæ nubilus Auſter
Invehit. Hybernos citius numeraveris imbres,
Sylvarumque comas. Vigilis te, animique ſagacis
Exitus evolvit, quantum Romana ſub omni
Pila die, quantumque Tribus: quid templa: quid alti
Undarum curſus, quid propugnacula poſcant
Æquoris, aut longe ſeries porrecta viarum.
Quod Domini celſis niteat laquearibus aurum,

89. *Ejectat Iberia foſſis.*] Attentum lectorem non fallet vitium, neque enim aurum ejicitur, ſed labore eruitur, inducor ut reſcribam: *elečtat Iberia foſſis*, ab *elicit*. ceterum de Metallis Hiſpanicis conſule Plin. XXXIII cap. IV. Lucanus lib. VII.

Quidquid fodit Iber, quidquid Tagus extulit auri.

Bernartius.

91. *Area Nili.*] Annonam etiam ex Nilo & ex Ægypto ſervabat. *Scrutator merſus.*] Uniones & margaritas ſignificat; quæ ab urinantibus colliguntur: Indicus maximè has mittit Oceanus circa Arabiam in Perſico ſinu maris Rubri. *Domit.*

93. *Pecuaria culta Galeſi.*] Intelligit lanas Tarentinas. *Perſpicuaque nives.*] Cryſtallina pocula. Plinius lib. XXXVII. cap. II. *Maſſylaque robora & Indi dentis honos.*] Menſæ citreæ, cujus pedes ex ebore. Maſſylia, vicina provincia eſt Maris, apud quos plurima arbor citri, (dixi Tiburtino Manlii) ut non mirum ſit eam pro Mauritania poni. quam & Virgilius pro Africa poſuit, Æneid. lib. VI. *Bernartius.*

98. *Vigilis te.*] Hactenus de redditibus locutus eſt: jam laborem, curam & prudentiam Etruſci laudat in his diſtribuendis pro ratione impenſarum. *Exitus.*] Impenſæ faciendæ. *Evolvit.*] Verſat & angit. *Domitius.*

100. *Romana pila.*] Exercitus omnes Romanos, eorumque præfectos dicit. Laborant docti in *Pili Romani* figura invenienda; eumque Joſephi Scaligeri ferè ultimum literarium laborem fuiſſe dicunt. At cura ea ſuperſedere poſſe faciunt nummi Veteres, qui telum hoc perſpicuè ſpectandum exhibent. Ex iis unus eſt, quem Jac. Gutherius proponit l. 3. de jure Pontificali Vet. Rom. c. 16. p. 329. *Barthius.* *Quid curſus alti undarum.*] Id eſt quantum impendendum ſit purgandis alveis Tiberis & aliorum fluviorum. *Propugnacula æquoris.*] Id eſt portus faciendi & inſtaurandi. *Domitius.*

Quæ Divum in vultus igni formanda liqueſcat
Maſſa: quid Auſoniæ ſcriptum crepet igne monetæ.
Hinc tibi rara quies, animoque excluſa voluptas,
Exiguæque dapes, & nunquam læſa profundo
Cura mero, ſed jura tamen genialia cordi,
Et mentem vincire toris, & jungere feſta
Connubia, & fidos domino genuiſſe clientes.
Quis ſublime genus, formamque, inſignis Hetruſcæ
Neſciat? haud quaquam proprio mihi cognita viſu,
Sed decus eximium formæ, par reddit imago
Vultibus, & ſimilis natorum gratia monſtrat.
Nec vulgare genus: faſces, ſummamque curulem
Frater, & Auſonios enſes, mandataque fidus
Signa tulit, cum prima truces amentia Dacos
Impulit, & magno gens eſt damnata triumpho.

Sic

104. *Quæ divum.*] Et quantum impendendum ſit pro ſtatuis deorum inſtaurandis. *Scriptum.*] Percuſſum & ſignatum. *Monetæ Auſoniæ.*] Signatum in Flavios nummos & numiſmata Romana. Qui primus ex auro denarium ſignavit, latet auctore incerto. Servius quidem rex æs primus ſignavit, argentum vero ſignatum eſt anno urbis quingenteſimo octogeſimo quinto, Fabio conſule, annis v. ante primum bellum Punicum. *Idem.*

108. *Sed jura tamen.*] In tantis (inquit) laboribus, cogitaſti tamen de uxore ducenda non magis tuæ voluptatis cauſa quàm ut procreares clientes Imperatori. *Idem. Mentem vincire, &c.*] Venerem incipere à conjugio. Ita ſuos principum inſtitutores laudat Claud. II. Stilicon. Hinc fuit ut primos, &c. *Barth.*

111. *Genus.*] Hetruſcum ipſum ſervitutem ſerviſſe ſupra dixit. Non ergo videbatur in Hetruſca genus laudaturus. Sed cecinit eandem cantilenam mox, Nec vulgare genus. Nobilis igitur conjux ducta Hetruſco. Quam à meriti vocabulo Hetruſcam nominat. Sic infra. v. 207. *Idem.*

113. *Sed decus eximium, &c.*] Diſtinctio ponenda poſt *imago*, non poſt *vultibus.* Dein pro *haudquaquam* ſcribendum: *haudquanquam.* Rom. codex: *haud nunquam.* τὸ *ſed* non vulgari uſu pro *tamen* ponitur. *Gronov. Diatrib. cap.* 30.

116. *Auſonios enſes.*] Quod munus hic notet meritò ambigas, præfecturam prætorii an cubiculi an armorum cuſtodiam. Puto per *Auſonios enſes*, Statium intelligere arma publica, quæ in armamentario fieri & reponi ſolebant, cui loco qui præficiebatur armorum cuſtos vocabatur, ut in vetere inſcriptione apud Renardum I. Conject. V.F.C. *Virius Sabinus Veteranus armorum cuſtos leg. I. XIV. Gem. Vict. D. M.* Domitius tamen nihil aliud in his verbis Statii interpretatur niſi conſulatum, cui adverſari non audeo: Sed *neque* P. Fabio qui I. Semeſtrium jus gladii & merum imperium præſidis provinciæ aut præfecti prætorio exponit. *Crucens. Mandataque fidus, &c.*] Mandata ſigna eleganter dicuntur, quæ feruntur alienis auſpiciis & pro ultione alterius. vid. *Gronov. Diatr. cap.* 30.

134. *Spar-*

Sic quicquid patrio ceſſatum eſt ſanguine, mater
Reddidit, obſcurumque latus clareſcere vidit
Connubio gaviſa domus. nec pignora longe:
Quippe bis ad partus venit Lucina, manuque
Ipſa levi gravidos tetigit fœcunda labores.
Felix ah ſi longa dies; ſi cernere vultus
Natorum rivideſque genas tibi juſta dediſſent
Stamina: ſed media cecidere abrupta juventa
Gaudia, florenteſque manu ſcidit Atropos annos,
Qualia pallentes declinant lilia culmos.
Pubenteſque roſæ primos moriuntur ad Auſtros,
Aut uti verna novis expirat purpura pratis.
Illa ſagittiferi circumvolitaſtis amores
Funera, maternoque rogos unxiſtis amomo.
Nec modus aut pennis, laceris aut crinibus ignem
Spargere, collectaque pyram ſtruxere pharetræ.
Quas tunc inferias, aut quæ lamenta dediſſes
Maternis, Hetruſce, rogis, qui funera patris
Haud matura putas, atque hos pius ingemis annos?
Illum, & qui nutu ſuperas nunc temperat arces,
Progeniem claram terris partitus, & aſtris,
Lætus Idumæi donavit honore triumphi.
Dignatuſque loco victricis, & ordine pompæ

Non

134. *Spargere: collectaque.*] Lege *collataque*. Studium & felicitas Papinii perpetua in quavis re propria & ſua phraſi explicanda. Tales *ferre*, *conferre* de muneribus functo aut rogo donatis. Item: *quos nunc ego confero queſtus*. Gronov. Diatr. cap. 32.

138. *Illum & qui.*] Sequentes verſus obſcuros & implicatos, in hunc tandem ſenſum explicavimus: Veſpaſianus (inquit) qui prolem habet in cælo & in terris: in cælo Titum, in terris Domitianum: cum de Judæis triumpharet, exercitumque victorem honore & muneribus proſequeretur, Claudium Etruſcum in numero aliorum militum habuit, quamvis ei bello non interfuiſſet: quoniam abſens multa quæ illuc pertinebant curaverat: & quamvis obſcuris parentibus eſſet, tamen minorem numerum & honoris partem non habuit. Eundem quoque equitem fecit, cum ordines recognoſceret. *Nunc temperat.*] Relatus eſt in numerum deorum. *Progeniem partitus.*] Titum in cælo, Domitianum in terris. *Domitius.*

140. *Lætus Idumæi donavit.*] Vitioſa interpunctione ſublata, totum locum ſic reſtitui. Senſus Veſpaſianum dum de Judæis triumpharet, exercitumque victorem muneribus proſequeretur, Claudium Hetruſcum in aliorum militum numero habuiſſe, licet bello non interfuiſſet, & ex ſervis oriundus foret. *Bern.*

144. *Muta-*

Non vetuit, tenueſque nihil minuere parentes.
Atque idem in cuneos populum cum duxit equeſtres,
Mutavitque genus, levaque ignobile ferrum
Exuit, & celſe natorum æquavit honori.
Dextra bis octonis fluxerunt ſæcula luſtris.
Atque ævi ſine nube tenor. quam dives in uſus
Natorum, totoque volens excedere cenſu.
Teſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus Hetruſci,
Cui tua non humiles dedit indulgentia mores.
Hunc ſiquidem amplexu ſemper revocante tenebas
Blandus, & imperio nunquam pater: hujus honori
Pronior; ipſe etiam gaudebat cedere frater.
Quas tibi devoti juvenes pro patre renato,
Summe ducum, grates, aut quæ pia vota rependant?
Tu, ſeu tarda ſitu, rebuſque exhauſta ſenectus
Erravit; ſeu blanda diu fortuna regreſſum
Maluit;

144. *Mutavitque genus.*] Multum certe debet Calderino Claud. hic Hetruſcus; nam cum ille conditione ſervus fuerit, ut ex ſuperioribus patet, Calderinus tamen ex hoc præſenti loco: *celſo natorum æquavit honore.* ait illum pari honore affectum à Veſpaſiano ac filios ejus Titum & Domitianum. At longe alia Statii mens, Vult enim Hetruſcum à Veſpaſiano jure trium liberorum donatum. Nam *natorum honos*, hic eſt jus trium liberorum, quod etiam peculiariter *honos* appellatum fuit. Unde Græcis dicebatur τιμαὶ τρίπαιδος. *Æquavit*, ergo idem hic eſt, quod pari jure, iiſdem præmiis & immunitatibus eum affecit, quibus ille gaudere ſolent, qui tres liberos procrearunt. *Gevartius.*

145. *Exuit & celſo.*] Corruptiſſimum locum ſanavit divina emendatio maximi Salmaſii: *& celſe natorum. Celſe nati* Equites; quorum perpetua laudatio. *Celſus.* Vid. Gron. Diatr. c. 32.

147. *Sine labe.*] *Sine nube*, perturbatione ſcil. felicitatis & ſucceſſuum. Vide nos ad Claud. lib. de bello Getico, & de laudibus Sereni. *Barthius.*

152. *Et imperio.*] Nunquam imperio meo oſtendebas te patrem: ſed tantum amore. *Domitius.*

154. *Quas tibi.*] Hos item verſus implicitos aperuimus, partim unius verbi emendatione, ut ubi alii codices habebant, *Errabit.* tu legas *erravit.* partim diſtinctione verborum quæ confuſa erant. Nam in omnibus codicibus, præterquam in noſtro, ita diſtinctum invenies carmen: *Regreſſum maluit attonitum:* cum ita ſit ſuſpendendum, *regreſſum maluit.* & quod ſequitur, *attonitum,* referendum ad ſequentia. *Idem.*

157. *Seu blanda diu, &c.*] *Maluit regreſſum*, puta, quam continuationem. Maluit redire fortuna, ſcil. intercapedine quadam digreſſa (nec enim regreditur, niſi qui abierat) quam manere: qui luſus divæ inconſtantis credebatur. Nec ſatis accuratè Gevart. nomine *fulminis* exilium ſolemni verbo veteribus appellatum vult; non enim exilium proprie *fulmen* appellabatur, ſed damnatio, ſive ad exilium illa, ſive pœnam capitis. Vid. *Gron. Diatr.* c. 33.

158. *Atto-*

Maluit; attonitum & venturi fulminis ictus
Horrentem, tonitru tantum, lenique procella
Contentus monuiſſe ſenem: cumque horrida ſupra
Æquora, curarum ſocius procul Itala rura
Linqueret, hic molles Campani littoris oras,
Et Diomedeas concedere juſſus in arces.
Atque hoſpes, non exul erat. nec plura moratus
Romuleum reſeras iterum Germanice limen,
Mœrentemque foves. inclinatoſque penates
Erigis. Haud mirum, Ductor placidiſſime, quando
Hæc eſt, quæ victis parcentia fœdera Cattis,
Quæque ſuum Dacis donat clementia montem.
Quæ modo Marcomanos poſt horrida bella, vagoſque
Sauromatas, Latio non eſt dignata triumpho.
Jamque in fine dies, & inexorabile penſum
Deficit. hic mœſti pietas me poſcit Hetruſci.
Qualia nec Siculæ moderantur carmina rupes,
Nec fati jam certus olor, ſævique marita
Tereos. heu quantis laſſantem brachia vidi
Planctibus, & prono fuſum ſuper oſculà vultu!

Vix

158. *Attonitum & venturi fulminis, &c.*] Exilium veteres ſolenni verbo, *fulmen* appellabant. Martial. lib. 6. de eodem hoc Hetruſco ad Domitian.

Nam tu miſſa tua revocaſti fulmina dextra,
Hos cuperent mores ignibus eſſe Jovis.

Ovidius ad Auguſt.

Parce precor, fulmenque tuum, tua tela reconde,
Heu nimium miſero cognita tela mihi.

Sic etiam Plinius Panegyr. de amicis ſuis à Domitiano in exilium ejectis. *Gevartius.*

160. *Monuiſſe.*] Non affeciſſe ſupplicio: ſed monuiſſe errati ſenem Claudium. *Domit.*

165. *Limen Romuleum.*] Vel palatinam aulam: vel certè ærarium. reſtitui (inquit) cum priſtino loco. *Marcomanos.*] Marcomani conjuncti cum Sarmatis bellum adverſus Domitianum geſſerunt. Hos populos Marobutius ex humili loco ad Rhenum coloniam duxerat. Domitianus victos noluit ducere in triumphum: ſed tantùm de ea victoria lauream intulit Jovi Capitolino ſine triumphi pompa. Tranquillus auctor & nos apud Martial. diximus. Papinius tribuit hoc clementiæ Imperatoris, qui hoſtem captum in vinculis ducere noluerit. *Idem.* *Marcomanos.*] Populi Germaniæ, de quibus Strab. l. 7. Creduntur Bohemi hodie eſſe. *Bernartius.*

171. *Sarmatas, &c.*] Suevos dici puto cum *Sarmatis* ſeu *Sauromatis* vel & *Lygios.* Viſe notata Lipſio ad Tac. l. 1. H. ſt. p. 453. & Scriverio ad Martial. l. 9. Epigr. c1. *Germanos* devictos à Domitiano dicit lib. IV. Carm. 11. fin. *Barthius.*

183. *Fer-*

Vix famuli, comiteſque tenent, vix arduus ignis
Submovet. haud aliter gemuit perjuria Theſeus
Littore, qui falſis deceperat Ægea velis.
Tunc immane gemens, fœdatuſque ora, tepentes
Affatur cineres: cur nos, fidiſſime, linquis
Fortuna redeunte, pater? modo numina magni
Præſidis, atque breves Superum placavimus iras,
Nec frueris, tantique orbatus muneris uſu
Ad Manes, ingrate, fugis. nec flectere Parcas,
Aut placare malæ datur aſpera numina Lethes?
Felix cui magna patrem cervice vehenti
Sacra Mycenææ patuit reverentia flammæ.
Quique tener ſævis genitorem Scipio Pœnis
Abſtulit, & Lydi pietas temeraria Lauſi.
Ergo Theſſalici conjux penſare mariti
Funus, & immitem potuit Styga vincere ſupplex
Thracius? ah quanto melius pro patre liceret!
Non totus rapiere tamen, nec funera mittam

Longius:

183. *Fortuna redeunte.*] Cum ſis revocatus ab exilio. *Quique tener.*] Scipio patrem ſervavit ad Ticinum ſeu Trebiam (utrumque enim traditur) cum & ipſe puer eſſet, & pater ab hoſtibus circundatus. Silius:

—— tum rapta properè ex oſſibus haſta
Infiſum cervice ferens humeroque parentem
Emicat.

Sed ſervati Scipionis decus, Cœlius hiſtoriarum ſcriptor ſervo natione Liguri tradit. *Domitius.*

186. *Ad Manes, ignare, &c.*] Repone ex Senenſi MSC. & Rom. Venetaque editione: *Ad Manes, ingrate, fugis.* Ita enim in hac comploratione loquitur, quaſi volens pater ſe relinquat & properet fugiatque ad Manes. *Ingratus* ergo, qui non agnovit utendo beneficium Cæſaris. Verba impatienti dolore expreſſa. *Gronov. Diatr. c. 34.*

192. *Mariti.*] Admeti. Alceſtis Pelei filia uxor Admeti regis Theſſaliæ: ut Homerus in ſecundo ſcribit: & Diodorus tradit: ut viveret maritus ipſa mortua eſt: aliquem enim pro eo mori oportere reſponderat oraculum. Fuit item Admetus rex Moloſſorum, ad quem confugit Themiſtocles. hujus meminit Thucydides in ſecundo hiſto. *Domitius.*

195. *Potuit Phryga vincere.*] Per Phryga Rhadamantus, per Thracium Orpheus exponitur à Domitio. Sed nuſquam legi Rhadamantum fuiſſe Phryga, qui Gnoſius & Cretenſis à Virgilio dicitur. Itaque hunc locum planè depoſitum non aliter ſanari poſſe exiſtimo, quàm ſi pro *Phryga* legamus *Styga*. Hæc mea conjectura, quam probavi jam pridem aliquot eruditis. Certè proximè abeſt à vulgata lectione, & menti poëtæ imprimis convenit. Quid facerent interpretes niſi liceret interdum ὀρχάζειν, in his præcipuè ſylvis, quarum vix ulli codices fide digni reperiuntur. *Cruceus.*

Longius: hic manes, hic intra tecta tenebo.
Tu cuſtos, dominuſque laris; tibi cuncta tuorum
Parebunt: ego rite minor, ſemperque ſecundus
Aſſidue libabo dapes, & pocula ſacris
Manibus, effigieſque colam: te lucida ſaxa,
Te ſimilem doctæ referet mihi linea ceræ:
Nunc ebur, & fulvum vultus imitabitur aurum.
Inde viam morum, longaque examina vitæ,
Affatuſque pios, monituraque ſomnia poſcam.
Talia dicentem, genitor dulcedine læta
Audit, & immites lente deſcendit ad umbras,
Verbaque dilectæ fert narraturus Hetruſcæ.
Salve ſupremum, ſenior mitiſſime patrum,
Supremumque vale: qui nunquam ſoſpite nato
Triſte Chaos, mœſtique ſitus patiere ſepulchri.
Semper odoratis ſpirabunt floribus aræ:
Semper & Aſſyrios fœlix bibet urna liquores,
Et lachrimas, qui major honos. hic ſacra litabit
Manibus

197. *Tu cuſtos dominuſque laris?*] Tolle rogandi notam à mala manu adpictam *Bernartius.*

201. *Linea ceræ.*] Hic pro lineamentis vultus cerei, ſiquidem pictores lineas ducere propriè dicuntur. Lineis enim ſtemmata diſcurrebant ad pictas ceræ imagines. Plin. c.2. & 3. *Monituraque ſomnia,* Vaticinia ex inſomniis olim captata, ex Peripateticorum doctrina, qui animam interdiu corpori ſervire, noctu liberam ab ejus miniſterio veritatem facilius perſpicere, & futura cognitione præcipere dictitabant, ut ſcribit Ælianus c.11. Var. Hiſt. lib.3. Quin & in ſacris literis legimus Deum veteribus Prophetis dormientibus arcana ſuæ providentiæ commiſiſſe & mentem fatidicam inſpiraſſe. Numerorum c. 12. Briſo ethnicis dea ſomniorum præſes & interpres ἀπὸ τοῦ βρίζειν Athenæus lib.8. vide Lactant. in 5. Thebaid. *Cruceus.*

208. *Salve ſupremum genitor.*] Poëtæ hæc verba ſunt, non Hetruſci filii. Conjeceram, *ſenior mitiſſime patrum:* & puto ſat habebam cauſæ, cum ita plane habuiſſe MS. Florentinum deprehendi. *Gronov. in Diatr.*

210. *Mœſtiſque ſitus.*] Facilè feras? tamen Ven. Rhod. Sal. *mœſtique ſitus patiere ſepulchri.* Quem conſenſum cur ſpernam? *Gronov.*

211. *Spirabunt.*] Cinctæ & ſparſæ floribus. Nota omnia. Vide quæ adnotata Joanni à Wouwer, amico olim noſtro ad Minutium Felicem. p. 111. *Barthius.*

213. *Qui major honos.*] Major (inquit) honos erit effuſæ lacrymæ à filio quam alia odoramenta. *Exemplo.*] Meritis. ut inde eſſet exemplum meritorum tuorum, voluit me tibi dicare hoc carmen. *Hoc ſepulchro.*] Id eſt, hoc genere ſepulchri. id eſt carmine. *Domitius.*

Manibus: eque tua tumulum tellure levabit.
Noſtra quoque exemplo meritus tibi carmina ſancit,
Hoc etiam gaudens cinerem donaſſe ſepulchra.

215. *Noſtra quoque, &c.*] Alii hæc intellexerint, nec ne, ipſi videant. Mihi conſtat, *meritus* ſcripſiſſe Statium. Claudius Hetruſcus filius dicat tibi, ô ſenior, vel ſenex, noſtra lugubria & pia carmina, *meritus exemplo*, id eſt quæ exemplo pietatis ſuæ meruit, à nobis elicuit. *Gronov. in Diatr.*

IV.

*COMA FLAVII EARINI.

Ite comæ, facilemque precor tranſcurrite pontum:
Ite, coronato recubantes molliter auro:
Ite, dabit curſus mitis Cytherea ſecundos,
Placabitque Notos ſors & de puppe timenda.
Transferet, inque ſua ducet ſuper æquora concha.
Accipe laudatos, juvenis Phœbeie, crines,
Quos tibi Cæſareus donat puer, accipe lætus,
Intonſoque oſtende patri. ſine, dulce nitentes

Com-

* *Coma Earini.*] Sal. *Capilli Flavii Ierini.* Rhod. *Capilli Flavii Ierini.* Saltem hinc agnoſcas *Flavii* nomen, quod à gente patroni Domitiani accepit, adjiciendum. Quod & Sidonii locus docet à Sirmondo & Scriverio emendatus. *Gronov.*

2. *Auro coronato.*] In pyxide aurea. *Puppe timenda.*] In qua periclitamini. *Juvenis Phœbeie.*] Æſculapi fili Phœbi: quem Martial. deum Pergameum appellat, quoniam Pergami colebatur, ut docuimus in commentariis Martialis. Alii Phœbum intellexerant illic qui Pergama condidit. ſed hujus Sylvæ teſtimonio redarguuntur. *Domitius.*

6. *Accipe laudatos juvenis Phœbeie crines.*] Quia apud Græcos, qua Romanos, puerorum virginumque comæ, adoleſcentum prima lanugo, detonſa, Deo alicui conſecrabatur. Achillis exemplo apud Homerum, Theſei apud Plutarchum, Neronis apud Suetonium, filiarum Adraſti apud Papinium hunc noſtrum Thebaidos II. Earini, hic & apud Martialem, apud alios aliorum extant, quæ aliis citata hic non congeram. Ritus, Diabolo uti ſolet, divinum cultum æmulante à Nazaræis Judæorum deſumptus, quibus ſollenne fuiſſe comam radere, in templo offerre, & cum ſacrificio cremare, ex ſacra hiſtoria, Num. VI. ſcimus. *Bernartius.*

8. *Dulce nitentes comparet.*] Helleniſmus Horatio familiaris. *Dulce ridentem Lalagen amabo.* Ita Sappho,

— Πλασίον ἈΔΥ φωνείσας ὑπακούει.

Atque diu fratris putet eſſe Lyæi.] Hinc illa Apollini & Libero communia epitheta χρυσοπλόκαμος, ἀκερσεκόμας, ἀϐροχαίτης, ἀϐροκόμος, δίχαιτης, ſed βοτρυοχαίτης, peculiare Bacchi in epigr. κατ' ἀλφάϐητον. Pelignus poëta Narciſſo ſuo tribuit,

Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines. Morellus.

10. *For-*

Comparet, atque diu fratris putet eſſe Lyæi.
Forſan & ipſe comæ nunquam labentis honorem
Proferet, atque alio clauſum tibi ponet in auro.
Pergame, pinifera multum fœlicior Ida!
Illa, licet, ſacræ placeat ſibi nube rapinæ,
Nempe dedit Superis illum, quem turbida ſemper
Iuno videt, refugitque manum, nectarque recuſat:
At tu grata Deis, pulchroque inſignis alumno,
Miſiſti Latio, placida quem fronte miniſtrum
Iuppiter Auſonius pariter, Romanaque Iuno
Aſpiciunt, & uterque probant. Nec tanta potenti
Terrarum Domino divum ſine mente voluptas.
Dicitur Idalios Ericis de vertice lucos
Dum petit, & molles agitat Venus aurea cygnos,

Per-

10. *Forſan & ipſe.*] Putans, inquit, Apollo jam Bacchum, cum quo certat de pulchritudine crinium, eſſe tonſum: & oſtentans tibi hos crines ſuos, fortaſſe ipſe quoque ſuos conſecrabit in illius æmulationem. *Domitius.*

14. *Quem turbida ſemper Juno videt.*] Hic eſt ζηλοτυπίας χαρακτήρ. à dolore, indignatione, tædio, faſtidio. ut *turbida* ſit ἐμπαθής. quaſi

— *æternum ſervans ſub pectore vulnus.*

cui non opponitur τὸ *placida fronte Aſpicere & probare.* quæ nota eſt φιλοστοργίας, in Junone Homerica, quæ Vulcano nectar porrigente, riſit. Iliad. 1.

— μείδησεν δὲ θεὰ λευκώλενος
Ἥρη·
Μειδήσασα δὲ, παιδὸς ἐδέξατο χειρὶ
κύπελλον.

Morellus.

18. *Juno Romana.*] Domitiam intelligit, ex qua ſecundo conſulatu filium ſuſcepit Domitianus. Altero anno ſalutavit, ut Auguſtam. eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiavit; intraque breve tempus diſſidii impatiens reduxit. *Domitius.*

21. *De vertice Ericis.*] Erix filius Butæ & Veneris, pugna cæſtuum nobilis. In Sicilia ejuſdem nominis collis: in quo Veneris fanum eximiæ venerationis multis illic mulieribus miniſterio deæ dicatis ex Sicilia & aliis provinciis. Veneris item Ericynæ fanum Romæ erat ante portam Collinam; quod Marcellus conſtruxit devicta Sicilia. *Idem.*

22. *Venus aurea.*] Cur paſſim poëtarum principibus Venus aurea dicitur χρυσῆ Ἀφροδίτη, An διὰ τὸ χρυσοφορεῖν, quòd auro fulgere feminarum ſit proprium? Proinde Homerus virum φιλόκοσμον merito cavillatus eſt, auro inſignem ut culta puella,

— χρυσὸν φορέουσα, ἠΰτε κούρη.

quem æmulatus ingenioſus poëta,

Sint procul à nobis juvenes (inquit) *ceu*
femina compti.

An potius quod auro ad Cythereæ regna tutum & patens iter ſit? χρυσῷ τὸ κατ' Ἀφροδίτην ἀνύεται. quippe,

Incluſam Danaën turris aënea
Robuſtæque fores munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris. at, non à *converſo*
in pretium Deo.

Hinc χρύσοφρυς piſcis ſpecies auri decus imitata, Veneri φιλοχρύσῳ venuſtæ Auripetæ, olim conſecrata fuiſſe fertur. *Morellus.*

 25. *Salu-*

Pergameas intraſſe domos, ubi maximus ægris
Auxiliator adeſt, & feſtinantia ſiſtens
Fata, ſalutifero mitis Deus incubat angui.
Hic puerum egregiæ præclarum ſidere formæ
Ipſius ante Dei ludentem conſpicit aram.
Ac primum ſubita paulum decepta figura
Natorum de plebe putat: ſed non erat illi
Arcus, & ex humeris nullæ fulgentibus umbræ.
Miratur puerile decus, vultumque, comaſque
Aſpiciens, tune Auſonias, ait, ibis ad arces,
Neglectus Veneri? tu ſordida tecta, jugumque
Servitii vulgare feres? procul abſit ego iſti
Quem meruit, formæ dominum dabo. vade age mecum,
Vade puer, ducam volucri per ſidera curru
Donum immane duci. nec te plebeja manebunt
Iura, Palatino famulus deberis amori.

Nil

25. *Salutifero mitis Deus, &c.*] Æſculapius in anguem verſus, & hac ſpecie Romam delatus Ovid. 15. Met. Occaſionem huic fabulæ dederunt remedia plurima quæ ex ſerpentibus petuntur, ut diximus ad illud *anguis abundat ſpumatus* in Soteriis Rutilii; & in Æſculapii templo ſerpens nocturnis horis lambere ſolitus ægrotos eoſque curare ut & Ariſtophanis Pluto obſervavit Sabellicus. Ejus quoque Dei ſimulachris ſubjungitur draco, Macrob. 1. Sat. cap. 20. *Crucens.*

29. *Natorum de plebe putat.*] Suaviſſime finxit Venerem exiſtimaſſe, Earinum eſſe *de plebe natorum ſuorum*, nam & plebejos quoſdam Cupidines finxit Antiquitas, ex Nymphis genitos, ac unicum illum, quem *Cæleſtem* vocabant, Venere ortum aſſerebant. Philoſtratus lib. 1. Icon. ΕΡΩΤΕΣ. ejus verba ſunt: Μῆλα ἔρωτες ἰδοὺ τρυγῶσιν. εἰ δὲ πλῆθος αὐτῶν μὴ θαυμάσῃς. Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδες οὗτοι γίγνονται. Τὸ θνητὸν ἅπαν κυβερνῶντες, πολλοὶ διὰ πολλά, ὧν ἐρῶσιν ἄνθρωποι. τὸν δὲ οὐράνιον, φασὶν ἐν τῷ οὐρανῷ πράττειν τὰ θεῖα. Id eſt: *Ecce Amores poma colligunt. Quod autem multi ſint ne admiratus fueris. Hi namque Nympharum ſiunt filii, mortalium genus omne moderantes. multi, quod ea multa ſint quorum amore homines capiuntur. Cæleſtem autem divina agere in cœlo ferunt.* Totum hunc Philoſtrati locum elegantiſſimis verſibus expreſſit Claudianus de Nupt. Honorii. *Gevartius.*

30. *Et ex humeris nullæ fulgentibus umbræ.*] Concinit iis quæ ſunt apud eundem Philoſtratum, de pharetris depoſitis & appenſis ab his pharetratis fratribus. φαρέτραι μὲν οὖν χρυσόπαστοι καὶ χρυσᾶ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς βέλη. γυμνὸν τούτων ἡ ἀγέλη πᾶσα, καὶ κοῦφοι διαπέτονται ἀνακαρτήσαντες αὐτὰς ταῖς μηλέαις. Paulò poſt nudam comam ſatis per ſe decoris habuiſſe docet, ut capita coronis redimita non eſſent, οὐδὲ ἐστεφάνωνται τὰς κεφαλάς, ὡς ἀποχρώσης αὐτοῖς τῆς κόμης. Quod innuit hic Statius:

Miratur puerile decus. Morell.

40. *Cedat*

Nil ego, nil fateor, toto jam dulce ſub orbe
Aut vidi, aut genui. cedat tibi Latmius ultro,
Sangariuſque puer, quemque irrita fontis imago,
Et ſterilis conſumpſit amor. te cærula Nais
Mallet, & apprenſa traxiſſet fortius urna.
Tu puer ante omnes, ſolus formoſior ille,
Cui daberis. ſic orſa, leves ſecum ipſa per auras
Tollit, olorinaque jubet conſidere biga.
Nec mora: jam Latii montes, vetereſque penates
Euandri, quos mole nova pater inclytus urbis
Excolit, & ſummis æquat Germanicus aſtris.
Tunc propior jam cura deæ: quæ forma capillis

Optima,

40. *Cedat tibi Latmius ultro, &c.*] Nimio reprehenſionis ſtudio incitatus Politianus, male hic per *Sangarium puerum*, Ganymedem intelligendum eſſe aſſerit, nam ut recte Domitius adnotavit, Atyn, Cybeles delicias, innuit Statius. Cybele enim prope *Sangarium* & Gallum Phrygiæ flumina colebatur. Vide Claudian. 2. Eutrop. & Marcian. Capellam lib. 6. cap. de Phrygia. Quin etiam Arnobius lib. 5. ait matrem Atys fuiſſe Nanam Sangarii fluminis filiam. Præterea, quod caput eſt, ineptum foret, Poëtam bis comparare Earinum cum Ganymede, quod jam ſupra fecerat, dum dixit:

Pergame, pinifera multum felicior Ida!
Illa licet ſacræ placeat ſibi nube rapinæ, &c. Gevart.

41. *Quemque irrita.*] Narciſſus Cephiſi & Liriopes filius, quem diu victurum reſpondit vates, ſi ſe non noviſſet, in fonteque formam ſuam aſpiceret. Elanguit in florem amore umbræ, quam putavit puerum verum. *Domit.*

42. *Te cærula Nais Mallet, &c.*] In Epithal. Stel. *Quantum non clamatus Hylas.* Hunc *in fonte relictum*, non tam nautæ *per longa reclamant avia*, quam Poëtæ per carmina: Sed à nullo poſt Apollonium & Maronem concinnius celebratur, quam à Nonno lib. 11. Dion. hoc triſticho, in quo παῖς Herculis & Nymph. patet.

Οὐ τόσον Ἡρακλέης δρόμον ἤνυεν, ὁππότε Νύμφας
Ἄρσεν' Ὕλαν φθονερῇσι κατακρύψαντο ῥεέθροις
Νυμφίον ἱκμαλέῃ πεφυλαγμένον ἅρπαγι κούρῃ.

Morellus.

44. *Formoſior ille.*] Domitianus. nam ſtatura fuit procera, vultu modeſto, ruborisque pleno. præterea pulcher & decens: maximè in juventa. & quidem toto corpore: exceptis pedibus, quorum digitos reſtrictiores habebat: poſtea deformis calvitio quoque offendebatur. *Domitius.*

50. *Quæ forma capillis optima.*] Ornatum capillorum compoſitorum & calamiſtratorum, στείβειν, πλόκαμον, βόστρυχον Gr. in genere nuncupant. Atticos κρωβύλον virorum, σκορπίον puerorum cinnum; κόρυμβον fœminarum appellare autor eſt Thucydidis Scholiaſtes, lib. 1. Syneſ. in Φαλάκρας ἐγκ. De nativa comæ conformatione, Philoſtratus tabula laudata, ἀμφιλαφὴς ὑπὸ τῆς κόμης, καὶ αἱ τὸ χρυσῆς, τὸ μὲν οἱ πίνοντος ἐφέλκων· τὸ δὲ τῇ ὠλένῃ ἐπιῤῥεῖ. vide ſupra in Epithal. de ſuggeſtu comæ. *Morellus.*

Optima, quæ veſtis roſeos accendere vultus
Apta, quod in digitis, collo quod dignius aurum.
Norat cœleſtes oculos ducis, ipſaque tædas
Junxerat, & plena dederat connubia dextra.
Sic ornat crines, Tyrios ſic fundit amictus,
Dat radios, ignemque ſuum. ceſſere priores
Deliciæ, famulumque greges. hic pocula magno
Prima duci, myrrhaſque graves, cryſtallaque portat
Candidiore manu: creſcit nova gratia Baccho.
Care puer, Superis qui prælibare verendum
Nectar,

55. *Sic ornat crines, Tyrios ſic fundit amictus.*] *Amictus fundere*, eleganter dixit pro *dimittere*, proprio in re veſtiaria verbo. Tertullian. de Pallio: *Adhuc ſuſtinet ſtolam fundere, comam ſtruere, cutem fingere, ſpeculum conſulere, collum demulcere.* Ità *humeros fundere*, dixit noſter 1. Achilleid.

— quantum cervice comiſque
Emineat, quantumque humeros ac pectora fundat.

Ad quem locum Bernart. male reponendum cenſet,

— quantum humeros à pectore fundat.

Nam ipſe Stat. paulo ante dixerat:

Submittitque graves humeros, & fortia laxat
Brachia. Gevartius.

58. *Myrrhaſque graves.*] Id eſt, vaſa myrrhina. *Domit.* *Myrrhaſque graves.*] Hæc quid fuerint non proclive ſtatuere, propter authores qui ea in re ſententiis diverſi. à gemmis exerte removet Ulpianus JC. l. xix. §. 6. D. De auro & arg. leg. *Myrrhina autem vaſa in gemmis non eſſe Caßius ſcribit.* ut proinde non rectè vir eruditus Gregorius Agricola de Natura foſſilium l. 6. materiam Myrrhinorum gemmam eſſe onychem exiſtimarit, quem & præter Ulpianum etiam refellit Capitolinus in Heliogabalo: *in Myrrhinis eum & Onychinis lotium reddidiſſe ſcribens.* Denique Onychina vaſa (Plinio teſte) non ex onyche gemma, ſed ex marmore quod Alabaſtritis eſſe ſpeciem vult Dioſcorides l. [illegible] c. x. fiebant. Ceterum ipſe Plinius Myrrhina humorem credidit eſſe ſub terra concretum: l. 37. c. 11. At pugnat in hanc ſententiam Propertius, fictilia fuiſſe innuit, dum in Parthorum caminis coqui vult, l. 4. eleg. 5.

Myrrheaque in Parthis pocula cocta focis,

cui refragatur aperte non citatus modo Plinii locus, ſed & alter l. 35. c. 12. ubi conqueritur, *eo veniſſe luxuriam, ut fictilia pluris conſtent quam Myrrhina.* Michaël vero Mercatus, vir doctiſſimus qui etiamnum ſupereſt, libro de foſſilium natura: Materiam ex Myrrhæ arbore inciſa fluentem in maſſam coagmentari tradit, colôribuſque ad ſpeciem inductis artem inde potoria hæc vaſa fingere; cui etſi Plinius, Propertius tamen non repugnat, fictilia ſane fuiſſe & Arrianus auctor de navigatione maris rubri, ſcribens Dioſpoli vaſa Myrrhina fieri. *Bernart.*

60. *Superis qui prælibare verendum.*] De Pincernarum ſeu pocillatorum Reg. officio alibi dictum eſt ex Xenophonte. Utrum vero τὸ *Prælibare verendum Nectar*, referendum ad τὸ καταῤῥοφεῖν, cum hi qui à poculis erant Reg. Per. poſt pateram porrectam, ex ea hauſtum cyatho vinum in ſiniſtram manum fundentes abſorberent. an ad τὸ κούφως οἰνοχοεῖν καὶ καθαρῶς ἐγχέαι. quod eſt ſcite, apte, pure merum infundere. Hoc Heliodorus in Theagene Reginæ Æth. Arſace

Nectar, & ingentem toties contingere dextram
Electus, quam noſſe Getæ, quam tangere Perſæ,
Armeniique, Indique petunt! O ſidere dextro
Edite! multa tibi divum indulgentia favit!
Olim etiam, ne prima genas lanugo nitentes
Carperet, & pulchræ fuſcaret gratia formæ:
Ipſe Deus patriæ, celſam trans æquora liquit
Pergamon. haud ulli puerum mollire poteſtas
Credita, ſed tacita juvenis Phœbeius arte
Leniter, haud ullo concuſſum vulnere corpus
De ſexu tranſire jubet. tamen anxia curis
Mordetur, puerique timet Cytherea dolores.
Nondum pulchra ducis clementia cœperat ortu
Intactos ſervare mares. nunc frangere ſexum,
Atque hominem mutare nefas, gaviſaque ſolos
Quos genuit, Natura videt. nec lege ſiniſtra
Ferre timent famulæ natorum pondera matres.

ſace pocillatore vocat ὥσπερ οἱ χειρόσοφοι, ἐθρυπτόμενοι τί τι καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ὑποχεῖν τὴν φιάλην. id enim operam dabant ut phialam tribus ſummis digitis ita Principi offerrent, ut facillime ab eo prehendi poſſet: quod commode fieri non poterat, niſi Auguſtam dextram contingerent. *Morellus.*

66. *Carperet & pulchræ, &c.*] Domitius, *fuſcetur*, conjicit. Pueri ſciunt quidem uſum iſtum verborum actionem proprie denotantium. Sed [illegible]am reliquiſſe puto: *fuſcaret g[illegible] formæ.* Gronov. in Diatr.

67. *Deus patriæ.*] Æſculapius qui Pergami colebatur. *Mollire.*] Mollem & ſpadonem facere. *Torpens.* torpebat Æſculapius. non enim admitebatur, nec vim inferebat, ne puerum vulnere offenderet. *Jubet tranſire de ſexu.*] Facit ſpadonem tamen. quamvis Æſculapius, de cujus imperitia nihil timendum erat, puerum caſtraret: tamen Venus cruciabatur & timebat. *Domit.*

73. *Nondum pulchra ducis, &c.*] Meritiſſimo Domit. hujus pulcherrimæ, humaniſſ. & ſanctiſſ. leg. præcones habuit omnes Poëtas, hiſtoricos, profanos, ſacros, immò, ut ait Martial. l. 9. c. 7.

Urbes, & populos,
—— infantes, pueros, juveneſque ſeneſque.

Attendant hîc ſtudioſi, *Quæ variare cupit rem prodigialiter unam.* ut Papinius in tanta verborum copia, *nihil molitur inepte:* Nam, *Puerum mollire*, v. 68. *De ſexu tranſire jubere.* v. 71. *Frangere ſexum.* v. 74. *Hominem mutare.* v. 75. ſunt ὁμοιόσημα, pro *Caſtrare.* Adde ex Martiale, *Puerum ſecare. Virilitatem eripere. Fœdare mares.* Græci, ἀποκόπτειν, ἐκτέμνειν, θλίβειν, θλᾶν. unde dicti τεθλασμένοι, ἀποκεκομμένοι, fracti & contuſi, qui arcentur à cœtu ſacro, Deuter. c. 23. 1. v. Οὐκ εἰσελεύσεται θλαδίας οὐδὲ ἀποκεκομμένος εἰς ἐκκλησίαν κυρίου. De his Ulp. l. 128. D. de verb. ſign. l. 6. D. de liberis. l. 6. v. 39. D. de jur. dot.

Caſtrati nec proni conjugibus, nec parentes ulla ſpe eſſe poſſunt. Morell.

Tu quoque nunc juvenis, genitus ſi tardius eſſes,
Umbratuſque genas, & adultos fortior artus,
Non unum gaudens Phœbeja ad limina munus
Miſiſſes: patrias nunc vertex ſolus ad aras
Naviget. hunc multo Paphie ſaturabat amomo,
Hunc nova tergemina pectebat Gratia dextra.
Huic & purpurei cedat coma ſaucia Niſi,

Et

78. *Tu quoque.*] Qui ſequuntur verſus veteri menda adeo confuſi erant ut legi non poſſent. A nobis verò emendati in hunc ſenſum proferuntur: Si tardius & poſt legem latam à Domitiano natus eſſes, ô Earine, non fuiſſes factus ſpado, ſed emiſiſſes barbam, quam nunc una cum crinibus dicares Æſculapio: ſed poſteaquam ſpado es, & barbam non habes, mittantur ſoli crines. *Domit.*

81. *Nunc.*] Verticem & crines. Libet hoc loco gloriari quod multos verſus perobſcuros unius verbi emendatione aperuerim. Nam omnes alii codices ita ſcripti ſunt:

Patrias nunc ſolus victor ad aras Naviget.

Unde nullus exiſtat ſenſus. propterea ita caſtigavimus:

Patrias nunc vertex ſolus ad aras Naviget.

Idem.

82. *Hunc multo Paphie ſaturabat amomo.*] Callimachus in epig. fatetur ſe olim in ſaturanda cæſarie ſua fragrantiſſimis unguentis, oleum & operam perdidiſſe:

Namque olim capiti benevolentes ſæpe corollas,
Unguenta & flavo tincta liquore dedi:
Mox odor hic abiit liquidas extinctus in auras.

τὸ *Saturare*, eſt bene & plene imbuere. δ᾽ὄσσωσι βαφῇ paulo poſt, *iterare liquores.* Morellus.

83. *Tergemina petebat.*] Rom. & Veneta editio: *repetebat.* Quod rectiſſimum eſt. *Pectebat*, quod Aldina invexit, anguſtius illo eſt, & ſub eodem comprehenditur. *Repetebat* eſt ſæpe comebat: immò & cùm non cometet, ſæpe repetebat hunc crinem, & lenta manu ducebat. Ideo etiam *nova*, quia quæcunque dextra poſt aliam admovebatur capiti, ſemper à priore proxima nova erat, alia, non eadem, cum triplex Gratia ſit. *Gronov. Diatr. c. 34.*

84. *Huic & purpurei.*] *Saucia* nihil aliud eſt, quam purpurea, ſanguinea, ſaucii colorem referens. Sic *mora ſanguinea, cruenta myrta* dixit Maro. *Gron. in Diatr.* *Coma Niſi.*] Pandionis regis Athenarum: ut Pauſanias meus tradit, & Strabo ante docuerat. Quatuor filii fuerunt, Ægæus, Lycus, Pallas, Niſus. diſtributo regno à patre, Megara obvenerunt Niſo & ex Iſthmo uſque Ithium, ut Philochorus ſcribit, ut verò Andron tradit, Eleuſinem uſque ad campum Triaſium: hic habuit crinem purpureum fatalem à filia decerptum & traditum Minoi. nota fabula vel ſolo Ovidii carmine. *Saucia.*] Decerpto crine à filia. *Et quam.*] Ex Homeri carmine hoc dictum eſt. nam Achilles in Patrocli funere f[illegible]o totondit comam, ut ait Hom[illegible]quam Sperchio fluvio alebat germin[illegible]em. ubi Achilles ita loquitur, Carmen eſt in 23. Iliados: Nos Latinè ita fecimus:

Sperchie, hos alia crines tibi mente dicarat
Peleus, in patriam reditum ſi fata dediſſent
Pia, & ad fontem lectas mactare bidentes
Quinquaginta tibi ſimul, & divinam Hecatombem.

Domitius.

87. *Detre-*

Et quam Sperchio tumidus ſervabat Achilles.
Ipſi, cum primum niveam præcerpere frontem
Decretum eſt, humeroſque manu nudare nitentes,
Accurrunt teneri Paphia cum matre volucres,
Expediuntque comas, & ſerica pectore ponunt
Pallia. tunc junctis crinem incidere ſagittis,
Atque auro, gemmiſque locant. rapit ipſa cadentes
Mater, & arcanos iterat Cytherea liquores.
Tunc puer è turba manibus qui forte ſupinis
Nobile gemmato ſpeculum portaverat auro:
Hoc quoque demus, ait, patriis nec gratius ullum
Munus erit templis, ipſoque potentius auro.
Tu modo fige aciem, & vultus huc uſque relinque.
Sic ait, & ſpeculum recluſit imagine rapta.

At

87. *Decretum eſt, humeroſque modo.*] Rom. Venetuſque Cod. *humeroſque manu.* Quomodo omnino reponendum. Et ſignificat nihil aliud quàm arte tonſoria, opere tonſorio. Quicquid per artificium manuale, aut ultro, laboreve manus fit, *manu* factum dicitur, amatque id genus loquendi Statius. Vid. *Gronov. Diatr. c. 34. Modo nudare nitentes.*] Suſpecta erat hæc lectio, cum video veterem ex Codice Scripto proponi à Frid. Lindenbr. *manu nudare*, quam, cum ſæpius ſic loquatur Papinius recipiendam ſtatuo. *Barthius.*

90. *Tunc junctis crinem incidere ſagittis.*] Quid ingenioſius magiſque induſtrium hac nova forcipum molitione? qua apud Pind. 2. Olympion.

Ἄριστον ἐμήσατο πασὶν ἅρμενον.

Atque auro gemmiſque locant.] Theologus Naz. eod. Carm.

Οὐ χρυσὸς λιθάκεσσι διάπλοκος
ὀμμαρύγεσσι βάλλων
Αὐγαῖς ἱερίαις, τίμιος εὐγενέταις.
Non aurum gemmis intextum lumine ſuavi
Perſtringens oculos, nobilibus pretio eſt.

Morellus.

95. *Potentius auro.*] Precioſius (inquit) erit hoc ſpeculum cum formam Earini receperit, quam pyxis aurea in qua ſunt capilli. dicatum eſt enim ſpeculum una cum coma. ut etiam apud Martial. idem conſilium formæ ſpeculum. Specula autem Brunduſina apud majores præſtabant ex ſtanno & ære mixtis ætate Pompeji. Praxiteles primus fecit argentea. Paulo ante Veſpaſiani tempora inventum eſt addere aurum. Nam ita certiorem imaginem reddi putabant. *Domit.*

97. *Hucuſque.*] Duo verba ſunt *ſemper hic relinque.* Et eſt arguta fictio Papinio digna. Nemo hoc hactenus vidit. Scribendum verò *hic*. Barthius.

98. *Speculum recluſit imagine rapta.*] Vides quam vere canat Olymp. 1. Pindarus:

Καί πυ τι ϗ βροτῶν φρένας
Ὑπὲρ τ̃ ἀλαθῆ λόγον
Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι.
Impune gentes decipit hæc Venus
Mellita vatum, callida muſico
Condire ſermones lepore,
Dans nebulis aliquando pondus.

Nam quæ hic lepide fingit *de vultu relicto in ſpeculo*, pugnant cum oraculari dicto

 S. Jacobi,

At puer egregius tendens ad ſidera palmas:
His mihi pro donis, hominum mitiſſime cuſtos,
(Si merui) longa dominum renovare juventa,
Atque orbi ſervare velis. hoc ſidera mecum,
Hoc undæ, terræque rogant, eat oro per annos
Iliacos, Pylioſque ſimul: proprioſque penates
Gaudeat, & ſecum Tarpeja ſeneſcere templa.
Sic ait, & motas miratur Pergamos aras.

S. Jacobi, cp. I. quo auditorem Sapientiæ inertem probat ſimilem eſſe, ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. De hoc irritandæ voluptatis organo, & inſtrumento muliebris gloriæ (ut ſpeculum Seneca & Tertullianus indigitant) deque ejus uſu & effectu ſcite Nonnus idem in Dionyſ. de Proſerpina ſe in æneo ſpeculo conſpiciente cecinit. *Morellus.* *Et ſpeculum recluſit.*] *Recludere* aperire eſt: quid ergo *recluſit ſpeculum?* imò *ſecluſit.* Τὸ *rapta* imitatus eſt Claud. in Epithal. Honorii & Mariæ. *Gronov. Diatr. c.* 34.

106. *Motas miratur, &c.*] Motio altaris ac delubri ſpontanea, ſignum advenientis Dei, præſertim Apollinis: Virg. 3. Æneid. *Tremere omnia viſa repente, Liminaque lauruſque Dei.* Claudianus I. de raptu,

Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus & claram diſpergere culmina lucem
Adventum teſtata dei, &c.

Interdum tamen hæc motio eſt mali ominis, ut apud noſtrum in 4. Thebaidos. *Cruceus.*

V.

AD CLAUDIAM UXOREM.

Quid mihi mœſta die, ſociis quid noctibus uxor
Anxia, pervigili ducis ſuſpiria cura?
Non metuo ne læſa fides, aut pectore in iſto
Alter amor; nullis in te datur ire ſagittis
(Audiat infeſto licet hæc Rhamnuſia vultu)
Non datur: & ſi egomet patrio de littore raptus
Quatuor emeritis per bella, per æquora, luſtris
Errarem: tu mille procos intacta fugares,
Non intertextas commenta retexere telas,

Sed

9. *Non intertextas.*] Vitiatam hanc vocem eſſe ratio debitæ ſignificationis oſtendit. Non enim alia ſententia eſſe debet quam non deducto ad finem, ſed interrupto textu nunquam ad finem telam deductam à Penelope. In manuſcripto libro, quo uſus eſt Fridericus Lindebrogius ſcriptum *interſectas.* Quod ex mente auctoris eſſe poſſit. *Interſecuit* enim, ſive ſolvit, noctu, quæ die texuerat.

Sed ſine fraude palam, thalamoſque armata negaſſes,
Dic tamen unde alia mihi fronte, & nubila vultu?
Anne quod Euboicos feſſus remeare penates
Auguror, & patria ſenium componere terra?
Cur hoc triſte tibi? certe laſcivia cordi
Nulla, nec aut rapidi mulcent te prælia circi,
Aut intrat ſenſus clamoſi turba theatri.
Sed probitas, & opaca quies, & ſordida nunquam
Gaudia. Quas autem comitem te rapto per undas?
Quamquam, & ſi gelidas irem manſurus ad Arctos,
Vel ſuper Heſperiæ vada caligantia Thules,
Aut ſeptemgemini caput haud penetrabile Nili,
Hortarere vias. etenim tua (nempe benigna

Quam

rat. Ego tamen Papinium ſcripſiſſe puto, *Non impertextas.* Orſa enim quotidie, & redorſa, nunquam tamen pertexuit, quod pertexere velle videbatur. Illam lectionem Lindebrogiani libri ante hoc ſeſquiſeclum in Editis etiam libris fuiſſe; ſed corruptam indicant Philippi Beroaldi commentaria in Propertium, lib. 2. Eleg. IX. Qui *interfecta* producit. *Barthius.* *Non commenta.*] Non fingens ut Penelope. nam illa (ut eſt apud Homerum in Odyſſea) procos eluſit matrimonium promittens cum abſolviſſet telam: quam die quidem texebat, noctu vero redordiebatur, ut ita labor produceretur. & Ovidius ad uxorem: non eſt tibi opus, inquit, tela Icariotide. *Domitius.*

11. *Dic tamen unde alia mihi fronte, & nubila vultu?*] Mirifice expreſſit τὸ συννεφὲς, quo Græci frontem φροντίσι contractam, ſeu ſupercilium mœſtitiæ nubibus obductum, ſignant metaphora pulchre ducta ab aëre caliginoſo & tempore nubilo, cum *Horrida tempeſtas cœlum contraxit.* Apud Euripidem in Phœniſſ.

Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
Πρὸς δόμους στείχοντα.
Cerno Creontem nubilo vultu pedes
Huc conferentem.

Morellus.

20. *Vada caligantia.*] Vel ignota maximam partem vel ſub caliginoſo cœlo ſita. Dicas unam noctem & unum diem innuere, quas per totum annum huic Inſulæ adſcribebant ut Cymmeriis Herodotus. Sententia igitur Papinii ſit non deſerendum ſe à Claudia ſua, etiamſi ſi eo tempore ipſi in Thulen navigandum fuerit, quo tota ea regio ſole careat. Inſulam eſſe Thulen ſeptentrionalem, in qua aut nunquam aut raro lux videatur, idque ſeſe ab accolis fontium Tanais didiciſſe ſcribit Pomponius Sabinus ad 1. Georgicum Virgilii. Sed pridem hæc ei rei dicatis laboribus à doctiſſimis viris ſunt expenſa. *Barthius.*

22. *Hortarere vias.*] Puto (inquit) te voluiſſe mecum venire ſi irem ad extremas Arctos. nam tibi eadem eſt mens quæ fuit cum mihi nupſiſti: & ego eundem ſervo amorem, quem olim in te contuli. *Domit.* *Hæc mens tua.*] Salisb. *at enim tua.* Rhod. & Ven. *etenim tua.* Quod placet cum interpunctione, quam dedimus. Oſtendit merito ſe hanc opinionem de uxore habere, ut non dubitet quævis loca ſecum petiueram. nam & ego libentiſſime libertatem meam

ſuo

Quam mihi ſorte Venus, junctam florentibus annis
Servet, & in ſenium) tua, quæ me vulnere primo
Intactum thalamis, & adhuc juvenile vagantem
Fixiſti, tua frena libens, docilisque recepi.
Et ſemel inſertas non mutaturus habenas,
Vſque premo: ter me nitidas Albana ferentem
Dona comas, ſanctoque indutum Cæſaris auro,
Viſceribus complexa tuis, ſertiſque dediſti
Oſcula anhela meis, tu cum Capitolia noſtræ
Inficiata lyræ, ſævum, ingratumque dolebas
Mecum victa Iovem, tu procurrentia primis
Carmina noſtra ſonis, totaſque in murmure noctes
Aure rapis vigili, longi tu ſola laboris
Conſcia, cumque tuis crevit mea Thebais annis.
Qualem te nuper Stygias modo raptus ad undas,
Cum jam Lethæos audirem cominus amnes,
Aſpexi! tenuique oculos jam morte cadentes,
Scilicet exhauſti Lacheſis mihi tempora fati
Te tantum miſerata dedit, ſuperique potentes
Invidiam timuere tuam. poſt iſta, propinquum
Nunc iter, optatoſque ſinus comes ire moraris?
Heu ubi nota fides! totque explorata per uſus,
Qua veteres Latias, Grajaſque Heroidas æquas?
Iſſet ad Iliacas (quid enim deterret amantes?)

Pene-

tuo toro adſtrinxi, & fidem datam ſemper ſervavi, & tu meis laudibus ſemper faviſti, labores ingenioſos meos foviſti, morbum ægerrime tuliſti. *Tua* conjungendum cum τῷ *frena*, quod repetit toties, quia bis aliquid de ipſa interponit. *Gronovius.*

28. *Ter me.*] Ter Papinius coronatus eſt in certamine Albano inſtituto à Domitiano. Id erat ubi poëtæ certatim Minervæ laudes canebant. auctor Tranquil. victus autem idem eſt ut hic fatetur in certamine Capitolino, ubi Jovis Capitolini laudes perpetua certantium erat materia & argumentum, quod Fabius quoque obſervavit & rettulit. *Domitius.*

31. *Cum Capitolia, &c.*] Hoc eſt cum honor de certamine Capitolino non datus eſt noſtro carmini. *Conſcia longi laboris.*] Tu ſola ſcis quantum temporis conſummavi in carmine formando. nam prima murmura audis. *Idem.*

33. *Mecum victa.*] Verba illa oſtendunt Claudiam poëtici laboris non modo conſciam, ſed & participem fuiſſe, quemadmodum plures fœminæ ſuis viris in carminibus pangendis affuerunt, quas memorat Sidonius epiſt. x. lib. 2. *Crucens.*

49. Et

Penelope gaviſa domos, ſi paſſus Ulyſſes,
Queſta eſt Ægiale, queſta eſt Melibœa relinqui,
Et quanquam ſævi fecerunt Mænada planctus:
Nec minor his, tu noſſe fidem; firmamque maritis
Reddere. ſic certe cineres, umbramque priorem
Quæris adhuc: ſic exequias amplexa canori
Conjugis, ingentes iteraſti pectore planctus.
Jam mea, nec pietas alia eſt tibi, curaque natæ.
Sic ut mater amas. ſic nunquam corde recedit
Nata tuo, fixamque animi penetralibus imis
Nocte dieque tenes, non ſic Trachinia nidos
Alcyone vernos, non ſic Philomela penates
Circuit amplectens, animamque in pignora transfert.
Heu nunc illa terit viduo quod ſola cubili
Otia! jam pulchra terit infœcunda juventa!

Sed

49. *Et quanquam ſævi, &c.*] Si locus recte habet, ita diſtinguendus eſt: Et *quam, quam ſævi! &c.* id eſt, *quam ſæviſſimi.* Ajunt autem interpretes Statium hoc verſu innuere Laodamiam, ſed potius de Andromache intelligendus eſt, quam ſcribit Homerus audito de mariti morte nuncio, ſimilem Mænadi ſe proripuiſſe è foribus:

Ὣς φαμένη μεγάροιο διέσσυτο Μαινάδι ἴση
Παλλομένη κραδίην.

Vel Ariadnen intellige, quam Theſeus in Naxi littore deſeruerat, unde in Mænadem converſa, Bacchum ſecuta dicitur. Catull. de Nupt. Pelei. Vid. & querelam Ariadnes 3. Faſt. Ovid. *Gevart.*

52. *Sic exequias amplexa canori, &c.*] Summus vir Adr. Turnebus ad oram codicis ſui in hunc locum bis adſcripſerat *Lucani* nomen, ut perſuaſum habuerit Claudiam non tibicinis, quem fingunt, ſed Lucani poëtæ uxorem fuiſſe priuſquam nuberet Papinio. *Canorus*, certè potius & aptius dicetur Vates Heroïcus & Lyricus *Cui liquidam* DEUS *Vocem cum cithara dedit*, quam tibicen quem incertus Epigrammatarius Græcus inflando tibias efflare mentem jocoſe ſcripſit hoc diſticho:

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν,
Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσῆν χὠ νόος ἐκπέταται.

Auledo haud mentem Deus infudiſſe videtur,
Nam ſimul ac ſpirat, mens abit in nebulas.

Morellus.

57. *Trachynia Alcinoë.*] Uxor Ceycis regis Trachynii in avem verſa cum marito, ut eſt apud Ovid. in mari nidificat: nidi ſunt pilæ figura paulo eminentiore, ut ſcribit Ariſtot. & Plinius Steſichorus putat ſeptem filias Alcionei gigantis in has aves converſas fuiſſe, audito patris interitu. *Domit.*

60. *Viduo quod.*] Tres illi codices, *tenet.* An fuit: *Heu nunc illa tenens viduum quod ſola cubile Ocia tam pulchræ terit infœcunda juventæ.* Gronov.

61. *Otia! jam pulchra, &c.*] Schidæ Gruteri: Aliquid hic latet mali ulceris. Certè illud *terit* iteratum nauſeæ mihi eſt, niſi removeatur illud *jam*. Suſpicabar aliquando:

Otia

Sed venient, plenis, venient connubia tædis.
Sic certe, formæque bonis, animique meretur:
Sive chelyn complexa petit, ſeu voce paterna
Diſcendum Muſis ſonat, & mea carmina flectit:
Candida ſeu molli diducit brachia motu,
Ingenium probitas, artemque modeſtia vincit.
Nonne leves pueros, non te Cytherea pudebat
Hoc ceſſare decus? nec tantum Roma jugales
Conciliare toros, feſtaſque accendere tædas
Fertilis; & noſtra generi tellure dabuntur.
Non adeo Veſuvinus apex, & flammea diri
Montis hyems, trepidas exhauſit civibus urbes:
Stant, populiſque vigent. hic auſpice condita Phœbo
Tecta, Dicarchei portus, & littora mundi
Hoſpita; at hic magnæ tractus imitantia Romæ
Quæ Capys advectis implevit mœnia Teucris.
Noſtra quoque & propriis tenuis, nec rara colonis
Parthenope, cui mite ſolum trans æquora vectæ

Ipſe

Otia tam pulchræ vere infœcunda juventæ.

Sed cui bono ſuſpicari tantum? aliud quid ſubeſt. Gevartius tentat: *terit viduum quod Sola cubile! Otia tam.* Malo:

Heu! nunc illa terit viduo quod ſola cubili
Otia! tam pulchræ perit infœcunda juventæ.

Frequentiſſimæ vices literarum T. & P. In Lucretio: *quocunque inducere pergis.* MSC. optimus habebat: *tergis.* Gron. Diatr. c. 35.

66. *Seu molli diducit brachia motu.*] Videtur Chironomiam intelligere, poſitam inter civiles virtutes Platoni & Chryſippo, libris de educatione puerorum. *Bernartius.*

72. *Veſuvinus apex.*] *Incendium Veſuvianum* intelligit, quo periit Plinius. Nomen autem hoc verſui Papinius aptavit, nec ſine exemplo tamen. Ita enim Lucretius: *Is locus eſt Cumas apud & Veſuvî prope montem.* Quo pacto recte contra Giſanium legendum ſtatuit Ludov. Carrio Caſtigation. in Valer. Flacci lib. 3. *Barthius.* *Et flammea diri, &c.*] Elegantiſſime *flammeam hyemem* appellavit incendium ejus montis. Totidem verbis Valerius Flaccus 4. Argonaut.

—— vix dum ignea montem
Torſit hyems, jamque Eoos cinis induit urbes.

Gevartius.

75. *Hoſpita mundi.*] Quo totus orbis confluit. nam (ut ſcribit Strab.) ad Puteolos erant portus manufacti, & ſtationes, & objectis molibus pulveris Puteolani ad arcendos fluctus. nam pulvis Puteolanus in ſpeciem calcis concretus in alto adverſus fluctus objiciebatur: ubi naves jactis anchoris commode manebant. *Domit.*

79. *Parthenope.*] A Parthenope Sirene, quæ illic eſt ſepulta, ut Leucoſia ab altera, quod Plin. & Strab. placet. Euſtach. vero in Dionyſ. putat Parthenopen dictam à Parthenope, quæ ex Eubœa venerit

Ipſe Dionea monſtravit Apollo columba.
Has ego te ſedes (nam nec mihi barbara Thrace,
Nec Libye natale ſolum) transferre laboro:
Quas & mollis hyems, & frigida temperat æſtas:
Quas imbelle fretum torpentibus alluit undis.
Pax ſecura locis, & deſidis otia vitæ,
Et nunquam turbata quies, ſomnique peracti.
Nulla foro rabies, aut ſtrictæ jurgia legis,
Morum jura viris: ſolum, & ſine faſcibus æquum.
Quid nunc magnificas ſpecies, cultuſque locorum,
Templaque: & innumeris ſpatia interſtincta columnis,
Et geminam molem nudi, tectique Theatri,
Et Capitolinis quinquennia proxima luſtris?
Quid laudem riſus, libertatemque Menandri,

Quam

nerit dux eorum colonorum, qui Neapolim tenuerunt. qui duce columba & Phœbo auſpice ad Neapolim ſubſtiterit cum ſociis columbæ: quam in augurio ſecuta eſt Parthenope. *Idem.*

80. *Ipſe Dioneæ monſtravit, &c.*] Quis eſt ille *Apollo Dioneæ columbæ?* Non ſana ea verba. Tu corrige: *Ipſe Dioneâ monſtravit Apollo columbâ.* Ita in re ſimili 7. Thebaid. de Thebis agens:

—— hæc omine dextro
Mœnia Cyrrhæâ monſtravit Apollo juvencâ.

Id eſt, *per juvencam.* Nam Cadmus oraculo Apollinis bovem ſecutus eſt, & ubi illa procubuit, illic Thebas condidit. Sic etiam fertur Parthenope, de qua hic Statius, ſecuta augurium columbæ cum ex Chalcide profecta eſt in Italiam. *Gevart.*

85. *Deſidiæ otia, &c.*] Romani enim plerique ut otio fruerentur Neapolim ſecedebant. Strab. l. 5. Hinc Ovid. l. 15. Metam. in otia natam vocat Parthenopen. *Cruceus.*

87. *Nulla foro rabies.*] Tiliobroga in ſua editione totum locum ſic mutavit:

Nulla foro rabies, aut ſcita Lycurgia: leges
Morum jura viris, &c.

Plane inepte. Nam priſcam ſcripturam confirmat ipſe Stat. 4. Sylvar. ad Marcell.

Certe jam Latiæ non miſcent jurgia leges.

Ait autem Poëta Neapoli tantam eſſe civium inter ſe concordiam, ut legibus opus non ſit, ſed quod bonos mores pro legibus habeant. Hoc enim eſt, quod dicit: *Morum jura viris.* Simillimum eſt Taciti de Germanis elogium: *Apud eos plus valuiſſe bonos mores quam apud alios bonas leges.* Gevartius.

91. *Nudi tectique theatri.*] Nudum theatrum eſt ſine tecto hic & apud Tertull. in Apolog. Talia fuere primitus theatra Romæ, quæ idcirco diebus munerum aut ludorum velis tegebantur. Plin. lib. 19. c. 1. Theatrum cum tecto Regelli & Corinthi extruxit Herodes teſte Philoſtrato. *Cruceus.*

93. *Menandri.*] Menander poëta comicus, de quo ante eſt dictum, unde comœdiæ Latinæ quæ in theatris agebantur, traductæ pene omnes ſunt. quid (inquit Papi.) laudem nunc, actionem & ſpectacula comœdiarum, quæ Romana lingua à Menandro acceptæ grata poëtarum licentia in theatro illic aguntur? *Domit.*

98. *Ilia-*

Quam Romanus honos, & Graja licentia miſcent?
Nec deſunt variæ circum oblectamina vitæ:
Sive vaporiferas blandiſſima littora Bajas,
Enthea fatidicæ ſeu viſere tecta Sibyllæ
Dulce ſit, Iliacoque jugum memorabile remo:
Seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri,
Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula Lunæ,
Caraque non molli juga Surrentina Lyæo,
Quæ meus ante alios habitator Pollius auget,
Ænariæque lacus medicos, Statinaſque renatas,
Mille tibi noſtræ referam telluris amores.
Sed ſatis hoc conjux, ſatis hoc dixiſſe, creavit
Me tibi, me ſocium longos aſtrinxit in annos.
Nonne hæc amborum genitrix, altrixque videri
Digna? ſed ingratus qui plura adnecto, tuiſque
Moribus indubito. venies cariſſima conjux
Præveniesque etiam: ſine me tibi ductor aquarum
Tibris, & armiferi ſordebunt tecta Quirini.

98. *Iliacoque jugum memorabile, &c.*] Miſenum montem intelligit. De quo Virgil. Æn. 6. *Bernart.*

100. *Teleboumque domos.*] Etiam ex eo pateret eandem τοπογραφίαν ſeu χωρογραφίαν hic deſignari, quæ ſupra verſ. 129. 130. & ſeq. in Herc. Surrentino, ubi de Capreis & Telebois diximus ex Strabone, Plauto, Virg. quibus conſentit Tacitus Ann. 4. Significavit tamen mihi pereruditus *Fr. Tiliobroga* cum has Notas ad umbilicum ducerem, ſe non multum pertendere de emendatione illius loci, eo quod per *Taurubulas* videatur intelligi νησίδιον illius tractus ignobile, ut *Neſis* & *Euplœa*, quorum vix nomina alibi extant. Id vero ingenue acceptum fert V. C. *Joſ. Scaligero* ἐγκυκλοπαιδείας. Soli conſilio & judicio tanti viri accederem, niſi tutior eſſet ΕΠΟΧΗ΄. *Morellus.*

104. *Ænariæque lacus medicos.*] Mendoſi codices ita ſcripti ſunt, *tamerumque lacus.* nos vero emendamus ut legas *Ænariæ* nam Ænaria inſula eſt in littore Campano ubi aquæ ſcaturiebant quæ calculoſis medebantur, ut Plin. ſcribit. idcirco Papini. ait *lacus medicos.* *Statinaſque renatas.*] Statina inſula in littore Campano. *Renatas.*] Nam uno terræ motu oppidum hauſtum eſt, altero Statina emerſit. *Domit.*

110. *Venies, prævenies.*] Figuram iſtam loquendi cum productione verſus illuſtravit J. G. Voſſius lib. v. Rhetor. cap. 5. p. 322. *Barthius.*

P. PA-

P. PAPINII STATII
SYLVARUM
LIBER QUARTUS.

STATIUS MARCELLO SUO S.

INveni librum, Marcelle cariſſime, quem pietati tuæ dedicarem. Reor quidem aliter quam invocato numine maximi Imperatoris nullum opuſculum meum cœpiſſe. Sed hic liber [1]tres habet. Sequitur quarta, quæ ad honorem tuum pertinet. Primo autem ſeptimum Germanici noſtri conſulatum adoravi. Secundo gratias egi ſacratiſſimis [2]ejus epulis honoratus. Tertio viam Domitianam miratus ſum, quæ graviſſimam arenarum moram exemit. Cujus beneficio tu quoque maturius epiſtolam meam accipies, quam tibi in hoc libro à Neapoli ſcribo. Proximum eſt lyricum carmen ad Septimium Severum, juvenem (uti ſcis) inter ornatiſſimos ſecundi ordinis, tuum quidem etiam condiſcipulum, ſed mihi contra hoc quoque jus, arctiſſime carum. Jam Vindicis noſtri Herculem Epitrapezion, ſecundum honorem, quem de me, & de ipſis ſtudiis meretur, imputare etiam tibi poſſum. Maximum Iunium dignitatis & eloquentiæ nomine à nobis diligi, ſatis eram teſtatus epiſtola, quam ad illum de editione Thebaidos meæ publicavi. Sed nunc quoque eum reverti maturius

1. TRes habet.] Vitiata verba neminem fugiunt. Ortus error ex numeri notis III. quem *tria* dicere non *tres* non eſt obſervatum futilibus exſcriptoribus. Eadem ratio & *quarta*. Opineris tamen vocem *Opuſculum*, gloſſam eſſe & Papinium Eclogam ſcripſiſſe. *Barthius.*

2. *Ejus epulis honoratus.*] In omnibus aliis codicibus menda eſt. nam legitur *epiſtolis*. Papin. autem agit gratias in ſecunda Sylva non epiſtolis, ſed convivio & epulis Imperatoris quibus interfuerat. *Secundi ordinis.*] Equeſtris. Nam primus eſt ſenatorius. Contra hoc jus, id eſt, ita carus eſt mihi, ut quamvis tibi ſit condiſcipulus, & eo jure à te diligatur: tamen ita ametur ut iſti tuo juri non cedam. *Domitius.*

rius è Dalmatia rogo. Iuncta eſt Ecloga ad municipem meum Iulium Menecratem ſplendidum juvenem, & Pollii mei generum, cui gratulor quod Neapolim noſtram numero liberorum honeſtaverit. Plotio Grypho majoris gradus juveni dignius opuſculum reddam, ſed interim hendecaſyllabos, quos Saturnalibus una riſimus, huic volumini inſerui. Quare ergo plura in quarto Sylvarum, quam in prioribus? Ne ſe putent aliquid egiſſe, qui reprehenderunt (ut audio) quod hoc ſtili genus edidiſſem. Primum ſupervacuum eſt diſſuadere rem factam: deinde multa ex illis jam Domino Cæſari dederam, & [3] quanto hoc plus quam edere? Exercere autem jocos non licet? ſic ſecreto, inquit. Sed & [4] Sphæromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur. noviſſime quiſquis ex meis invitus ali-

3. *Quanto hoc plus eſt quam edere.*] *Domino Cæſari dare*, eſt, *Ad majeſtatem ſacri nominis allegare*, & *Accedere ad templa.* ut ἤδισα Martial. epiſt. l. 8. ad eandem Cæſarem ſcribit. Et Julianus Imp. ad Jamblicum, ἀντ' ἀναθήματος τὴν πρόῤῥησιν ἐκπέμπειν, *Pro dono ſacro ſalutationem mittere.* Quis autem ambigat *majeſtati* conſecrare, ἀναθεῖναι τῷ ἱερῷ γράφειν, ut citavimus ex Pind plus eſſe, quam *edere*? ἐκδιδόναι λόγους, in epiſt. Alexandrini M. ad Ariſtot. ubi ἐκδεδωκας, πάντων, κοινούς, appellat, *Editos lib. omnium communes.* Plato in Timæo, εἰς πάντας λέγειν. Cic. interprete, *enuntiare*, & *indicare in vulgus.* Hinc Plaut. in Bacchid. *Vulgo diſpaleſcere.* Ἀιπολογία legitur in ead. Epiſt. Mart. cum ait, *Libellos ſuos Domino Cæſ. ſupplicare*, quia *Cæſar iis famam, id eſt, vitam dederat: & puto*, inquit, *propter hoc leguntur.* Morellus.

4. *Sed & ſphæromachias.*] Atqui (inquit Papin.) publice eduntur leviſſimi ludi, & ſpectantur ſphæromachiæ. à σφαῖρα pila & μάχη pugna. ludus erat pilarius in gymnaſio, qui ut ait Julius Pollux, l. 9. Sphenna appellabatur, vel à primo auctore, vel à σφάλλω quod eſt fallo. nam cum pilam unus alteri videretur polliceri, alteri mittebat. Pilam quæ eo in ludo erat, putat ipſe eſſe harpaſtum. ambigit tamen an potius pila illic fuerit quæ mollis dicitur. nam harpaſti luſio ab eodem deſcribitur, quamvis pilam non nominet. Dividebantur (inquit) juvenes in partes: ducebaturque linea in medio campo ubi pila ponebatur pari ſpacio ultro citroque. duas ducebant lineas ubi diverſæ partes tanquam ad metam conſiſtebant. unde facto impetu pariter accurrebant ad pilam in medio poſitam: pars quæ prius rapiebat, jaciebat ad metam alterius partis, quam ſi pila prætergredicbatur, hæc victrix erat. Contendebant igitur & pilam prius rapere, & eam jactam repellere ne metam tranſiret. Ea luſio appellatur ἐπίκοινος, quia ex pulvere raperetur. κόνις ſignificat pulverem: in editis tamen codicibus legitur ἐπίκοινος, quaſi à dubio jactu, & ἐφηβική, quia ephebi ea exercebantur: quod utrumque aperte deſignat in harpaſto Mart.

Sive harpaſta manu pulverulenta rapis.

His rationibus ego plane exiſtimo non in

aliquid legit, ſtatim ſe profitetur adverſum; Itaque conſilio ejus accedam. In ſumma nempe ego ſum, qui traducor. Taceat, & gaudeat. Hunc tamen librum tu Marcelle defendes. Et ſi videtur hactenus, ſin minus, reprehendemur.

in ſphenna fuiſſe harpaſtum, ubi nec pulveris nec epheborum mentio eſt: ſed in hac luſione. Sileat itaque Brotheus, & hæc à nobis diſcat, quæ multis conjuratis adnitentibus percipere non potuit. noviſſime denique. *Domit.*

I.

* XVII. CONSULATUS IMP. AUG. GERMANICI.

LÆta bis octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris, inſignemque aperit Germanicus annum;
Atque oritur cum ſole novo, cum grandibus aſtris
Clarius ipſe nitens, & primo major Eoo.
Exultent leges Latiæ: gaudete curules:
Et ſeptemgemino jactantior æthera pulſet
Roma jugo: pluſque ante alias Euandrius arces
Collis ovet. ſubiere novi Palatia faſces,
Et requiem bis ſextus honos, precibuſque receptis,
Curia Cæſareum gaudet viciſſe pudorem.
Ipſe etiam immenſi reparator maximus ævi

* XVII. *Conſulatus.*] Saliſb. Germanici Imp. Aug. Coſ. XVII. Rhod. *Septimus decimus Conſulatus Imperatoris Aug. Germanici.* Gronov.

1. *Læta purpura.*] Libanius in Panegyrico, Juliano A. Conſ. dicto, Prætextam Conſularem auguſtiſſimam veſtem nominat. Martial. l. 8. ep. 8.

Purpura te felix, te colat omnis honos.

Morellus.

4. *Primo major Eoo.*] Admirabilior, ex Ariſtotele, qui juſtitiam magis admirandam eſſe vult, quam Veneris ſtellam, quæ mane Lucifer, ſero Veſper vel Noctifer dicitur. καὶ οὔτε Ἕσπερος οὔτε Ἑῷος οὕτω θαυμαστός. *Idem.*

9. *Et requiem bis ſextus honos.*] Pudet in re facili tantopere ſudaſſe. *Bis ſextus honos* eſt duodecim faſcium & lictorum honos, proprium conſulatus inſigne. Ut cum Juvenalis: *cum jam ſexta cervice feratur*, id eſt, ſex lecticariorum cervicibus. Is honos requievit Imperatori, quamdiu eum non uſurpavit admiſſo conſulatu? *requiem* apud illum *vicit*, poſtquam adhibitus eſt ſuſcepto conſulatu. *Gronov.*

11. *Ipſe etiam immenſi reparator maximus ævi.*] Idem eſt apud Mart. lib. 8. E. 1. & 8. *Faſtorum genitor Parenſque Ianus.* Siquidem:

—— Principium dat velocibus Annis,
Et renovat vultu ſecula longa ſuo.

τὸ *Reparator* eandem vim & ἔννοιαν habet, atque συνοικιστὴς Pindaro Olymp. 6. A. quaſi *Reconditor* aut *conditor alter.* Morellus.

Attollit vultus, & utroque à limine grates
Ianus agit. quem tu vicina Pace ligatum
Omnia juſsiſti componere bella, novique
In leges jurare fori. levat ecce ſupinas
Hinc atque inde manus, geminaque hac voce profatur:
Salve magne parens mundi, qui ſacula mecum
Inſtaurare paras. talem te cernere ſemper
Menſe meo tua Roma cupit: ſic tempora naſci,
Sic annos intrare decet. da gaudia faſtis
Continua, hos humeros multo ſinus ambiat oſtro,
Et properata tuæ manibus prætexta Minervæ.
Aſpicis ut templis alius nitor, altior aris
Ignis, & ipſa meæ tepeant tibi ſidera brumæ.
Moribus atque tuis gaudent turmaque, tribuſque,

Pur-

13. *Ianus agit, quem, &c.*] Pulcherrimus locus, ſed quem rari adhuc intellexerunt. Ait *Ianum pace ligatum compoſuiſſe bella & juraſſe in leges novi fori*, id eſt, obſtrictum eſſe Ianum ad præſtandam æternam pacem vigoremque legum. Alludit eo, quod qui magiſtratum inibant, in leges jurabant: & quantum in ipſis erat, operam daturos ſe pollicebantur, ne ſolverentur leges, itaque poteſtatem temperaturos, ut leges ſupra ſe eſſe meminiſſent. Ianus præſes fori erat. Seneca Apocolocynth. *interrogatur ſententiam Ianus pater. Is multa diſerte, quod in foro vivat, dixit.* Gronov. Diatr. cap. 37.

20. *Da gaudia faſtis.*] Hæc etiam figurata phraſis ſtabilit emendationem noſtram in verſ. 19. Soterior. ut illa Ciceroniana, *Non dicam animi hominum, ſed faſti ulli ferre poſſint?* Faſti porro gaudent cum notant optimum Conſ. gubernare Remp. Faſtorum enim eſt, ut bonorum civium, οὐ τὴν μετὰ σιγῆς εὐδοκίαν ἤδεσαν, ἀλλὰ καὶ λόγῳ μηνύουσι. ut Liban. ſcribit in Panegyr. *Morellus.*

22. *Et properata tuæ, &c.*] Perperam locum hunc interpretatus eſt Princeps harum litterarum Caſaubonus ad Suetonii Octavium cap. 74. ubi probare nititur veſtes forenſes à fœminis fuiſſe contextas. *Apud Statium*, inquit, 4. *Syl. optat Roma Imperat. Domitiano:*

— Da gaudia Faſtis
Continua: hos humeros multo ſinus ambiat oſtro,
Et properata tuæ manibus prætexta Minervæ.

Ecce, inquit, *optat ut quotannis fiat Conſul, & ſemper conſulari prætexta, manibus uxoris confecta, decoretur.* Hæc ille. ex quibus clarum, ipſum per *Minervam* hic Domitiani uxorem intellexiſſe, quod falſum eſt: ſimpliciter enim Minerva, ſeu Pallas Dea intelligenda eſt, quam ſuperſtitioſe Domitianus coluit. Unde recte Poëta, *Tuæ* adjecit, id eſt, *Tibi addictæ & faventis.* Xiphilinus Domitiano: πρὸ γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἠγάλλε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἑώρταζε. Id eſt: *Minervam præcipue ex omnibus Diis coluit, atque ob eam cauſam quinquatria magnifice celebravit.* Gevartius.

25. *Moribus atque tuis, &c.*] Non omnes capiunt, quare *moribus* Domitiani gaudere patres, equitem & plebem dicat Papinius. Interpretes muti, nec defuerunt doctiſſimi homines, qui nos monuerunt ſcribendum: *Muneribuſque tuis.*

Purpureique Patres, lucemque à conſule ducit
Omnis honos, quid tale precor prior annus habebat?
Dic age Roma potens, & mecum longa Vetuſtas
Dinumera faſtos, nec parva exempla recenſe,
Sed quæ ſola meus dignetur vincere Cæſar.
Ter Latios decieſque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces, ſed cœpit ſero mereri.
Tu juvenis prægreſſus avos, & quanta recuſas,
Quanta vetas, flectere tamen; precibuſque Senatus
Permittes hanc ſæpe diem. manet inſuper ordo
Longior, & totidem fœlix tibi Roma curules
Terque quaterque dabit. mecum altera ſæcula condes,
Et tibi longævi revocabitur ara Terenti.

Mille

nis. Quibus ut pro amore meritoque ſuo alia omnia cedimus; ita non putamus per hunc locum medicis eſſe licere. Si nihil aliud, certe digna laus *morum* Conſule ſimulque Imperatore, utpote à cujus moribus ſeculi pendet felicitas & in omnes exemplum ſpargitur. Quod ſequitur, *lucemque à conſule ducit Omnis honor* eſt ex Mart. omnes magiſtratus vivunt ſanctis moribus Principis. *Lucem ducere* eſt amittere ſordes & vitia ordinum, nitoremque virtutis & morum trahere ab exemplo Conſulis Imperatoris. Vid. *Gronov. Diatr. cap.* 37. *Gaudent turmaque tribuſque, &c.*] Senatum, Equites & populum notat, ut nemini ambiguum. illud non negligendum juventuti, per *tribus* ſolum populum deſignari. Sic & L. Florus lib. II. cap. VI. alias tribuum appellatione infima plebs venit, quæ & à populo diſtinguitur. Martial. lib. VIII.

Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus,
Et libant Latiæ tertia dona tribus.

Inde *tribulis* pro pauperrimo apud Horatium, Martialem & alios. *Bernart.*

31. *Ter Latio decieſque.*] Quidni, *Latios.* Gronov.

38. *Revocabitur ara parentis.*] Nihil certius, quam corrigendum, ut viri docti cenſuerunt:

—— *revocabitur ara Tarenti.*

Sic lib. I. Sylvar. Soteriis:

Aut inſtaurati peccaverit ara Tarenti.

Domitianus paulo ante ludos Sæculares celebraverat. Ianus hic, adhuc altero toto ſæculo Domitianum victurum ſpondet, ita ut denuo ludos ſæculares in Tarento ſit celebraturus. ideo enim dicit:

—— *mecum altera ſæcula condes.*

Martialis eodem modo locutus eſt lib. 4. Epig. I.

Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro,
Et quæ Romuleus ſacra Tarentus habet.

Valde miror, eſſe quoſdam qui inventis frugibus, adhuc malunt βαλανοφαγεῖν, & vulgatam lectionem retinent, & de templo Flaviæ gentis quod Domitianus Veſpaſiano parenti ſuo, &c. erexerat, intelligendum putant. At illos refutat vel ſolum verbum *revocabitur.* Nam illa ſacra dicuntur tantum ſolenni verbo *revocari*, quæ jamdiu inſtituta & intermiſſa fuerunt: unde noſter I. Achilleid. de Orgiis Bacchi:

—— *hujus in umbra*
Alternum revocare pia Trieterica matres
Conſuerant. ——

Et conſtat illam Ditis & Proſerpinæ *aram*, quæ in campo Martio, in eo loco qui

Mille trophæa feres. tantum permitte triumphos.
Reſtat Bactra novis, reſtat Babylona tributis
Frenari. nondum gremio Jovis Indica Laurus,
Nondum Arabes, Sereſque rogant, nondum omnis honorem
Annus habet, cupiuntque decem tua nomina menſes,
Sic Janus, clauſoque libens ſe poſte recepit.
Tunc omnes patuere fores, lætoque dederunt
Signa polo, longamque tibi, Rex magne, juventam
Annuit, atque ſuos promiſit Juppiter annos.

qui *Tarentus* dicebatur, ſub terra latebat, ſingulis centum annis effodi, noviſque ſacrificiis coli ſolitam. Conſule Valer. Maximum lib. 2. cap. 4. Politiatianum Miſcel. cap. 58. D. Auguſtinum de Civitate Dei, lib. 4. cap. 18. & Cenſorinum de Die Natali. *Gevartius.*

41. *Nondum gremio Jovis Indica Laurus.*] Ad veterem triumphantium ritum, qui aſcendere Capitolium ſoliti, & laurum, quam manu tenebant, quæque in faſcibus lictorum, deponere in gremio Jovis. Ovid. Triſt. IV. de triumpho Germanici:

Inde petes arcem & delubra faventia votis.
Et dabitur merito laurea vota Jovi.

Bernartius. *Nondum gremio, &c.*] Inſere voculam *In*. *Nondum in gremio Jovis.* Depoſita videlicet. Et recte hoc ante nos vidit judicio ingenioque vir præclarus Joh. Levinejus. De *Lauro* in gremium Jovis Capitolini depoſita vid. iſtum ad Paneg. Plinii p. 287. Lipſ. ad Ann. 2. Tac. p. 91. & alios. *Barthius.*

43. *Decem menſes.*] Nam duo menſes jam ſortiti erant nomina Domitiani. Septembrem enim Germanicum nominaverat, quia eo ſuſcepiſſet imperium: & Octobrem Domitianum, quia eo eſſet natus. utrumque nomen abolitum eſt eo mortuo. tanta illius invidia, ut poſtea nullus menſis nomen Imperatoris acceperit. quod Macrobius refert. *Domitius.*

47. *Annuit, atque ſuos.*] Altius jacularis, ô Papini, in hac ὑπερβαίῳ θωπείᾳ, quam rivalis aut Collega tuus Mart. lib. 8. E. 2. in cujus hendecaſyllabis Ianus.

Terrarum Domino Deoque rerum,
Promiſit Pyliam quater ſenectam,
Addas, Iane, tuos Pater rogamus.

Morellus.

II.

EVCHARISTICON AD IMP. AVGVST. GERMANICUM DOMITIANVM.

REgia Sidoniæ convivia laudat Eliſæ,
Qui magnum Æneam Laurentibus intulit arvis:

Alci-

1. *Intulit.*] Veniſſe ſcripſit. Æneas [ut Menecrates ſcribit] urbem prodidit Græcis ob privatam ſimultatem cum Paride: enavigavitque in Thraciam ubi mortuus eſt. quod Hegeſippus quoque tradit. alii in Arcadiam progreſſum ſcribunt. alii ad Epirum. Homer. vero indicat eum manſiſſe in Troja. *Arvis Laurentibus.*] Laurentum oppidum juxta Ardeam & Lavinum ſolis indigetis. illic multa oppidorum veſtigia ſunt adventu Æneæ memorabilia. *Domit.*

3. *Alci-*

Alcinoique dapes manſuro carmine monſtrat,
Æquore qui multo reducem conſumpſit Ulyſſem.
Aſt ego, cui ſacræ Cæſar nova gaudia cœnæ
Nunc primum, dominoque dedit conſurgere menſa,
Qua celebrem mea vota lyra, quas ſolvere grates
Sufficiam? non ſi pariter mihi vertice læto
Nectat adoratas, & Smyrna, & Mantua lauros,
Digna loquar. mediis videor diſcumbere in aſtris
Cum Jove, & Iliaco porrectum ſumere dextra
Immortale merum: ſteriles tranſmiſimus annos:
Hæc ævi mihi prima dies, hæc limina vitæ.
Te ne ego regnator terrarum, orbiſque ſubacti
Magne parens, te ſpes hominum, te cura deorum
Cerno jacens? datur hæc juxta, datur ora tueri
Vina inter, menſaſque, & non aſſurgere fas eſt?
Tectum auguſtum, ingens, non centum inſigne columnis,
Sed quantæ Superos cœlumque Atlante remiſſo
Suſtentare queant. ſtupet hoc vicina Tonantis
Regia, teque pari lætantur ſede locatum

Numi-

3. *Alcinoique dapes.*] Homer. Ulyxem ad Alcinoum veniſſe ſcribit, ſuſceptumque hoſpitio: & ſtatim Pontonoum circumtuliſſe poculum juſſu Alcinoi: mox Alcinoum mactaſſe ad convivium duodecim oves, octo ſues, duos boves: Demodocum citharœdum cæcum ceciniſſe tum celebrata certamina. Clytoneum fuiſſe victorem curſu, Euryalum palæſtra, Amphialum ſaltu, Elatreum diſco, Laodamantem cæſtibus. *Idem.*

9. *Et Smyrna & Mantua lauros.*] Senſus: non par eſſem, etiamſi & Homerica & Virgiliana mihi vena. *Bernartius.*

12. *Tranſmittere annos ſteriles.*] Ut Tibullus dixit, *Stultos prateriiſſe dies* Et, *tranſire ætatem.* in voto pœnitentis, *O ſi præteritos reddat mihi Jupiter annos!* Morellus.

15. *Te ſpes hominum, te cura Deorum Cerno jacens?*] Solenniter olim homines felices *curam deorum* appellabant veteres, quod exiſtimarent deos peculiari quadam cura illos proſequi. Martialis lib. 1. epig. 83. ad Regulum:

Quis curam neget eſſe te deorum
Propter quem fuit innocens ruina?

Gevartius.

16. *Datur hæc juxta, datur ora tueri.*] Alcinous Homericus Odyſſ. VII. narrat Deos interdum ſe conſpiciendos piis hominibus præbere, & eorum conviviis intereſſe.

Αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται
ἐναργεῖς
Ἡμῖν, εὖτ' ἔρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας·
Δαίνυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι
ἔνθαπερ ἡμεῖς.

Morellus.

 22. *Eſcen-*

Numina, ne magnum properes eſcendere cœlum,
Tanta patet moles, effuſaque impetus aulæ,
Liberior campi, multumque amplexus operti,
Æthereo & tantum domino minor: ille penates
Implet, & ingenti Genio juvat. Æmulus illic
Mons Libys, Iliacuſque nitent, & multa Syene,
Et Chios, & glauca certantia Doride ſaxa
Lunaque portandis tantum ſuffecta columnis.
Longa ſuper ſpecies: feſſis vix culmina prendas
Viſibus, auratique putes laquearia cœli.
Hic cum Romuleos proceres, trabeataque Cæſar
Agmina, mille ſimul juſſit diſcumbere menſis,
Ipſa ſinus accincta Ceres, Bacchuſque laborant
Sufficere. Ætherei felix ſic orbita fluxit

Tri-

22. *Eſcendere.*] Rhod. & Salisb. *excedere.* Ergo, *Eſcendere.* Gronov.

23. *Tanta patet, &c.*] Scribe *effuſæ quæ impetus aulæ* 246. Notandus ἰδιωτισμὸς Statii, qui molem illam ædificii Cæſarei altè aſſurgentem lateque ſe efferentem extendentemque *impetum* dixit. Ut celſi montes altaque ac lata ædificia *petere æthera, protendere ſe, erigere, inclinare*, tanquam viventia, dicuntur. Virgilius: *geminique minantur In cœlum ſcopuli.* Non prætereundum, Rom. & Ven. edd. legere & diſtinguere ſeq. v. *Liberior campi, multumque amplexus operti,* pro *aperti.* Et ſane ita ſcripſit Statius. *Liberior campi*, id eſt, quod ad campum. Dicit domum Domitiani cinctam eſſe longo æquore ſeu capaciſſimo atrio, & vaſtum tectum continere. Vid. *Gronov. Diatr. c.* 38.

25. *Æthereo & tantum domino minor.*] Ait Poëta tantam eſſe majeſtatem Domitiani, ut tota aula ipſum vix capiat. Sic Martial. l. 8. epigr. 36. de eodem Palatio agens, idem dixit:

Hæc Auguſte tamen quæ vertice ſidera pulſat,
Par domus eſt cœlo, ſed minor eſt Domino.

Ait itaque Domitianum numine ac majeſtate ſua totam domum implere. Ita Plinius in Panegyr. de Trajano: *Veniet ergo tempus quo poſteri viſere, viſendum tradere minoribus ſuis geſtient, quod tectum magnus hoſpes impleveris.* Gevartius.

27. *Mons Lybis.*] Marmor Lybicum & Iliacum ſive Phrygium & Syenites, unde trabes fecerunt reges quodam certamine obeliſcos vocantes à ſimilitudine radii. nam ὀβελὸς ſignificat radium. erant enim Solis numini ſacrati. Mitres rex primus eos inſtituit tumulo. *Domitius.*

28. *Et Chios.*] Marmor verſicoloribus maculis. quod cum Chii in muris ſuis oſtentarent, multo magis mirum fuiſſe (inquit Cicero) ſi eos Tiburtino lapide ſtruxiſſetis. *Idem.*

32. *Trabeataque Cæſar, &c*] Equites Romanos intelligit. Trabea etenim, uti olim regum, ſic poſtmodum proprium equeſtris ordinis inſigne eſſe cœpit. Suetonius Domitiano, c. 14. *quo decretum erat ut quoties gereret conſulatum, equites Romani quibus ſors obtigiſſet, trabeati & cum haſtis militaribus præcederent eum.* Tacitus Annal. l. 3. *trabeati equites.* Bernart.

36. Tri-

Triptolemi: ſic vitifero ſub palmite nudos
Umbravit colles, & ſobria rura Lyæus.
Sed mihi non epulas, Indisque innixa columnis
Robora Maurorum, famulaſve ex ordine turmas:
Ipſum, ipſum cupido tantum ſpectare vacavit
Tranquillum vultu; ſed majeſtate ſerena
Mulcentem radios, ſummittentemque modeſte
Fortunæ vexilla ſuæ. tamen ore nitebat
Diſſimulatus honos. talem quoque barbarus hoſtis
Poſſet, & ignotæ conſpectum agnoſcere gentes:
Non aliter gelida Rhodopes in valle recumbit
Dimiſſus Gradivus equis: ſic lubrica ponit
Membra Terapnæa reſolutus gymnade Pollux:
Sic jacet ad Gangen Indis ululantibus Euan:
Sic gravis Alcides poſt horrida juſſa reverſus
Gaudebat ſtrato latus acclinare leoni.
Parva loquor: nec dum æquo tuos, Germanice, vultus:

Talis

36. *Triptolemi.*] Triptolemus filius Celei & Hyones, cum Ceres à parentibus hoſpitio ſuſcepta fuiſſet ad Eleuſinem, illis dormientibus à Cerere conjectus eſt in focum & obrutus cineribus: mater excitata eum eduxit. Ceres; Impia (inquit) es. nam fuiſſet immortalis, ſi permiſiſſes ita ejus mortalitatem purgari. ſed tamen à me habebit ut primus doceat ſerere frumentum. atque ita volucri curru abreptus Triptolemus annonam per Atticam diſſeminavit. Plinius aliter & Probus. alii ad Brigem referunt: ſuperiora ſcribit Hyginus. *Domit.*

39. *Robora Maurorum.*] Citreas menſas. Strabo citrum quidem non nominat, ſed Mauritaniam multas & magnas habere arbores affirmat: Indeque menſas Romanis ſuppeditari varietate quadam diſtinctas ex uno integroque ligno. *Idem.*

41. *Tranquillum vultus & majeſtate.*] Sic rectè emendat Behotius, & ſic duo MSSC. non *vultu.* Gron. Diatr.

47. *Dimiſſus Gradivus equis.*] Etymon hoc Martis (hunc enim intelligi & pueri jam ſciunt) quoſdam petere ait Feſtus: *quia gramine ſit ortus. quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis.* addit Plinius l. 22. cap. 4. *quia ſummum victoriæ indicium erat herbam porrigere victos.* Bernartius.

48. *Terapnæa gymnade.*] Palæſtra Laconica. Stephanus auctor eſt alios aliam civitatem, alios ipſam Spartam *Therámnas* appellare. Aliæ *Terapnæ Bœoticæ*, ſunt apud Strabonem lib. IX. *Barth.*

52. *Parva loquor, necdum æquo, &c.*] Hoc nimirum eſt quod Flaccus ad Agrippam ait,

— dum pudor
Imbelliſque lyræ Muſa potens vetat
Laudes egregii Cæſaris & tuas
Culpa deterere ingenî.

Et ad Muſam,

— deſine pervicax
Referre ſermones Deorum &
Magna modis tenuare parvis.

Morellus.

 53. *Talis*

Talis ubi Oceani finem, menſaſque reviſit
Æthiopum, ſacro diffuſus nectare vultus,
Dux ſuperum ſecreta jubet dare carmina Muſas,
Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.
Dî tibi (namque animas ſæpe exaudire minores
Dicuntur) patriæ, bis terque, exire ſenectæ
Annuerint fines, rata numina miſeris aſtris,
Templaque des, habiteſque domos, ſæpe annua pandas
Limina, ſæpe novo Ianum lictore ſalutes:
Sæpe coronatis iteres quinquennia luſtris.
Qua mihi felices epulas, menſæque dediſti
Sacra tuæ, talis longo poſt tempore venit
Lux mihi, Trojanæ qualis ſub collibus Albæ
Cum modo Germanas acies, modo Daca ſonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro.

53. *Talis ubi Oceani fines, menſaſque reviſit Æthiopum.*] Fabulam reſpicit quam tangit Arnob. lib. 6. Adi & Homer. Iliad. *α*. *Bernart.*

56. *Triumphos Pallenæos.*] Victoriam ſuam de Gigantibus. nam Pallene oppidum eſt in Macedonia, ubi bellum giganteum geſtum fuiſſe contendunt Macedones in agro, quem poſtea Phlegræum, demum Comam: unde ſuborta eſt opinio eorum qui dixerunt Gigantes conflagraſſe ad Cumas in Campania. *Domit.*

*57. *Dii tibi (namque animas, &c.*] Hæc votiva clauſula longævitatem, victorias, novos Conſulatus exoptat Domitiano. quo reſpicit Libaniana Apologia Ambitionis Rom. qua ſcribit Romanorum liberos, ſi à Principibus optio data eſſet vitæ longæ & Conſulatus, etiam altæ Senectuti Conſulatum prætuliſſe. *Morellus.*

60. *Templaque des, &c.*] Omnino ſcribendum *habileſque domos.* dignas & Numinibus ſuis ſingulas aptas. *Templa,* fana, baſilicas dicit. De talibus Domitiani erga Deos ſuos meritis venuſto Epigrammate, irriſor Martial. libr. 9. Epigr. 4. *Barth.*

62. *Quinquennia luſtris coronatis.*] Intelligit quinquennale certamen inſtitutum Jovi Capitolino, ubi muſica equeſtri curſu gymnicis ludis certabatur, & plures aliquanto erant coronati (ut ait Tranquillus) quam nunc ſunt. inde ait *coronatis luſtris.* Domit.

67. *Palladio tua me, &c.*] Infra Lyrico ad Severum:

—— Huic mea carmina
Regina bellorum virago
Cæſareo peraravit auro.

Quæ referuntur ad præmia, quæ victor in Albano certamine obtinuit, ideoque Albanum aurum dixit Martial. Epigr. 1. l. 4 Palladium autem hic vocatur, quia certamen illud Palladi à Domitiano inſtitutum, teſte Suet. c. 4. Domitiani. *Crucens.*

VIA

III.
VIA DOMITIANA.

Quis duri ſilicis, graviſque ferri
Immanis ſonus, æquori propinquum
Saxoſæ latus Appiæ replevit?
Certe non Libycæ ſonant catervæ,
Nec dux advena pejerante bello,
Campanos quatit inquietus agros.
Nec frangit vada, montibuſque cæſis
Inducit Nero ſordidas paludes.
Sed qui limina bellicoſa Jani
Juſtis legibus, & foro coronat:
Qui caſtæ Cereri diu negata
Reddit jugera, ſobriaſque terras:
Qui fortem vetat interire ſexum:
Et Cenſor prohibet mares adultos
Pulchræ ſupplicium timere formæ:
Qui reddit Capitolio Tonantem;
Et Pacem propria domo reponit.
Qui genti patriæ futura ſemper

Sau-

1. *Quis duri ſilicis, &c.*] Orditur ab admiratione, & quærit quem ſtrepitum audiat, cum neque per Campaniam Annibalis exercitus ducatur, nec Nero vada frangat? intelligens foſſam quam Nero ab Averno Oſtiam uſque perducere conatus eſt. adi Suetonium Nerone cap. XXXI. *Bernart.*

3. *Latus.*] Nam ad latus Appiæ erat hæc via Domitii. *Domit.*

5. *Nec dux advena.*] Nec aliquis Spartacus. Ego de Spartaco intelligo. Nam Lentulus Bardiacus familiam gladiatorum habuit Capuæ, quorum maxima pars è Galatia & Thracia erat. Ex his octoginta duo diffugerunt una conſpiratione raptis inſtrumentis culinariis pro armis. *Idem.*

11. *Qui caſtæ Cereri.*] Reſpicit ad edictum Domitiani de excindendis vineis. Sueton. cap. 7. & cap. 14. *Bernartius.*

16. *Qui reddit Capitolio Tonantem.*] Notat Capitolii, incendio abſumpti, inſtaurationem, de qua idem Suet. Domit. cap. V. *Idem.*

17. *Et Pacem propria domo reponit.*] Cur Domitiano extructionem templi Pacis tribuat Papinius, adhuc quæro. Hiſtorici omnes conſenſu à Veſpaſiano conſtructum adfirmant. Suetonius Veſp. cap. IX. Joſephus de bello Judaico lib. VII. cap. XXIV. Plinius lib. XXXVI. cap. XXVI. videntor. immo Dio non extructum ſolum, ſed Veſpaſiano ſextum & Tito quartum Conſſ. dedicatum ſcribit. auxit ne Domitianus? cogitemus. *Idem.*

19. *Flavium-*

Sancit limina, Flaviumque culmen.
Hic ſcenis populi vias gravatas,
Et campis iter omne detinentes,
Longos eximit ambitus, novoque
Injectu ſolidat graves arenas.
Gaudens Euboicæ domum Sibyllæ,
Gauranoſque ſinus, & æſtuantes
Septem montibus admovere Bajas.
Hic quondam piger axe vetus uno
Nutabat cruce pendula viator,
Sorbebatque rotas maligna tellus,
Et plebs in mediis Latina campis

Hor-

19. *Flaviumque calvum.*] Alludit ad Domitianum qui calvus erat: Immò & calvitio offendebatur, quamvis librum ſcripſit de cura capillorum ad amicum. Illum ſeque conſolans. Juvenalis:
Et calvo ſerviret Roma Neroni.
Domit. *Flaviumque culmen.*] Adnotatum in lib. Turn. *Calvum.* arguta hyperbole: hic apex eſt culminum: & quid congruentius clauſulæ Scazontum Mart. de Templo gentis Flaviæ? lib. 9. Ep. 2.
Manebit altum Flaviæ decus gentis
Cum Sole & Aſtris, cumque luce Romana.
Invita quicquid continet manus, Corrum eſt. Morellus.

20. *Hic ſcenis populi*, &c.] Locus hic corruptiſſimus. Domitius legebat: *cæno hic populeo vias gravatas.* Quod vir maximus Ang. Politianus jam diu improbavit, lib. 4. Epiſt. 1. ad Beroaldum. Bernartius cum locum fœde corruptum fateatur, tantiſper tamen ſe Domitii correctioni adhæſurum dicit, donec melius quid alius attulerit. Ego non dubito, quin rem ipſam repererim. Via hæc quam Domitianus reſtaurabat, vetuſtate adeo collapſa erat, ut vicinorum fluviorum aquis immiſſis, paludis inſtar ſtagnaret, atque arundinetis, junciſque paluſtribus penitus oppleta ſorderet, quod ex ſequentibus Poëtæ verbis clarum eſt. Hinc omnino legendum puto minima mutatione, tantum diphtongo addita: *Hic ſcænis populi vias gravatas.* σχοῖνος Græca vox, Latinis *juncus, canna* dicitur, ſed ut innumera alia Græca vocabula Latio jure donata eſt. Plautus Rudent. 8. *Hi Schœni etiam, atq; hæ arundines, nobis quæſtui & cultui.* Gevart.
Hic ſcenis.] Ven. & Salis. *ſævis.* Rhod. *ſenis.* Credo *cœnis.* *Vias populi*, ut in lapide veteri: *redonatori viæ populi.* Gron.

22. *Eximit longos ambitus.*] Dum ſternit viam Domitianus, fecit ut viatori per longos ambitus non ſit rependum ut prius. *Novo injectu.*] Nova tellure & harenis injectis. *Domit.*

27. *Hic quondam piger*, &c.] An ideo *Piger viator*, bigis vectus, quia tardius procedit & quaſi teſtudineo gradu, titubans & vacillans, ob iter impeditum ac præruptum: an tanquam feſſus, qui Hebræis פגר vocatur: velut πικρὸς, acer & trux effectus ſalebroſæ viæ tædio? *Crux* vero *pendula* acute & mire ab Ethnico poëta temo, ſeu jugum currus nominatur, quia ῥυμὸς σταυροειδὴς eſt. Animadvertendum & ſedulo notandum inter pias Græc. & Latin. Patrum τῶν ἐν ὁσίοις καὶ ἁγίοις inventiunculas, quibus certatim ἀφυῶς καὶ ἰφαμέλλως crucem ita deſcribunt & notificant, ut in omnibus pateat ſigni ejus ſacri uſus neceſſarius, ὐκ ἄνευ τῦ θῦ. *Morellus.*

32. *Impe-*

Horrebat mala navigationis.
Nec curſus agiles, ſed impeditum
Tardabant iter orbitæ tacentes,
Dum pondus nimium quærens ſub alta
Repit languida quadrupes ſtatera.
At nunc, quæ ſolidum diem terebat
Horarum via facta vix duarum,
Non tenſæ volucrum per aſtra pennæ,
Nec velocius ibitis carinæ.
Hic primus labor inchoare ſulco,
Et reſcindere limites, & alto
Egeſtu penitus cavare terras,
Mox hauſtas aliter replere foſſas,
Et ſummo gremium parare dorſo,
Ne nutent ſola, ne maligna ſedes
Et preſſis dubium cubile ſaxis.
Tunc umbonibus hinc, & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis.
O quantæ pariter manus laborant!
Hi cædunt nemus, exuuntque montes,
Hi ferro ſcopulos, trabeſque cædunt;

Illâ

32. *Impeditum tardabant iter.*] Itineris impediti incommoda ſcite perſequitur Plutarchus initio convivii VII. Sap. *Idem.*

35. *Languida quadrupes.*] Mula vix incedens propter cœnum. Nam mulæ olim currum vehebant: unde aurigæ muliones dicti. auctor Feſtus; & nos in commentariis Juvenalis docuimus, & apud Tranquillum, ubi mulio pro auriga accipitur. *Alta ſtatera.*] Stateram appellat lignum unde vincto fune & alligata mula currus trahebatur, à ſimilitudine. nam ſtatera videtur. *Domit.*

40. *Sulcos.*] Rivos quibus aquæ emittantur. *Idem.*

41. *Alto egeſtu.*] Hoc eſt extrahere eas magna profunditate. *Idem.*

43. *Aliter replere.*] Alio genere terræ. *Idem.*

44. *Parare gremium.*] Sedem ſaxis ſternendis. *Idem.*

45. *Ne maligna ſedes.*] Scilicet ſit ſaxis. *Idem.*

47. *Umbonibus.*] Umbo ſignificat extremam partem ſcuti. hic accipitur pro extremitate viæ ſtratæ quæ utrinque erigebatur, ne proximum infunderetur cœnum. *Idem.*

49. *Et crebris iter alligare gomphis.*] Ajunt Turnebum maluiſſe — *alligare tophis.* Sed nihil mutandum. Nam hoc, ut & ſuperiori loco, Poëta uſus eſt voce Græca. Γόμφος enim Latinis clavus dicitur & cuneus. unde γόμφωμα coagmentatio. Vide Heſychium. *Gevartius.*

51. *Hi ferro ſcopulo, &c.*] Hæc vera lectio eſt ſervata in MS. Flor. & edit. Rom. Venetaque & ab A.V. Fr. Lindenbrogio

Illi ſaxa ligant, opuſque texunt
Cocto pulvere, ſordidoque topho:
Hi ſiccant bibulas manu lacunas,
Et longe fluvios agunt minores.
Hæ poſſent & Athon cavare dextræ,
Et mæſtum pelagus gementis Helles
Intercludere ponte non natanti.
His parvus (Lechiæ niſi vetarent)

Inous

brogio in textum aſſumta merito ſuo, quem vide ad Herc. Surrent. ubi: *his cædere ſilvas & levare trabes.* Gronov. in Diatr.

56. *Et Athon cavare.*] Alludit ad operas Xerxis, quibus mons Athos excavatus eſt & diſciſſus à continenti. Plura apud Juvenalem diximus ex Herodoto & Plinio. *Domitius.*

59. *His parvus (Lechiæ, &c.*] Quantum eſt eruditorum, mire ſe torſit in hoc loco. In vetuſtiſſ. codicibus trajecto τῷ *niſi*, legebatur:

His parvus (niſi deviæ vetarent.)

Unde primum Domitius legendum dixit: *niſi Lechiæ vetarent.* Sed Politianus, & Hermolaus ad Plin. lib. 4. cap. 4. nullo modo tolerari poſſe ajunt hanc lectionem eo quod penultima longa & antepenultima brevis in *Lechiæ* repugnent. Unde ipſe Stat. 2. Thebaidos.

Curva Palæmonio ſecluditur unda Lechæo.

Exiſtimat ergo Hermolaus magis ferendum, ſi legatur: — *niſi Cenchreæ vetarent.* Quomodo etiam legendum videri adnotarat in cod. ſuo Joſ. Scaliger. Sed ne hoc quidem probat Hermolaus, videretur enim ſi alterutrum pro *Deviæ* poneretur, hoc dicere Poëta: *perfodiſſet Nero Iſthmum, niſi Iſthmus prohibuiſſet*, quod eſt ac ſi diceret quis, *tangerem manu cœlum, niſi cœlum vetaret.* quod abſurdum eſt. Quare Marc. Muſurus in Orthographia ſua Statiana exiſtimat Poëtam tangere cauſas, propter quas Nero à perfodiendo Iſthmo deſtitit, quæ duæ erant, altera ne ſubmergeretur Ægina, quod geometræ minabantur, altera quod Vindex res novas in Hiſpania movebat, & jam Italiæ appropinquabat. Unde ſecundum hanc hiſtoriam legebat:

His parvus (niſi res novæ vetaſſent) &c.

Cælius vero Rhodiginus lib. 11. cap. 52. Antiq. Lection. ſcriptam lectionem *deviæ* retinet, aitque cum Demetrius Iſthmum perfodere vellet, ab Architectis eum deterritum qui dicebant navigationi non futurum alveum habilem, ob affluxus rapidam varietatem, qualis in Euripo viſitur. Per *devias* itaque intelligebat *ambages*, quibus nautæ neceſſario circumagi debuiſſent ad rapidum illum maris fluxum vitandum. Cæterum, nuſquam me *devias* pro *ambagibus* legiſſe memini, quod etiam moviſſe Alciatum exiſtimo, qui lib. 5. cap. 22. παρέργ. legendum putat:

His parvus (niſi Deliæ vetarent.)

Et per *Delias* intelligit *Delias ſortes* ſeu Apollinis oraculum, quo perfodi Iſthmum vetitum fuit, teſte Herodoto. Sed illud *Deliæ*, nimis obſcure, ſubſtantivo ſuo viduatum ponitur. Quare Turnebi conjecturam potius amplecteter, qui reſcribebat:

His parvus, (niſi Delius vetaret.)

Quis poſt tot ac tantos viros ullum novæ emendationi aut interpretationi locum ſupereſſe putet? Exiſtimo tamen, ſi contra Domitii ſententiam τὸ *niſi* rejiciatur poſt τὸ *Lechiæ*, ut in quibuſdam vulgatis legitur, locum recte habiturum, hoc modo:

His parvus (Lechiæ niſi vetarent)

Inous

Inous freta miſcuiſſet Iſthmos,
Fervent littora, nobileſque ſylvæ.
It longus medias fragor per urbes.
Atque Echo ſimul hinc, & inde fractam
Gauro Maſſicus uvifer remittit.
Miratur ſonitum quieta Cyme,
Et Linterna palus, pigerque Savo.
At flavum caput, humidumque late
Crinem mollibus impeditus ulmis,
Vulturnus levat ora, maximoque

Pon-

Inous freta miſcuiſſet Iſthmos. Senſus eſt: *Iſthmos* his tot hominibus laborantibus *parvus*, & facile ſuperabilis, fuiſſet perfoſſus, niſi obſtarent *Lechiæ*. Et ad difficultates quas Hermolaus & Muſurus movebant, facile reſponderi poteſt. Notum eſt *Cenchreas*, & *Lecheas*, eſſe duo promontoria, quæ terminant utrumque latus Iſthmi Corinthiaci. Jam vero, à *Lechia* deducitur *Lechæus, a, um*, ut à *Cenchrea*, *Cenchræus*. Hinc mirum non eſt, ſi in *Lechiæ* penultima ſit correpta, in *Lechæo* autem producta. Nam hoc ratio deductionis poſtulat. Ad ſecundam Muſuri objectionem dicendum eſt, *Lechæum* non eſſe idem quod *Iſthmos*. Illud enim unicum tantum Iſthmi promontorium eſt aſperum & ſaxoſum, quod mari obſtat. Hinc patet recte dici poſſe, Iſthmum potuiſſe perfodi, niſi ſaxoſum illud promontorium obſtitiſſet. Quid enim in eo abſurdi? Sic dicimus, *civitatem aliquam fuiſſe expugnatam, niſi vallum ejus aliquod obſtitiſſet*. Gevart. *His parvus (Lechiæ niſi vetarent,) &c.*] Scripſit Papinius: *Hic parvus (Lechiæ nihil vetarent,) &c.* hoc eſt ſi tu velles, Cæſar, hæ manus facile Iſthmum parvum jam nec magni operis cenſendum perfoderent: nec obſtarent ipſis Lechiæ, quæ cæteris inexpugnabiles fuere, aut quæ maximum negotium facerent. ut non alludat ad cauſas irriti conatus priorum, ſed ſimpliciter nominet Lechæum, in quo maximus ſudor laborque erat futurus. Ortum vitium ex ſcribendi compendio, quod ſæpiſſimè in vett. libb. *niſi* & *nihil* confudiſſe ipſi obſervavimus. *Gronov. in Diatr.*

65. *Quieta Cyme.*] Mendoſi codices habent *Grine*: ſed nos *Cyme* legimus, ut etiam emendavimus apud Silium: *fatorum conſcia Cyme*. Græcum autem eſt. nos Cumæ dicimus. *Domit.*

66. *Linterna palus.*] Linternum poſt Sueſſam ad mare cum fluvio ejuſdem nominis. *Palus.*] Nam aquis ſtagnantibus illic ſunt paludes. *Pigerque Savo.*] Alii codices habent *pigerque Saſon*. Saſon quidem inſula eſt inter Epirum & Brunduſium medio intervallo. Silius:

Adriaci fugite infauſti Saſonis arenas.

ſed ego puto legendum *Savo*, qui fluvius eſt in finibus Campaniæ. meminit Plinius. nam *piger* epitheton non convenit Saſoni. præterea loquitur de locis tantum Campaniæ, non de Calabris. *Idem.*

67. *At flavum caput, &c.*] Ita bene Swartius. Sic lib. IX. Thebaid. *& nexa virentibus ulvis Cornua concutiens*. Ovidius de Rheno: *viridi male tectus ab ulva*. Gronov. in Diatr. c. 40.

68. *Ulmis.*] Inſcite. Scribe cum Euſtathio Swartio, *ulvis*, ipſumque vide, lib. 2. Analect. c. 2. *Barthius.*

69. *Vulturnus.*] Fluvius per Venafrum labitur, & mediam Campaniam. Capuam etiam alluit & Vulturnum oppidum. *Domit.*

81. *Gra-*

Pontis Cæſarei reclinis arcu,
Pandis talia faucibus redundat:
Camporum bone conditor meorum,
Qui me vallibus aviis refuſum,
Et ripas habitare neſcientem,
Recti legibus alvei ligaſti:
Et nunc ille ego turbidus, minaxque,
Vix paſſus dubias prius carinas,
Jam pontem fero, perviuſque calcor
Qui terras rapere, & rotare ſylvas
Aſſueram (pudet) Amnis eſſe cœpi.
Sed grates ago ſtrictus, atque tanti eſt,
Quod ſub te duce, te jubente ceſſi,
Quod tu maximus arbiter, meæque
Victor perpetuus legere ripæ.
Et nunc limite me colis beato,
Nec ſordere ſinis, malumque late
Deterges ſterilis ſoli pudorem,
Ne me pulvereum, gravemque cœno

Tyr-

81. *Grates ago, ſervitus.*] Id eſt tanti facio quod ſim domitus à te, ut non modo non pudeat veniſſe intra alveum, ſed etiam agam gratias. *Idem. Sed grates ago ſervituſque tanti eſt, &c.*] Ita Aldina & pro hac ſcriptura allegat Politiani autoritatem Bernartius. Quæ nobis tanti non eſt, ut hoc fidejuſſore corrumpamus autorem & exſulem eſſe jubeamus veram lectionem, quam ſervavit Rom. & Ven. Codex: *Sed grates ago ſtrictus, atque tanti eſt.* Quam quod ſpuriam vocat Bernartius, caſtigarionem merebatur, niſi umbra tanti viri ſe tueretur. Verbum *ſtrictus* adſerit ipſe Statius, quando ait:

Qui me vallibus aviis refuſum
Et ripas habitare neſcientem
Recti legibus alvei ligaſti.

Lucanus: *nec ripis alligat amnem.* Nempe *ligare* hic, quod ibi *ſtringere.* Eademque ſententia in ſacro Jobi libro: *faſcidſti flumina à fletu.* Quin & malè oratio cohæret, quam interpolat importunum *ſervitutis* vocabulum. Ego amnis *ſtrictus*, legibus ligatus, etiam grates ago: atque tanti, ut gratias agam, hoc eſt, quod ſub te duce jubente ceſſi & in ordinem coactus ſum. *Gron. Diatr.*

87. *Deterges ſterilis ſoli putorem.*] In Turn. l. manus erudita τὸ *putorem* unica literula affini mutarat in τὸ pudorem. an quia *malus pudor ſoli*, ſitus, viæ & quaſi αἶχος (ut αἰσχύνην Βάρος τῆς ζωῆς Euripid. in Heraclid. *dedecus onus vitæ* appellat & Demoſthenes) verecunda tranſlatio dicitur? at vero *malus putor* vel *putror* potius (ut paſſim apud Lucretium legitur) non ſine πλεονασμοῦ uſurparetur. ubi *malus* περιττός. quis enim bonus putror? niſi qua mente Satyrographus ab Imp. Veſpaſiano laudatus dixit,

Lucri bonus eſt odor ex re
Qualibet.

Morellus.

90. Ciny-

Tyrrheni ſinus obruat profundi,
Qualis Cinyphius tacente ripa,
Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.
Sed talis ferar, ut nitente curſu
Tranquillum mare, proximumque poſſim
Puro gurgite provocare Lyrim.
Hæc Amnis: pariterque ſe levarat
Ingenti plaga marmorata dorſo.
Hujus janua, proſperumque limen
Arcus belligeri Ducis trophæis,
Et totis Ligurum nitens metallis,
Quantus nubila qui coronat imbri.
Illic flectitur excitus viator:
Illic Appia ſe dolet relinqui.
Tunc velocior, acriorque curſus,
Tunc ipſos juvat impetus jugales.
Ceu feſſis ubi remigum lacertis,
Primæ, carbaſa ventilatis, auræ.
Ergo omnes, age, quæ ſub axe primo

90. *Cinyphius.*] Lybicus. Cinyps autem fluvius ex monte Charitone, ut Herodotus ſcribit inter duas Syrtes labitur. *Domit.*

91. *Bagrada.*] Fluvius Lybiæ juxta Uticam. proxima ſunt caſtra Cornelia. hic inundat proximas regiones, facitque æſtuaria. *Idem.*

94. *Provocare.*] In certamen aquæ conſpicuæ. *Lyrim.*] Lyris Minturnas præterlabitur. ad eum Latii olim fines erant. Antea Clanim dixerunt. Labitur de Apenninis collibus & agro Veſtino præter vicum Fregellas; excurrit in lucum ſacrum: quem Minturnenſes celebrabant honoribus. Fibrenus in eum erumpit. Lyris autem aquis, ſi Ciceroni credimus, nullæ ſunt frigidiores. *Idem.*

98. *Arcus.*] Nam ad initium viæ ſtratæ à Domitiano ex Appia in eam ingredienti, primum occurrebat arcus triumphalis, quo honore ille plurimum delectatus eſt: multoſque in urbe ſibi erexit. *Idem.*

100. *Quantus nubila, &c.*] Tantus (inquit) eſt arcus ille triumphalis quantus Iris. Is noctu non apparet: quamvis Ariſtoteles affirmet aliquando viſum eſſe. nihil autem aliud eſt quam radius ſolis immiſſus cavæ nubi: colorumque illa varietas fit ex mixtura ignis, nubiumque aëris. Plin. auctor. *Id.*

106. *Prima carbaſa.*] Ab Domitio eſt, qui veterem ponit: *Primæ carbaſa ventilantis auræ.* Nec aliter Rhod. Redundat una litera: dixit enim per apoſtrophen: *Primæ carbaſa ventilatis auræ.* Ut plane Salisb. & excerpta Lindenbrogii. Sic in Saturn. *Hunc, annona, diem ſuperba neſcis.* Et mox Rhod. & Salisb. *Largis, India, nubibus maderes.* Quod non refuto. lib. 9. *cultus, Triviæ pendebitis alto limine.* Gronov.

Romani colitis ſidem parentis.
Prono limite commeate gentes:
Eoæ citius venite laurus;
Nil obſtat cupidis, nihil moratur.
Qui primo Tyberim reliquit ortu,
Primo veſpere navigat Lucrinum.
Sed quam ſine via recentis imo,
Qua monſtrat veteres Apollo Cumas.
Albam crinibus, infuliſque cerno?
Viſu fallimur? an ſacris ab antris
Profert Chalcidicas Sibylla laurus?
Cedamus Chely: jam repone cantus:
Vates ſanctior incipit: tacendum eſt.
En & colla rotat, noviſque late
Bacchatur ſpatiis, viamque replet.
Tunc ſic virgineo profatur ore:
Dicebam, veniet (manete campi,
Atque amnis) veniet favente cœlo
Qui fœdum nemus, & putres arenas
Celſis pontibus, & via levabit.
En hic eſt Deus, hunc jubet beatis
Pro ſe Juppiter imperare terris.
Quo non dignior has ſubit habenas,
Ex quo me duce, præſcios Averni,
Æneas avide futura quærens,
Lucos & penetravit, & reliquit.
Hic paci bonus, hic timendus armis,
Natura melior, potentiorque.
Hic ſi flammiferos teneret axes,

Lar-

110. *Eoæ laurus.*] Triumphi orientales. nam Septentrionales ei dati ſunt, & ex Occidente. Paulo ante: *nondum gremio Jovis Indica laurus.* Domit.

122. *Replet.*] Viam occupat dum furens agitur *Idem.*

133. *Lucos Averni.*] Hi erant ad Avernum, ubi necromantiam Ulyxis ab Homero deſcriptam putarunt antiqui. Ea regio erat Plutoni dicata, ſacerdoteſque illic placatis diis manibus per ſacra, reſponſa dabant, atque inde comparabant victum. Ibidem fuiſſe Æneam duce Sibylla, Virgilius horum imitator cecinit. *Idem.*

137. *In-*

Largis India nubibus maderet,
Undaret Libye, teperet Æmus.
Salve dux hominum, & parens deorum,
Prævisum mihi, cognitumque numen.
Nec jam putribus evoluta chartis
Solenni prece quindecim virorum
Perluſtra mea dicta, ſed canentem
Ipſam cominus (ut mereris) audi:
Vidi quam ſeriem morantis ævi
Pronectant tibi candidæ ſorores.
Magnus te manet ordo ſæculorum:
Natis longior, abnepotibuſque,
Annos perpetua geres juventa,
Quos fertur placidos obiſſe Neſtor,
Quos Titonia computat ſenectus,
Et quantos ego Delium popoſci.
Juravit tibi jam nivalis Arctos;
Nunc magnos Oriens dabit triumphos.
Ibis qua vagus Hercules, & Euan
Ultra ſidera, flammeumque ſolem,
Et Nili caput, & nives Atlantis:

137. *India.*] Cui natura dedit ſiccitatem. Nam (ut Ariſtobolus ſcribit) ſoli montes illic & imæ montium imbribus irrigantur, campi arent. Hearchus vero in campos pluere æſtate affirmat, hyeme negat. Sed omnino (inquit Papinius) maderet India, ſi cæli imperium teneret Domitianus. *Idem.*

142. *Prece quindecim virorum.*] Hi enim inſpectis Sibyllinis prædictionibus, quibus modis placandi Dii eſſent, pronunciabant. Vide quæ peculiari de his libro ſcripſit Onuphrius Panvinius, Joh. Obſopœi opera Poſthuma Pariſiis cum figuris æneis longe elegantiſſimis & toto chorageo Sibyllinarum obſervationum edito. *Barthius.*

152. *Popoſci Delium.*] Sumpto pulvere Puteolano manibus, petii à Phœbo, ut totidem annos mihi daret. *Domit.*

153. *Juravit tibi.*] In tua fœdera. *Arctos.*] Daci, Sarmatæ, Cati ad Arcton habitantes. *Idem.*

155. *Qua vagus Hercules.*] Herculem in India fuiſſe ſcribit Plinius, cum de Macedonia ita ait: Hæc eſt Indiæ victrix per veſtigia Liberi patris atque Herculis evagatæ. Niſi malis columnas Herculis intelligere: quod non placet. *Idem.*

157. *Nili caput.*] Occidentem intelligit. nam Nilus in extremis Mauritaniæ partibus oritur, ut Juba rex deprehendit in monte ſuperioris Mauritaniæ, in lacu quem Nilidem vocant, ubi natant piſces, Alabetæ, Coracini, Siluri, Crocodili, quæ genera in Nilo præterea tantum reperiuntur. *Nives Atlantis.*] Nam Atlas mons, de quo ante dictum eſt, ab una parte perpetuis nivibus riget. *Idem.*

Et laudum cumulo beatus omni
Scandes belliger, obvioſque currus.
Donec Troicus ignis, & renatæ
Tarpejus Pater intonabit aulæ.
Hac donec via, te regente terras
Annoſa magis Appia ſeneſcat.

159. *Belliger obvioſque, &c.*] Non improbo præ Turnebi: *Belligeros pioſque.* Sed tamen Salisb. *abimeſque.* Ven. *anmeſque:* ita tamen ut prius *N* in *B* mutatum foret. Recte; *abnueſque currus.* Nam & hoc in laudem trahebat Domitianus faſtidiſſe, cum poſſet jure triumphare. Unde Martiali, *Sæpe recuſatos parcus duxiſſe triumphos.* Et noſter in lacrymis Etruſci prædicat manum, quæ Sauromatas *non* erat *dignata triumpho.* Inde & in conſulatu: *tantum permitte triumphos.* Gronov.

IV.

*AD VICTORIVM MARCELLVM EPISTOLA.

CUrre per Euboicos non ſegnis, epiſtola, campos;
Hac ingreſſa vias, qua nobilis Appia creſcit
In latus, & molles ſolidus premit agger arenas:
Atque ubi Romuleas velox penetraveris arces,
Continuo dextras flavi pete Tybridis oras,
Lydia qua penitus ſtagnum navale coërcet
Ripa, ſuburbaniſque vadum prætexitur hortis.
Illic egregium, formaque, animiſque, videbis
Marcellum, & celſo præſignem vertice noſces.
Cui primum ſolito vulgi de more ſalutem,
Mox incluſa modis hæc reddere verba memento.
Jam terras, volucremque polum, fuga veris aquoſi
Laxat, & Icariis cœlum latratibus urit.

Ardua

* *Ad Marcellum.*] Rhod. & Salisb. *Ad Victorium Marcellum.* Rhod. addit, *Epiſtola.* Recte utique prius, eſt enim hic ipſe, cui Quintilianus Inſtitutiones ſuas inſcripſit. Lib. 1. *Quod opus, Marcelle Victori, tibi dicamus.* Lib. 5. *Hæc Marcelle Victori ex tua voluntate maxime ingreſſus.* Gronov.

3. *In latus.*] Addita via à Domitiano. *Agger ſolidus.*] Via vetus ſtrata lapidibus. *Domit.*

7. *Ripa Lydia.*] Deſignat domum Marcelli, quæ juxta naumachiam erat Domitiani. ea autem erat juxta Tyberim. *Vadum.*] Naumachiæ. *Prætexitur.*] Ambitur. *Idem.*

23. *Mœnia*

Ardua jam denſæ rareſcunt mœnia Romæ:
Hos Præneſte ſacrum, nemus hoc glaciale Dianæ,
Algidus aut horrens, aut Tuſcula protegit umbra:
Tiburis hi lucos, Anienaque frigora captant.
Te quoque clamoſæ quæn..m plaga mitior urbi
Subtrahit? æſtivos quo decipis aëre ſoles?
Quid tuus ante omneis, tua cura potiſſima, Gallus,
Nec non noſter amor (dubium morumne probandus,
Ingeniive bonis) Latiis æſtivat in oris?
Anne metallifera repetit jam mœnia Lunæ,
Tyrrhenaſque domos? quod ſi tibi proximus hæret,
Non ego nunc veſtro procul à ſermone recedo.
Certum eſt: inde ſonus geminas mihi circuit aures.
Sed tu dum nimio poſſeſſa Hyperione flagrat
Torva Cleonei juba ſideris, exue curis
Pectus, & aſſiduo temet furare labori.
Et ſontes operit pharetras, arcumque retendit
Parthus, & Elais auriga laboribus actos

Alpheo

23. *Mœnia Lunæ.*] Hetruriæ oppidum, de quo Ptolomæus lib. 11. ſilicem profert, qui ſerræ ſectionem admittit, ſi fides Plinio lib. 36. cap. 18. *Bernart.*

26. *Inde ſonus geminas, &c.*] Inſignis hic locus de ſtulta veterum opinione qua exiſtimabant aures iis tinnire, de quibus alibi mentio fiebat. Ariſtænetus lib. 2. Epiſt. 13. οὐκ ἐβόμβει σοι τὰ ὦτα ὅτε σου μετὰ δακρύων ἐμεμνήμην. Id eſt, *Nonne auris tibi reſonabat, quando lacrymans tui memoriam faciebam?* Sappho: βομβεῦσι δ' ἀκοαί μοι. Quod Catullus convertit: *Sonitu ſuopte Tintinant aures.* Vide Plinium & Lucianum ἐπιστ. 14. Sunt nonnulli qui hoc fieri dicant κατ' χίαν ſpiritualium ſubſtantiarum, ſeu per affectionem & habitudinem quandam mutuam patientis cum agente, quod operatur ſine ullo effluvio, & ſine medii affectione. Sed verius eſt, dicere opinionem hanc inanem, & vulgi perſuaſione inductam eſſe, ac tinnitum illum cauſari ab humoribus è cerebro defluentibus, qui ſi ad aures deſcendant, tinnitum hujuſmodi gignunt, ſi ad oculos, ſupercilii ſubſultationem, quam etiam inter omina veteres retulerunt. *Gevartius.*

30. *Et ſontes operit.*] Alludit ad thecas ſive integumenta, quibus vacantia arma includi ſolebant. Vid. Cæſ. lib. 2. De bello civili. *Gronov. Diatr. cap.* 41. *Arcumque retendit Parthus.*] Ex Horat. 1. carm. 10.

—— *neque ſemper arcum Tendit Apollo.*

Retendere, ἀνιέναι. Arcum vero ſtudii ſapientiæ retendendum ἀνίεσθαι ſolvendumque minime eſſe, vetus autor monuerat, ut Laërtius Epigr. in Theophr. docet.

Οὐχ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ λέχθη,
ῬΗΓΝΥΤΑΙ ΣΟΦΊΗΣ ΤΌΞΟΝ ἈΝΙΕ΄ΜΕΝΟΝ.

Morellus.

 36. *Poſitis*

Alpheo permulcet equos. & noſtra fatiſcit
,, Laxaturque chelys. vires inſtigat, alitque
,, Tempeſtiva quies, major poſt otia virtus.
Talis cantata Briſeide venit Achilles
Acrior, & poſitis erupit in Hectora plectris.
Te quoque flammabit tacite repetita parumper
Deſidia, & ſolidos novus exultabis in actus.
Certe jam Latiæ non miſcent jurgia leges.
Et pacem piger annus habet, meſſeſque reverſæ
Dimiſere forum. nec jam tibi turba reorum
Veſtibulo, querulique rogant exire clientes.
Ceſſat centeni moderatrix judicis haſta.
Quæ tibi ſublimi jam nunc celeberrima fama
Eminet, & juvenes facundia præterit annos.
Felix curarum, cui non Heliconia cordi
Serta, nec imbelles Parnaſi è vertice laurus!
Sed viget ingenium, & magnos accinctus in uſus
Fert animus quaſcumque vices. nos otia vitæ
Solamur cantu, ventoſaque gaudia famæ
Quærimus. en egomet ſomnum, & geniale ſecutus
Littus, ubi Auſonio ſe condidit hoſpita portu
Parthenope, tenues ignavo pollice chordas
Pulſo, Maroneique ſedens in margine templi
Sumo animum, & magni tumulis adcanto magiſtri,
At tu ſi longi curſum dabit Atropos ævi,

(Det-

36. *Poſitis plectris.*] Nam Achilles, ut eſt apud Homerum, in ocio fuit rapta Briſeïde: amoreſque cithara cecinit, ut noſtri quoque ſcribunt iratus Græcis, ſed interfecto Patroclo, ex eo ocio armavit ſe in Hectorem, quem vicit. *Domit.*

37. *Flammabit.*] Alii omnes codices *flammabat* ſcriptum habent, ex *exſulabit* nos *flammabit* emendavimus, & *exulta-bis*. Idem.

39. *Non miſcent jurgia.*] Feriæ ſcilicet ſunt, & rerum judicandarum vacatio ut loquitur Seneca in Menippæa. Hæ feriæ dabantur ob meſſes & vindemias ut in jure docemur. De æſtivis meſſium feriis Gellius lib. 9. Plin. l. 8. ep. 21. De feriis vindemiarum Divus Cyprianus ad Donatum initio. De feriis vindemiarum & feſtis Lamprid. in Heliogab. & Paulus Diac. cap. 6. lib. 3. Longob. *Cruceus.*

44. *Quæ tibi ſublimi.*] Nam Marcellus fuit patronus in cauſis apud centumviros: quorum judicia nunc ceſſabant. Hi haſta utebantur, ut diximus apud Suetonium, erantque centum & quinque, ut docet Feſtus, ſed tamen centum dicti. *Domit.*

62. *Thules*

(Detque precor) Latiique ducis ſic numina pergant,
Quem tibi poſthabito ſtudium eſt coluiſſe Tonante,
Quique tuos alio ſubtexit munere faſces,
Et ſpatia obliqua mandat renovare Latina)
Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes,
Aut Rheni populos, aut nigra littora Thules,
Aut Iſtrum ſervare latus, metuendaque portæ
Limina Caſpiacæ. nec enim tibi ſola potentis
Eloquii virtus; ſunt membra accommoda bellis,
Quique gravem tardi ſubeant thoraca lacerti.
Seu campo pedes ire paras, eſt agmina ſupra
Nutaturus apex: ſeu frena ſonantia flectes,
Serviet aſper equus. nos facta aliena canendo
Vergimur in ſenium: propriis tu pulcher in armis
Ipſe canenda geres, patriaque exempla parabis.
Magna geres: dignoſque etiamnum belliger actus
Poſcit avus, præſtatque domi noviſſe triumphos.
Surge agedum, juvenemque puer deprende parentem
Stemmate materno felix, virtute paterna.
Jam te blanda ſinu Tyrio, ſibi gloria felix
Educat, & cunctas gaudet ſpondere curules.

Hac

62. *Thules nigra.*] Caligantis. Domitianus habuit Orcadas inſulas Oceani Britannici in ditione, quarum ultima eſt Thyle. Veſpaſianus pater expeditione ſua temporibus Claudii eas devicerat, redacta Vecte una ex illis in poteſtatem. Juvenalis: *& modo captas Orcadas.* Idem.

63. *Porta Caſpiaca.*] Caſpiæ portæ in Ponto ſunt quædam anguſtiæ ita appellatæ à mari Caſpio proximo. populi illic ſunt Caſpii. quo loco multos redarguit Plinius qui Caſpias portas putarunt eſſe eaſdem quæ ſunt in Hiberia Ponti provincia proxima Caſpiis. nam hæ aliæ ſunt: emittuntque in Sarmatas. *Idem.*

66. *Gravem tarde.*] Mendoſa verba. Ignaviæ enim damnant, quem alacritatis & ſtrenuitatis laudat Papinius: lege, inſerta voculâ: *Quique gravem haud tarde.* — An *intarde* ſcripſit, ut *intrepide, intimide, &c.* dicimus. Non diſpliceat ſi ſubveniatur exemplo; de quo nunc non ſubit. *Barthius.*

73. *Triumphos.*] Avus tuus proponit tibi triumphos domeſticos (nam ipſe triumphalis fuit) quorum æmulatione accendaris. *Domit.*

75. *Stemmate.*] Stemmata imagines æreæ majorum qui triumphaſſent. aliquando coronati, à στέμμα, quod ſignificat coronam. hæ quibuſdam lineis etiam pingebantur ad aliorum imaginum differentiam. Et quoniam ex his major propagatur nobilitas; factum eſt ut ſtemma ſignificet nobilitatem majorem. *Idem.*

79. *Fra-*

Hæc ego Chalcidicis ad te, Marcelle, ſonabam
Littoribus, fractas ubi Veſbius egerit iras,
Æmula Trinacriis volvens incendia flammis.
Mira fides! credetne virum ventura propago,
Cum ſegetes iterum, cum jam hæc deſerta virebunt,
Infra urbes, populoſque premi? proavitaque toto
Rura abiiſſe mari? nec dum letale minari
Ceſſat apex. procul iſta tuis, Tifata, Teate,
Nec Marrucinos agat hæc inſania montes.
Nunc ſi forte meis quæ ſint exordia Muſis
Scire petis, jam Sidonios emenſa labores
Thebaïs optato collegit carbaſa portu:
Parnaßique jugis, ſylvaque Heliconide feſtis
Thura dedit flammis, & virginis exta juvencæ,
Votiferaque meas ſuſpendit ab arbore vittas.

Nunc

79. *Fractas ubi Vesbius egerit.*] Romanus Venetuſque codex: *erigit iras.* Quod non poſſum non probare. Epicedio in Patrem: *exemptum terris ad ſidera montem Suſtulit.* Gronov. Diatr.

82. *Virebunt.*] Nam Vesbius vitibus in primis abundabat. *Domit.*

83. *Premi.*] Obrutas eſſe illic. *Idem.* *Proavitaque toto, &c.*] *Proavita rura* dicit reſpectu venturæ poſteritatis, quæ ipſa, quæ rura avita poſſidebit, vix credet ita periiſſe. MS. Flor. *Rura deeſſe mari.* Quod ſive quis probabit, ſive retinebit vulgatum (ut faciendum putamus) hic ſenſus eſt: mirabitur poſteritas, & vix credet omnia illa proavita rura, quæ tunc forte reſtituta erunt, & arabuntur, mari Veſuvioque adjacentia, periiſſe, abiiſſe, inviſa noſtro ævo facta eſſe. Quomodo? nempe quæ cineribus lapidibuſque & aliis reliquiis incendii obtecta latiſſimum veluti & perpetuum buſtum erant, non rura. *Gronov. Diatr.*

84. *Abiiſſe.*] Nam aliæ terræ provolutæ ſunt in inſulas illic: ut Prochyta, Pythecuſæ: aliæ ſunt terræ motu abſorptæ. *Domit.*

85. *Apex.*] Veſpii cacumen. *Idem.* *Procul iſta tuis, &c.*] Alii legunt: — *procul iſta tuis ſint fata, Teate, &c.* Sed nihil mutandum, nam *Tiphata* locus eſt prope Capuam, de quo Feſtus & Livius. *Teate* eſt Marrucinorum urbs in Italia, teſte Ptolomæo lib. 3. cap. 1. hodie *Tieti* vulgo dicitur. Sed cur optat Poëta ut incendia à campis Marrucinis, potius quam ab aliis agris avertantur? Id videor obſervaſſe ex Plinio lib. 17. cap. 25. ubi *agros Marrucinos* à Vectio Marcello (qui fuit pater hujus Marcelli, ad quem hæc ſcribit Statius) ait poſſeſſos, & memorabilem de iis hiſtoriam narrat; *Super omnia*, inquit, *quæ unquam audita ſunt, etiam prodigium in noſtro ævo, Neronis Principis ruina factum in agro Marrucino Vectii Marcelli è primis equeſtris ordinis, oliveto univerſo viam publicam transgreſſo, arviſque inde à contrario in locum oliveti profectis.* Gevart.

91. *Virginis juvencæ.*] Muſis enim incorruptis hoſtiis ſacrificatum. Ut virginibus quidem, quarum tamen pleræque ſuos habuerunt Liberos. *Barthius.*

92. *Votiferaque meas.*] Inepte in omni-

Nunc vacuos crines, alio ſubit inſula nexu:
Troja quidem, magnuſque mihi tentatur Achilles;
Sed vocat arcitenens alio pater, armaque monſtrat
Auſonii majora ducis: trahit impetus illo
Jampridem, retrahitque timor. ſtabuntne ſub illa
Mole humeri? an magno vincetur pondere cervix?
Dic Marcelle, feram, fluctus an ſueta minores
Noſſe ratis, nondum Ioniis credenda periclis?
Jamque vale, & penitus voti tibi vatis amorem
Corde exire veta. nec enim Tirynthius almæ

Pectus

omnibus retro vulgatis legitur: *Pomiferaque.* Recte M.S. *Votiferaque* ut repoſui. Expreſſit vero Statius hic morem veterum, quo receptum erat, ut cujuſvis ordinis atque artis homines, jam abſoluto opere, inſtrumenta ſua Diis, in quorum tutela erant, dedicarent. Sic Poëtæ vittas ſuas & lauros abſoluto opere Apollini vovebant, eique ex arbore ſuſpendebant. Ita & paſtores fiſtulas ſuas Pani dedicabant. Tibull. lib. 2. Eleg. 5.

Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum,
Garrula ſylveſtri fiſtula ſacra Deo.

Ita & Tragœdi larvas ſuas & perſonas Baccho: emeriti milites arma Marti, Gladiatores rude donati Herculi gladios ſuos ſuſpendebant, ut eleganter obſervavit V. Cl. Joan. Meurſius, amicus noſter, cap. 11. Mantiſſæ ſuæ ad lib. de Luxu Romanor. *Gevartius.*

93. *Nunc vacuos crines.*] In aliis codicibus mendoſis ſcriptum eſt, *Nunc alios cineres.* Domit.

95. *Vocat arcitenens alio pater.*] Pro Apolline, ut alias frequentiſſime. Vid. Virg. Æneid. III. ỳſ. 73. ibique Servium.

101. *Jamque vale & penitus voti, &c.*] Senſus eſt: Vale & noſtri amorem corde exire veta. neque enim Tirynthius jam fama amicitiæ eſt, poſtquam tecum comparari cœpit: Theſeos quoque cedit tibi gloria & illius, qui

—— circa mœnia Trojæ
Priamidem cæſo ſolatia traxit amico.

Gronov. in Diatr. cap. 41.

102. *Nec enim Tirynthius almæ, &c.*] Plane abrupta ſunt, & ſuſpicarer aliquid hic deeſſe, niſi morem Papinii obſervaſſem exilire aliquando, &, ubi minime quis exſpectet, lectorem relinquere. Unde eleganter Jul. Scaliger Poëtam noſtrum, *equum alatum* appellabat. Quod autem ad loci hujus lucem facit, notandum apud veteres tria fuiſſe Amicitiarum exempla maxime celebrata, Herculis & Telamonis, Theſei & Pirithoi, Achillis & Patrocli, quæ tria Statius hic tangit, aitque tantam inter ſe & Marcellum intercedere amicitiam, ut ſi Hercules cum ipſo conferatur, amplius amicitiæ exemplum non ſit futurus. Plane eodem modo locutus eſt 9. Theb. ubi Tydei & Polynicis amicitiam deprædicat:

Jam Telamona pium, jam Theſea fama tacebat.

Eleganter autem dixit *Pectus amicitiæ,* pro *Amico.* Sic Martial. lib. 9. Epig. 15. in fictos amicos:

Hunc quem cœna tibi, quem menſa paravit amicum,
Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?

Eſt enim Religionis & Amicitiæ ſedes in pectore. Symmachus lib. 4. Epiſt. 42. *Noſtra charitas adyto pectorum recondatur.* Et Belgæ, vulgo, in Idiotiſmo ſuo, *Amicos, Borſten,* id eſt, *pectora* appellant. Totus vero locus longe clarior futurus eſt, ſi ex elegantiſſima conjectura tua

Pectus amicitiæ. cedit tibi gloria fidi
Theſeos, & lacerum qui circa mœnia Trojæ
Priamidem, cæſo ſolatia traxit amico.

Legate Ampliſſ. pro *almæ* legamus, *ad me*, hoc modo:

— nec enim Tirynthius ad me
Pectus amicitiæ, cecidit tibi gloria fidi

Theſeos, &c. Poëta ecce, ſeſe Herculi, & Marcellum Theſeo comparat, ac dicit: Hercules ad me collatus, inter amicitiarum exempla amplius cenſeri non meretur, nec Theſeus ſi tecum conferatur. Ingenioſe (quomodo ille aliter?) Vir incomparabilis Hugo Grotius legendum divinabat:

— nec enim retinentius almæ
Pectus amicitiæ.

Cui certe emendationi accederem, niſi vulgata lectio etiam commode poſſet explicari. *Gevartius.*

V.

LYRICUM AD SEPT. SEVERUM.

Parvi beatus ruris honoribus,
Qua priſca Teucros Alba colit lares,
Fortem atque facundum Severum
Non ſolitis fidibus ſaluto.
Jam trux ad Arctos Parrhaſias hyems
Conceſſit altis obruta Solibus:
Jam pontus, ac tellus renident,
Jam Zephyris Aquilo refractus.
Nunc cuncta Veris frondibus annuis
Crinitur arbos, nunc volucrum novi

Que-

1. *Parvi beatus ruris honoribus.*] Parvum rus, quod ipſe colebat, quodque ei illuſtre ſignum Cæſareæ gratiæ, ac proinde gloriæ erat, *honores* appellat. Hoc obſervato vera mens Statii in multis elucet. Vid. *Gronov. Diatr. cap.* 44. *Honoribus.*] Nam Domitianus id prædium donaverat. *Domitius.*

2. *Teucros lares.*] Veſtam, ſacrum Trojanum. *Idem.*

5. *Jam trux ad Arctos, &c.*] In hac florida veris delineatione ὀκτασίχῳ extulit Homeri ὥρᾳ εἰαρινῇ, Bionis, εἴαρ τριπόθατον. Lucret. l. VI. Virg. I. Georg. Horat. I. C. Ode IV. & l. IV. O. VII. *Libanii* vero ἔαρ⊕ ἔκφρασιν Expoſitionem Veris accuratiſſime, Attice & terſe admodum à cultiſſimo autore deſcriptam habes pag. 176. edit. noſtræ bilinguis. *Ad Arctos Parrhaſias.*] Ad plagam Septentrion.

Cærulea glacie concretam atque imbribus atris.

Strabo Parrhaſios & Azanas recenſet inter antiquiſſ. Græc. gentes in Arcadia *Morellus.*

8. *Zephyris refractus.*] Nihil mutandum ab hac lectione. Sic enim *refringere* pro *frangere*, & alibi uſurpat. *Inexpertum carmen*, id eſt, nunquam prolatum in uſu, ſed per tacitam brumam conceptum & conſtitutum. *Barth.*

13. *Nas*

Queſtus, inexpertumque carmen,
Quod tacita ſtatuere bruma.
Nos parca tellus, pervigil & focus,
Culmenque multo lumine ſordidum
Solantur, exemptuſque teſta,
Qua modo ferbuerat Lyæus.
Non mille balant lanigeri greges,
Nec vacca dulci mugit adultero:
Unique (ſi quando) canenti
Mutus ager domino reclamat.
Sed terra primis poſt patriam mihi
Dilecta curis, huic mea carmina
Regina bellorum virago
Cæſareo peraravit auro.
Cum tu ſodalis dulce periculum

Con-

13. *Nos parca tellus, &c.*] Schidæ I. Gruteri: Apud Apulejum mulier paupertina: *at ego miſera & pernox & perdia lanificio nervos meos conterqueo, ut intra cellulam noſtram ſaltem lucerna luceat.* At Tibull. *Dum meus aſſiduo luceat igne focus.* Ita enim malo pro altero *exiguo*, quod ſuppoſuit ex vett. cod. vir illuſtris. Itidem Tibull. *Quam juvat immites, &c. — Securum ſomnos igne juvante ſequi!* Cum ita quoque membranæ noſtræ, haud auſim recipere, quod idem ille ſubſtituit, *imbre juvante.* Otioſe hic tale quid ponatur, cum illud *aquas*, quod proxime antecedit, imbrem facile inferat, nec minus ignis ſopiat quam imber. Sic manus præſtantiſſimi viri, & de re literaria ſupra invidiam meriti. Quæ ideo aſcribo, ut pateat error F. Morelli, qui *culmen multo lumine ſordidum*, undique feneſtratum, luminoſum tectum, patens & diem recipiens interpretatur. *Gronov. Diatr. c.*43.

15. *Exemptuſque teſta Qua modo ferbuerat Lyæus.*] Audi quid de eo ſentiat Varro, *Quod muſtum*, inquit, *conditur in dolium, ut habeamus vinum, non promendum dum fervet, neque etiam cum proceſſit, ita ut ſit vinum factum. Si vero eſt ex eo genere uvæ quod mature coaceſcat, ante vindemiam conſumi aut venire oportet.* Morellus.

24. *Cæſareo peraravit auro.*] Locus fœde corruptus, MSS. *peramavit auro.* mihi Sphynx domi non eſt. ſatius itaque indicata tantum ſcriptura veteri, imitari verecundos medicos, & depoſitum ægrum peritioribus delegare. Ceterum quod ad hunc Severum attinet, putatur proavus Septimii Severi Imperatoris fuiſſe. *Baronius Annal.* 11. videatur. *Bernartius. Cæſareo peraravit.*] Sarta tecta habenda eſt vulgaris lectio, neque alio reſpicit, quam ad coronationem Albanam. Vide quæ altius de ritibus agonis illius repetita ſunt Gron. Diatr. c.42.

25. *Cum tu ſodalis dulce periculum, &c.*] *Sodalis* proprie eſt ejuſdem ἑταιρείας, l. ult. D. de coll. & corp. hic de condiſcipulo arctiſſime charo (ut Statius Severum in προσφωνητικῷ nuncupavit.) quia quantum Septimius conniti animo potuit, quantum labore contendere, effecit ut Papin. periculum ancipitis certaminis evaderet. *Dulce periculum*, recte & jure

Conniſus omni pectore tolleres,
Ut Caſtor ad cunctos tremebat
Bebryciæ ſtrepitus arenæ.
Tene in remotis Syrtibus avia
Leptis creavit? jam feret Indicas
Meſſes, odoratiſque rara
Cinnama præripiet Sabæis.
Quis non in omni vertice Romuli
Reptaſſe dulcem Septimium putet?
Quis fonte Juturnæ relictis
Uberibus neget eſſe paſtum?
Hæc mira virtus: protinus Auſonum
Portus, vadoſæ neſcius Africæ

In-

& jure vocatur, quoniam ut Pindarus Olymp. O. v. A. 11. affirmat,

Ἀ'χλιδωνοι δ'ὦν ταὶ
Οὔτι παρ' αἰδεσέων
Οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις
Τίμιαι. πολλαὶ δ' μέ-
μναντ᾽, κηλὸν εἶτι ποταβῇ.

S. Conſulari interprete,

Tutior virtus rigidæque nunquam
Iſta fortunæ gravibus procellis,
Nec ſolo illuſtris, neque fertur altum
Clara per æquor:
Longa ſed pulcros hominum labores
Fama per terras memorat. Morell.

28. *Arenæ Bebryciæ.*] Bebryx filiam Pyrenem habuit: à qua compreſſa ab Hercule Pyrenæos montes putat dictos Silius, qui dividunt Galliam ab Hiſpania. Diodorus filiam regis in montibus Pyrenæis ab Hercule compreſſam tradit: ſed nec Bebrycem nominavit, nec Pyrenem. *Domit.*

29. *Te ne in remotis, &c.*] *Leptis* opp. Libycum, ſitum inter duas Syrtes, conditum à Sidoniis profugis ob diſcordias civiles. *Morellus.*

30. *Jam feret Indicas meſſes.*] Has meſſes & merces plus quam gemmeas Plin. proſequitur l. VI. c. XIX. & XII. à c. IV. ad XXVI. & l. XXXVI. Virg. II. Georg.

— Sola India nigrum
Fert Ebenum, ſolis eſt thurea virga Sabæis, &c.

Mens eſt: Ut Leptis urbs pene barbara in longinqua atque externa orbis parte ſita, te civili, polito ac divino prope ingenio virum procreavit: non diffido, quin eadem civitas & regio mox *Libycæ conderet horreo*

Quicquid de Indis & thuriferis verritur areis. Idem.

32. *Cynnama.*] Cynnamum in Æthiopia naſcitur Troglodytis connubio permixta: inde mercantes veniunt per maria navibus ſine remis & velo: ſoliſque ventis acti deferuntur. tandem in portum Gebenitarum Ocilam nomine vix quinto anno ea navigatio perficitur. idem cinamomum dicitur: de quo ante eſt dictum. *Domit.*

38. *Auſonum portus, &c.*] Dionyſ. περιηγήσεως ϛ. 78.

Ἐκ Διὸς Αὐσονίης αἰεὶ μέγα κοιρανέοντες.

Euſtathius eo loci ſtat pro iis qui putant Auſonas dictos eſſe ab Auſono proautore & principe Rom. Ulyſſis fil. è Circe, vel Atlantis ex Calypſo. *Vadoſa Africa,* quia, ut Saluſtius in Jug. de Syrtibus notat, *Ubi mare magnum eſſe & ſævire ventus cœpit, limum arenamque & ſaxa*

Intras, adoptatuſque Thuſcis
Gurgitibus puer innataſti.
Hic parvus inter pignora Curiæ
Contentus arcto lumine purpuræ
Creſcis, ſed immenſos labores
Indole patricia ſecutus.
Non ſermo Pœnus, non habitus tibi,
Externa non mens, Italus, Italus:
Sunt urbe, Romaniſque turmis,
Qui Libyam deceant alumni.
Eſt & frementi vox hilaris foro,
Venale ſed non eloquium tibi,
Enſiſque vagina quieſcit,
Stringere ni jubeant amici.
Sed rura cordi ſæpius, & quies,
Nunc in paternis ſedibus, & ſolo
Vejente, nunc frondoſa ſupra
Hernica, nunc Curibus vetuſtis.
Hic plura pones, vocibus, & modis
Paſſim ſolutis: ſed memor interim
Noſtri, verecundo latentem
Barbiton ingemina ſub antro.

ſaxa ingentia fluctus trahunt. Caveſis hic Philomuſe ab immundis & noxiis aquis Lutrarum nimis calidarum Calderini, in quas fervidus inſiliit, neſcius mendi, quod latebat in κιϐδήλῳ & fallaci voce *neſciit.* Morellus.

41. *Pignora curiæ.*] Filii ſenatorum. Dionyſius Halic. in μεθόδῳ γαμηλίων liberos patriæ, ὥσπερ ὅμηρον, pignora dari à parentibus tradit. Quod autem hic de Septimii proavi Severi Imp. modeſtia refert, Paterculus lib. II. hiſtor. Rom. de Mæcenate memorat, quod in equeſtri ordine ſubſtitiſſet. *Idem.*

47. *Turmis Romanis.*] Inter equites Romanos. *Domit.*

48. *Deceant Libyam.*] Alios Libycos poſſint erudire moribus Romanis & lingua. *Alumni.*] Ut Septimius qui alumnus erat Libyæ. *Idem.*

51. *Enſiſque vagina quieſcit, &c.*] Vel Princeps inſignis pietate & ſervantiſſimus æqui, ut Trajanus ſtrictum enſem coram proceribus Præfecto Prætorii tradens, *Cape hunc enſem*, inquit, *&, ſi quidem recte fecero, pro me, ſin minus, in me utitor.* Morellus.

55. *Frondoſa ſupra, &c.*] Hernici dicti, à ſaxis, quæ Marſi Herna vocant. Feſtus l. 7. unde & petroſa Hernica dici poterant. *Curibus vetuſtis.*] Sabini gens antiquiſſima Italiæ, quorum urbs præcipua Cures. Virg. l. 7. *Ecce Sabinorum priſco de ſanguine regum.* Cruceus.

57. *Hic plura panges, &c.*] *Vocibus & modis paſſim ſolutis* non aliter accipio, quàm apud Horatium: *numeriſque fertur lege ſolutis.* Vid. Gron. in Obſ. l. 3. c. 16.

VI.

*HERCULES EPITRAPEZIOS NONII VINDICIS.

Forte remittentem curas, Phœboque levatum
Pectora, cum patulis tererem vagus otia ſeptis,
Jam moriente die rapuit me cœna benigni
Vindicis: hæc imos animi perlapſa receſſus
Inconſumpta manet. neque enim ludibria ventris
Hauſimus, aut epulas diverſo è ſole petitas,
Vinaque perpetuis ævo certantia faſtis.
Ah miſeri, quos noſſe juvat, quid Phaſidis ales
Diſtet ab hyberna Rhodopes grue: quis magis anſer
Exta ferat: cur Thuſcus aper generoſior Umbro;
Lubrica qua recubent conchylia mollius alga.
Nobis verus amor, medioque Helicone petitus
Sermo, hilareſque joci, brumalem abſumere noctem
Suaſerunt, mollemque oculis expellere ſomnum,

Donec

* *Vindicis Hercules.*] Salisb. *Hercules ep. novi vindicis.* Rhod. *Hercules epitrapezios Nonii Vindicis.* Gronov.

5. *Nec enim ludibria ventris.*] De ſaburra venrris, arvina, & ſagina idem ſentit Callimachus in Epig.

ὅσσα δ' ὀδόντων
Ἔνδοθι, νειαίρην τὴν ἀχάριστον ἔδυ.
Καὶ τὸ οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον.
Quæ bona in ingratum congeßi plurima ventrem,
Confeſtim in ventos cuncta abiere leves.
Morellus.

8. *Phaſidis ales.*] *Phaſianus*, celeberrima veterum conviviis avis. Vid. Guil. Stuckium ad Arriani Periplum Ponti Euxini, Interpretes Petronianos, & aliorum copiam. *Barthius.*

9. *Grue Rhodopes.*] Strymonia. Cornelius Nepos ſcribit, ciconias magis placuiſſe temporibus Auguſti: ſed temporibus Veſpaſiani grues inter primas aves expetebantur. ciconias nemo volebat attingere. è longinquo certe veniunt, ut ait Plin. Locus eſt in Aſia, quem appellant Pythonis comen: ubi grues diſceſſuræ commurmurant: apparentque in noſtro orbe tam repente, ut nemo viderit venire, ſed veniſſe. *Domitius.*

10. *Exta.*] Id eſt, jecur. de jecore anſeris & ejus ſapore, in commentariis Martialis diximus. dubium eſt Scipio ne Metellus vir conſularis, an Marcus. S. ejus eques id primus docuerit. Varro & Plin. auctores. Exta quid ſignificent ex divinatione Cicer. Plin. & Varr. alibi recitavimus. hic pro jecore tantum. *Idem.*

11. *Qua alga.*] Lucrino fundo, an Britannico, an Bajano. Aliunde certe advecta oſtrea in Lucrino compaſcebantur. Ita enim gratioris ſaporis fore putabant. *Idem.*

15. *Alter*

Donec ab Elyſiis proſpexit ſedibus alter
Caſtor, & heſternas riſit Titonia menſas.
O bona nox! junctaque utinam Tirynthia luna!
Nox & Erythrais Thetidis ſignanda lapillis,
Et memoranda diu. geniumque habitura perennem.
Mille ubi tunc ſpecies, æriſque eboriſque vetuſti,
Atque locuturas mentito corpore ceras,
Edidici. quis namque oculis certaverit uſquam
Vindicis, artificum veteres agnoſcere ductus?
Et non inſcriptis auctorem reddere ſignis?
Hic tibi quæ docto multum vigilata Myroni
Æra, laboriferi vivant quæ marmora cælo
Praxitelis, quod ebur Piſæo pollice raſum,
Quod Polycletæis juſſum ſpirare caminis,

Linea

15. *Alter Caſtor.*] Nam alternis diebus Caſtor & Pollux lucent. Homer. *Domitius.*

17. *Junctaque utinam.*] Falſus Cruceus, qui *junctam noctem* explicat triplicatam in ortu Herculis Tirynthii, quam *Ternoctem* dicit alibi Statius, undeque Herculem τριέσπερον Lycophron in Caſſandra. Nam hic Statius cum illis ſentit, qui duas noctes impenſas Herculi fabulantur. *Gronov. Diatr. cap.* 43. *Luna Tirynthia.*] Utinam nox geminata fuiſſet: qualis fuit, cum Hercules conceptus eſt compreſſa Alcmena à Jove, tunc enim nox geminata eſt, ut eſt apud Plautum. *Domit.*

24. *Et non inſcriptis, &c.*] Refert Plinius in Præfat. Hiſtor. Natural. pictores ac ſtatuarios veteres operibus à ſe factis nomen ſuum inſcripſiſſe titulo appenſo in hunc modum: *Apelles faciebat. Polycletus faciebat, &c.* Quin huic Herculi Epitrapezio quem hic deſcribit Statius, Lyſippi nomen inſcriptum erat. Vid. Mart. l. 9. Ep. 45. de illo ipſo. *Gevart.*

27. *Praxitelis.*] Praxiteles marmoris gloria etiam ſemet vicit. duas Veneres vendidit magnæ admirationis: alteram Cois velata ſpecie: quod illi pluris fecerunt, putantes id eſſe ſeverum & pudicum; alteram quæ reliqua erat emerunt Gnidii, ad quam ſpectandam multi navigabant. Nicomedes rex eam voluit emere, repromittens ſe diſſoluturum totum æs alienum Gnidiorum. illi recuſarunt. Tota ædicula aperiebatur, ut ſpectaretur, par erat ex omni parte admiratio. ſignum contaminatum eſt macula quam contraxit, cum juvenis amore ejus captus, clam noctu ei cohæſiſſet. Praxitelis ſigna erant Romæ, Flora, Triptolemus, Ceres in hortis Servilianis: boni Eventus & bonæ Fortunæ ſimulacra in Capitolio, Mænades. *Domit.*

28. *Quod Polycletæis viſum, &c.*] Pro, *viſum eſt*, lege apicibus litterarum parum immutatis, *juſſum eſt.* Et ſic in M. S. Senenſi haberi adnotarat in ſuo cod. Scaliger. Et firmat noſter 2. Syl. Surrentin. Pollii:

Aut Polycletæo juſſum eſt quod vivere cælo.

Pergit Poëta: *namque hæc quoties chelyn exuit ille,*
Deſidia eſt. — Lege & diſtingue:

— *namque hæc quoties chelyn exuit, illi*
Deſidia eſt, hic Aoniis amor evocat antris, &c. Gevart.

Juſſum ſpirare, &c.] Recte *juſſum* ex MSC.

Linea quæ veterem longe fateatur Apellem,
Monſtrabit. namque hæc quoties chelyn exuit ille,
Deſidia eſt, hic Aoniis amor avocat antris.
Hac inter, caſtæ Genius tutelaque menſæ
Amphitryoniades, multo mea cepit amore
Pectora, nec longo ſatiavit lumina viſu.
Tantus honos operi, fineſque incluſa per arctos
Majeſtas! Deus ille Deus, ſeſeque videndum
Indulſit Lyſippe tibi; parvuſque videri,
Sentirique ingens. & cum mirabilis intra
Stet menſura pedem, tamen exclamare libebit:
(Si viſus per membra feras) hoc pectore preſſus
Vaſtator Nemees: hæc exitiale ferebant
Robur, & Argoos frangebant brachia remos.

Hoc

MSC. Senenſi probat Gevartius, & ita quoque Rom. & Venet. cod. Schidæ Gruteri: Emendabat Palladis Aſtreæque qua decus qua voluptas Freherus noſter: *juſſum æs ſpirare camænis.* Quod fortaſſe non nemini ideo placeret, quia cum *marmoris* mentionem fecerit, & *eboris* & *lineæ*, non videatur hic ita relativum abſolutum ponere voluiſſe. Sed tamen *æra Myroni vigilata* jam ante leguntur, nec illud inſolens Statio, aliquot appellatis ſpeciebus unam ſolo relativo intelligendam dare. *Gronov. Diatr. c.43.*

32. *Tutelaque menſæ.*] Pagani ſtatuam Dei cujuſdam in menſa ponebant, velut ejus genium & tutelam. Talem antiquæ manus Deum vidiſſe Fridericum Lindenbrogium apud ocellum Galliæ Franciſcum Pithæum JC. teſtatur Gebhardus Elmenhorſt in Arnob. lib. 11.

35. *Firmoſque incluſa per artus.*] Sal. *fineſque incluſa per artus.* Excerpta Linden. & prima Veneta: *fineſque incluſa peractos.* Legendum: *fineſque incluſa per arctos majeſtas.* Auguſti fines illi pes unus. Mox: *& cum mirabilis intra ſtet menſura pedem.* Gronov.

37. *Parvuſque videri.*] Nonnou. qualis & quantus fuit ἐν ἀκμῇ. Martial.
— *exiguo magnus in ære Deus.*

Seneca epiſt. 76. *Parvus pumilio licet in monte conſtiterit, Coloſſus magnitudinem ſuam ſervabit, etiamſi ſteterit in puteo.* De ſtatus longitudiniſque Herculis præſtantia, *ex menſura pedum*, (quibus ſtadii Olympici curriculum metatus fuerat) à Pythagora ſubtiliter comprehenſa, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam, A. Gellius ex Plutarchi ἀνεκδότοις ediſſerit. Certe ex Antæi mole, de qua Plutarchus in Sertorio, colligi utique potuit Herculis proceritas. *Morellus.*

38. *Sentirique ingens.*] Notabile verbum *ſentire* de iis, qui, ut Tullius in paradoxis ait, eruditos oculos habent in imaginibus æſtimandis. Plin. *Leontius Syracuſis fecit claudicantem (an Philoctetem?) cujus ulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes videntur.* *Intelligere* dicunt alii. *Gronov. in Diatr.*

39. *Menſura pedum ſtet intra.*] Id eſt, lateat. nam tantum dimidia pars videbatur cum ſederet. *Domit.*

40. *Si viſus.*] Si oculos. *Hoc pectore.*] Tali quale hoc eſt. *Idem.*

42. *Argoos remos.*] Tanti roboris erat *Hercules*, ut remos Argo navis fregiſſet, ſi connixus eſſet totis viribus. Et fregit ſane, cum eſſet adhuc remigandi parum doctus.

Hoc ſpatio, tam magna, brevi, mendacia formæ!
Quis modus in dextra, quanta experientia docti
Artificis curis, pariter geſtamina menſæ
Fingere, & ingentes animo verſare coloſſos?
Tale nec Idæis quicquam Telchines in antris,
Nec ſolidus Brontes, nec qui polit arma deorum
Lemnius, exigua potuiſſet ludere maſſa.
Nec torva effigies, epuliſque aliena remiſſis,
Sed qualem parci domus admirata Molorchi,
Aut Aleæ lucis vidit Tegeæa ſacerdos.
Qualis & Oetæis emiſſus in aſtra favillis
Nectar adhuc torva lætus Junone bibebat.
Sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens
Hortetur menſas, tenet hæc marcentia fratris
Pocula, adhuc ſævæ meminit manus altera cædis:

Suſti-

doctus. Vid. Apollon. lib. 1. ℣ſ. 1163. *Barth. Frangebant.*] Domabant. *Domit.*

43. *Tam magna mendacia formæ.*] Simulacra & effigies. Admirantis autem eſt quod in tam parvo ſigno tanta repræſentetur forma quanta eſt Herculea. *Idem.*

46. *Ingentes animo verſare.*] Pauſanias in Eliacis ſcribit Thaſios è Tyro & reliqua Phœnice oriundos, ad Europam quærendam cum Thaſo Agenoride claſſe profectos, dedicaſſe Herculis coloſſum æneum in Olympia x. cubitûm magnitudine: cujus dextera clavam, arcum læva teneret. ob hoc χῆμα, Hercules à Gratio in Car. Cynegetico vocatur *Prædexter* ἀμφιδέξιος. Romæ etiam in Capitolio ſtetit Herculis coloſſus. *Morellus.*

47. *Telchines.*] Maris filii cum Caphyrna Oceani filia Neptunum educarunt. artium inventores fuerunt primi. ab ipſis Apollo apud Lyndios Telechinus dicitur. Juno & Nymphæ apud Alyſios Telechines. Nonnulli tradiderunt eos proprias formas mutare ſolitos, invidoſque fuiſſe in artium diſciplinas: & eoſdem faſcinatores, ſolitoſque infundere aquam Stygiam plantis & animalibus. Alii ab æmulis id fictum ajunt. Eoſdem dictos Idæos dactylos nonnulli tradunt. Ex Creta in Cyprum navigarunt & in Rhodum. Primi æs & ferrum fabricati ſunt. feceruntque harpem Saturno. Plinius Idæos dactylos ferri inventores fuiſſe ſcribit. *Domit.*

54. *Nectar adhuc torva, &c.*] Idem ſignificat *Geminus* in laudato epigramm.

Κ' ἠκ πυρὸς εἰς Οὔλυμπον ἀναίμξας, ὦ βαρύμοχθε,
Ἀλκείδη, τεῖον εἰκόνα σοὶ βλέπομεν.
Qualis ovans igne OEtæo tranſlatus ad aſtra es,
Alcide, ſignum tale videre tuum eſt.

Juno torva, ab Archia P. μισόνοθος appellatur in clauſula octaſtichi,

Ἥρης πρηΰνων μισονόθοιο χόλον.
Placans Divam quæ torva videt ſpurios.

Morellus.

57. *Adhuc ſæva meminit.*] Nam in altera manu ſigni erat patera: in altera, clava Martia: cujus læva caret robore, dextra mero. Totum hoc hemiſtichium ita inverſum eſt in aliis codicibus: *& hæc leve meruit manus aſpera ſedis.* nos vero ita emendavimus, ut legas: *adhuc ſævæ meminit manus altera cædis.* Domit.

Suſtinet occultum Nemeæo tegmine ſaxum.
Digna operi fortuna ſacro: Pellæus habebat
Regnator lætis numen venerabile menſis,
Et comitem occaſus ſecum portabat & ortus:
Prenſabatque libens, modo qua diademata dextra
Abſtulerat, dederatque, & magnas verterat urbes.
Semper ab hoc animos in craſtina bella petebat,
Huic acies victor ſemper narrabat opimas:
Sive catenatos Bromio detraxerat Indos,
Seu clauſam magna Babylona refregerat haſta,
Seu Pelopis terras, libertatemque Pelaſgam
Obruerat bello: magnoque ex agmine laudum
Fertur Thebanos tantum excuſaſſe triumphos.
Ille etiam magnos fatis rumpentibus actus,
Cum traheret letale merum, jam mortis opaca
Nube gravis, vultus alios in numine caro,
Æraque ſupremis timuit ſudantia menſis.
Mox Naſamoniaco decus admirabile regi

Poſſeſ-

58. *Suſtinet occultum, &c.*] Sedebat Hercules, ſubſtrata Leonis pelle. Martialis:

Hic qui dura ſedens porrecto ſaxa leone.

Bernart.

59. *Digna operi fortuna.*] Quaſi Hercules ipſe ſui ſigni fortunæ faber fuerit, provideritque, ut per manus Ducum, Regum, Principumque virorum, tandem ad Vindicem doctum, integrum vitæ, ſceleriſque purum, perveniret. *Morellus.*

62. *Prenſabatque libens.*] Codices alii omnes ita ſcripti ſunt, *præſtabatq; libens.* nos vero ita legimus: Alexander libenter præſtabat potaturus hoc ſignum, ea ipſa dextra qua & regna paulo ante abſtulerat, & everterat urbes. *Domit.*

64. *Semper ab hoc.*] Menda eſt in aliis codicibus: *ſemper ad hoc*: ſed lege ut nos emendavimus: ut dicat, ſumebat ſemper animos in proximum prælium ab hoc ſigno Herculis ſpectato. *Idem.*

69. *Obruerat.*] Nam Philippus pater Alex. in ditionem Græciam redegerat. ſed adhuc non pacaverat cum mortuus eſt. Alexander igitur patri ſuccedens, Athenienſes, Thebanos, Corinthios, qui defecerant armis, oppreſſit. Thebas in primis diruit: exceptiſque amicis Macedonum, & his qui diſſuaderant defectionem, & familia Pindari poëtæ, omnes captivos vendidit ad triginta millia. ſex millia occubuerunt. *Idem.*

70. *Excuſaſſe.*] Omnes alias victorias oſtentavit Herculi Alexander: ſed tantum veniam petiit de everſione Thebarum. nam erat Herculis patria. *Idem.*

71. *Ille etiam.*] Alexander. *Fatis rumpentibus.*] Cum fata cum eriperent ex medio curſu rerum magnarum. *Idem.*

72. *Traheret.*] Hauriret. *Idem.*

74. *Timuit alios in numine caro.*] Suſpicatus eſt venenum ſibi appoſitum ab aliis indicio numinis cari Herculei, *Æra.*] Signum Herculis æneum. *Idem.*

75. *Mox Naſamoniaco.*] Annibalem intel-

Poſſeſſum, fortique Deo libavit honores
Semper atrox dextra, perjuroque enſe ſuperbus
Annibal. Italicæ perfuſum ſanguine gentis,
Diraque Romuleis portantem incendia tectis,
Oderat: & cum epulas, & cum Lenæa dicaret
Dona, Deus caſtris mœrens comes iſſe nefandis,
Præcipue cum ſacrilegus face miſcuit arces
Ipſius, immeritaque domos, ac templa Sagunti
Polluit, & populis furias immiſit honeſtas.
Nec poſt Sidonii lethum ducis, ære potita
Egregio plebeja domus: convivia Syllæ
Ornabat, ſemper claros intrare penates
Aſſuetum, & felix dominorum ſtemmate ſignum.
Nunc quoque (ſi mores, humanaque pectora curæ
Noſſe deis) non aula quidem, Tirynthie, nec te
Re-

intelligit. Naſamones enim populi Libyæ. at Libya Africæ pars, quæ & pro tota Africa ſæpe ponitur: in Africa autem Carthago, ut omnes ſciunt. Signum vero iſtud Herculis, poſt Alexandrum, tandem ad Annibalem veniſſe, etiam Martialis tradidit, dum de hac eadem ſtatua ſcribit:

Hunc puer ad Lybicas juraverat Annibal aras. Bernart.

82. *Miſcuit.*] Incendio corripuit. *Arces.*] Saguntinas. *Domit.*

83. *Ipſius.*] Ab ipſo Hercule conditas. Saguntum enim condidit Hercules ſepulro illic Zacyntho comite: qui ſecum ab expeditione in Gerionem revertebatur. *Idem.* *Cum ſacrilegus face.*] Salisb. & Lindenb. *Sacrilegas.* Scribe: *ſacrilega face.* In Patrem: *ſacrilegis lucens Capitolia tedis.* Sequente verſu iidem & Ven. *Ipſius, meritaque.* Fuerat: *Ipſius immeritaque domos ac templa Sagunti.* Silius quoque, *Auſonia, Sagunto.* Gronov.

84. *Furias honeſtas.*] Id eſt furorem. quo nomen & honorem conſecuti ſunt Saguntini ita ſe necantes. nam primores (ut Livius tradit) argentum & aurum in ignem conjecerunt, ne ab hoſte poſſideretur, & eodem ſe plerique. *Dom.*

86. *Convivia Sybillæ.*] Id eſt Syllæ. Martialis.

Juſſerat hîc Syllam ponere regna trucem.

Syllæ autem Sybillæ prius dicebantur. & Corn. Sybilla prius dictus eſt. ſed vetuſtas (auctore Macrobio) ſyllabam eliſit. & pro Sybilla Syllam accepimus. *Id.*

87. *Ornabat ſemper.*] Plutarchus L. Corn. Syllam, cognom. Felicem, gentis quidem Patriciæ fuiſſe memorat, (ὡς ἐυπατρίδας ὄντος εἶναι) ſed egenis & abjectis parentibus, (τῶν πατέρων πενήτων) jam inde à Rufino, qui inter proavos Syllæ Conſulatum adeptus & convictus ſupra x. libras argenti cælati contra legem poſſidere, Senatu motus fuerat. Cicero *Fauſtum Syllæ felicis* fil. ex Metella, *nobiliſſimum adoleſcentem* nominat, & *Dominum epuli magnificentiſſimi* facit. De mollitie & ſocordia L. Syllæ in conviviis tempeſtivis, idem Plutarchus, Οὐκ ἦν τῶν Σύλλας περὶ δεῖπνον ὄντα χρήσιμος σπουδαῖον οὐδέν. *Morellus.*

90. *Non aula quidem, &c*] Apud Vindicem Dominum Signi tui: is enim

 non

Regius ambit honos: ſed caſta, ignaraque culpæ
Mens domini, cui priſca fides, cœptæque perenne
Fœdus amicitiæ: ſcit adhuc florente ſub ævo
Par magnis Veſtinus avis, quem nocte, dieque
Spirat, & in caræ vivit complexibus umbræ.
Hic igitur tibi læta quies, fortiſſime Divûm
Alcide: nec bella vides, pugnaſque feroces,
Sed chelyn, & vittas, & amantes carmina laurus.
Hic tibi ſolenni memorabit carmine, quantus
Iliacas, Geticaſque domos, quantuſque nivalem
Stymphalon, quantuſque jugis Erimanthon aquoſis
Terrueris, quem te pecoris poſſeſſor Iberi,
Quem tulerit ſævæ Mareoticus arbiter aræ
Hic penetrata tibi, ſpoliataque limina mortis
Concinet, & flentes Libyæ, Scythiæve puellas.
Nec te regnator Macetum, nec barbarus unquam
Annibal, aut ſævi poſſet vox horrida Sullæ,

His

non ex iis eſt, qui

—— *Penetrant aulas & limina Regum.*

Regius honos ab Ariphrone Sicyonio, Pæane in Sanitatem, præclare nuncupatur

Χαίρεις τᾶς ἰσοδαίμονος
Ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς.

D. Gregorius Theol. allegoria venuſtiſſima θρόνους τε κ' ἀρχὰς vocat κρυφῦ φρύαγμα πίπτον.

Faſtum cito cadentem. Idem.

94. *Veſtinus.*] Cui amicus fuit extrema etiam fortuna: & nunc illius nomen mortui recolit. Veſtinus interfectus eſt juſſu Neronis in conſulatu. odium in eum conceperat princeps ob nimiam ſodalitatem. nam Veſtinus ejus ignaviam devinciebat: ille metuebat amici ferociam. Miſit igitur Generatum tribunum cum cohorte ut eum necaret. nam tunc epulabatur cum juventute delecta pari ætate. Primo adventu tribuni ſtarim venæ abſciſſæ ſunt medico accito. vivens adhuc balneo merſatus, nulla edita voce qua ſe miseraretur. *Parmagnis aquis.*] Id eſt qui quamvis mergeretur moriturus non ceſſit, nec victus eſt: ut ullam vocem emiſerit indignam viro. Vindex (ut innuit Papinius) inter eos juvenes erat, qui tunc cum Veſtino epulabantur. *Domit.*

100. *Iliacas Geticaſque domos.*] Cædem Laomedontis Trojæ, & Diomedis Thraciæ regis intelligit. *Bernart.*

101. *Quantumque jugis Erimanthon.*] Cum aprum occidit. *Idem.*

102. *Pecoris poſſeſſor Iberi.*] Reſpicit fabulam Gerionis. *Idem.*

105. *Puellas Libyæ & Scythiæ.*] Diodorus contendit Amazonas non ſolum fuiſſe in Scythia ad Thermodoontem. ſed multæ ante etiam in Libya. eas autem vicit Hercules. notiſſima hiſtoria. per puellas Libyæ Heſperidas intelligit. *Domit.*

107. *Sævi vox horrida Sullæ.*] Quid horridius proſcriptionibus Sullanis? Hicce ſævitie intolerantiſſime gloriatus eſt, etiam inſcriptione ſepulchri, in campo Martio, quam ipſe, ut fama

erat,

His celebrare modis. certe tu muneris auctor
Non aliis malles oculis, Lyſippe, probari.

erat, delineatam reliquit, cujus ſumma fuit, autore Plutarcho, ὡς ὑπὸ τ̃ φίλων τις αὐτὸν δὲ ποιῶν, ὑπὸ τ̃ ἐχθρῶν κολακῶς ὑπερεβάλλετο. *Morellus.*

107. *Lyſippe.*] Quod Lyſippus hoc ſignum fecerit, teſtatur etiam Martialis. Plinius ſane tradit Lyſippi opera fuiſſe ſexcenta & decem: quæ ſingula ejus artem nobilitare poſſent. *Domitius.*

VII.

LYRICUM AD MAXIMUM JUNIUM.

Jamdiu lato ſpatiata campo
Fortis heroos Erato labores
Differ: atque ingens opus in minores
Contrahe gyros.
Tuque regnator Lyricæ cohortis,

Da

1. *Jamdiu lato ſatiata campo.*] Unde iſtud tam ἄκυρον, imo tam inficetum & putidum, in tam terſo & polito ſcriptore? Cui non fungo placeat iſte nævus in tam formoſo corpore? Unde *Erato* in iſtum locum *jamdiu ſatiata* venit? Quæ aures non ἄμουσοι hoc admittant? ut Muſa à jucundo & mellifluo cantu nomen nacta dicatur *ſatiata campo*: quaſi nauſeans in amœno & canoro Camœnarum horto; Apageſis ineptias & offucias verborum. Hic ſublato auxilio codicum meliorum, Erato, ni fallor, ipſa mihi, vel *Cynthius aurem vellit & admonuit* Statium alumnum ſuum, non *ſatiatam*, ſed *Spatiatam* cecinifſe. ut cunctandum non ſit profiteri germanam Lectionem, & γνήσιον verſum eſſe,

Jamdiu lato ſpatiata campo.

Quomodo Flaccus dixit, *Latus ut in circo ſpatiere.* Ita Prætoriana teſſera (P.) interdicta *undevi* in ſuum domicilium reſtituta Statianæ Muſæ ſpatianti facem præferet. Porro *Campus latus* dicitur, ut à Pindaro ἐξαίρετος χαρίτων κῆπος. *Campo lato* & Circo, mox opponuntur *minores gyri.* Nec ſenſu diſſimili Cicero, *homines effrænatos ſecundis rebus tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci.* Morellus.

2. *Fortis herois.*] Id eſt Achillis. Heroës ſuum ſæculum habuerunt: ut Heſiodus ſcribit: quorum alii ad Thebas perierunt. alii in Fortunatis inſulis (quas alii Elyſios dixerunt) perpetuum ævum agunt, ſemideique omnes dicuntur. Heſiodus. *Domit.*

5. *Regnator cohortis lyricæ.*] Pindarus, Scopelimi filius, Thebanus: cujus laribus & familiæ patci juſſit Alexander: morte quoque nobilis. Nam in gremio pueri dilecti in gymnaſio mortuus inventus eſt. Novem lyricorum (ut ait Fabius) facile princeps. Novem autem Lyrici hi ſunt. Alceus Mytileneus, qui æolice ſcripſit. Sappho Cledis & Eurygili filia. Steſichorus Euphemi filius, in cujus infantis ore cecinit philomela, qui bella ſcripſit & duces magnanimos dorice. Anacreon Thejus Parthemi filius, qui Bathyllum puerum dilexit, & acino uvæ paſſæ ſtrangulatus eſt. Bycus Reginus vel Meſſinus, ut alii ſcribunt, qui dorice ſcripſit. Bacchylides Ceus Milonis filius. Aleman Dimantis filius

Da novi paulum mihi jura plectri,
Si tuas cantu Latio ſacravi,
Pindare, Thebas.
Maximo carmen tenuare tento:
Nunc ab intonſa capienda myrto
Serta, nunc major ſitis, & bibendus
Caſtior amnis.
Quando te dulci Latio remittent
Dalmatæ montes? ubi Dite viſo
Pallidus foſſor redit, erutoque
Concolor auro.
Ecce me natum propiore terra
Non tamen portu retinent amœno
Deſides Bajæ, liricenve notus
Hectoris armis.
Torpor eſt noſtris ſine te Camœnis,
Tardius ſueto venit ipſe Thymbræ
Rector, & primis meus ecce metis
Hæret Achilles.
Quippe te fido monitore, noſtra
Thebais multa cruciata lima
Tentat audaci fide Mantuanæ
Gaudia famæ.
Sed damus lento veniam, quod alma
Prole fundaſti vacuos penateis.

O diem

Spartanus, qui dorice ſcripſit, & pediculari periit morbo. Simonides ex Iulide oppido Ceæ inſulæ Cycladum, tenuis, & ad lacrymas movendas maxime idoneus. nonus Pindarus horum omnium princeps. idcirco ait Papin.

Regnator lyricæ cohortis.

Idem.

14. *Dalmatæ montes.*] Aurifodinis Dalmaticis præfectum intellige ſupra lib.3. Carm.3. ℣ſ.90. *Barthius.*

17. *Ecce me natum propiore terra.*] Adeo prope abeſt Neapolis Cum. à Bajis. ut Coccejus, ſub Agrippa, cuniculum (διώρυχα) duxerit à Neapoli & Puteolis ſupra Bajas tendentem authore Strabone. A Bajis quinque tantum ſtadiis diſtare Puteolos aſſerit Joſephus. *Morellus.*

19. *Liricenve notus Hectoris armis.*] Miſenum promontorium Cumis vicinum denotat, quod

—— tenet æternum per ſecula nomen: à
MISENO ÆOLIDE, *quo non præſtantior alter*
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Idem.

33. Orbi-

O diem lætum! venit ecce nobis
Maximus alter.
Orbitas omni fugienda niſu,
Quam premit votis inimicus hæres,
Optimo poſcens (pudet heu) propinquum
Funus amico.
Orbitas nullo tumulata fletu:
Stat domo capta cupidus ſuperſtes
Imminens leti ſpoliis, & ipſum
Computat ignem.
Duret in longum generoſus infans:
Perque non multis iter expeditum
Creſcat in mores patrios, avumque
Provocet actis.
Tu tuos parvo memorabis enſes,
Quos ad Eoum tuleris Orontem
Signa frenatæ moderatus alæ

Caſto-

33. *Orbitas omni, &c.*] Ob pœnas orbis & cælibibus irrogatas, de quibus fusè Lipſ. in Tacitum. At Crotoniatis id genus hominum honeſtiſſimum habitum fuiſſe notat Petronius in Satyr. Ea de re queritur & Seneca aliquoties, & Marcellin. lib. 14. *Cruceus.*

37. *Orbitas nullo tumulata fletu.*] Siquidem ex mimo Publ.

Heredis (externi præſertim) FLETUS,
ſub perſona RISUS *eſt.*

Hoc abhorruiſſe Solonem Athen. ipſius ἐλεγεῖον clamat,

Οὔτι μοι ἄκλαυστος θάνατος πέλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Tullio interprete,

Mors mea ne careat lacrumis, linquamus amicis
Mœrorem, ut faxint funera cum gemitu.

Morellus.

38. *Stat domo capta cupidus ſuperſtes.*] *Captatoris* orborum ἦθος. Hoc vero, ut canunt Catullianæ virgines,

Quid faciunt hoſtes capta crudelius urbe?

Idem.

40. *Ignem.*] Avide invehitur in captatores orborum: quorum multitudine temporibus ſuis offendebatur. *Ignem.*] Computat etiam impenſam pyræ tanquam id ipſe ſolvat. lege autem duodecim tabularum ligna ad rogum indolata eſſe oportebat. quod à Solonis legibus manavit ad coërcendam funerum impenſam. *Domit.*

46. *Quod ad Eoum tuleris Orontem.*] Orontes fluvius in Cæloſyria oritur tum hiatu qui inter Apamæum & Antiochiam vocatur χάρυβδις ἢ χάσμα abſorptus & demerſus, poſt XL. ſtadia rurſus emergit. Strab. l. VII. & XIV. Prius Typhon dicebatur à fabuloſo Typhone gigante fulmine icto. deinde ab Oronte qui in eo pontem fecit, nomen accepit. *Morellus.*

 48. *Caſto-*

Caſtore dextro.
Ille ut invicti rapidum ſecutus
Cæſaris fulmen, refugis amaram
Sarmatis legem, dederit ſub uno
Vivere cælo.
Sed tuas artes puer ante diſcat,
Omne quis mundi ſenium remenſus
Orſa Salluſti brevis, & Timavi
Reddis alumnum.

48. *Caſtore dextro.*] Caſtor enim equitandi peritiſſimus, ut notum eſt ex poëtis. *Cruceus.* *Dextro.*] Id eſt, favente. Vid. Ad. Turnebi Adverſ. lib. 29. cap. 35.

51. *Dederit ſub imo.*] Scribe: *ſub uno vivere cælo.* quod & olim P. Scriverio videbatur. Vagis & errare ſuetis populis hæc lex amara. Liv. lib. 38. *Manlius evocatis eo regulis Gallorum leges, quibus pacem cum Eumene ſervarent, dixit, denuntiavitque, ut morem vagandi cum armis finirent agrorumque ſuorum terminis ſe continerent.* Gronov.

54. *Mundi ſenium.*] Innuit hunc Maximum Chronica ſcripſiſſe. Per *ſenium* enim *mundi* hiſtoria univerſa, omne ævum explicatur, ſtilo ex brevitate Salluſtiana & ubertate Liviana mixto.

55. *Timavi reddis alumnum.*] T. Livium Patavinum. Timavus fons & fluvius in Iſtria inter Aquilejam & Tergiſtum. Servius in hæc Virg. 1.

—— *Fontem ſuperare Timavi*
Unde per ora novem, &c.

Claudianus, in VI. Conſul. Honorii,

—— *tarduſque meatu*
Mincius, inque novem conſurgens ora Timavus.

Strabo Polybio fert acceptum, quod Servius ex Varrone refert, *hunc fluvium Mare ab incolis nominari:* imo fontem & matrem maris vocati dixerat Polyb. τὴς ἐπιχωρίους πηγὴν ϗ μητέρα θαλάττης ὀνομάζειν τ̃ τόπον. Morell.

VIII.

AD JULIUM MENECRATEM OB PROLEM.

PAnde fores Superum, vittataque templa Sabæis
Nubibus, & pecudum fibris ſpirantibus imple,

Parthe-

1. *Pande fores, &c.*] Acumen Bulengeri l. 3. de Imp. Rom. c. de nato Imperatoris filio, hos verſus citantis. Sed & Perſium ibidem pari judicio laudat Satyra 5. ubi ne verbum quidem in hanc ſententiam reperies: imò neque in Sat. ejuſdem ſecunda. Nam ibi de privatorum natali Perſius, ut hic Statius loquitur. *Cruceus.* *Sabæis nubibus.*] Μετωνυμικῶς, Thureis vaporibus. Eſt enim νέφος nubes, ſpecies ἀναθυμιάσεως νοτερᾶς ϗ ἀτμώδους exhalationis humidæ & egelidæ, quam effluentis vaporis natura ad ſe trahit, ut Ariſtot. Theophraſtumve Apulejus explicat. *Morellus.*

5. Et

Parthenope: clari genus ecce Menecratis auget
Tertia jam ſoboles. procerum tibi nobile vulgus
Creſcit, & inſani ſolatur damna Veſevi.
Nec ſolum feſtas ſecreta Neapolis aras
Ambiat: & ſocii portus, dilectaque mitis
Terra Dicarchei, nec non plaga cara madenti
Surrentina Deo, ſertis altaria cingat,
Materni qua littus avi, quem turba nepotum
Circuit, & ſimiles contendit reddere vultus.
Gaudeat & Libyca praſignis avunculus haſta:
Quaque ſibi genitos putat. attollitque benigno
Polla ſinu. macte ô juvenis, qui tanta merenti
Lumina das patriæ. dulci tremit ecce tumultu
Tot dominis clamata domus. procul atra recedat
Invidia, atque alio liventia pectora flectat.
His ſenium, longaque decus Virtutis, & alba
Atropos, & patrias lauros promiſit Apollo.
Ergo quod Auſoniæ Pater auguſtiſſimus urbis
Jus tibi tergeminæ dederat lætabile prolis,
Omen erat. venit toties Lucina, piumque
Intravit repetita larem. ſic fertilis, oro,
Stet domus, & donis nunquam mutata ſacratis

Macte,

5. *Et inſani ſolatur damna Veſevi.*] Veſevi montis Campaniæ prodigioſum incendium ſub Tito reſpicit; Plinius Junior epiſt. ad Tacitum accurate hoc deſcribit. Adi & Dionem in Tito, Suet. cap. VIII. & Tacitum Annal. IV. Alluſit uti ſolet docte Tertullianus de pœnitentia: *Quid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus cum fumariola quædam ejus tales flammarum ictus ſuſcitent, ut proximæ urbes aut jam nullæ extent, aut idem ſibi de die ſperantes. Diſſiliunt ſuperbiſſimi montes, ignis intrinſecus fœta. Quis hæc ſupplicia montium non judicii minantis exemplaria deputabit? quis ſcintillas tales non magni alicujus & inæſtimabilis foci miſſilia quædam & exercitoria jacula conſentiet.* Bernart.

8. *Madenti Deo.*] Neptuno. *Surrentinas oras* & *villas* deductis aliiſque aquis irriguas & nobiles ſupra non ſemel teſtatus eſt. *Barthius.*

21. *Tergeminæ prolis.*] Julius Menecrates à Domitiano impetraverat jus trium liberorum, cum nullum adhuc haberet. Id autem inſtitutum eſt in honorem Horatiorum. ut ſcribit Dionyſius. *Domit.* Jus hoc admodum celebre fuit & nonniſi parce ac cum delectu à principibus datum, ut teſtatur Plin. lib. X. Epiſtol. ad Trajan. Et dabatur iis, qui parum felices in prole fuiſſent. Vid. Dionyſ. in ſuis Antiquit. Appian. l. II. bell. civil. Vertranium Comment. de hoc jure p. 12. & 341. Raderi Comment. ad Mart. & alios.

 26. *Robo-*

Macte, quod & proles tibi ſæpius aucta virili
Robore; ſe juveni lætam dat virgo parenti:
Aptior his Virtus, citius dabit illa nepotes.
Qualis maternis Helene jam digna palæſtris
Inter Amyclæos reptabat candida fratres.
Vel qualis cœli facies, ubi nocte ſerena
Admovere jubar mediæ duo ſidera Lunæ.
Sed queror haud faciles, juvenum rariſſime, queſtus,
Iraſcorque etiam, quantum iraſcuntur amantes.
Tantane me decuit vulgari gaudia fama
Noſcere? cumque tibi vagiret tertius infans,
Protinus ingenti non venit nuntia curſu
Littera, quæ feſtos cumulare altaribus ignes,
Et redimire chelyn, poſteſque ornare juberet?
Albanoque cadum ſordentem promere fumo?
Et cantu ſignare diem? ſed tardus, inerſque
Nunc demum mea vota cano. tua culpa, tuuſque
Hic pudor. ulterius ſed enim producere queſtus
Non licet: en hilaris circumſtat turba tuorum,
Defenſatque patrem: quem non hoc agmine vincas?
Di Patrii, quos auguriis ſuper æquora magnis
Littus ad Auſonium devexit Abantia claſſis,

Tu

26. *Robore. ſed juveni lætam.*] Unius literulæ & interpunctionis vitium denſam ſententiæ facit noctem, illuſtro, *Robore, ſe juveni lætam dat virgo parenti.* Senſus, gratiorem fuiſſe filiæ navitatem poſt duas maſculas proles. *Bernart.*

28. *Digna palæſtris.*] *Maternis*, quia legibus Spartanis etiam nudabantur in palæſtris virgines, & nudis juvenibus colluctabantur. Vid. Crag. lib. III. de Republ. Lacedæm. Paſſerat. ad lib. III. Propert. Eleg. 14. *Barthius.*

35. *Cumque tibi vagitet.*] Quidni ſequimur potius Lutetianam editionem vetuſtam, quæ τὸ *vagiret* rectius exprimit, & κακήφατον complosionis ſyllab. ac ταυτισμὸν tollit. *Morellus.*

36. *Protinus ingenti non venit, &c.*] Μεγαληγόρως ludit ad laureatas epiſtolas, quas Imperatores poſt victoriam ad Senatum mittebant. Theognideum,

Τῆς δ᾽ εὐεργασίης ῥηϊδίη ἀγγελίη.

Actorum pulchre nuncius eſt facilis.

Idem.

44. *Quem non hoc agmine vincas.*] *Agmen* de tribus, non tam hyperbolica, quam Pythagorea phraſis. Ejus aſſertor eſt Ariſtoteles. τὰ τρία πάντα, καὶ τὸ τρὶς πάντῃ· καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι,

Τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται, &c.

Hac baſi nititur *Jus tergeminæ lætabile prolis.* Idem.

46. *Abantia claſſis.*] Id eſt Euboica. Caryſtus ante Chalcodetis dicebatur, vel

Tu ductor populi longe emigrantis Apollo,
Cujus adhuc volucrem leva cervice ſedentem
Reſpiciens blande felix Eumelis adorat:
Tuque Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo
Votivam taciti quaſſamus lampada myſtæ:
Et vos Tyndaridæ, quos non horrenda Lycurgi
Taygeta, umbroſæque magis coluere Terapnæ:
Hos cum plebe ſua patrii ſervate Penates.
Sint qui feſſam ævo, crebriſque laboribus urbem
Voce, opibuſque juvent, viridique in nomine ſervent.
His placidos genitor mores, largumque nitorem
Monſtret avus, pulchræ ſtudium virtutis uterque.
Quippe & opes, & origo ſinunt, hanc lampade prima
Patri-

vel Macris ut Dionyſius putat, & Euphorus tradit. Ariſtides Macram ait. Chalcidemus Chalcidem à *χαλκός*, quod ſignificat æs, quod ibi primum ajunt repertum. Menechmus eandem Abantiam ait appellatam. Homerus nunquam Euboicos, ſemper Abantes appellat: eorumque laudat robur: ut illud: *pariter comitantur Abantes.* Ariſtoteles ex Aba oppido Phocidis Thraces veniſſe ſcribit, qui Eubœam tenuerunt. Alii ab Abante heroë appellatam putant. ut etiam Eubœam ab Eubœa muliere indolis heroicæ. *Domit.*

49. *Eumelis.*] Id eſt Parthenope Eumeli filia. nam Parthenope, ut poëta ſentit, Eumeli filia Coloniæ Chalcidenſis dux, ſolum Neapolitanum elegit, ſecuta augurium columbæ in cujus rei monumentum Apollinis ſtatua effecta eſt, columba in lævo humero incidente: ita ut eam reſpiceret Parthenope, & adorare videretur. *Idem.*

51. *Votivam taciti quaſſamus.*] Præter rem ſunt quæ de votis tacite conceptis hic adnotavit Bernartius. Nam Cereris Sacerdotes *tacitos* appellat, quia ejus ſacra religioſiſſimo ſilentio colebantur. Cicero in Verrem Act. 5. *Tuque Ceres & Libera, quarum ſacra, ſicut opiniones hominum ac religiones ferunt, longe maximis atque occultiſſimis ceremoniis continentur.* Et notiſſimum proverbium eſt, Ἀῤῥητ' ἐλευσίνια, de iis qui arcana ſua ſilentio tegunt. *Gevart.*

54. *Hos cum plebe ſua Patrii.*] Hic ecce *Patrios Penates* vocat, quos paulo ante *Deos Patrios* appellavit, illo verſu:

Dii Patrii, quos auguriis, &c.

Unde patet graviter errare Had. Junium, qui cap. 14. ſui Nomenclator, Dionyſium Halycarnaſſ. accuratiſſimum Scriptorem reprehendit, quod *Deos Patrios*, & *Penates*, eoſdem eſſe dixiſſet. Nam hic Statii locus Dionyſii ſententiam omnino confirmat. Ut etiam Martianus Capella: *Poſt ipſum*, inquit, *Jovem Dii conſentes & Penates, qui & Patrii & Genethlii.* Idem.

59. *Quippe & opes.*] Ætiologia eſt. Etenim beati ſunt liberi Menecratis, *ἀγαθοὶ γὰρ ὄντες εὐδαιμονοῦσι*, quandoquidem eorum virtuti fortuna conjuncta eſt. Quiritatur Theognis quod ævo ſuo in delectu conjugum, *Origo*, proſapia, genus ſorderet: *Opes*, dos, cenſus præponderarent: in aliis vero rebus *originem* præferri *opibus*. Morellus.

Hanc lampade prima, &c.] Intricatus locus, & cui opem ferre fruſtra hactenus conati maximi viri. Caſaubonus ad Sueton. Auguſt. cap. 38. ubi hunc locum adducit

Patritias intrare fores, hos pube ſub ipſa
(Si modo prona bonis invicti Cæſaris adſint
Numina) Romulei limen pulſare ſenatus.

adducit, ubique *hos* ſegit:

—— hos lampade prima
Patritias intrare fores: hos pube ſub ipſa, &c.

Eruditiſſ. vero Livinejus utrobique *hac* legit:

—— hac lampade prima, & *hac pube ſub ipſa.*

Alii aliter varie diſtinguunt & legunt. Sed nemo illorum intellexit, quid illud *lampade prima*, hic ſibi velit. Nam quod per hoc *virilem togam* quidam intelligunt, ineptum eſt. Quid hæremus? Unius tantum litterulæ & interpunctionis vitium, denſam ſententiæ fecit noctem. Pro *hac*, lege, *hanc*, & pro *hoc*, lege *hos*:

Quippe & opes & origo ſinunt, hanc lampade prima
Patritias intrare fores: hos pube ſub ipſa, &c.

Hac exigua mutatione, quanta facta eſt ſententiæ lux! Res ita habet: Menecrati tres liberi erant. Una filiola erat jam recens nata, ob quam Menecrati modo hac Sylva gratulatur, & duo filii. Poëta itaque ſub disjunctione & filiolam hanc & ambos filios tangit, & dicit nobilitatem & opes permittere; *Hanc*, id eſt *filiolam*, primis nuptiis Patritio juveni nubere: *Hos* vero, id eſt *duos filios*, latum clavum poſſe induere, & curiæ intereſſe. Porro per *Lampadem* nuptias intelligendas probat ipſe Statius, qui Epithal. Stellæ:

—— quatiuntque novena
Lampade, ſolemnem thalamis coëuntibus ignem.

& Valer. Flaccus 8. Argonaut. Faces enim in nuptiis fuiſſe adhibitas, & decennes pueri norunt. Addidit etiam ſignate, *prima lampade*, nam ſecundæ nuptiæ infames erant apud Roman. teſte Plutarcho Quæſt. Rom. dixit etiam eleganter: *Patritias intrare fores.* Nam ex priſco ritu, nova nupta veſperi ad Sponſi domum deducebatur. Vide eundem Plutarchum Quæſt. Rom. 29. Poſtremo dixit: *limen pulſare ſenatus.* Sic etiam 5. Syl. Protrept. Criſpin.

Et Latii penetrale ſenatus
Advena pulſaſti. —— Gevart.

IX.

RISUS SATURNALITIUS AD PLOTIUM.

Eſt ſane jocus iſte, quod libellum
Miſiſti mihi Griphe pro libello.
Urbanum tamen hoc poteſt videri:
Si poſt hoc aliquid mihi remittas.

Nam

2. *Miſiſti mihi Grippe.*] Quis iſte *Grippus*? Nihili illud nomen. Dubium mihi non eſt, quin *Griphe*, hic legendum ſit, quemadmodum fax Hiſtoriæ Batavæ P. Scriverius cenſuit. Exſtat mentio hujus *Griphi* apud Tacitum 3. Hiſtoriar. *Plotium Gryphum nuper à Veſpaſiano in ſenatorium ordinem additum.* Hinc corrige Statium in Epiſtola 4. Syl. præmiſſa Plocio ubi ſic ait: *Plocio Gryppo majoris gradus juveni dignius opuſculum reddam.* Niſi forte quis Tacitum ex Statio emendandum exiſtimet, de quo idem Scriverius nos monuit. *Gevart.*

6. *Non*

Nam ſi ludere, Griphe, perſeveras,
Non ludis. licet ecce computemus:
Noſter purpureus, novuſque charta,
Et binis decoratus umbilicis,
Prater me, mihi conſtitit decuſſi.
Tu roſum tineis, ſituque putrem,
Quales aut Libycis madent olivis,
Aut thus Niliacum, piperve, ſervant,
Aut Byzantiacos colunt lacertos,
Nec ſaltem tua dicta continentem,
Quæ trino juvenis foro tonabas,
Aut centum prope judices, prius quam
Te Germanicus arbitrum ſequenti
Annonæ dedit, omniumque late
Præfecit ſtationibus viarum;
Sed Bruti ſenis oſcitationes

De

6. *Non ludis.*] Laudatur ab Iſocrate, τὸ μηδὲ περὶ τὰ (κ. ἐπὶ τὰ) γελοῖα, σπουδάζειν· μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρειν. *Neque in ludicris ſerio agere: neque in ſeriis ludere.* quod præpoſterum eſt. *Morellus.*

8. *Et binis decoratus, &c.*] Umbilici librorum erant ornamenta quædam è ligno, oſſe, vel cornu ſimilive materia, quæ compactis demum voluminibus & abſolutis apponebantur: hinc illæ locutiones: Ad umbilicum ducere, Horat. Oda 14. Epod. ad umbilicum pervenire, Martial. lib. 4. Epig. ult. quæ operis conſummationem denotant. *Cruceus.*

13. *Lacertos Byzantiacos.*] Lacertus genus piſcis laudatus ex Betica, ſaxetanus & etiam parianus. Byzantii autem erat captura thynnorum, unde etiam cordylæ. *Colunt.*] Regunt. *Domit.*

17. *Sequenti.*] Non conſuluerunt indolem Statii docti viri, *frequenti* pro *ſequenti* ſcribentes. Joculare autem commentum ejus, qui *ſequenti* probat, ut intelligatur Plotius in ſequentem annum præfectus annonæ deſignatus. *Sequens annona* eſt facilis, obſequens, obediens procuranti Plotio. Ovid. Epiſt. Phædræ:

Qua licet, & ſequitur, pudor eſt miſcendus amori.

Gronov. Diatr. c. 45.

18. *Annonæ dedit.*] Præfectura annonæ, quam hic tangit, olim inter ſummas dignitates. origo ejus anno urbis DCCXXXII. M. Marcello & L. Arruntio Conſulibus, primuſque eam geſſit ipſe Auguſtus. ut videre eſt apud Dionem lib. LIV. tenuit, dum vixit: ſucceſſit C. Turranius, cujus meminit Tacitus Annalium I. & refert inter Primores magiſtratus, qui in verba Tiberii jurarunt. poſtea eviluit ut didici è gemmeo libello Severini Boëthii de Conſolatione Philoſophiæ lib. II. proſa IV. *Bernart.*

20. *Sed Bruti ſenis oſcitationes.*] Suſpicetur quis Poëtam de Bruto Ciceronis familiari agere, nam ejus ſcripta ut vulgaria nimis & faſtidioſa olim contempta ſunt. Illud colligere eſt ex Taciti (ſeu Quintiliani mavis) Dialogo de Oratore: *Legiſti utique*, inquit, *& Calvi & Bruti ad Ciceronem miſſas Epiſtolas,*

De capſa miſeri libellionis,
Emptum plus minus aſſe Caïano
Donas. uſque adeo ne defuerunt
Caſis pilea ſuta de lacernis?
Vel mantilia? luridæve mappæ?
Chartæ, Thebaicæve, caricæve.
Nuſquam turbine conditus ruenti
Prunorum globus, atque coctanorum?
Non ellychnia ſicca, non replictæ
Bulborum tunicæ, nec ova tantum?
Non leves alicæ, nec aſperum far?
Nuſquam Cyniphiis vagata campis
Curvarum domus uda cochlearum?
Non lardum grave, debiliſve perna?
Non Lucanica, non graves Phaliſci?

Non

las, ex quibus facile eſt deprehendere Calvum quidem, viſum Ciceroni exanguem & attritum, Brutum autem otioſum atque disjunctum. Quo loco Lipſius pro *otioſum*, male *odioſum* ſubſtituendum putat. Nam *otioſum* ipſum vocat, ut Statius illum *Oſcitantem* taxat. Sic Quintilian. lib. I. cap. I. *Otioſas ſententias* vocat vulgares & tædioſas. Idem lib. 8. cap. 2. *At ego otioſum ſermonem dixerim, quem auditor ſuo ingenio non intelligit. Oſcitatio* autem, otii vel ſomnolentiæ ſignum eſt. *Gevartius.*

21. *Libellionis.*] Libellio bibliopola miſer & pauper. *Domit.*

22. *Caïano.*] *Cajanum aſſem* viliſſimum dicit, ab avaro & deſperato pene Principe utique etiam aſſibus demto pondere, ut viliores eſſent cæteris, cum perdita ſua prodigalitate tantam pecuniam Caligula peſſum dediſſet. *Barth.*

24. *Pilea.*] Nam pilea mittebantur in Saturnalibus facta aliquando ex lacernis attritis. Mart. mittens pileum:

Si poſſem totas cuperem miſiſſe lacernas.
Tunc tantum capiti munera mitto tuo.

Id eſt ſolum pileum partem lacernæ. *Domit.*

26. *Chartæ Thebaicæ.*] Nam chartæ mittebantur in Saturnalibus, ut eſt apud Martialem. *Thebaicæ.* à Thebis Ægypti. ſunt qui chartam ficum putent. *Caricæ.*] Carica genus fici, ut eſt coctana; auctor Plinius. Prunorum & coctanorum peculiaria hæc ſunt Syriæ. *Idem.*

32. *Cyniphiis campis.*] Nam ſunt teſtudines terreſtres in operibus cherſinæ appellatæ à χέρσος, quod terram ſignificat. In Africæ deſertis, quæ maxime arenis ſitientibus ſqualet, roſido (ut creditur) humore viventes: nec aliud ibi provenit animal. *Idem.*

34. *Debiliſve perna.*] Sic dicta à pede ſuis, ut refert Varro de lingua latina lib. V. Plautus Carbonaria, citante Feſto dictione Spetile. *Ego pernam, ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia.* Bernartius.

35. *Lucanica.*] Carnes ſunt minutim tritæ, & cum pipere ſubactæ: Iſicia etiam dictæ, ut docet nos Athenæus lib. IX. At Iſidorus lib. XX. cap. II. de Eſcis. *Lucanicæ dictæ* (inquit) *quod prius in Lucania factæ ſunt.* Idem. *Graves faliſci.*] Venter faliſcus, farciminis genus inventum primum in Faliſcis, ut ait Varro.

Non ſal, oxyporumve, caſeuſve,
Aut panes viridantis aphronitri?
Vel paſſum pſythiis ſuis recoctum?
Dulci defruta vel lutoſa cœno?
Quantum vel dare cereos nitentes,
Cultellum, tenueſve codicillos!
Ollares, rogo, non licebat uvas,
Cumano patinas in orbe tortas,
Aut unam dare ſyntheſin (quid horres?)
Alborum calicum, atque caccaborum?
Sed certa velut æquus in ſtatera,
Nil mutas, ſed idem mihi rependis.
Quid ſi cum bene mane ſemicrudus
Illatam tibi dixero ſalutem,
Et tu me vicibus domi ſalutes?

Aut

Varro. *Graves* appellat Papinius, quod cum ventres ſint, & facti gravidi videantur. *Domit.*

36. *Oxyporum.*] Condimenti genus quod oxygarum appellat etiam Columella. Apitius cimini unciis duabus, gingiberis uncia una, rutæ viridis uncia una, aliis præterea rebus conficit. *Idem.*

37. *Panes.*] *Aphronitri*, id eſt, ſpuma nitri, ἀφρὸς enim ſpuma eſt, & nitrum ſpumam emittit cum ros ceci dit, ut docet Domitius. Sed confer Iſ. Caſaubon. ad Suetou. Neron. c. 20.

38. *Pſythiis ſuis.*] *Pſithias* vites inter Græculas recenſet Columella lib. 3. c. 2. Scribendum v. *Pſithiis*, non *Pſythiis*. *Recoctum* dicit, quia exiguitate acinorum & raritate uvarum, de quibus Columella, coqui & condiri opus habuerit. *Paſſas* tales *uvas* in vino ſuo Pſithio recoqui ſolitas dicit. *Paſſum*, vinum intelligit, uvis ſuis denuo ingeſtis decoctum. Id quomodo fiat, docet Palladius in Octobri, cap. 19. *Barth.*

42. *Uvas ollares.*] In ollis ſervatas, quod fieri docet Columella. *Domit.*

43. *In orbe Cumano.*] In rota figulina. Cumana, nam patinæ Cumanæ fictiles præſtabant, quod & Plin. ſcribit & in Mart. diximus. *Idem.*

44. *Syntheſin.*] Syntheſis & vas fictile ſignificat, & veſtem ſaturnalitiam, de qua ad Martial. diximus. & Tranquillus ſyntheſinatum Neronem inde formavit. Ambiguitate igitur verbi ludit Papinius. nam cum ſyntheſim petiiſſet, quaſi ille offenſus eſſet magnitudine muneris, veſtem intelligens, interpoſuit. *Quid horres?* quaſi dicat, veſtem non peto ſyntheſin, ſed vas fictile, calicem aut cacabum. *Idem.*

48. *Quid ſi cum bene, &c.*] P. Scriver. corrigebat, *illotam*. Sed primo *ferre*, *portare* propria verba ſalutationis. Martial.

Et matutinum portat ineptus ave.

Dein *illatam* dixit pro in domum Plotii Griphi latam. Ut *illato lumine* Ovidius. Sequitur enim *Et tu me vicibus domi ſalutes*. Quanquam & *inferre* interdum ponitur pro afferre, vel in medium ferre. Ut *inferre cauſam* Cæſar lib. 1. de bell. Gall. vid. *Gronov. Diatr. cap.* 45.

51. *Juxta*

Aut cum me dape juveris opima,
Expectes ſimiles & ipſe cœnas!
Iraſcor tibi Griphe: ſed valebis:
Tantum ne mihi quo ſoles lepore,
Et nunc endecaſyllabos remittas.

51. *Juveris.*] Fatetur ingenue pauperiem, ſimulque occulte, quod multum juvetur lauto Plotii convictu. Erant autem nonnulli tam ſuperbi, ut beatos ſe facere cœnipetas hoc genus putarent, ſi eos aliquando exciperent. *Barthius.*

P. PAPINII STATII SYLVARUM

LIBER QUINTUS.

AD ABASCANTIUM.

[1] OMnibus affectibus proſequenda ſunt bona exempla, cum publice proſint. Pietas, quam Priſcillæ tuæ præſtas, & [2] morum tuorum pars eſt, & nulli non conciliare te præcipue marito poteſt. Uxorem enim vivam amare, voluptas eſt, defunctam religio. [3] Ego tamen huic operi non ut unus è turba, nec tantum quaſi officioſus aſſilui, amavit enim uxorem meam Priſcilla, & amando fecit mihi illam probatiorem. poſt hoc ingratus ſim ſi lachrymas tuas tranſeo. Præterea latus omne divinæ domus ſemper demereri pro mea mediocritate connitor. nam qui bona fide deos colit, amat & ſacerdotes, ſed quamvis propiorem nexum amicitiæ tuæ jampridem cuperem, mallem tamen nondum interveniſſe materiam.

1. O*Mnibus affectibus,&c.*] Mutilata eſt epiſtola, & ſupra dimidium vetuſtate amiſſa. Nam cum Sylvarum omnium quæ ſingulis libriscontinentur mentionem facere ſoleat, in hac primæ tantum argumentum legitur. *Domit.* Unde P. Scriver. monet præfationem Abaſcantium non totius lib. v. ſed Primæ eſſe Silvæ.

2. *Morum tuorum pars, nulli.*] Merito hæc olim ſuſpecta mihi fuerunt. Prima Veneta & Salisb. *pars & nulli.* Scribe igitur: *Pietas, quam Priſcillæ tuæ præſtas, & morum tuorum pars eſt, & nulli non conciliare te præcipue marito poteſt.* Exponit cauſas, quibus permotus ſit ad ſcribendum epicedion. Duas hic ponit latius patentes: meretur luctus hic tuus pius celebrari ab omnibus, tanquam teſtimonium morum tuorum; meretur in primis celebrari à bonis maritis. Tacitus lib. 1. hiſtor. *Piſo vultu habituque moris antiqui, & æſtimatione recta ſeverus, deterius interpretantibus triſtior habebatur. Ea pars morum ejus, quo ſuſpectior ſollicitis, adoptanti placebat.* Gronovius.

3. *Ego tamen, &c.*] Scribe ut habet MS. Flor. Rom. Veneta & Cl. Lindenbrog. edit. *non ut unus è turba, nec tantum quaſi officioſus aſſilui.* Dicit enim peculiari & propria cauſa ſe ad lugendum trahi: dolorem ſuum non tantum officium eſſe, aut amico dari, quippe affectum, quo Priſcilla Claudiam perſecuta eſt, quique ſibi Claudiam probatiorem effecerit, à ſe quoque lacrimas mereri & extorquere. *Gronov. Diatr. c. 47.*

I.

ABASCANTII IN PRISCILLAM PIETAS.

SI manus aut ſimiles docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur, impreſſis aurumve animare figuris;
Hinc Priſcilla tuo ſolatia grata marito
Conciperem. namque egregia pietate meretur,
Ut vel Apelleo vultus ſignata colore,
Phidiaca vel nata manu, reddare dolenti.
Sic auferre rogis umbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curaſque fatigat
Artificum, inque omni te quærit amare metallo.
Sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat.
Nos tibi, laudati juvenis rariſſima conjux,
Longa, nec obſcurum finem latura, perenni
Tentamus dare juſta lyra: modo dexter Apollo,
Quique venit juncto mihi ſemper Apolline Cæſar,
Annuat. haud alio melius condere ſepulchro.
Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolori,

Altera

3. *Solatia grata marito.*] *Concipere ſolatia*, mire dixit, pro ἀγαλματοφορεῖν. ut tacite alludat ad etymon ἀγάλματος. Siquidem eſt ἄγαλμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, Res, donum, ſignum quo ſibi quiſque placet: unde pro oblectatione & conſolatione accipitur. Idem ſeq. ſylva,

— *Animo fortes caſtrorum* CONCIPE *curas.*

Corn. Gallus, CONCIPIUNT *geminum flagrantia corda dolorem.* Morellus.

6. *Phidiaca vel nata manu, &c.*] Idem Propertius Apelleæ tabulæ, ſignum Phidiacum ſubjunxit. *Nata* Martial. *Formata cœlo Phidiaco.* Ciceroni, *Generata ſpecies ex ære.* in Carm. de 2. Conſ.

Tum ſpecies ex ære vetus GENERATAQUE *Natta*
Concidit, & Divum ſimulacra peremit.

Reddare.] Picta vel ficta, non ut Alceſtis Orco revocata ab Hercule reddita eſt Admeto dolenti, qui ſtupens ait apud Euripidem,

Ὦ φιλτάτης γυναικὸς ὄμμα καὶ δέμας,
Ἔχω σ' ἀέλπτως οὔποτ' ὄψεσθαι δοκῶν

ut interpretor, *O conjugis chariſſimæ oculi membraque,*

Tu REDDERIS *ſpem præter omnem mihi vire.*

Idem.

15. *Condere ſepulchro.*] Carmina enim omnibus monumentis perenniora. Horat.

Exegi monumentum ære perennius
Regalique ſitu Pyramidum altius.

Barthius.

16. *Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolori.*] Tritum Græcis Heroicum adagium,

Ἀρχῇ

Altera cum volucris Phœbi rota torqueat annum:
Sed cum plaga recens, & adhuc in vulnere primo
Nigra domus queſtu, miſeramque acceſſus ad aurem
Conjugis orbati, tunc flere & ſcindere veſtes,
Et famulos laſſare greges, & vincere planctus,
Fataque, & injuſtos rabidis pulſare querelis
Calieolas, ſolamen erat. licet ipſe levandos
Ad gemitus ſylvis comitatus & amnibus Orpheus
Adſoret, atque omnis pariter matertera vatem,
Omnis Apollineus tegeret Bacchique ſacerdos;
Nil cantus, nil fila, dies pallentis Averni
Eumenidumque audita comis, mulcere valerent:
Tantus in attonito regnabat pectore luctus!
Nunc etiam ad planctus refugit jam plana cicatrix
Dum canimus, gravibuſque oculis uxorius inſtat
Imber. habentne pios etiamnum hæc lumina fletus!
Mira fides! citius genitrix Sipyleïa fertur
Exhauſiſſe genas, citius Titonida mœſti

Deficient

Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον, ἢ τελευτήν
Principiis obſta, &c.
A. Seneca ad Martiam. *Cupiſſem primis temporibus ad iſtam curationem accedere. Lenire medicina fuiſſet. oriens adhuc reſtinguenda mali vis. vehementius contra inveterata pugnandum eſt.* Morell.

22. *Injuſtos.*] Audax veterum impietas & capitalis. Quadrigarius apud Gellium: *Hæc maxime*, inquit, *cernitur deorum iniquitas, quod optimum quemque non ſinunt inter nos perennare.* Is Chriſtianè refellitur à Lipſio lib. 1. de Conſtant. *Croceus.*

28. *Eumenidumque, &c.*] Etiamſi ipſos Eumenidum angues placare poſſent; de *anguibus* primum ab Æſchylo *Eumenidum comis* adjectis, ad Claudianum *Barthius.*

33. *Genitrix Sipyleïa.*] In aliis omnibus codicibus, *genetrix ſipellea* extat confuſo carmine & ſenſu, ut ex hac una obſcuritate multis deinceps carminibus tenebræ oborirentur. Nos *Sipyleïa* emendavimus: ut Nioben intelligas quæ ex Sipylo urbe Mæoniæ fuit verſa in ſaxum ob dolorem amiſſorum filiorum adhuc lacrymas emittens. Cum hac prima mortali concubuit Jupiter, ut refert Diodorus: Semele ultima. *Domit.*

34. *Titonida mœſti.*] De Auroræ Tithoni conjugis luctu ob Memnonem filium ab Achille cæſum, Transformator Met. 13. poëta,

Luctibus eſt intenta ſuis Aurora, piaſque
Nunc quoque dat lacrymas, & toto RORAT in Orbe

Uterque vates leporem quærit in παρονομασίᾳ roris & Auroræ. quaſi ros Eous, Auroræ ſit fletus. Philoſtratus in T b Memnonis, Ἠὼς ἐπὶ τῷ παιδὶ πενθοῦσα, κατηφῆ ποιεῖ τὸν ἥλιον. ex Q. Calabro. l. 2. Paralip.

Ἠὼς δ' ἐστονάχησε καλυψαμένη νεφέεσσι.
Nubibus implicita ingemuit Tithonis opacis. Morellus.

Deficient rores: aut exſiccata fatiſcet
Mater Achilleis hyemes affrangere buſtis.
Macte animi: notat iſta Deus, qui flectit habenas
Orbis, & humanos propior Jove digerit actus,
Mœrentemque videt, lectique arcana miniſtri.
Hinc etiam documenta capit, quod diligis umbram,*
Et colis exequias. hic eſt caſtiſſimus ardor:
Hic amor à Domino meritus cenſore probari.
Nec mirum, ſi vos collato pectore mixtos
Junxit inabrupta Concordia longa catena.
Illa quidem, nuptumque prior, tædaſque marito
Paſſa alio, ſed te ceu virginitate jugatum
Viſceribus totis, animoque amplexa fovebat.
Qualiter æquævo ſociatam palmite vitem
Ulmus amat, miſcetque nemus, ditemque precatur
Autumnum, & caris gaudet redimita racemis.
Laudentur proavis, ſeu pulchræ munere formæ,
Quæ morum caruere bonis, falſoque potentes

Lau-

36. *Mater Achilleis, &c.*] Hiemes pro undis maris, ut ſæpe alibi: has verò Thetis filii buſto affricabat, quippe Nereis ſalis æquore madida, ut de Venere anadyomene canit Auſonius. *Cruceus.*

37. *Macte animi.*] Quaſi diceret cum Pedone Albin. ad Liv.

Et quiſquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quiſquam lacrymas temperat ore tuas?

Morellus.

45. *Nuptumque prior.*] Nuptum in accuſandi caſu pro nuptiis poſuit. Prior, inquit, nuptias paſſa eſt Priſcilla, alteri enim marito juncta fuerat, poſt cujus exceſſum nupſit Abaſcantio. Nubere non modo feminæ dicuntur, ſed & viri. Juven. Sat. 2.

— *Quid quæris? nubit amicus.*

Cruceus.

51. *Laudentur proavis.*] Et hi verſus mendis impediti inexplicabiles erant. nam ubi ſcribendum eſt *laudentur proavis*, legebatur *laudentur proavi.* nos ita caſtigavimus, ut dicat: aliæ quæ carent laudibus animi, laudentur à bonis corporis & fortunæ, ut à nobilitate majorum aut à forma. tu verò Priſcilla laudaberis à me à moribus & bonis animi, quæ una vera laus eſt: *Domit.*

52. *Falſoque potentes.*] Ariſtoteles in Politicis, l. IV. cap. IIX. σχεδὸν παρὰ τοῖς πλείστοις οἱ εὔποροι τῶν καλῶν κἀγαθῶν δοκοῦσι κατέχειν χώραν. Horatius 1. Epiſtol. 1.

Hos ſolos ajunt ſapere & bene vivere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

Quare non incommode Q. Ennius *opulentos* interpretatur, quos Euripides dixit δοκοῦντας. *Potentes, Nobiles, probatos:* tametſi A. Gellio l. XI. c. IV. non videatur ſatisfacere ſententiæ Euripidis. *Falſo*, quia potens, κρατῶν, δοκῶν, nobilis, εὐγενὴς. nemo vere eſt, à quo virtus abſit. *Morellus.*

58. *Fra-*

Laudis egent vera. tibi quanquam, & origo niteret,
Et felix ſpecies, multumque optanda maritis,
Ex te major honos. unum noviſſe cubile,
Unum ſecretis agitare ſub oſſibus ignem.
Illum nec Phrygius vitiaſſet raptor amorem,
Dulichiive proci, nec qui fraternus adulter
Caſta Mycenæo connubia polluit auro.
Si Babylonis opes, Lydæ ſi pondera gazæ,
Indorumque dares, Serumque, Arabumque potentes
Divitias, mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori, vitamque impendere famæ.
Nec frons triſte rigens, nimiuſque in moribus horror:
Sed ſimplex, hilariſque fides, & mixta pudori
Gratia. quod ſi anceps metus ad majora vocaſſet,
Illa vel armiferas pro conjuge læta catervas,
Fulmineoſque ignes, mediique pericula ponti,
Exciperet: melius, quod non adverſa probarunt,
Quæ tibi cura tori, quantus pro conjuge pallor.
Sed meliore via, dextros tua vota marito
Promeruere Deos, dum nocte dieque fatigas
Numina, dum cunctis ſupplex advolveris aris,
Et mitem Genium domini præſentis adoras.
Audita es: venitque gradu fortuna benigno.

Vidit

58. *Fraternus adulter.*] Nota hiſtoria ex tragœdia: nam Thyeſtes Meropem Atrei fratris uxorem precio corruptam compreſſit, ſuſcepitque eo concubitu Tantalum quem ſibi appoſuit Atreus. *Domitius.* Vide Fabulam apud Higinum cap. 258. *Dulichii proci.*] Penelopes.

63. *Vitam impendere famæ.*] Hoc monent Socraticæ chartæ, & Satyra:

Summum crede nefas, ANIMAM *præferre* PUDORI:
Et propter vitam, vivendi perdere cauſas. Morellus.

Vide & Marquard. Freher. l. de fama cap. 209.

69. *Melius.*] Dii, inquit, melius fecerunt quod non in adverſis, ſed in ſecundis fidem tuam in virum probaſti. *Domit.*

73. *Advolveris aris.*] Plurimi jam iſtam advolutionem tam ad aras, quam ad limina & januas templorum, pro caris hominibus adnotarunt. Vide nos ad Claud. & Comm. Joh. Paſſerat. ad Prop. lib. 3. Eleg. 17. *Genium Domini.*] De Genio dominorum Imperatorum vid. not. Deſid. Heraldi ad Tertulliani Apolog. cap. 29. Paſſerat. ad Propert. l. 4. Eleg. 9. Cæſar. Bulinger. lib. 1. de imperatore c. 6. Nos ad Rutil. Numatianum lib. 1. Itiner. ℣ſ. 327. *Barth.*

 78. *Digna*

Vidit quippe pii juvenis, raramque quietem,
Intactamque fidem, ſuccinctaque pectora curis,
Et vigiles ſenſus, & digna evolvere tantas
Sobria corda vices. vidit qui cuncta ſuorum
Novit, & inſpectis ambit latus omne miniſtris.
Nec mirum: videt ille ortus, obituſque. quid Arctos,
Quid Boreas hibernus agat, ferrique togæque
Conſilia, atque ipſam mentem probat. ille ſubactis
Molem immenſam humeris, & vix tractabile pondus
Impoſuit (nec enim numeroſior altera ſacra
Cura domo) magnum late dimitere in orbem
Romulei mandata Ducis, vireſque, modoſque,
Imperii tractare manu. quæ laurus ab Arcto,
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Iſtri,
Quid Rheni vexilla ferant: quantum ultimus orbis
Ceſſerit, & refluo circumſona gurgite Thule,

Omnia

78. *Digna evolvere.*] Catull. in Coma.
Non ſi me infeſtis diſcerpant ſidera dictis,
Condita quin veri pectoris EVOLVAM.
Tibull. l. 1. El. 9 *Atque operum varias diſpoſuiſſe vices. Vices,* διαδοχὴ πραγμάτων in clauſula epiſt. Philippi Macedonis ad Ariſtot. de Alexandri natali. Ἐλπίζω αὐτὸν ὑπό σου τραφέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς. Agellius, lib. 9. c. 3. *Spero fore ut eductus eruditusque abs te dignus exiſtat & nobis, & rerum iſtarum ſuſceptione.* manuſcr. noſter. *Succeſſione.* *Sobria corda.*] Πινύτας φρένας· Σώφρονος καὶ σωφρονοῦντος notatio ab Ariſtotele tradita l. VI. Moral. ad Nic. παρὰ τὸ σώζειν τὴν φρόνησιν, *Sobriis cordibus* congruit. *Morellus.*

83. *Jubatis humeris.*] Fortiſſimis, à jubatis leonibus epitheton. nam leonum generoſitas juba ſpectatur, ut ait Plinius. Primuſque Sylla centum jubatorum pugnam edidit in prætura. *Domit.*

87. *Romulei mandata ducis.* Ne Pitho quidem mihi perſuadeat officium magiſtri epiſtolarum hic deſcribi, tametſi fuit magnæ dignationis, ſed amplius quoddam munus & cura numeroſior ut verbis poëtæ utar, haud dubie exprimitur, cujus nomen exquirendum eſt. Hoc autem duplex, Antiquum & novum, Antiquum nomen Cura annuli. Colligo ex Juſtino in extremo lib. 43. ſcribente Trogum fuiſſe ſub C. Cæſare magiſtrum epiſtolarum, & legationum, & habuiſſe annuli curam: quas dignitates videtur Statius Abaſcantio item tribuere. Novum autem illius officii nomen eſt Cancellarius Latinis, Græcis logotheta, nam hæc duo non diſtinguit Nicetas lib. 7. de rebus Man. *Cruceus.*

89. *Binominis Iſtri.*] Eodem epitheto uſus Silius nam Iſter ex monte Arnobe in Germania ortus immenſo aquarum auctu per multas regiones defertur, appellaturque Danubius: cum Iſtriam attingit, Iſter dicitur, ſexaginta amnibus receptis ſeptem oſtiis in mare erumpit: ut Ephorus tradit, quinque tantum. *Domitius*

91 *E gurgite refluo.*] Nam Oceanus Britannicus refluus eſt. & reciprocat æſtu, atque (ut ait Maſſilienſis) octogenis

Omnia nam lætas pila attollentia frondes,
Nullaque famoſa ſignatur lancea penna.
Præterea fidos dominus ſi dividat enſes,
Pandere quis centum valeat frenare maniplos
Intermiſſus eques: quis præcepiſſe cohorti:
Quem deceat clari præſtantior ordo tribuni:
Quiſnam frenigeræ ſignum dare dignior alæ.
Mille etiam prænoſſe vices: an merſerit agros
Nilus, an imbrifero Libye ſudaverit Auſtro.
Cunctaque ſi numerem, non plura interprete virga
Nun-

genis cubitis ſupraBritanniam Oceanus intumeſcit. *Idem.*

92. *Omnia nam lætas, &c.*] Extra ordinem laudanda eſt inſignis hæc conjectura CL. Salmaſii, qui deplorato loco ipſam ſanitatem reddidit. Res lætas & bene geſtas nuntiaturi non ſolum cum tabellis laureatis, ſed etiam ſummis haſtis lauro veſtitis veniebant: ex contrario, qui res turbidas & improſperas aut novos motus in provinciis excitatos aut bellum nuntiabant, rei triſtis indicium pinnis in ſummo haſtarum lancearumve fixis præferebant. Vetus interpres Juvenalis ad illum locum Sat. IV.

tanquam è diverſi partibus orbis
Anxia præcipiti veniſſet epiſtola pinna.

antea, inquit, *ſi quid nuntiabant Conſules in urbem, per epiſtolas nuntiabant: ſi victoriæ nuntiabantur, laurus in epiſtola figebatur: ſi autem aliquid adverſi, pinna figebatur.* Gronov. Diatr. c. 47.

94. *Præterea.*] Eſt præterea (inquit) cura Abaſcantii pandere, & monere Imperatorem cum ordines militares diſtribuit, quis ſit idoneus centurio, quis idoneus præfectus cohortis aut tribunus militum, aut equitum magiſter. *Domit.*

95. *Pandere quis centum.*] Nihil ineptius interpretibus, qui centurionem, præfectum cohortis, tribunum & magiſtrum equitum deſcribi putant. Quis enim centurionem *equitem* dixit, utcunque equos in agmine haberent. Quis dein centurionem ductorem *centuplum manipulorum*? Interim cum ipſe quoque hærerem, conſului τὸν ὑπέρμαχον Salmaſium, qui me nunquam niſi aliquid doctum à ſe dimiſit. Is tum ſtatim reſpondebat mihi de equitum legionariorum præfecto primum, de alariorum ultimum verſum intelligendum eſſe. Sed manebat in vocibus difficultas. Poſtero die cum ad eum reviſiſſem, eandem fere conjecturam utrique in mentem veniſſe deprehendi. Scribe: *quis centum valeat frenare maniplis Intermiſſus eques.* vel, *intermixtus. Frenare centum eques* eſt centum equites ducere. Vide Veget. l. 2. c. 1. & 6. Hanc militarem dignitatem deſignat Statius. *Qui centum equos frenabat intermixtus maniplis*, h.e. qui centum equitibus præerat in cohorte milliaria. *Eques* tamen manere poteſt, ut ſit hypallage, *frenat centum eques* pro equites. Ut enim præfectus meret equo, ita etiam turmæ. Vid. *Gronov. Diatrib. cap.* 47.

97. *Præſtantior ordo*] Duo genera tribunorum in legione: quidam laticlavii, alii anguſticlavii. De priori genere hic Statius, & lapidum veterum inſcriptiones. De poſteriori Suetonius in Othone, ubi vocat Suetonium Lenem, tertiæ decimæ legionis tribunum anguſticlavium. Turneb. lib. 1. adverſ. & Lipſ. 2. de militia dial. 9. *Cruceus.*

101. *Non plura interprete.*] Abaſcantium ob numeroſas vel innumeras in ſa-

Nuntiat è celſis ales Tegeaticus aſtris;
Quæque cadit liquidas Junonia virgo per auras,
Et picturato pluvium ligat aëra gyro.
Quæque tuas laurus volucri, Germanice, curſu
Fama vehit prægreſſa diem, tardumque ſub aſtris
Arcada, & in medio linquit Thaumantida cœlo.
Qualem te Superi, Priſcilla, hominesque benigno
Aſpexere die! cum primum ingentibus actis
Admotus conjux? viciſti gaudia cœnæ
Ipſius, effuſo dum pectore prona ſacratos
Ante pedes avide, domini tam magna merentis
Volveris. Aonio non ſic in vertice gaudet,
Quem pater arcani præfecit hiatibus antri

De-

cra Auguſtaque domo curas, confert Mercurio, qui ab Homero celebratur δῖος υἷος διάκτορος. Jovis internuncius interpreſque Deorum, & χρυσόῤῥαπις, ἔχων ῥάβδον μετὰ χερσὶ καλὴν χρυσείην: *Virga levem coërcens Aurea turbam.* Morellus.

105. *Quæque tuas laurus.*] Nam cum Domitianus L. Antonium bellum moventem in ſuperiore Germania oppreſſiſſet, ipſo quo dimicatum eſt die ſtatuam Imperatoris Romæ aquila circumplexa pennis clangores lætiſſimos edidit. Pauloque poſt rumore quodam adeo vulgatum eſt, Antonium occiſum eſſe, ut plerique caput ejus apportatum quoque contenderent. Hæc inquit Papinius: Fama quæ ſolet eſſe nuncia rerum Domitiani, non velocius nunciat res novas ex toto orbe quam Abaſcantius. *Domit.* *Curſu.*] Malim *curru*, quod vulgatum eſt. De *curru Famæ* alibi, & ſic doctiſſimus olim amicus noſter Marquardus Freherus lib. 1. de fama cap. 4. Intelligit vero hic veram rem Papinius, eique hunc locum recte jam ante nos adaptavit præſtantiſſimus Caſaub. ad Sueton. p 310. *Barthius.*

110. *Viciſti gaudia, &c.*] Stupenda ſupinitas Bernartii, qui hic notat: ritu Romano. Juvenalis: *gremio jacuit nova nupta mariti.* Apulejus: *Accumbebat ſummum torum maritus Pſychen ſuam gremio ſuo complexus.* Statiu narrat, quo die Abaſcantius in domum imperatoriam adſcitus magnoſque honores adeptus eſſet, epulo celebrato, Priſcillam Cæſaris genibus advolutam ei gratias pro marito egiſſe. Bernartius obſervat ſponſas nuptiali cœna in gremio mariti jacuiſſe. Par σύζυγοις ad illud in Epithal. Stellæ: *& noſtra poterat conſidere concha.* Pertinet huc, inquit, illud Horatii: *ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta ſecet mare* Hæc indicâſſe ſufficit. *Gron. Diatr. cap.* 47.

113. *Vertice Aonio.*] Parnaſſi. Nam Aones populi eum tenuerunt, ut ſcribit Strab. Non ſic non ſic (inquit) lætari ſolet is qui princeps ſacerdotum deligitur vel à Phœbo vel à Baccho, ut Abaſcantius gaviſus eſt eo munere ab Imperatore ſibi delegato. *Domit.*

114. *Quem pater arcani præfecit.*] De oraculi Delphici præfecto intellige. Nam *arcanos antri hiatus*, hic appellat locum cui Pythoniſſa vaticinans inſidebat, & ſpiritum fatidicum nudato ventre hauriebat, unde etiam *Ventriloqua* dicta fuit. Iſidorus in Gloſſis: *Ventriloqui, præcantatores.* Quocirca errat eruditus juvenis, qui nuper apud Iſidorum

craſa

Delius, aut primi cui jus venerabile thyrſi
Bacchus, & attonitæ tribuit vexilla catervæ.
Nec tamen hic mutata quies, probitaſve ſecundis
Intumuit: tenor idem animo, moreſque modeſti
Fortuna creſcente manent. fovet anxia curas
Conjugis, hortaturque ſimul, flectitque labores.
Ipſa dapes modicas; & ſobria pocula tradit,
Exemplumque ad herile monet. velut Appula conjux
Agricolæ parci: vel ſole infecta Sabino
Quæ videt emeriti jam proſpectantibus aſtris
Tempus adeſſe viri, propere menſaſque toroſque
Inſtruit, expectatque ſonum redeuntis aratri.
Parva loquor: tecum gelidas comes illa per Arctos,
Sarmaticaſque hyemes, Iſtrumque, & pallida Rheni
Frigora, tecum omnis animo durata per æſtus,
Et ſi caſtra darent, vellet geſtare pharetras,

Vellet

eraſa littera, *Ventiloqui*, quaſi à *ventis* dicti ſint, ſubſtituere conatus eſt. Nam *Ventriloqui* Græcis ſunt ἐγγαστριμάντεις & ἐγγαστρίμυθοι, qui ſcilicet, ut dixi, ventre aperto, vaticinandi vim recipiebant. *Gevartius.*

115. *Cui jus venerabile.*] Id eſt, cui Bacchus tribuit jus & principatum ſuorum ſacerdotum. nam antea in omnibus codicibus ita legebatur, *primi cujus venerabile thyrſi.* ſed ut puto cuivis legendum eſt eo ſenſu quem explicavimus. *Domit.*

116. *Attonitæ catervæ.*] Ebriæ & Bacchi numine afflatæ. *mutata quies*, ſic vocat virtuti addictum & tranquillum animum, vid. *Barth. Adverſ.* l.96.

121. *Ipſa dapes modicas &c.*] De Domit. Ὀλιγοδειπνίᾳ, ξηροφαγίᾳ ἐν μεταδείπνοις, ſine arte cœna, & modica in ampulla potiuncula, Suetonius cap. 22. Flaccus ad Piſ. de Chori officio.

Ille dapes laudet menſæ brevis.

Claud. *Juventis utêre cibis.* B. Ambroſ. Serm. in fer. II. poſt *Dom.* 2. quadr. *fames amica virginitatis eſt, inimica laſciviæ: ſaturitas caſtitatem prodigit, nutrit illecebras. Exemplum herile.*] Principis παράδειγμα, quanti ſit ponderis ad cenſuram morum, apud εὐζήλους, non Διονυσοκόλακας κακοζήλους, Diodorus Sic. l. XIV. rite declarat. Et Tiberius Nero in literis ad Senatum de coërcitione profuſarum cupedinum, apud Tacitum l. III. Ann. & Claudian. de IV. Conſ. Hon. *Herile.*] ἀρχικὸν, βασιλικὸν, δεσποτικόν. Ariſtot. I. Politic. *Herus*, quaſi ἥρως ἢ ἔρος, de quo dici poteſt,

— Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.

Morellus.

127. *Per Arctos, &c.*] De expeditione quam Domitianus neceſſario ſuſcepit in Sarmatas, legione cum legato ſimul cæſa: utque de iis lauream modo Capitolino Jovi retulerit, Sueton. c. VI. De iiſdem Dionyſ. Afer. ỷſ.653.

--- Ἔθνεα Σαυροματάων
Ἔνθεν Ἐνυαλίου γένος Ἄρεος.

Idem.

130. *Si caſtra darent.*] Si lex militiæ permitteret: Nam non licebat mulieri caſtra ingredi, Inde illa indignatio

P 5 Vir-

Vellet Amazonia latus intercludere pelta
Dum te pulverea bellorum in nube videret
Caſarei prope fulmen equi, divinaque tela
Vibrantem, & magnæ ſparſum ſudoribus haſtæ.
Hactenus alma chelys: tempus nunc ponere frondes
Phœbe tuas, mœſtaque comam damnare cupreſſo.
Quis nam impacata conſanguinitate ligavit
Fortunam Invidiamque Deus? quis juſſit iniquas
Æternum bellare deas? nullamne notavit
Illa domum, torvo quam non hæc lumine figat
Protinus, & ſæva perturbet gaudia dextra?
Florebant hilares, inconcuſſique penates.
Nil mœſtum: quid enim, quamvis infida, leviſque
Cæſare tam dextro poſſet Fortuna timeri?
Invenere viam liventia Fata, piumque
Intravit vis ſæva larem: ſic plena maligno
Afflantur vineta Noto: ſic alta ſeneſcit
Imbre ſeges nimio: rapidæ ſic obvia puppi

Invi-

Virgiliana: *ſequiturque nefas Ægyptia conjunx.* Idem innuit Propertius: & Titus Mutius damnatus eſt quoniam uxor Calviſii mala cupidine viſendi ſitum caſtrorum habitu militari ingreſſa eſt, ſtuprumque cum eo commiſit. *Domit.*

131. *Latus intercludere.*] Id eſt, tueri objectu ſui corporis & armorum. De *Amazonibus* & earum *peltis* omnia ſunt nota, vide Xenoph. paſſim. Ælianus, ἡ πέλτη μικρός τι ἀσπίδιον καὶ κοῦφη, *Pelta clypeolus levis, ut parmula.*

134. *Sudoribus haſtæ.*] Quam & ipſam geſtabat Abaſcantius. Vel certe proximus aderat eam geſtanti Cæſari. Illud potius puto. Magnam autem dicit, ne qua in parte Heroibus priſcis minorem eum efferret. Ita in Theb. XII. *Quercum Marathonida* Theſeo tradit, cujus etiam umbram non tulerunt in acie hoſtes. Ita de *Achillis haſta* turres quatiente, Horat. *Bart.*

136. *Mœſta.*] Nunc eſt tempus ſumere ſerta comis meis ex cupreſſo. *Damnata.*] Quæ dicata eſt Plutoni, cum ſim temperaturus carmen funebre & Plutonium. Plinius: Cupreſſus Diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita. *Domit.*

140. *Torvo quam non, &c.*] *Hæc Invidia*, quam domum & familiam *lumine torvo*, truci obtutu, acutis oculis non *figat*, penetret, deſignet ad ruinam? Huic βλοσυρώπιδι, apud μεταμορφωτὴν,

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto:
Nuſquam recta acies.
ὑπόδρα ἰδὼν.

Homerice. A Luciano in Calumniæ tab. φθόνος pingitur ὠχρὸς καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δὲ δεδορκὼς καὶ ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. *Morell.*

141. *Sæva dextra.*] Funeſta. φθονερᾷ, φονικῇ. quia φθόνος φόνον gignit. *Perturbet gaudia.* quippe cujus

— *livent rubigine dentes, &c.*

Idem.

149. *Adm-*

Invidet, & velis adnubilat aura ſecundis.
Carpitur eximium fato Priſcilla decorem:
Qualiter alta comam ſilvarum gloria pinus
Seu Jovis igne malo, ſeu jam radice ſoluta
Deficit, & nulli ſpoliata remurmurat auræ.
Quid probitas, aut caſta fides? quid numina proſunt
Culta Deum? furvæ miſeram circum undique leti
Vallavere plagæ. tenuantur dura ſororum
Licia, & exacti ſupereſt pars ultima fili.
Nil famuli cœtus, nil ars operoſa medentum
Auxiliata malis. comites tamen undique ficto
Spem ſimulant vultu: flentem notat illa maritum.
Ille modo infernæ nequicquam flumina Lethes
Incorrupta rogat: nunc anxius omnibus aris
Illachrymat, ſignatque fores, & pectore terget
Limina. nunc magni vocat exorabile numen
Cæſaris. Heu durus Fati tenor! eſt ne quod illi
Non liceat? quantæ poterant mortalibus annis
Acceſſiſſe moræ, ſi tu pater omne teneres
Arbitrium? cœco gemeret Mors clauſa barathro,
Longius & vacuæ poſuiſſent ſtamina Parcæ.
Jamque cadunt vultus, oculiſque noviſſimus error,
Obtuſæque aures, niſi cum vox ſola mariti
Noſcitur. illum unum media de morte reverſa
Mens videt: illum ægris circumdat fortiter ulnis

Immo-

149. *Adnubilat.*] Nubila velis objicit. Vera eſt hæc utique lectio, & elegans, & Papinio digna: Itaque recte defenſa & nobis alibi & Joh. Gebhardo Curat. Juven. lib. 1. c. 8. contra Joh. Meurſium, qui *adjubilat* reponendum imaginatus eſt lib. 3. Miſcell. cap. 14. *Barthius.*

163. *Et pectore terget limina.*] Interpretatur hæc vir doctus ad Martial. de votis, quæ in templorum poſtibus affignarentur. Sed exegeſis eſt, & unum dicunt hæc duo *ſignare fores & limina tergere.* lib. 9. Theb. *pictaſque fores & frigida vultu Saxa terunt.* Gronovius in Diatribe.

168. *Clauſa barathro.*] Ubi iſtud βαρέθρον; an juxta tumulum, in ſanguineo cavo? ibi enim Hercules Euripidis mortem excipere inſidiis tentat; ut Alceſtin eripiat. *Morellus.*

170. *Noviſſimus horror.*] MSC. Senenſis, *error*, habet, idque cum judicio probatum Eu. Swartio, erudito viro in Analectis. Virg. de Did. *oculiſque errantibus alto Quæſivit cœlo lucem* Stat. *ille oculis extremo errore ſolutis Labitur.* Vid. *Gronov. Diatr. c. 47.*

174. *Immo-*

Immotas obverſa genas, nec ſole ſupremo
Lumina, ſed dulci mavult ſatiare marito.
Tunc ſic unanimum moriens ſolatur amantem:
Pars animæ victura meæ, cui linquere poſſim,
O utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos!
Parce precor lachrymis, ſævo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem conjugis umbram.
Linquo equidem thalamos (ſalvo tamen ordine) mœſtos,
Quod prior exegi longa potiora ſenecta
Tempora. vidi omni te pridem in flore nitentem,
Vidi altæ propius, propiuſque accedere dextræ.
Non in te fatis, non jam cœleſtibus ullis
Arbitrium, mecum iſta fero. tu limite cœpto
Tende libens. Sacrumque latus, Geniumque potentem
Irrequietus ama. nunc, quod cupis ipſe juberi,

Da

174. *Immotas obverſa genas.*] Rigidis genis, & pendulis malis. Perſ. *diffutis undique malis.* Tibullus *Genas percíſas* tribuit Manibus. Idem Hippocrat de labiis ſolutis, pendentibus, rigidis. θανατώδης δὲ καὶ χείλεα ἀπολυόμενα καὶ κρεμάμενα καὶ ψυχρὰ καὶ ἔκλευκα. *Morellus.*

181. *Salvo ordine.*] Scilicet naturæ. Nam cum eſſem ſenior, debui mori ante te. *Domit.*

182. *Potiora longa ſenecta.*] Nam vidi plura & lætiora quam quævis aliæ quæ ad extremam ſenectam perveniſſent. *Idem.*

184. *Vidi altæ propius.*] Cognovi te in dies gratiorem chărioremque Imperatori eſſe, & majore apud eum gratia pollere. *Alta dextra.* Majeſtas Imperat. ὑψίχειρ· ut *Longæ manus*, Naſoni,

An neſcis LONGAS *Regibus eſſe* MANUS?

Hac vero χειροκρατίας non ſemper ſignificatur χειροδίκας, ut apud Heſiod. & Ovid.

— *cui rigido jus dicitur enſe.*

ſed etiam ἀατος καὶ χειροδίκαιος. Euſtath. ὁ ἀπὸ τῶν χειρῶν οἷον φέρων τὸ δίκαιον, *cui juſta potenſque manus.* mox, *genius potens.* Morellus.

185. *Non in te fatis, &c.*] Nulla jam tibi fata, nulli Dii, nulla nocebit invidia, conſumtæ enim omnium eorum vires ſunt in hac tanta plaga, quam tibi per interitum meum intulerunt. Ego omnia infortunia tua mecum aufero. Ita recte interpretamur cum Gevartio, apud quem vide hæc latius lib. 3. Elect. p. 115. *Barthius.*

188. *Nunc quod cupis ipſe videri, &c.*] Verba ex teſtamento Priſcillæ ſunt, fidei mariti committentis, ut ſtatuam Cæſaris in Capitolio collocandam curaret, ex auri pondo centum. adulatio Cæſarum ævo frequentiſſima. Lapis vetus in Hiſpaniis:

PIETATI. AVG.
L. LVCRETIVS. FVLVIANVS. FLAMEN
COL. IMMVNIVM. PROVINTIAE
BAETIC. PONTIF. PERPETVVS.
DOMVS. AVG. T. P. I. EX. ARG. P.

Meminere etiam frequenter Juriſconſulti noſtri. ab hac mente igitur Papinius, ſed peſſime ab imperitis acceptus, uti quilibet perſpicit, niſi qui parum ſapiat, aut videat. tu viros doctos audi (quibus ſuffragatur vetus) reſcribentes: *& quod cupis ipſe juberi.* Bernart.

202. *Con-*

Da Capitolinis æternum ſedibus aurum,
Quo niteat ſacri centeno pondere vultus
Cæſaris, & propria ſignet cultricis amorem.
Sic ego, nec Furias, nec deteriora videbo
Tartara, & Elyſias felix admittar ad oras.
Hæc dicit labens, ſocioſque amplectitur artus.
Hærentemque animam non triſtis in ora mariti
Tranſtulit, & cara preſſit ſua lumina dextra.
At juvenis magno flammatus pectora luctu,
Nunc implet ſævo viduos clamore penates:
Nunc ferrum laxare cupit: nunc ardua tendit
In loca: vix retinent comites, nunc ore ligato
Incubat amiſſæ, merſumque in corde dolorem
Sævus agit. qualis conſpecta conjuge ſegnis
Odryſius vates poſitis ad Strymona plectris
Obſtupuit, triſtemque rogum ſine carmine flevit.
Ille etiam certe rupiſſet tempora vitæ,
Ne tu Tartareum Chaos incomitata ſubires:
Sed prohibet mens fida Duci, mirandaque ſacris
Imperiis, & major amor. Quis carmine digno
Exſequias, & dona malæ feralia pompæ
Perlegat? omne illic ſtipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumque fluit, floreſque Sabæi,
Indorumque arſura ſeges, prærepta que templis
Thura, Palæſtinis ſimul Hebraique liquores,

Cory-

202. *Conjuge.*] Eurydice, Orphei uxor. nota fabula. Fuit item Eurydice Clymeni filia uxor Neſtoris, quæ ei peperit ſeptem filios & unicam filiam. Denique Eurydice, de qua hæc Pherecydes ſcribit, Ἀκρίσιος γαμεῖ Εὐρυδίκην τὴν Λακεδαίμονος· τῷ δὲ γίνεται Δανάη χρωμένῳ περὶ ἄρσενος παιδὸς, ἔχρησεν ὁ θεὸς, &c. Et Eurydice mater Hæmonis, qui ad tumulum Antigones ſe necavit, ut ſcribit Apollodorus. *Domit.*

205. *Ille etiam certe, &c.*] Scribendum, *certa*, id eſt haud ambiguæ. Alludit fabulam Admeti & Alceſtidis. Nempe cum non dubium eſſet, utrum ipſi, an uxori vita deſerenda eſſet. Sic Mart.

Tu melius certæ meruiſti pignore vitæ
Ut tibi non eſſet morte probandus amor.

Gron. Diatr.

213. *Palæſtini, &c.*] Bis peccat hic Gevartius. Primo dum Palæſtinos & Hebræos liquores pro eodem uſurpari putat, nempe pro balſamo, qui tamen niſi apud Statium diſtinguuntur, inanis repetitio admittatur neceſſe eſt. Itaque Palæſtinos liquores, interpretor Syriacos, puta manna, quem rorem Syriacum

Coryciaque coma, Cynarejaque germina: & altis
Ipſa toris Serum, Tyrioque umbrata recumbit
Tegmine, ſed toto ſpectatur in agmine conjux
Solus: in hunc magnæ flectuntur lumina Romæ,
Ceu juvenes natos ſuprema ad buſta ferentem,
Is dolor in vultu: tantum crineſque, genæque
Noctis habent. illam tranquillo fine ſolutam,
Felicemque vocant, lachrymas fudere marito.
Eſt locus ante urbem, qua primum naſcitur ingens
Appia; quaque Italo gemitus Almone Cybelle
Ponit,

cum vocari obſervavit Petrus Crinitus, & Brodæus in Miſcell. Palæſtina autem Syria olim dicta Plin. lib. 5. cap. 12. & hinc Palæſtinus Syrus Tibullo dicitur lib. 1. Hebræos verò liquores expono balſamum, quod Hebræis Judæiſque peculiare, teſte Plin. lib 12. cap. 5. & id gratulor veniſſe in mentem Gevartio. Syrios odores ad funera adhibitos teſtis Propertius Eleg. 13 lib. 2. Nec modo manna ſed & malobathrum per Palæſtinos liquores licebit exponere, qui frutex in Syria naſcitur: ex eo unguenta fieri odorata, præter Horatium teſtis Dioſcorides cap. 11. lib 1. & Plin l. 12. cap. 26. Apium eſt ſervandis cadaveribus, cum ſit calidum & ſiccum, ut inquit Avicenna. *Cruc. Palæſtini*] Lege: *Palæſtinis ſimul Hebraique liquores.* Uſu particulæ, quo Tacit. 6. ann. *Appius Silanus Scauro Mamerco ſimul ac Sabino Calviſio.* Lib. 3. an. *& quindecimviris ſeptemviris ſimul.* Et ſic Saliſb. primaque Veneta. Sequenti verſu lege & diſtingue: *Cinyreaque germina. At altis Ipſa toris.* Gronov.

214. *Coryciæque comæ.*] *Corycus*, urbs Ciliſſa, ubi *ſpica ciliſſa* frequens. ut Crocus vocatur ab Amerino poëta, lib. IV.

Terque lavet noſtras SPICA CILISSA *comas.*

& à Peligno I. Faſt.

Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et ſonet accenſis SPICA CILISSA *focis.*

Cynarea germina. κακογεφία. Scribendum, *Cinyreia*: vel *Cinareia*, ſi laudetur Lat. mutatio τ̃ Υ ψιλῦ in A. quomodo calx fit à κύλιξ de quo monuimus in hunc verſ. ex horto Columellæ, l. x. ϛί 172.

Et lacrymas imitata tuas Cinyreia virgo.

De Myrrhæ inceſtu cum patre Cinyra, vel Thoante, Aſſyriorum Rege, ejuſque in arborem μεταμορφώσει. Apollodorus l. III. κατακτείναντες αὐτὴν εἰς δένδρον μετήλλαξαν, ὃ καλοῦσι Σμύρναν Morellus.

220. *Illam tranquillo, &c.*] Sic Flor. Rom. Venet. Cod. Conſpecta mariti pietate, defunctam quidem lugendam non arbitrati ſunt, quæ felix & ſic plorata marito. Eam ergo felicem vocabant, atque optato fine ad quietem perveniſſe ei gratulabantur: in mariti tamen gratiam luxere, ſed ipſum: ejus vicem doluerunt, qui tam beata conjuge viduatus eſſet, non defunctæ. Seneca ad Polybium: *non recuſo quicquid lacrimarum fortuna mea ſuperfuit, tuæ fundere.* Ita enim legendum ex opt. Codd. MSSC *Gronov. Diatr. c. 47.*

223. *Ponit gemitus.*] Nam ſacerdotes Cybeles geſtantes deæ ſtatuam, & glad.antes inter ſe furore, ad Almonem uſque fluvium progrediebantur extra portam Capenam, ita repræſentantes deæ luctum cum flevit Atyn: illicque lotis cultris & depoſito furore ad templum redibant. Deponit igitur illic gemitus Cybele, quoniam ejus ſacerdotes

Ponit, & Idæos jam non reminiſcitur amnes.
Hic te Sidonio velatam molliter oſtro
Eximius conjux (nec enim fumantia buſta
Clamoremque rogi potuit perferre) beato
Compoſuit, Priſcilla, toro. nil longior ætas
Carpere, nil ævi poterunt vitiare labores
Siccatam membris. tantas venerabile marmor
Sepit opes mox in varias mutata novaris
Effigies: hoc ære Ceres, hoc lucida Gnoſſis.
Illo Maja tholo, Venus hoc non improba ſaxo.
Accipiunt vultus, haud indignata, decoros
Numina. circumſtant famuli, conſuetaque turba
Obſequiis, tum rite tori, menſæque parantur

Aſſi-

tes cum illuc pervenerunt, lachrymas & furorem ponunt. *Domit.*

227. *Ardoremque Rogi.*] An quia *ardor* perſtringit oculos qui augent dolorem? Atqui *odor alienus* & *nidor* nares ferit, & opplet, ait Varro.l.3. de re ruſt. c. 4. An igitur palato doctorum ſapiet τὸ *Nidoremque rogi.* Morellus. *Ardoremque rogi.*] MSC. Flor. Rom. Venetaque edd. *Clamoremque rogi*, quod pulcherrimum eſt, ipſiuſque Papinii. Nec aliud eſt, quam quod Virg notat: *mœſta ſupremum voce ciemus.* Gronov. Diatr. *Beato compoſuit.*] Beatus eſt dives. Componi mortui dicuntur, tum in feretro ſeu lecto funebri collocantur. Horat. Sat. 9. lib. 1.

Omnes compoſui felices, nunc ego reſto.

Et quoniam cadaver ita diſponebatur, ut pedes ejus januam, qua efferendum erat, ſpectarent, ideo Scaliger in Feſtum, & Lipſius 1. Elect. componere apud Perſium explicant collocare & in janua ponere mortuum pedibus in publicum converſis, quod Græci ἐκτίθεσθαι vocant. Sed profecto illius verbi ſignificatio ſimplicior eſt, nec aliud involvit quàm poſitionem in lecto, vel etiam ſepulturam. *Cruceus.*

228. *Nil longior ætas.*] Hæc vatis præſagia certa fuere:

— nec edax abolere vetuſtas

hoc Priſcillæ conditorium potuit per cIↃ cccc. ferme annorum ſeriem. Siquidem eodem monumento viæ Appiæ condita & ſiccata membris integris invenia memoratur ſub *Sixto IV.* Pont. Max. A.S. cIↃccccLXXI. *Morell.*

230. *Tantas.*] Reliquias marmoreo monumento conditas dicit. De *Sepimentis monumentorum* pulchre I.C. Caſaub. ad Suet. Ner. c.33. illuſtrato hoc loco. Quæ omnia repoſuit Joh. Kirchmannus lib. 3. Funer. c. 17. *Barth.*

232. *Hoc ære Ceres.*] Dearum effigies, vultu Priſcillæ inſignitas dicit, ex conſuetudine ejus ævi. De qua multis alio loco. *Gnoſſis*, Dianam dicit in Creta venari ſolitam. *Idem.*

236. *Menſæque parantur.*] Ad ſepulcra res divina fiebat, ſacro parentali, quo nomine menſæ in ſepulchris ponebantur & Græco & Romano more, ut Cicero de legibus, & plerique Græci auctores tradidere. Poſſis referre & ad Silicernium, ſive cœnam funebrem quæ nono funeris die ad ſepulchra dabatur. Tacitus Annal. VI. *Novemdialem eam cœnam dixiſſet.* Papinius quo ſingularem Abaſcantii amorem notaret, non nono ſolum die, ſed quotidie funebrem cœnam & epulum in ejus honorem datum narrat,

Coryciaque coma, Cynarejaque germina: & altis
Ipſa toris Serum, Tyrioque umbrata recumbit
Tegmine, ſed toto ſpectatur in agmine conjux
Solus: in hunc magnæ flectuntur lumina Romæ,
Ceu juvenes natos ſuprema ad buſta ferentem,
Is dolor in vultu: tantum crineſque, genæque
Noctis habent. illam tranquillo fine ſolutam,
Felicemque vocant, lachrymas ſudere marito.
Eſt locus ante urbem, qua primum naſcitur ingens
Appia; quaque Italo gemitus Almone Cybelle
Ponit,

cum vocari obſervavit Petrus Crinitus, & Brodæus in Miſcell. Palæſtina autem Syria olim dicta Plin. lib. 5. cap. 12. & hinc Palæſtinus Syrus Tibullo dicitur lib. 1. Hebræos verò liquores expono balſamum, quod Hebræis Judæiſque peculiare, teſte Plin. lib 12. cap. 5. & id gratulor veniſſe in mentem Gevartio. Syrios odores ad funera adhibitos teſtis Propertius Eleg. 13 lib. 2. Nec modo manna ſed & malobathrum per Palæſtinos liquores licebit exponere, qui frutex in Syria naſcitur: ex eo unguenta fieri odorata, præter Horatium teſtis Dioſcorides cap. 11. lib 1. & Plin l. 12. cap. 26. Aptum eſt ſervandis cadaveribus, cum ſit calidum & ſiccum, ut inquit Avicenna. *Cruc. Palæſtini*] Lege: *Palæſtinis ſimul Hebræique liquores*. Uſu particulæ, quo Tacit. 6. ann. *Appius Silanus Scauro Mamerco ſimul ac Sabino Calviſio* Lib. 3. an. *& quindecimviris ſeptemviris ſimul*. Et ſic Saliſb. primaque Veneta. Sequenti verſu lege & diſtingue: *Cinyreaque germina. At altis Ipſa toris*. Gronov.

214. *Coryciæque comæ.*] *Corycus*, urbs Ciliſſa, ubi *ſpica ciliſſa* frequens. ut Crocus vocatur ab Amerino poëta, lib. IV.

Terque lavet noſtras SPICA CILISSA *comas.*

& à Peligno 1. Faſt.

Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et ſonet accenſis SPICA CILISSA *focis.*

Cynarea germina. κυνογερφία. Scribendum, *Cinyreia*: vel *Cinareia*, ſi laudetur Lat. mutatio ꙋ Y ψιλοῦ in A. quomodo cal x fit à κύλιξ d q o monuimus in hunc verſ. ex horto Columellæ, l. x. ſtl 172.

Et lacrymas imitata tuas Cinyreia virgo. De Myrrhæ inceſtu cum patre Cinyra, vel Thoante, Aſſyriorum Rege, ejuſque in arborem μεταμόρφωσις. Apollodorus l III. καὶ διωκομένη αὐτὴν εἰς δένδρον μετηλλάξαν, ὃ καλοῦσι Σμύρναν Morellus.

220. *Illam tranquillo, &c.*] Sic Flor. Rom. Venet. Cod. Conſpecta mariti pietate, defunctam quidem lugendam non arbitrati ſunt, quæ felix & ſic plorata marito. Eam ergo felicem vocabant, atque optato fine ad quietem perveniſſe ei gratulabantur: in mariti tamen gratiam luxere, ſed ipſum: ejus vicem doluerunt, qui tam beata conjuge viduatus eſſet, non defunctæ. Seneca ad Polybium: *non recuſo quicquid lacrimarum fortunæ meæ ſuperfuit, tuæ fundere*. Ita enim legendum ex opt. Codd. MSSC. *Gronov. Diatr. c.* 47.

223. *Ponit gemitus.*] Nam ſacerdotes Cybeles geſtantes deæ ſtatuam, & digladiantes inter ſe furore, ad Almonem uſque fluvium progrediebantur extra portam Capenam, ita repræſentantes deæ luctum cum flevit Atyn: illicque lotis cultris & depoſito furore ad templum redibant. Deponit igitur illic gemitus Cybele, quoniam ejus ſacerdotes

Ponit, & Idæos jam non reminiſcitur amnes.
Hic te Sidonio velatam molliter oſtro
Eximius conjux (nec enim fumantia buſta
Clamoremque rogi potuit perferre) beato
Compoſuit, Priſcilla, toro. nil longior ætas
Carpere, nil ævi poterunt vitiare labores
Siccatam membris. tantas venerabile marmor
Sepit opes mox in varias mutata novaris
Effigies: hoc ære Ceres, hoc lucida Gnoßis.
Illo Maja tholo, Venus hoc non improba ſaxo.
Accipiunt vultus, haud indignata, decoros
Numina. circumſtant famuli, conſuetaque turba
Obſequiis, tum rite tori, menſaque parantur

Aßi-

tes cum illuc pervenerunt, lachrymas & furorem ponunt. *Domit.*

227. *Ardoremque Rogi.*] An quia *ardor* perſtringit oculos qui augent dolorem? Atqui *odor alienus* & *nidor* nares ferit, & opplet, ait Varro. l. 3. de re ruſt. c. 4. An igitur palato doctorum ſapiet τὸ *Nidoremque rogi.* Morellus. *Ardoremque rogi.*] MSC. Flor. Rom. Venetaque edd. *Clamoremque rogi*, quod pulcherrimum eſt, ipſiuſque Papinii. Nec aliud eſt, quam quod Virg notat: *mæſta ſupremum voce ciemus.* Gronov. Diatr. *Beato compoſuit.*] Beatus eſt dives. Componi mortui dicuntur, cum in feretro ſeu lecto funebri collocantur. Horat. Sat. 9. lib. 1.

Omnes compoſui felices, nunc ego reſto.

Et quoniam cadaver ita diſponebatur, ut pedes ejus januam, qua efferendum erat, ſpectarent, ideo Scaliger in Feſtum, & Lipſius 1. Elect. componere apud Perſium explicant collocare & in janua ponere mortuum pedibus in publicum converſis, quod Græci συντίθεσθαι vocant. Sed profecto illius verbi ſignificatio ſimplicior eſt, nec aliud involvit quàm poſitionem in lecto, vel etiam ſepulturam *Cruceus.*

228. *Nil longior ætas.*] Hæc vatis præſagia certa fuere:

—— nec edax abolere vetuſtas

hoc Priſcillæ conditorium potuit per cIↃ cccc. ferme annorum ſeriem. Siquidem eodem monumento viæ Appiæ condita & ſiccata membris integris inventa memoratur ſub *Sixto* IV. Pont. Max. A.S. cIↃ ccccLXXI. *Morell.*

230. *Tantas.*] Reliquias marmoreo monumento conditas dicit. De *Sepimentis monumentorum* pulchre Iſ. Caſaub. ad Suet. Ner. c. 33. illuſtrato hoc loco. Quæ omnia repoſuit Joh. Kirchmannus lib. 3. Funer. c. 17. *Barth.*

232. *Hoc ære Ceres.*] Dearum effigies, vultu Priſcillæ inſignitas dicit, ex conſuetudine ejus ævi. De qua multis alio loco *Gnoßis*, Dianam dicit in Creta venari ſolitam. *Idem.*

236. *Menſaque parantur*] Ad ſepulcra res divina fiebat, ſacro parentali. quo nomine menſæ in ſepulchris ponebantur & Græco & Romano more, ut Cicero de legibus, & plerique Græci auctores tradidere. Poſſis referre & ad Silicernium, ſive cœnam funebrem quæ nono funeris die ad ſepulchra dabatur. Tacitus Annal. VI. *Novemdialem eam cœnam dixiſſet.* Papinius quo ſingularem Abaſcantii amorem notaret, non nono ſolum die, ſed quotidie funebrem cœnam & epulum in ejus honorem datum narrat,

Aſſidue: domus iſta, domus: quis triſte ſepulchrum
Dixerit? hac merito viſa pietate mariti;
Protinus exclames: Eſt hic, agnoſco miniſter
Illius, æternæ modo qui ſacraria genti
Condidit, inque alio poſuit ſua ſidera cælo.
Sic ubi magna novum Phario de littore puppis
Solvit iter, jamque innumeros utrinque rudentes,
Lataque veliferi porrexit brachia mali,
Invaſitque vias; in eodem anguſta phaſelus
Æquore, & immenſi partem ſibi vindicat Auſtri.
Quid nunc immodicos, juvenum lectiſſime, fletus
Corde foves, longumque vetas exire dolorem?
Nempe times, ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat
Latratus? tacet ille piis. ne tardior adſit
Navita, proturbetque vadis? vehit ille merentes
Protinus, & Manes placidos locat hoſpite cymba.
Præterea ſi quando pio laudata marito
Umbra venit, jubet ire faces Proſerpina latas,
Egreſſaſque ſacris veteres Heroidas antris
Lumine purpureo triſtes laxare tenebras,
Sertaque, & Elyſios animæ proſternere flores.

Sic

narrat, qui honor ſane non vulgaris. *Bernart.*

245. *In eodem.*] Parva phaſelus in eodem æquore ſibi partem, ut & immenſi Auſtri, ſibi vindicat. Nihil hic neque difficile neque abſonum. Accedo tamen Gevartianæ correctioni, *it eodem parva faſelus Æquore*, quæ concinniorem ſententiam facit. *Navem* verò *Alexandrinam* præ cæteris nominat ob molem & frequentiam earum, quodquo privilegiis etiam conſpicuæ fuerunt, ut indicat Seneca Epiſt. 79. *Barth.*

249. *Ne Cerbereos Priſcilla, &c.*] Propert. l. 3. El. 17.

Exoranda Canis tria ſunt latrantia colla.
Suadenda eſt torvi publica cymba ſenis.

Morellus.

256. *Triſtes aperire tenebras.*] Miror judicium docti viri, qui contrarium ex mente Papinii eſſe ait, reſcribitque: *triſtes operire tenebras.* Quid enim clarius, quam denſas tenebras, quæ ſua umbra claudunt, & obtegunt ea, quibus obducuntur, *aperiri* dici? Quæ & *ſpiſſæ* & *diſcuti* alibi dicuntur. Vid. *Gronov. Diatr.* *cap.* 48.

257. *Elyſios animæ præſternere flores.*] τὸ *Proſpernere*, jam olim hic repoſitum in Cod. Adr. Turn. *præſpargere* & *jacere.* Liv. l. xxxIII. hunc morem, flores, corollas, lemniſcos ſpargendi in honoratiſſimos viros, ſtabilit hoc ſcripto: *Omnes tendere ad Imperatorem Rom. ut ruente turba in unum adire contingere dextram cupientium, coronas lemniſcoſque jacientium, haud procul periculo fuerit.* His etiam mortui aſperſi. Vid. Sueton. in Auguſt. *Conditorium & corpus Alexandri M. prolatum è penetrali, corona aurea impoſita ac flo-*

Sic Manes Priſcilla ſubit, ubi ſupplice dextra
Pro te fata rogat, reges tibi triſtis Averni
Placat, ut expletis humani finibus ævi
Pacantem terras dominum, juvenemque relinquas
Ipſe ſenex: certe jurant in vota ſorores.

floribus aſperſis, veneratus eſt. Virgil. Æneid. VI. *Morell.*

258. *Ubi ſupplice dextra.*] Apollodorus Lib. II. Bibl. narrat Theſeum Pirithoumque viſo apud inferos Hercule, *ſupplices manus* ei porrexiſſe, bona ſpe, virtute illius, ad vitam redeundi. *Morell.*

II.

PROTREPTICON AD CRISPINUM.

Rura meus Tyrrhena petit, ſaltuſque Tagetis
Criſpinus. nec longa mora eſt, aut avia tellus:
Sed mea ſecreto velluntur pectora morſu,
Udaque turgentes impellunt lumina guttas;
Ceu ſuper Ægeas hyemes abeuntis amici
Vela ſequar, ſpectemque ratem jam feſſus ab altis
Rupibus, atque oculos longo querar aëre vinci,
Quid ſi militiæ jam te, puer inclyte, primæ
Clara rudimenta, & caſtrorum dulce vocaret
Auſpicium, quanto manarent gaudia fletu?

Quoſve

1. *Saltus Tagetis.*] Agrum Tarquinienſem intelligit: nam in Etruria in agro Tarquinienſi ſulco ab aratore altius impreſſo, Tages puerili ſpecie extitit: cœpitque affari aratorem. Ille verò terrore concuſſus, clamans totam concivit Etruriam: quæ uno conventu Tagem loquentem audivit. Sermo autem fuit exceptus & ſcriptus libris Etruſcorum, habituſque eſt pro aruſpicina. Inde enim aruſpicina ſumpſit artem & initium. *Domit.*

5. *Ægeas hiemes, &c.*] Proverbium de ſævo & periculoſo mari. Artemidorus, Onirocrit. lib. 2. c. 12. καὶ τὸ φοινικοῦν πέλαγος, αἰγαῖον λέγεται. Peculiare de hoc caput eſt apud Conſtantinum Porphyrogenetem lib. I. Thematum. *Barthius.*

7. *Atque oculis longo querar aëre vinci,*] Non dubium apud intelligentes judices erit, veram eſſe ſcriptam lectionem: *atque oculos.* Bernart. Sic & Lindenbrog. ad hunc l. & Meurſ. ad Arnob. p. 48. Vid. & Boxhorn. Epiſt. quadam ad Joh. Fred. Gronov.

10. *Quanto manarent gaudia fletu.*] *Gaudia:* Uda gaudio lumina; per ἐξύμωρον. Oculi gaudio delibuti lachrymantur. Andromache Virgiliana ſubito Æneæ occurſu, lætitia,

Diriguit viſu in medio, lachrymaſque effudit.

Morellus.

Quoſve darem amplexus? etiamne optanda propinquant
Triſtia? Et octonos bis jam tibi circuit orbes
Vita; ſed anguſtis animus robuſtior annis,
Succumbitque oneri, & mentem ſua non capit ætas,
Nec mirum: non te ſeries inhonora parentum
Obſcurum proavis, & priſcæ lucis egentem,
Plebeja de ſtirpe tulit, non ſanguine cretus
Turmali, trabeaque Remi, nec paupere clavo
Auguſtam ſedem, & Latii penetrale ſenatus
Advena pulſaſti, ſed præcedente tuorum
Agmine. Romulei qualis per jugera Circi,
Cum pulcher viſu, titulis generoſus avitis
Expectatur equus, cujus de ſtemmate longo
Felix emeritos habet admiſſura parentes.
Illum omnes acuunt plauſus, illum ipſe volantem
Pulvis, & incurvæ gaudent agnoſcere metæ.
Sic te, clare puer, genitum ſibi curia ſenſit,
Primaque patritia clauſit veſtigia luna.

Mox

11. *Etiamne optanda propinquant.*] Perſtat in eodem ὀξυμώρῳ ἀλληγορικῷ. *Rudimenta militiæ*, quia *clara*, etiam *optanda*, quippe quæ parentes & amici ὄπτεσθαι, ſpectare percupiunt, quà vero *Periculoſæ plena res eſt aleæ*, *Triſtia*, ut *honores oneroſi*. Pindarus etiam, *Optatæ virtutis* triſtes adjungit comites, laborem, ſumptum, periculum.

Αἰεὶ ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται πρὸς
Ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.

Idem.

14. *Mentem ſua non capit ætas.*] Eleganter. *Ætas ſua* eſt hominis illius, qui eam mentem habet, mentem ejuſdem puta non capit. Sapientia & animus iſtius pueri major annis eſt. Vid. *Gronov. Diatr. cap.* 48.

18. *Trabe, ac remis.*] Corruptiſſime, nec ullo ſenſu. Nam eum nec ex plebe fuiſſe vult, neque etiam equeſtris tantum conditionis, ſed patriciæ: equites vero trabeatos fuiſſe docuere Critici. Legendum ergo ex MSC. *trabeaque Remi.* Vid. Lipſ. in 3. Annal. & Demſter. ad Roſin. Antiq. l. 1. c. 1. & l. 10. Turneb. lib. 12. adverſ. l. 6. *Aut clavo paupere.*] Id eſt, filius alicujus militis manipularis: nam caligæ habitus ſunt manipularium. hæ autem clavis figebantur. unde clavi caligarii à Plinio dicuntur, & nos illic expoſuimus, oſtenderet tot millia clavorum. *Domit.*

24. *Emeritos parentes.*] Qui alebantur publice ob plurimas in juventute promeritas palmas. *Barthius.*

28. *Primaque.*] Lunatis calceis, id eſt, habentibus ſpeciem mediæ lunæ, utebantur nobiles, vel quod id eſſet indicium animas aliquando habitaturas in circulo lunæ, quod nonnulli putarunt, ut Caſtor tradit. vel quod indicium eſſet fragilitatis humanæ. vel quod ſit parendum magiſtratibus, quemadmodum luna ſubſequitur ſplendorem ſolis, & inde lucet, ut in commentariis Juven. recitavimus ex quæſtionibus Plutarchi. vel quod

Mox Tyrios ex more ſinus, tunicamque potentem
Agnovere humeri. ſed enim tibi magna parabat
Ad titulos exempla pater. quippe ille juventam
Protinus ingrediens, pharetratum invaſit Araxem
Belliger, indocilemque fero ſervire Neroni
Armeniam. rigidi ſummam Mavortis agebat
Corbulo, ſed comitem belli, ſociumque laborum
Ille quoque egregiis multum miratus in armis
Bolanum, atque illi curarum aſperrima ſuetus
Credere, partirique metus. quod tempus amicum
Fraudibus, exerto quænam bona tempora bello,
Quæ ſuſpecta fides, aut quæ fuga vera ferocis
Armenii: Bolanus iter prænoſſe timendum:
Bolanus tutis juga quærere commoda caſtris:
Metari Bolanus agros: aperire malignas
Tot veprum nemorumque moras, tantamque verendi
Mentem implere ducis, juſſiſque ingentibus unus
Sufficere. ipſa virum norat jam barbara tellus:

quod Arcades qui ſe à luna oriundos dicebant, talibus uterentur calceis, quos imitabantur Romani qui ſe ab Euandro Arcade oriundos arbitrabantur. *Domit.*

29. *Tyrios ex more, &c.*] Tyrios ſinus & tunicam potentem ἐκ παράλληλα dixit, nihil enim ſignificat niſi tunicam laticlavi purpuream, quam ait Criſpinum puerum ſumpſiſſe unà cum patriciis lunatiſque calceis, ex more. Quæ duo poſtrema verba confirmare videntur Marſilii ſententiam negantis opus fuiſſe libertis Senatorum indulgentia principis ad jus Laticlavi obtinendum. Vide Sueton. c. 38. Auguſto & Caſaub. ibi. *Cruceus.*

32 *Protinus ingrediens.*] Hinc conjicere eſt Vectium Bolanum Criſpini parentem ὁμήλικα, coævum prope fuiſſe Neronis, qui vix ſeptendecim annos egreſſus erat, auctore Tacito XIII. Annal. cum per bona initia Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præpoſuit. *Morellus.*

35. *Corbulo.*] Armenia cum ſub Tyridate rege à Nerone deficeret, per Domitium Corbulonem in ditionem venit. *Domit.* Conf. Tacit.

43. *Metari Bolanus agros.*] Metari, dividere ſuis finibus & metis. proprium caſtrorum verbum. Vegetius: *Metatores qui præcedentes locum caſtris idoneum eligunt.* Tertullianus metaphora ſcita adverſus Valentinianos: *Inferius illum metatur medietatem Achamoth.* Idem de Pallio: *Noſtra certe metatio (quod clauſis vel in totum Homericis oculis liquet) totum verſiforme eſt.* Bernart. *Aperire malignas, &c*] Hoc non alienum eſt à *Collucatione*. ſed *Collucare* proprie veteres Romani dicebant, ramos profanæ ſylvæ lumini vixque officientes decidere. Sophocl. ξύλα ϑραύοντ Malignas, obſcuras, anguſtas. Maro VI. Æn.

Quale per incertam Lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſylvis.

Vepres. ſentes. βάτοι. *Morellus.*

Ille ſecundus apex bellorum, & proxima caſſis.
Sic Phryges attoniti, quanquam Nemea viderent
Arma, Cleonauſque acies impellèret arcus
Pugnante Alcide, tamen & Telamona timebant.
Diſce puer: nec enim externo monitore petendus
Virtutis tibi pulcher amor: cognata miniſtret
Laus animos; aliis Decii reduceſque Camilli
Monſtrentur; tu diſce patrem, quantuſque nigrantem
Fluctibus occiduis, feſſoque Hyperione Thulen
Intrarit mandata gerens, quantuſque potentes
Mille urbes Aſiæ ſortito rexerit anno,
Imperium mulcente toga. tibi talia, pronis
Auribus, hæc certent tibi conciliare propinqui:
Hæc iterent comites præcepta, ſeneſque paterni.
Jamque alio moliris iter. nec deſide paſſu
Ire paras, nondum validæ tibi ſigna juventæ
Irrepſere genis, & adhuc decor integer ævi.

Nec

48. *Sic Phryges.*] Jaſon cum XVIII. navibus ad Trojam navigavit comite Hercule; vicitque Laomedontem. ut vero Homerus tradit, Hercules illac navigavit, quoniam cum liberaſſet Heſionem filiam Laomedontis expoſitam monſtro, pater equos quos promiſerat & puellam non daba. gubernator navis fuit Oicleus filius Amphiarai. Miſit legatos ex littore Oicleum & Telamonem ad Laomedontem, utrumque detruſit in carcerem Laomedon. Priamus Laomedontis filius patri conſuluit ut ſervaret promiſſa. quod cum negaret, duos enſes attulit Telamoni; qui effracto carcere ad littus ad Herculem accurrit, injuriamque narravit. Exarſit bellum, occubuit Oicleus. Telamon primus muros aſcendit. propterea poſt victoriam ab Hercule coronatus eſt, & donatus Heſione puella. Quamvis, inquit, Papinius, Hercules illic pugnaret, tamen Phryges etiam timebant Telamonem. ita & hoſtes non ſolum Corbulonem, ſed etiam Bolanum timebant.

Arma Nemeæa.] Pellem leonis Nemeæi intelligit, qua indutus erat Hercules. ita enim emendandum cenſuerim, quamvis mendoſe in omnibus codicibus legatur, *Vectita viderent arma.* Domitius.

52. *Cognata miniſtret, &c.*] Eruditus Bernartius, *ſpurium hoc & ſpurcum*, inquit, *literula adjecta depravat vetus, Laus animo.* Ergo ſequens connexio *(atque)* elidatur neceſſe eſt, aut ruet à culmine verſus hoc ſibilo tanquam ariete percuſſus. Quid ſi hoc loquendi genus nec ſpurium nec ſpurcum fuerit? quandoquidem τὸ *cognata* in numero multitudinis ad *exempla domeſtica* referetur. συγγενῆ ἔργα ἢ παραδείγματα: quæ vera laus paterna ſuppeditat & ſubjicit animo liberorum. *Morellus.*

57. *Sortito rexerit anno.*] Proconſules enim ſorte in provincias mittebantur. Dixi alibi. Alluſit Tertullianus aureolo de præſcript. adverſus hæret libro: *Hunc ſortito obtigiſſe ſemen Abrahæ, atque id a hunc de terra Ægypti filios Iſrael in terram Chanaan tranſtuliſſe.* Bernart.

65. *Pro-*

Nec genitor juxta. fatis namque hauſtus iniquis
Occidit, heu, geminam prolem ſine præſide linquens,
Nec ſaltem teneris oſtrum puerile lacertis
Exuit, albentique humeros induxit amictu.
Quem non corrumpit pubes effrena? novæque
Libertas properata togæ? ceu neſcia falcis
Sylva comas tollit, fructumque expirat in umbras.
At tibi Pieriæ tenero ſub pectore curæ,
Et pudor, & docti legem ſibi dicere mores.
Tunc hilaris probitas & frons tranquilla, nitorque
Luxuriæ confine tenens. pietaſque per omnes
Diſpenſata modos æquævo cedere fratri,
Mirarique patrem, miſeræque ignoſcere matri.
Admonuit fortuna domus. tibine illa nefanda
Pocula, letaleſque manu componere ſuccos

Eva-

65. *Prolem ſine præſide linquens.*] Sequor hic veterem ſcripturam ut veritatis vindicem, & orbitatis indicem. *Præſidis nomen generale eſt, eoque & Proconſules & Legati Cæſaris, & omnes Provincias regentes, licet Senatores ſint, Præſides appellantur.* Macer J. G. l. 1. D. de off. Præſ. Sed & lato ſignificatu, Paterfamil. Præſes familiæ, Dominus domus. Homerus,

--- θεμιστεύει δ' ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων.

Præſidet hic & natis atque uxoribus, unus. Morellus.

67. *Albenti amictu.*] Puram togam intelligit, quæ initio juventæ dabatur, quod cum ex aliis monumentis, tum ex Ciceronis verbis agnoſcas; ubi ait ſe cogitaſſe de toga pura tradenda Ciceroni filio. *Domitius.*

74. *Luxuriæ confine tenens.*] Nihili lectio: Prorſus ſcriptum Papinio *confine timens,* ne illo videlicet tam vicino vitio mergeretur. Exemplo illius Maroniani,

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Nihil verius, quam ſic ſcripſiſſe Papinium. Sed & ſimpliciter melior eſt iſta ſcriptura, quæ ipſis confiniis abſtinuiſſe dicit Criſpinum, cum qui ſemel ea ipſa tangat, perraro non capiatur à fœdo illo monſtro. Nitorem pro ſplendore vitæ, luxuriæ non cedente, neque avaritia victo, ſupra non ſemel poſuit. *Barth.*

75. *Diſpenſata.*] Quam pro jure ſuo unicuique tuorum domeſticorum diſtribuis. *Domit.*

76. *Miſeræque ignoſcere matri.*] Non bene hic Domitius. Claudenda poſt τὸ *matri* periodus, & mens hæc eſt: omnes numeros pietatis, Criſpine impleviſti: prout unius cujuſque perſona ordoque requirebat, erga illum graſſatus es. Sic fratrem quidem æquævum anteponebas; patrem venerabaris; infelici autem matri ignoſcebas. Hei mihi! hic fatum domus veſtræ matris mentione facta animum meum ulcerat pungitque: tibine illa temperare manu ſua venenum ſuſtinuit? &c. Ita abrupta & præciſa hæc oratio, ut magnam perturbationem figuret: in qua exprimenda divinus plane Statius noſter. *Admonere* non protrita notione dicitur, quicquid aliquo cum aculeo teloque in memoriam redit, & ut Tullius ait, *animum memoria refricat.* Gronov. Diatr. c. 49.

81. *In-*

Evaluit? qui voce potes prævertere morſus
Serpentum, atque omnes vultu placare novercas?
Inſeſtare libet Manes, meritoque precatu
Pacem auferre rogis. ſed te, puer optime, cerno
Flectentem juſtis, & talia dicta parantem:
Parce precor cineri: fatum illud, & ira nocentum
Parcarum, crimenque Dei, mortalia quiſquis
Pectora ſero videt, nec primo in limine ſiſtit
Conatus ſcelerum, atque animos infanda parantes.
Excidat illa dies ævo, ne poſtera credant
Secula: nos certe taceamus; & obruta multa
Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis.
Exegit pœnas, hominum cui cura ſuorum,
Quo Pietas auctore redit, terraſque reviſit,
Quem timet omne nefas. ſatis hæc, lachrymandaque nobis
Ultio. quin ſævas utinam exorare liceret
Eumenidas, timidæque avertere Cerberon umbræ,
Immemoremque tuis citius dare manibus amnem.
Macte animo juvenis: ſic creſcunt crimina matris.
Nec tantum Pietas, ſed protinus ardua Virtus

Affe-

81. *Infeſtare juvat Manes.*] Hoc impietatis arguit Hom.
Οὐχ' ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.
Infeſtare nefas, Manes vexare ſepultos.
Seneca Epig. vi.
Stringere in extinctum tela cruenta caput.
Precatu.] Imprecatione dira. ita Græcis, ἀρὰς pro κατάρας, & *εὔχεσθαι precari*, pro *ἐπεύχεσθαι imprecari.* Philoctetes Sophocleus,
Ὄλοιο· σοὶ γὰρ πολλάκις τοῦτ' εὐξάμην.
Ovid. de Philoct.
— Laërtiadæque precaris
Quod meruit.
Ceterum quis non animadvertat hæc conſultò & compoſitò dicta eſſe à poëta, ut Criſpini pietatem inſigniorem redderet, & viam pararet ad graviſſimam proſopopœiam? *Morellus.*

86. *Nec primo in limine.*] Quiſquis deus (inquit) nos curat, & conatus ſcelerum non reprimit, videtur excitare ad ſcelus. *Domit.*

88. *Excidat illa dies ævo, &c.*] Papinianus l. xv. D. de condit. inſt. *Quæ facta*, inquit, *lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.* Ulpianus, *Semper heredis intereſt, defuncti exiſtimationem purgare. l. 1. §. 6. D. de injur. & famoſ. lib.* Morell.

96. *Amnem.*] Letheum, ut obliviſcaris mater commiſſi ſceleris cujus conſcientia te cruciat. *Domit.*

97. *Sic creſcunt crimina.*] Interpellat laudes Criſpini. dum enim (inquit) te laudo majus crimen matris fit. Nam quo tu præſtantior es, eo illa oſtenditur ſævior fuiſſe quod potuerit parare venenum. *Domitius.*

Affectata tibi: nuper cum forte ſodalis
Immerita falſo palleret crimine fama,
Erigeretque forum, ſuccinctaque judice multo
Surgeret, & caſtum vibraret Julia fulmen;
Tu quanquam non ante forum legeſque ſeveras
Paſſus, ſed tacita ſtudiorum occultus in umbra,
Defenſare metus, adverſaque tela ſubiſti
Pellere inermis adhuc, & tiro, paventis amici.
Haud unquam tales aſpexit Romulus annos,
Dardaniuſque ſenex, medii bellare togata
Strage fori. ſtupuere Patres tentamina tanta,
Conatuſque tuos: nec te reus ipſe timebat.
Par vigor eſt membris, promptæque ad fortia vires
Sufficiunt animo, atque ingentia juſſa ſequuntur.
Ipſe ego te nuper Tyberino in littore vidi,
Qua Tyrrhena vadis Laurentibus æſtuat unda,
Tendentem curſus, vexantemque ilia nuda
Calce fero:is equi, vultu, dextraque minacem.

(*Si*

102. *Et caſtum vibraret Julia fulmen.*] Legem Juliam de Adulteriis Auguſtum tuliſſe, expeditum: pœna quæ fuerit, adhuc hodie quærunt viri docti. capitalem fuiſſe plerique credunt, Relegationem tantum nonnulli. adi Lipſium noſtrum ad IV. Annalium Taciti. cujus ſcrinia non compilo. conſule & Rævardum noſtrum lib. IV. cap. VI. Cæterum ut ad Papinium revertamur, legem Juliam (quod noſter hic notat) pravis moribus pene abolitam, initio principatus Domitianus reſtituit. *Bernart.*

103. *Tu quanquam non ante.*] Qui neque uſu ſatis poteras, & in foro, judiciis ac legibus parum exercitatus eras nec dum aggreſſus controverſias explicare forenſes.

Οὔπω εἰδὼς ἀγορέων.

ut Phœnix de alumno ſuo Heroë loquitur. Cicero pro P. Quinto, in exord. *Morellus.*

108. *Dardaniuſque, ſenex.*] Sic ſcribendum, & habent etiam Codices Aldini. Per *Dardanium ſenem* Albæ Reges, ab Ænea oriundos intelligit. Ut multis retro ſeculis nihil tale contigiſſe ſententia ſit. *Strage fori.*] Reis hinc inde corruentibus. *Barth.*

115. *Tendentem curſus.*] Scio alibi Statium ſcribere: *Obliquant tenduntque vias.* Sed mihi milvinam oggeſſit, quod habent Rom. & Veneta editiones: *Pendentem curſus.* Quo aurigatur & MS. Mediceus, qui *Prendentem* habet. quod poſſit videri dictum, ut *carpere viam, carpere gyrum* Maroni. Sed iſto modo Statius reliquit. Ita egit equum Criſpinus, ut non equitare, ſed volare, non campo vehi, ſed ſupra pendere videretur. Claudianus Paneg. in IV. Conſ. Honorii:

Vix comites alæ, vix te ſuſpenſa ſequantur
Agmina.

Pendere curſus genus loquendi Græcis & Latinis uſitatiſſimum, pro pendere in curſibus, vel pendentem facere curſus. *Gron. Diatr.*

 120. *Fla-*

(Si qua fides dictis) ſtupui, armatumque putavi.
Getulo ſic pulcher equo, Trojanaque quaſſans
Tela, novercales ibat venator in agros
Aſcanius, miſeramque patri flagrabat Eliſam.
Troilus haud aliter gyro leviore minantes
Eludebat equos. aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio verſantem in pulvere metas
Spectabant Tyriæ non torvo lumine matres.
Ergo age, nam magni Ducis indulgentia pulſat,
Certaque dat votis hilaris veſtigia frater,
Surge, animo & fortes caſtrorum concipe curas.
Monſtrabunt acies Mavors, Actæaque virgo:
Flectere Caſtor equos, humeris quatere arma Quirinus,
Qui

120. *Flagrabat Eliſam.*] Dura locutio; Sententiam videmus eſſe hanc: *incendebat Eliſam ut ſimilem puerum ex Ænea gignere cuperet.* Ipſa ante mortem clamat:

—— ſi quis mihi parvulus aula
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.

Barthius.

121. *Gyro leviore.*] Vide an ſit potius, *breviore.* Cæſar lib. 4. de bello Gall. *in declivi ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere ex brevi moderari ac flectere.* Tibullus lib. 1. *& anguſtis quod equum compeſcis habenis.* Ad Meſſallam: *curvo brevius contendere gyro.* Ovidius in Epiſt. Phædræ: *Sive ferocis equi luctantia colla recurvas, Exiguo flexos miror in orbe pedes.* Gronov.

123. *Ogygio.*] Thebano. Varro in re ruſtica: Thebæ ante catacly ſmon Ogygis conditæ. Ogygia vero inſula eſt quam tenuit Calypſo in mari Ionio, Lacinio promontorio propinqua. Parthenopæum autem deſignat, quem vexaſſe metas Arcadas dixit. nam & ipſe fuit Athalantæ Arcadis filius. *In pulvere Ogygio.*] Circa mœnia Thebana. nam ad Thebas cum aliis ducibus pugnavit formoſiſſimus, ut ſcribit Diodorus. *Domitius.*

129. *Flectere Caſtor equos.*] Verſus hi jamdiu negotium exhibuere viris doctis. Tiliobroga in Parienſ. editione reſcripſit:

Flectet Caſtor equos, humeris quatet arma Quirinus.

Quæ lectio plane inepta eſt, imo ſolœciſſat. Quis uſpiam *quatet*, pro *quatiet* legit? Itaque vulgata lectio illius verſus ſollicitanda non erat. Sed quod ſequitur, quinam ſunt illi *Nubigeri clypei*? Interpretes intelligunt *Clypeos albos & candidos*, in quibus nihil depictum, de quibus Virgil. 9. Æneid.

Enſe levis nudo, parmaque inglorius alba.

Sed ſuſpicetur aliquis, ideo potius dictos *Nubigeros*, quod nubes in iis depictæ erant, quemadmodum Tydeus apud Æſchylum in clypeo ſuo depictum præfert cœlum ſtellatum, cum Luna medium umbonem occupante. Vel *cæruleos* fortaſſe clypeos innuit Poëta, qui color celeberrimus olim in clypeis. Vide Comment. Guidi Panciroli, in Notit. utriuſque Imper. cap. 37. & 39. Senſu patet nubes eſſe *cæruleas*. Sed quid [illegible]? Certiſſima eſt magni Heinſii emendatio, qui *Nubigenas clypeos* legit, totumque locum ſic ſcribendum, & diſtinguendum cenſet:

—— hono-

Qui tibi tam tenero permiſit plaudere collo
Nubigenas clypeos, intactaque cædibus arma.
Quaſnam igitur terras, quem Cæſaris ibis in orbem?
Arctooſne amnes, & Rheni fracta natabis
Flumina? an æſtiferis Libyæ ſudabis in arvis?
An juga Pannoniæ, mutatoreſque domorum
Sauromatas quaties? an te ſeptenus habebit
Iſter? & undoſo circunflua conjuge Peuce?
An Solymum cinerem, palmetaque capta ſubibis,
Non ſibi felices ſylvas ponentis Idumes?
Quod ſi te magno tellus frenata parenti
Accipiat, quantum ferus exultabit Araxes!
Quanta Caledonios attollet gloria campos!
Cum tibi longævus referet trucis incola terræ,
Hic ſuetus dare jura parens: hoc ceſpite turmas
Affari: nitidas ſpeculas, caſtellaque longe
Aſpicis? ille dedit, cinxitque hæc mœnia foſſa:
Belligeris hæc dona Deis, hæc tela dicavit.

Cernis

—— *humeris quatere arma Quirinus,*
Qui tibi tam tenero permiſit plaudere collo
Nubigenas clypeos, &c.

Qui, id eſt ipſe Romulus ſeu Quirinus, quem ait tradidiſſe Criſpino ancilia geſtanda. Vult autem Criſpinum fuiſſe Salium. Nobilium vero filios in Saliorum fuiſſe numero, & ancilia geſtaſſe collo ac moviſſe, tritum eſt. Et Statius infra Epiced. Patris, ait illum docuiſſe Salios, quo pacto id deberet fieri.

—— *arma probare*
Monſtraſti Saliis.

Cum vero ait, Quirinum illi dediſſe clypeos; ſignificat Criſpinum hunc fuiſſe *Salium Quirinalem* ſive Agonenſem. *Nubigenæ clypei*, ſunt clypei διοπετεῖς, ut à Dionyſio & Plutarcho vocantur. *Clypei cæligenæ*, generati in nubibus, nempe *Ancilia*. Virgil.

Lapſa ancilia cœlo.

Gevartius.

137. *Iſter ſeptenus.*] Septem oſtiorum. Alii ſex tradiderunt, Narcuſtoma, Calliſtoma, Pſeudoſtoma, Barioſtoma, Spireoſtoma; & Peucem fabulæ finxerunt nupſiſſe Iſtro, à quo alluitur inſula non procul ab oſtio Peuce. *Domit.*

138. *An Solymum cinerem.*] Syriæne & Palæſtinæ provinciam adibis? Solyma ἐδ᾽ ἐπίφως Straboni. Euſtathio, Stephano. *Solymorum cinerem* κατ᾽ ἀντωνομασίαν dicit, pro monimentis excidii urbis Hieroſolym. expugnatæ & dirutæ à Tito Veſpaſ. cum bellum Judaicum profligavit. Val. Flacc. *Solymum pulverem* pro eodem uſurpavit. *De Palmeto* in Hierichuntis planitie montibus θεατροειδῶς circumdata; Strabo ibid. Ὁ Φοινικὼν τοιοῦτον ἔχων τὸν καρυωτὸν φοίνικα ἐνταῦθα μόνον, πλὴν τοῦ Βαβυλωνίου, καὶ τοῦ ἐπέκεινα πρὸς τὴν ἕω Joſephus hiſt. non uno loco Diodorus Sic. l. XIX. Plin. l. V. c. XII. *Idumes.* Solino, *Idumæa à Caſio monte incipit, Palmis opima.* Morellus.

Cernis adhuc titulos; hunc ipſe vacantibus armis
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.
Qualiter in Teucros victricia bella parentis
Ignotum Pyrrho Phœnix narrabat Achillem.
Felix qui viridi, fidens optata juventa
Durabis quaſcunque vias, vallumque ſubibis.
Forſan & ipſe latus (ſic numina principis adſint)
Cinctus, & unanimi comes indefeſſus amici,
Quo Pylades ex more pius, quo Dardana geſſit
Bella Menœtiades. quippe hæc concordia vobis,
Hic amor eſt, duretque precor. nos fortior ætas
Jam fugit, hinc votis animum, precibuſque juvabo.
Hei mihi, ſed cœtus ſolitos ſi forte ciebo,
Et mea Romulei venient ad carmina patres,
Tu deeris Criſpine mihi, cuneoſque per omnes
Te meus abſentem circumſpectabit Achilles.
Sed venies melior: vatum non irrita currunt
Omina. quique aquilas tibi nunc, & caſtra recludit,
Idem

150. *Qualiter in Teucros victricia, &c.*] Nonne novum iſtud & ἄκυρον loquendi genus; an ferendus tam inſolens Appoſitionis modus? Tolerabilius utique ac dilucidius legeretur, *Ignoti p. p. n. Achillis.* hoc tamen etiam *Serpit humi*, & rythmus ferit aures, ac vox inculcata *Parentis*. Lubetne igitur legere mecum hoc modo?

Qualiter in Teucros victricia bella paranti
Ignotum Pyrrho Phœnix narrabat Achillem.

Meridie certe non lucebit, cui hic non liquebit. Neoptolemum ſane Trojani belli ſcriptores aſſerunt,

Res Agamemnonias victriciaque arma ſequutum.

Morellus.

153. *Durabis quaſcunque vias.*] Propoſiti tenax, perges eodem pede, ubique locorum & gentium, *& ſole ſub omni.* ut in Soteriis præcinit. πάντως ἐπ' αἰῶν. *Idem.*

160. *Quæſtus ſolitos.*] Vel ſolita lucra. nam Papinius exercitatione poëmatum victum quærebat. Inde illud Juvenalis:

Haud tamen invideas vati, quem pulpita paſcunt.

vel ſi ego conquerar mortem Achillis recitando. *Domit. Queſtus.*] Lege: *cœtus ſolitos ſi, &c.* Vide Plinii Epiſt. de recitationibus. Sueton. Octav. 85. *Gron.*

164. *Venies melior.*] Major, valentior, auguſtior, honoratior. Homerus μακρότερος καὶ πάσσων. Iliad. β. Odyſſ. θ.

Καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι.

τὸ κρεῖττον Platoni 1. de Rep. ad auctoritatem, dignitatem & vires refertur: ut κρείσσον

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάρρονες.

Præſtantiores erimus olim cæteris.

Morellus.

166. Cin-

Idem omnes perſerre gradus, cingique ſuperbis
Faſcibus, & patrias dabit inſediſſe curules.
Sed quis ab excelſis Trojanæ collibus Albæ,
Unde ſua juxta proſpectat mœnia Romæ,
Proximus ille Deus. fama velocior intrat
Nuntius, atque tuos implet, Criſpine, penates?
Dicebam certe: Vatum non irrita currunt
Auguria. en ingens reſerat tibi limen honorum
Cæſar, & Auſonii committit munia ferri.
Vade puer, tantiſque enixus ſuffice donis.
Felix, qui magno jam nunc ſub præſide juras,
Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem.
Non minus hoc, fortis quam ſi tibi panderet ipſe
Bellipotens aquilas, torvaque induceret ora
Caßide. vade alacer, majoraque diſce mereri.

16[illegible] *Cingetque ſuperbis.*] Nemo non videt quam durum ſit τὸ *dabit* retrahi ad *pe.ferre*, cum ſit interpoſitum *cinget*. Sal. *cingitque*. Lege *cingique ſuperbis*. Gron.

172. *Dicebam certe: vatum non irrita currunt auguria*] Hæc ἀναφορὰ ἐπιφωνηματικὴ ad illud Hom. ſpectat,

Ω῾ς ἔπος, ὡς ἔργον.

Dicta probat res. Iterata ſententia, τὸ ἀπαράβατον τῆς ἐπιτυχίας indicat, ut apud Ovid. ult. Met.

— *ſi quid habent vatum præſagia veri.* Morellus.

174. *Et Auſonii committit, &c.*] Honorem notat, de quo Dio lib. LXVII. *Parthenius cubicularius ejus, licet ab eo magno honore ferendi gladii affectus eſſet.* Bernart.

177. *Germanicus enſem.*] Putant nonnulli primam Criſpini militiam ſignificari in quam à Domitiano fuerat nuper aſcriptus, & cingulo dignitatis, nimirum enſe honeſtatus, quo ſpectant illa verba,

Quiq; aquilas tibi nunc & caſtra recludit.

Ita ſentit Bulengerus in ſuo Imperatore, ſed excutient ſeriem orationis & altius in mentem poëtæ penetranti alia interpretatio facile ſuccurret. Ait enim Statius Criſpinum à Domitiano jam inter numeros relatum, cum ſedecim annos nondum impleverit, unde ampliorem ejuſdem principis indulgentiam & incrementum honoris illi ominatur, addens non irrita eſſe vatum auguria. Durabis, inquit, quaſcunque vias, vallumque ſubibis, forſan & latus Imperatorium ſubibis cinctus (ita enim verba illa expono:) quique aquilas & caſtra tibi nunc recludit, i. qui militare permittit, idem ad omnes dignitatum gradus evehet. Mox, quaſi hoc poëticum augurium firmarit eventus, ſubdit. Sed quis nuntius ab Albano Domitiani ſeceſſu tibi venit, ſcilicet novum tibi honorem mandat ille mortalis Deus, & fides vaticinio meo non defuit. Vade ergo Criſpine, tantiſque donis ſuffice. Felix es, cui primum enſem tradit Imperator, id eſt ſuum & Imperatorium gladium. *Cruceus.*

III.

EPICEDION IN PATREM.

IPſe malas vires, & lamentabile carmen
Elyſio de fonte mihi, pulſumque ſiniſtræ
Da, genitor perdocte, lyræ. neque enim antra moveri
Delia, nec ſolitam fas eſt impellere Cyrrham
Te ſine. Corycia quicquid modo Phœbus in umbra,
Quicquid ab Iſmariis monſtrabat collibus Euan,
Dedidici. fugere meos Parnaſia crines
Vellera, funeſtamque ederis irrepere taxum
Extimui, trepidamque (nefas) areſcere laurum.
Certe ego, magnanimum qui facta attollere regum
Ibam altum ſpirans, Martemque æquare canendo:
Quis ſterili mea corda ſitu, quis Apolline merſo
Frigida damnatæ produxit nubila menti?
Stant circum attonitæ vatem, & nil dulce ſonantes
Nec digitis, nec voce deæ. dux ipſa, ſilenti
Fulta caput cithara, qualis poſt Orphea raptum
Aſtitit, Hebre, tibi, cernens jam ſurda ferarum
Agmina, & immotos ſublato carmine lucos.
At tu ſeu membris emiſſus in ardua tendens,
Fulgentesque plagas, rerumque elementa recenſes,
Quis Deus, unde ignes, quæ ducat ſemita Solem,

Quæ

1. *Malas vires.*] Id eſt, lacrymas. *Malas*, indigne felix, indigne durabilis exponitur à Scholiaſte Antiquo Thebaid. quod optime & huic loco convēnit. *Barth.*

5. *Coritia umbra.*] Id eſt Parnaſſia. Nam in Parnaſſo multa loca ſunt præcipua ſanctitate veneratione digna. è quibus Coritium eſt Nympharum antrum eodem quo Cilitium nomine. Plinius p[illegible]te[illegible]a ita deſcribit: Thebis, quæ Corſicæ cognominatæ ſunt juxta Heliconem. *Domit.*

6. *Iſmariis collibus.*] Parnaſſiis. nam Iſmarii. i. Thraces, Muſis Helicona conſecrarunt, ut ſcribit Strabo, & repetit Pauſanias. *Idem.*

16. *Fulta caput.*] Reclinato in mutam citharam capite. Habitu ex canentis, lugentis. Vidimus tale quid in monumentis antiquis depictum. *Barthius.*

18. *Sublato carmine.*] Ceſſante Orpheo, quem alii à mulieribus Ciconum necatum dicunt: alii fulminatum ob tradita myſteria: alii mortua uxore Euridice extinctum ad Avernum Theſprotidis. *Domit.*

34. *Pri-*

Quæ minuat Phœben, quæque integrare latentem
Cauſa queat, notique modos extendis Arati:
Seu tu Lethæi ſecreto in gramine campi
Concilia Heroum juxta; Maneſque beatos
Mæonium, Aſcræumque ſenem, non ſegnior umbra
Accolis, alternumque ſonas, & carmina miſces,
Da vocem magno, Pater, ingeniumque dolori.
Nam me ter relegens cælo, terque ora retexens
Luna videt reſidem, nullaque Heliconide triſtes
Solantem curas, tuus ut mihi vultibus ignis
Irrubuit, cineremque oculis humentibus hauſi,
Vilis honos ſtudiis: vix hæc in munera ſolvo
Primum animum, taciti ſque ſitum depellere curis
Nunc etiam labente manu, nec lumine ſicco
Ordior acclinis tumulo; quo molle quieſcis
Jugera noſtra tenens, ubi poſt Æneia fata
Solatus, Latiis ingeſſit montibus Albam
Aſcanius, Phrygio dum pingues ſanguine campos
Odit, & infauſtæ regnum dotale novercæ.
Hic ego te (nam Sicanii non mitius halat
Aura croci, dites nec ſic ubi rara Sabæi
Cinnama, odoratas nec Arabs decerpſit ariſtas,)

Inſerui

34. *Primum animum.*] Eleganter dixit *primum animum*, pro redeuntem à ſtupore, quo adhuc nimius dolor mentem ejus obnubilaverat; quod alibi illuſtrabimus. Credebam autem *lumen ſiccum* intellexiſſe interpretes; quod exaruerat cineribus hauſtis, quorum paulo ante meminit: cum opportune falſum errorem video Bernartium, qui hæc explicat ex illo: *non Verba in funere primo, Non Lacrimas habet*, & ſimilibus. Sed immemor erat mox ſequi:

ſummas gemitus & vulnera nati
Et lacrimas, raro quas nunquam habuere parentes.

Gronov. Diatr.

36. *Ordior acclivis tumulo.*] Quidni potius à Statio ſcriptum *Acclinis*; pro *Acclinatus*, ut in proxima ſylvula ad Somnum, — *terris maria acclinata quieſcunt.* prona, ut ſomno accubantia. & in Syl. ult. *Acclinis tumulo.* Quare in veterib. etiam Gloſſis, ubi legitur *Acclivis*, reponendum *Acclinis*, ut congruat τῷ προσκεκλιμένος. *Morell.*

41. *Hic ego.*] Ita conjunge: *hic ego inſerui te*, id eſt ſepelivi te in Albano. *Sicanii.*]. Nam crocum principatum obtinet Cilicium ex Corico. alterum Lycium ex Olympo: Tertium Centuripinum ex Sicilia nonnulli ſecundum locum Phlegræo dederunt. Strabo Siculi etiam meminit & nos in Juvenalem repetimus. *Domit.*

44. *Cinn*

Inſerui cum laude loci, ſed carmine plango
Pierio: ſume & gemitus, & vulnera nati,
Et lachrymas, cari quas nunquam habuere parentes.
Atque utinam fortuna dares mihi Manibus aras,
Par templis opus, aëriamque educere molem,
Cyclopum ſcopulos ultra, atque audacia ſaxa
Pyramidum, & magno tumulum prætexere luco!
Illic & Siculi ſuperaſſem dona ſepulchri,
Et Nemees lucum, & Pelopis ſolennia trunci.
Illic Oebalio non finderet aëra diſco
Grajorum vis ulla virum: non arva rigaret
Sudor equum, aut putri ſonitum daret ungula foſſa:
Sed Phœbi ſimplex chorus. Hic frondentia vatum
Præmia, laudato genitor tibi rite dicarem.
Ipſe madens oculis, umbrarum, animæque ſacerdos
Præcinerem gemitum, cui te nec Cerberus omni
Ore,

44. *Cum laude loci.*] Nam locus ſepultura tua nobilis eſt: quod autem ſequitur, *Nam Sicanii:* per interpoſitionem legendum uſque ad, *Decerpſit ari ſtas.* Non eſſet tibi gratius ſi urerentur odoramenta rogis tuis, quam quod in noſtro agro ſepultus es. *Idem.*

46. *Cari quas nunquam.*] Male Gevartii editio, *cari.* male quoque conjectat Morellus, *rari quas unquam.* Grandius multo noſter, *rari nunquam.* Rari parentes propter ſcelus hominum & quia pietas oblita viros, habuerunt veras lacrimas à natis: ſed & illi pauci, qui habuerunt, non tamen tantas tamque acerbas, quantas ego tibi refero. Vid. *Gron. Diatr. cap.* 49.

47. *Atque utinam fortuna dares mihi Manibus aras.*] Hoc in fortuna regia Nicoclis laudat Iſocrates, quod patris ſui Euagoræ monumentum ornaret, οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων· ἀλλὰ καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσιν, &c. Sic apud Virg. Æneas & ſocii,

—— aramque Sepulchri
Congerere arboribus, cœloque educere certant, &c. Morellus.

49. *Scopulos Cyclopum.*] In Sicilia viſebantur Cyclopum antra eximiæ magnitudinis. ſeptem fuerunt è Sicilia accerſiti à Prœto ad Tirynthem urbem muniendam: appellatique ſunt γαστερόχειρες, id eſt manibus victum ventri quærentes. horum cognomina habent etiam ſpeluncæ ad Naupliam. *Dom.*

51. *Siculi ſuperaſſem dona ſepulchri.*] Ludos funebres intelligit, in Sicilia ad tumulum Anchiſæ, de queis Virgil. Æneid. v. *Bernart.*

53. *Oebalio diſco.*] Spartano; de *diſco* multa etiam qui Gymnaſticen & Agoniſtica ſcripſerunt. *Foſſa.* Loca ad equorum curſum compatata & effoſſa. *Rite* id eſt, ſtatuto die, annis redeuntibus. *Frondentia præmia*, Coronæ. *Orpheæ leges*, de non reſpiciendo. Vide quæ Theod. Sitzmannus attulit ad Boet. Conſolat. l. 3. carm. 12. *Maro torvus*, id eſt, inimitabilis. Vid. Paſſerat ad Prop. l. 2. El. 34. & Barth. adverſ. l. 108. c. 14.

68. *Li-*

Ore, nec Orphea quirent avertere leges:
Atque tibi moreſque tuos & facta canentem
Fors & magniloquo non poſthabuiſſet Homero,
Tenderet & torvo pietas æquare Maroni.
Cur magis inceſſat Superos, & aëna ſororum
Stamina, qua tepido genitrix ſuper aggere nati
Orba ſedet? vel qua primævi conjugis ignem
Aſpicit, obſtanteſque manus, turbamque tenentem
Vincit, in ardentem, liceat, moritura maritum?
Major certe aliis Superos, & Tartara pulſem
Invidia: externis etiam miſerabile viſu
Funus eat. Sed nec modo ſe natura dolenti,
Nec pietas injuſta dedit: mihi limine primo
Fatorum, & viridi, genitor, ceu raptus ab ævo,
Tartara dura ſubis, nec enim Marathonia virgo

Par-

68. *Liceat modo) itura maritum.*] Indubitatam hanc correctionem eſſe putant viri docti; Ego, pace illorum intempeſtivam. *Moritura in maritum* eſt moriens ſe jactura, impoſitura in maritum, vel moritura ſuper maritum. Nihil magis Statianum. Eſt autem ea vis particulæ *in* pro ſuper. Nam quod hic dicit, id explicat ita in lib. VI. *Laceraſque ſuper procumbere nati Relliquias ardet.* Eod. libro:

Pectoris attritu ſua frangit in oſſa Leonem.

Libro V. *Mactare in tumulos*, pro, ſuper tumulos. *Gronov. Diatr. c.* 49.

72. *Nec pietas injuſta dedit.*] Prolepſis hic. Dicat aliquis: nec naturam, nec pietatem hoc fato patris mei injuſtam fuiſſe in dolentem, aut juvenem aut filium rapiendo. *Natura* nunc non oſtendit *ſe injuſtam*, non præbuit iniquam, quia non turbato ordine mortalitatis ſenem juvenis, patrem filius lugeo. *Pietas* proprie obſequium in parentes & horum viciſſim in liberos caritas, omneque officium, quod ſanguinis propinquitas exigit. *Pietas* ergo *injuſta* eſt, *injuſtam ſe dat*, hoc eſt proprie, occaſionem exercendi officii ſui indigne obtrudit; vel, exemplum ſui dat infelix, cum pater filium luget; cum exigitur & præſtatur à patre, qui filio ſuperſtes eſt contra votorum ordinem. Natura & pietas injuſtas ſe dant, cum pie quis luget injuſtum funus, *male judicantibus fatis*, ut habet vetus inſcriptio. *Gronov.* Diatr. l. c.

74. *Marathonia virgo.*] Ab exemplo probat majorem dolorem eſſe amittere patrem quam filium. Nam Erigone cum proveniſſet ad cadaver patris Icarii, quem agreſtes interfecerant, præ dolore laqueo ſe ſuſpendit. Mæra canis interfecto domino ad Erigonem domum venerat, eamq; latratu & gemitu excitavit ut ſe ſequeretur, perduxitque ad patrem puella mortua. canis quoque ſpiritu ei parentavit. Andromache vero, cujus filium Aſtyanactem Ulyxes ex turri dejecit, non modo præ dolore non ſe interfecit ut Erigone amiſſo patre: ſed etiam ad ſecundas proceſſit nuptias. nam nupſit Pyrrho Achillis filio. Major igitur dolor Erigones quam Andromaches fuit. *Domit.*

82. *Volu-*

Parcius extinctum ſævorum crimine agreſtum
Fleverit Icarium, Phrygia quam turre cadentem
Aſtyanacta parens. laqueo quin illa ſupremos
Incluſit gemitus; At te poſt funera magni
Hectoris, Hæmonio pudor eſt ſerviſſe marito.
Non ego quas fati certus ſibi voce canora
Inferias præmittit olor: nec rupe quod atra
Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur,
In patrios adhibebo rogos. non murmure trunco
Quod gemit, & dura queritur Philomela ſorori:
Nota nimis vati. quis non in funere cunctos
Heliadum ramos, lachrymoſaque germina dixit?
Et Phrygium ſilicem? atque auſum contraria Phœbo
Carmina? nec fiſſa gaviſam Pallada buxo?
Te Pietas oblita virum, revocataque cœlo
Juſtitia & gemina plangat facundia lingua,
Et Pallas, doctique cohors Heliconia Phœbi.
Quis honor Aonios ſeno pede ducere campos,
Et quibus Arcadia carmen teſtudine menſis
Cyda labor, nomenque fuit: quoſque orbe ſub omni

Ardua

82. *Volucres Tyrrhenæ.*] Sirenes intelligit. Quæ ut putat Plinius ſedem habuerunt in promontorio juxta Surentum maris Tyrrheni. *Idem.*

87. *Silicem Phrygium.*] Dolorem. Hecubes verſæ in ſaxum. *Buxa fiſſo.*] Quis (inquit) non cecinit Palladem abjeciſſe tibiam: quaſi dicat, hæc omnia fabuloſe ab aliis cantata ſunt in funeribus per comparationes vel ſimilitudines. Ego autem aliter patrem deflebo: atque ita citat pietatem & juſtitiam & poëtas, Heroicos primum, tum lyricos & ſeptem ſapientes: deinde tragicos, demum elegos. *Domit.*

92. *Honor Aonios ſeno, &c.*] Ita ſcribendum ex Rom. Venet. edd. quam ſecutus eſt Lindenbrog. Duo magni viri, amici noſtri, varie illud *ducere campos* mutabant, quod negabant Latinè dici. Alter, *ducere cantus* ſcribebat, alter *Andinos ſeno pede dicere cantus*, vel *ducere*, vel *cludere*. Quibus omnibus nihil opus. *Ducere* eſt duces eſſe, ut chorum ducere. *Ducere campos Aonios* eſt ducentes, ſcilicet vatum choros, verſari in campis, duces eſſe vatum, primarios principes in campis Aoniis. Ut & metonymia poſſit videri: *Campi* nempe, pro qui in campis. quod eſt ſimplicius. Grande & cothurnatum heroicum opus eſt, genuſque Poëſeos ſupra omnia maximum. Quare qui tali opere ſe Phœbo approbat, is *Aonios campos ducit*, dux eſt in campis Aoniis. Qui honor præclariſſimus. Ideo *honor* ſcripſit Papinius, non *Labor.* Gronov. Diatr. c. 50.

94. *Cura lyræ nomenque, &c.*] Docti viri qui locum hunc tetigerunt, acceperunt teſtudinem pro ipſa lyra, cum Statius eam ut partem poſuerit. Perinde ac

ſi ple-

Ardua ſeptena numerat Sapientia fama?
Qui furias, regumque domos, averſaque cælo
Sidera terrifico ſuper intonuere cothurno.
Et quis laſciva vires tenuare Thalia
Dulce, vel heroos greſſu truncare tenores.
Omnia namque animo complexus, & omnibus auctor,
Qua fandi vis lata patet: ſive orſa libebat
Aoniis vincire modis, ſeu voce ſoluta
Spargere, & effreno nimbos æquare profatu.
Exere ſemirutos ſubito de pulvere vultus
Parthenope, crinemque afflato monte ſepulti
Pone ſuper tumulos, & magni funus alumni,
Quo non Munychiæ quicquam præſtantius arces,
Doctaque Cyrene, Sparteve animoſa creavit,

ſi *plectra* aut *chordas* aut *fides* aut *pectinem* dixiſſet, quæ & ipſæ partes interdum totius ſignificationem habent. Hæc ergo mens horum verborum eſt: quibus teſtudine, quæ pars lyræ eſt, & ad hunc uſum primum ab Arcade Mercurio accommodata; vel teſtudine, qualem paravit Arcas Mercurius, carmen dimenſis lyra, quæ ex teſtudine facta eſt, fecit, ut Lyrici ſint inde appellati. *Gronov. Diatr.*

98. *Et quis fuit dulce.*] Et quibus gratum fuit. *Tenuare.*] Temperare. *Vires.*] Heroici carminis. *Thalia laſciva.*] Elegiaco carmine. *Domit.*

99. *Truncare greſſu.*] Id eſt diminuere uno pede. *Senones verſus.*] Sex pedum. *Heroos.*] Id eſt heroicos. *Idem.*

105. *Crinemque afflato monte.*] Quanquam δίω κοσμήτορε λαῶν J. Lipſius & alter πολυθρύλλητον τῶν Μουσῶν ἀνθρώπων corrigere h. l. cœperint, tamen verum eſt Poëtam ſcripſiſſe, ut vulgo legitur. Jubet Parthenopen, divam præſidem Neapolitanæ urbis & regionis, tumulo parentis crines imponere. Fingit autem ipſam deam Parthenopen inhabitare ceu ſacram ſibi ſedem montem Veſevum: ut plerumque loca inacceſſa deorum eſſe putabantur, & religione etiam, etſi alias invia, ſepta erant. Pomponius Mela lib. III. *Ultra hunc ſinum mons altus (ut Græci vocant)* θεῶν ὄχημα, *perpetuis ignibus flagrat:* & quæ ſequuntur. Tum Parthenopes caput dicitur merito, quod altiſſimum in Neapolitano diſtrictu eſt. id eſt mons Veſevus, qui ignes ejectabat. Porrò *crines* ignium flammæ frequenter dicuntur. *Gronov. in Diatr.*

107. *Munichiæ arces.*] In aliis omnibus codicibus mendoſe ſcriptum eſt *monichiæ artes.* quod nec ſenſus nec ratio ferre poteſt; nec ulla etiam ficta fabula ſuadebit. Legatur igitur noſtra emendatione: *Munichiæ arces.* quod Athenas ſignificat. Nam Munichia tumulus Athenis curvus, ingreſſum habens anguſto ore, cui ternæ ſubjacent portæ; quondam muro vallata, complectens Pireum: unde arces Munichiæ Atticæ dictæ ſunt. Hoc ait Papinius: nec Athenis, nec Cyrene, nec Lacedæmone virum præſtantiorem unquam natum eſſe patre ſuo. nam ex his tribus locis præſtantiſſimi viri extiterunt. *Domitius.*

Si tu ſtirpe vetus, famaque obſcura jaceres
Nil gentile tenens, illo te cive probares
Grajam, atque Euboico majorum ſanguine duci.
Ille tuis toties præſtrinxit tempora ſertis,
Cum ſtata laudato caneret Quinquennia verſu,
Ora ſupergreſſus Pylii ſenis, oraque regis
Dulichii, ſpecieque comam ſubnexus utraque.
Non tibi deformes obſcuri ſanguinis ortus,
Nec ſine luce genus (quanquam fortuna parentum
Arctior expenſis) etenim te divite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus
Stirpis honore datos, & nobile pectoris aurum.
Protinus exorto dextrum riſere ſorores
Aonides, pueroque chelyn ſummiſit, & ora
Imbuit amne ſacro jam tum tibi blandus Apollo.
Nec ſimplex patriæ decus, & natalis origo.
Pendet, & ambiguo geminæ certamine terræ.
Te de gente ſuum Latiis aſcita colonis
Graja refert Selle: Grajus qua puppe magiſter
Excidit, & mediis miſer evigilavit in undis,

Maon

109. *Si tu ſtirpe vetus.*] In aliis codicibus mendoſe ſcriptum eſt *vetas.* ſed tu lege *vetus.* nam alloquitur Parthenopen: & ait, ſi tu jaceres tui generis & conditorum memoria oblitterata vetuſtate: certe unus pater meus civis tuus indicabat te Græcam eſſe civitatem ſua Græcarum literarum eruditione. *Idem.* *Famaque obſcura jaceres.*] Ven. & Sal. *famæque obſcura jaceres.* Liv. 42. *incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum.* Gronov.

122. *Aonidum, pueroque.*] Quaſi Muſæ & Apollo inter *γενεθλίους θεοὺς* Præſtitesve Deos cenſerentur: licet quatuor tantum ex doctrina Ægyptiorum numerentur à Macrobio *δαίμων, τύχη, ἔρως, ἀνάγκη.* *Genius. Fortuna. Amor. Neceßitas.* Morellus.

124. *Nec ſimplex, &c.*] Ita ſequentia ſcribenda, id eſt, non ſimplex & unicum tibi patriæ decus eſt: ſed origo natalis in ambiguo certamine geminæ terræ pendet, inter anceps certamen duarum urbium, Neapolis puta & Selles, ventilatur. *In ambiguo* habet Rom. & Ven. editio: quod miror fugiſſe oculos ſtudioſiſſimi Lindenbrogii. Semel hoc indicâſſe ſufficiat, veterem codicem, cujus variantes ille edidit, non alium quam Romanum noſtrum eſſe. Ne impoſterum docti viri errent, & MS. illum putent, etſi ſcriptis æquandum. Sed vir ſummus, gravioribus ſtudiis implicatus, & hanc operam in typographi gratiam præſtans, aliquando indiligentius eo uſus eſt. *Degente* recte diſcerpſit Cruceus. *Grajus Magiſter* inepte dicitur Palinurus, qui Phrygius erat: Sed *gratum* dixit Papinius, ſive Æneæ, ſive Teucris, ſive ipſi puppi. *Gronov. Diatrib.*

132. *Alit*

Mæon & inde ſuum longo probat ordine vitæ
Mæoniden, aliæ, quem aliis natalibus urbes
Diripiunt, cunctæque probant: non omnibus ille
Verus: alit victos immanis gloria falſi.
Atque ibi dum profers annos, vitamque ſalutas,
Protinus ad patrii raperis certamina luſtri
Vix implenda viris, laudum feſtinus, & audax
Ingenii: ſtupuit primæva ad carmina plebes
Eubœa, & natis te monſtravere parentes,
Inde frequens pugnæ, nulloque inglória ſacro
Vox tua. non toties victorem Caſtora gyro,
Nec fratrem cæſtu virides plauſere Terapnæ.
Sit pronum viciſſe domi: quid Achæa mereri
Præmia, nunc ramis Phœbi, nunc germine Lernæ,
Nunc Athamantæa protectum tempora pinu?
Cum toties laſſata, tamen nuſquam avia frondes
Abſtulit, aut alium tetigit victoria crinem.
Hinc tibi vota patrum credi, generóſaque pubes
Te monitore regi, mores & facta priorum
Diſcere: quis caſus Trojæ, quam tardus Ulyſſes:
Quantus equos pugnaſque virum, decurrere verſu
Mæonides: quantumque pios ditarit agreſtes
Aſcræus, Siculuſque ſenex: qua lege recurrat

Pin-

132. *Alit victos immanis, &c.*] Id eſt, qui pro re magna certant, etiam ſi vincuntur, falſa afferentes: tamen aluntur gloria quod in re magna victi ſint. Ita multi certant ut te civem habeant, non putantes ſibi fore contumelioſum, ſi victi fuerint in tam præclaro certamine. *Domit.*

135. *Laudum feſtina.*] Elegantiſſime emendavit, vir ſummus doctrina, judicio, ingenio J. Lipſius, *laudum feſtinus*, & veriſſime, ita *feſtinus voti*, Theb. VI. ỳſ. 74. *Barth.*

141. *Sit pronum, &c.*] Longe alia Papinii ſententia eſt, quam Domitius putat. Dicat ſane aliquis, pronum eſſe, facile eſſe ſub domeſticis judicibus coronas mereri: quid verò habebit invidia, quo admordeat Achaicas victorias tuas. Nam hoc ait, per ludos Græciæ magna decora patrem ſuum obtinuiſſe. *Pronum* (nam hæc vox non intellecta bono homini) eſt facile, promptum. Statius alibi: *cognoſcere pronum.* Gron. Diatr. cap. 56.

143. *Athamantea.*] Id eſt, corona ex ludis Iſthmicis: quæ ex pinu dabatur. Athamanteam dicit, quoniam Iſthmici ludi inſtituti erant pro Melicerte filio Athamantis. ex ſententia Pauſaniæ frondes abſtuli. *Domit.*

151. *Senex Siculus.*] Hieron quidem Siculus de re ruſtica ſcripſit, ut auctor eſt Varro. ſed hic de Theocrito intelli-

Pindaricæ vox flexa lyræ, volucrumque precator
Ibycus, & tetricis Alcman cantatus Amyclis,
Steſichoruſque ferox, ſaltuſque ingreſſa viriles
Non formidata, temeraria Leucade Sappho,
Quoſque alios dignata chelys. tu pandere doctus
Carmina Battiadæ, latebraſque Lycophronis atri,
Sophronaque implicitum, tenuiſque arcana Corinnæ.
Sed quid parva loquor? tu par aſſuetus Homero
Ferre jugum, ſenoſque pedes æquare ſolutis
Verſibus, & nunquam paſſu breviore relinqui.
Quid mirum, patria ſi te petiere relictâ,
Quos Lucanus ager, rigidi quos jugera Dauni,
Quos Veneri plorata domus, neglectaque tellus
Alcidæ, vel quos è vertice Surrentino

Mittit

telligit qui Syracuſanus fuit. Bœo tamen ſcribit eum fuiſſe Smyrnæum ex Phoſſe, in ſuo genere admirabilis. *Idem.*

152. *Pindaricæ vox, &c.*] Flexa vox lyræ dicitur propter ſtrophas & antiſtrophas Lyricorum. Vide Turneb. 1. Adverſ. *Leucade Sappho*, vid. eund. l. 10. cap. 2. *Cruceus.*

153. *Alcman.*] Lyricus poëta qui claruit XXVIII. Olympiade, & amatorios cantus primus invenit. adi Suidam & Ælianum de varia hiſtoria. *Bernart.*

154. *Steſichorus.*] Lyricus poëta Siculus: Horatius *Steſichorique graves Camœnæ.* Idem.

157. *Carmina Battiadæ.*] Callimachum intelligit: de quo multa ſcripſimus in Ibyn Ovidii, teſtimonio etiam Strabonis. Duo autem fuerunt Callimachi. alter Batti filius & Meſatinæ, Cyrenæus grammaticus, diſcipulus Hermocratis, uxorem habuit Euphraſi Syracuſani filiam. Hujus ſororis filius junior Callimachus alter fuit, qui verſus de inſulis ſcripſit, poëmata omni genere carminis. *Domitius.* *Lycophron.*] Sophoclis Grammatici, adoptione Lyci Rhegini hiſtorici, filius, inter ſeptem poëtas qui Pleiades dicebantur à numero ſtellarum Philadelpho Ptolomæo, receptus. conſule Suidam. *Bernart.*

158. *Sophronaque implicitum.*] Non poſſumus de hoc judicare. Nemo tamen aliorum auctorum tale quid de hoc Mimographo ſcripſit, quod ſciam. *Tenuis Corinnæ.*] A carminum quadam ſubtilitate; unde & *Muſcam Lyricam* dictam ajunt, quod forte alluſit Papinius. Pulcherrimam forma mulierem, icone teſte, tradit fuiſſe Pauſanias lib. 9. *Bart.*

163. *Jugera Dauni.*] Rutulos intelligit qui Ardeam tenuerunt. & Silius eos appellat *Dauniam pubem.* Nam Daunus fuit pater Turni, qui Rutulis imperavit. *Domit.*

164. *Domus plorata Veneri.*] Lavinium intelligit, ubi erat ædes Veneris communis nomini Latino, ut ſcribit Strabo, magna populorum celebritate plorata. Nam Numicus fluvius proximus eſt, in quo Æneas filius eſt ſubmerſus, cum tribus annis imperaſſet, conſerto prælio adverſus Rutulos. *Tellus neglecta Alcidæ.*] Eum tractum Campaniæ intelligit, qui eſt inter Miſenum & Puteolos, terra continenti. Nam illac tracturus boves Hercules terram continentem neglexit, ſtructo aggere in exteriore pelago. *Idem.*

170. *Qua*

Mittit Tyrrheni ſpeculatrix virgo profundi?
Quos propiore ſinu lituo remoque notatus
Collis, & Auſonii pridem laris hoſpita Cyme?
Quoſque Dicarchæi portus, Bajanaque mittunt
Littora, qua mediis alte permiſtus anhelat
Ignis aquis, & operta domos incendia ſervant.
Sic ad Avernales ſcopulos, & opaca Sibyllæ
Antra, rogaturæ veniebant undique gentes.
Illa minas Divum, Parcarumque acta canebat,
Quamvis decepto vates non irrita Phœbo,
Mox & Romuleam ſtirpem, proceresque futuros
Inſtruis, inque patrum veſtigia ducere perſtas.
Sub te Dardanius facis explorator opertæ,
Qui Diomedei cælat penetralia furti,
Crevit, & inde ſacrum didicit puer: arma probare
Monſtraſti Saliis, præſagumque æthera certis
Auguriis, cui Chalcidicum fas volvere carmen,

Lanea

170. *Qua mediis alte, &c.*] De calidis Bajarum balneis palam accipiendus locus, quem & illuſtrat Dio lib. 48. Behot. in Apophor. lib. 2. c. 11. *Cruceus.*

175. *Quamvis decepto, &c.*] Malè hic Domitius. Eſt in fabulis Apollinem ambiiſſe noctem Sibyllæ Cumææ. & dum ſperat, præcorrumpere illam tentâſſe, data optione, cujuſcunque rei vellet. Illam apprehenſo cumulo pulveris tot annos petiviſſe, quot corpora ille haberet manipulus. Quo potitam non tamen facilem fuiſſe Phœbo, ſed æternam juventam ſub mercede virginei pudoris reſpuiſſe. Ita deceptus Phœbus, neque tamen irrita hæc vates, hoc eſt, non credita, χρησμοὺς ἀπιστουμένους ᾄδουσα, uti Caſſandra, cui hæc pœna decepto Phœbo eſt injuncta. Narratio illa exſtat lib. XIV. Metam. Ovid. quam & alluſit noſter in Via Domitiana:

Vel quantos ego Delium popoſci.

Itaque verba illa,

Quamvis decepto vates non irrita Phœbo,

ſimplex periphraſis ſunt Sibyllæ, nec fingenda hic febricoloſa illa & pædagogica apodoſis cum Domitio. *Gronov. Diatr. cap.* 56.

178. *Dardanius facis, &c.*] Pontificem πελιφορίζει, cui cura & magiſterium Veſtalium, & his cura ſacri ignis & inextincti, quem per facem opertam intelligit, idemque Silv. I. tacitam facem. *Cruceus.*

179. *Diomedei furti.*] *Palladium Trojanum*, quod furto quondam Troja abſtulerant Diomedes & Ulyſſes. Fabula inconſtans, tamen notiſſima. *Barth.*

180. *Et inde ſacrum didicit puer, &c.*] Loco animam agenti aquam jamdudum affudit Lipſius noſter: *& inde ſacrum didicit puer. arma probare Monſtraſti Saliis.* Senſus: Tu ô pater Pontificem, cui cura Veſtalium, docuiſti ſuos ritus, tu Salios, tu Quindecimviros, tu Lupercos inſtituiſti. quos omnes περιφραστικῶς deſcribit. *Bernart.*

182. *Cui Chalcidicum.*] Id eſt, inter quindecim viros, qui legunt carmen Sibyllinum, ſunt etiam diſcipuli tui, ut ita conjungas: Et formidavit tua verba, id eſt, à te doctus eſt puer olim: cui

 nunc

Lanea cui Phrygii eſt coma flaminis: & tua multum
Verbera ſuccincti formidavere Luperci.
Et nunc ex illo forſan grege, gentibus alter
Jura dat Eois, alter compeſcit Iberos,
Alter Achamenium ſecludit Zeugmate Perſen,
Hi dites Aſiæ populos, hi Pontica frenant,
Hi fora pacificis emendant faſcibus, illi
Caſtra pia ſtatione tenent: tu laudis origo.
Non tibi certaſſet juvenilia fingere corda
Neſtor, & indomiti Phœnix moderator alumni.
Quique tubas acres, lituoſque audire volentem
Æaciden, alio frangebat carmine Chiron.
Talia dum celebras, ſubitam civilis Erinnys
Tarpejo de monte facem, Phlegræaque movit
Prælia. ſacrilegis lucent Capitolia tædis,
Et Senonum furias Latiæ ſumpſere cohortes.
Vix requies flammæ: nec dum rogus ille deorum
Siderat, exciſis cum tu ſolatia templis
Impiger, & multum facibus velocior ipſis,
Concinis ore pio, captivaque fulmina defles.
Mirantur Latii proceres, ultorque deorum
Cæſar, & è medio divum pater annuit igni.
Jamque & flere pio Veſuina incendia cantu

Mens

nunc fas eſt volvere carmen Chalcidicum. *Et cui eſt, &c,*] Id eſt, qui habet caput cinctum filo laneo. *Phrygii.*]Nam Æneas Phrygius caput operire inter ſacrificandum inſtituit. unde mos manavit ut Flamines filo laneo caput cingerent. *Domit.*

195. *Civilis Erinnys.*] Furor belli civilis. hæc tamen dea eſt quæ bello præeſt ut Pallas, quod Pauſanias apud Homer. obſervavit. *Idem.*

197. *Prælia Phlegræa.*] Id eſt, tam impia quam fuerunt gigantea, quæ commiſſa ſunt ad Phlegram. Erant enim in deos. *Idem.*

198. *Latiæ ſenſere cohortes.*] Rom. Venetuſque codex: *ſumſere cohortes.* Optime. *Sumere furias,* ut *ſumere bellum.* Florus: *nec temere ſumptus, ut barbaris, impetus.* Ovidius: *pugnaque aſſumit amorem.* Sic *ruere in furias.* Virgil. III. Georg. *Gron. Diatr.*

199. *Rogus deorum.*] Mendoſi habent *duorum.* nos *deorum* legimus. Nam dii Capitolini eo incendio tanquam rogo ardebant, videbanturque captivi Vitellianorum. *Domit.*

202. *Captivaque numina defles.*] Idem MS. Flor. à Lindenbrogio collatus: *flumina.* Sed Ven. & Saliſb. *captivaque fulmina defles.* Quod verum videtur. Ob Jovem, qui Capitolii primarius incola. *Gron.*

205. *Veſuvina incendia.*] Cantaturus fuerat Senior Papinius, cum ipſum mon-

Mens erat, & gemitum patriis impendere damnis,
Cum pater exemptum terris ad ſidera montem
Suſtulit, & late miſeras dejecit in urbes.
Me quoque vocales lucos, luſtrataque Tempe
Pulſantem, cum ſtirpe tua deſcendere dixi,
Admiſere deæ. nec enim mihi ſidera tantum,
Æquoraque & terras, quam vos debere parenti.
Sic decus hoc, quodcunque lyra: primuſque dediſti
Non vulgare loqui, & famam ſperare ſepulchro.
Qualis eras, Latios quoties ego carmine patres
Mulcerem, felixque tui ſpectator adeſſes
Muneris? heu quali confuſus gaudia fletu
Vota, pioſque metus inter, lætumque pudorem!
Quam tuus ille dies, qua non mihi gloria major!
Talis Olympiaca juvenem cum ſpectat arena
Qui genuit, plus ipſe ferit: plus corde ſub alto
Cæditur, attendunt cunei, ſpectatur Acetes
Ille magis, crebro dum lumina pulveris hauſtu
Obruit, & prenſa vovet expirare corona.
Hei mihi quod tantum patrias ego vertice frondes,

Sola-

montem videt velut funditus erutum ad cœlum à Jove elevatum projectum in Campaniæ urbes & campos. Poëtica rei amplificatio. *Barthius.*

221. *Qui genuit pater.*] Id eſt, pater cum ſpectet filium pugnantem in Olympia, plus animo ferit adverſarium filii, quam filius cæſtibus & armis. Et cum filius cæditur, majorem animo dolorem vulneris illius ſentit pater, quam filius corpore hujus pietatis. Exemplum quoque refertur à Pauſania: cum Demilus ex Cariſto Eubœæ filium Glaucum arantem uno pugni ictu vomerem indidiſſe aratro conſpexiſſet, admiratus illius robur, eum produxit in Olympiam. ubi cum arte adverſarii eluderetur: pater ſpectans clamavit, τὴν ἀπ' ἀρότρου, id eſt, vulnus ab aratro. monens filium, ut tam fortiter percuteret adverſarium pugno, quam olim indiderat vomerem aratro. Quod ille audiens, tanto ſurrexit robore, ut & tunc vicerit, & poſtea ſæpe. *Domit.*

222. *Spectator Aletes, &c.*] Corruptiſſimi hujus loci reſtitutio debetur quoque Cl. Salmaſio, cujus monitu ſcribimus: *ſpectator athletes Ipſe magis.* Alii, inquit, attendunt pugnantes: ſed ille ſpectator, qui genuit, magis athleta eſt ipſe quam ſpectator; ita haurit oculis (quod certantium proprie eſt) atque haurire ſibi videtur pulverem illum, quem excitant pugnantes: ita (quod athletarum ipſorum, qui in arena ſunt, votum eſt) cupit exſpirare corona prenſa, coronato funere contentus eſt. De ejuſmodi autem faventis ſpectatoris motu vivum exemplum apud Thucydidem eſt lib. v. *Gron. Diatr. c.* 57.

225. *Hei mihi quod tantum.*] Dolet quod vivo patre ſemel tantum fuerit

coro-

Solaque Chalcidicæ Cerealia dona coronæ
Te ſub teſte tuli. qualem te Dardanus Albæ
Vix cepiſſet ager, ſi per me ſerta tuliſſes
Cæſarea donata manu! quod ſubdere robur
Illa dies, quantum potuit dempſiſſe ſenectæ?
Nam quod me mixta quercus non preſſit oliva,
Et fugit ſperatus honos. cum dulce parentis
Invida Tarpeji caneret te noſtra magiſtro
Thebais. Urgebant priſcorum exordia vatum,
Tu cantus ſtimulare meos, tu pandere facta
Heroum, bellique modos, poſituſque locorum
Monſtrabas: labat incerto mihi limite curſus
Te ſine, & orbatæ caligant vela carinæ.
Nec ſolum larga memet pietate fovebas;
Talis & in thalamos: una tibi cognita tædæ

Con-

coronatus in ſacris Cereris Eleuſinæ Neapoli. Nam Cereri ſolita illic celebrari ſacra ante dixit: *Tuque Actæa Ceres*, & quod non affuerit cum coronatus eſt à Domitiano in Albano, atque ea caruerit lætitia. *Domit.*

226. *Chalcidicæ Cerealia, &c.*] Ariſtides in Eleuſ. ſcribit primum agonem gymnicum Eleuſine inventum, cujus præmium victori fuere fruges. Per dona igitur Cerealia coronæ Chalcidicæ expone præmia ejuſmodi, quæ tulit Statius in agone Neapolitano. Niſi malis verba hæc referre ad ludos Cereris Neapoli inſtitutos, de quibus in ſilva ad Menecratem. *Crucens.*.

228. *Tuliſſes ſerta per me.*] Nam putaſſes coronam mihi donatam à Cæſare tuam eſſe. Ante, ad Cæſarem: *Palladio tua me manus induit auro.* Nam quod excuſat quod in certamine Capitolino fuerit victus, quod antea faſſus eſt: *tunc cum Capitolia noſtræ inficiata lyræ.* excuſatio eſt quod tunc erat occupatus audiendis antiquis auctoribus & poëtis ex patre. nam doctrinam colligebat ut componeret Thebaidem ſuam: qua occupatione factum eſt ut non bene cecinerit laudes Jovis Capitolini. atque ita Thebais, cujus cauſa erat occupatus, viſa eſt invidere Jovi Capitolino, quando non permiſit ut illius laudes bene caneret. *Domit.*

232. *Cum dulce parentis.*] Potuit ſcripſiſſe:

Nam quid me mixta, quercus non preſſit oliva,
Et fugit ſperatus honos? cum luce parentis
Irrita Tarpeji canerem? Te noſtra magiſtro
Thebais urgebat priſcorum exordia vatum.

Luce parentis Tarpeji, die, qui feſtus erat Jovi Capitolino, quoque agon ei committebatur. *Irrita canerem*, quia, ut ait ad uxorem, *Capitolia noſtræ Inficiata Lyræ.* *Urgebat* autem Sal. non *urgebant*. Et foret ſenſus: Cur enim tam infelix fui, quam dicam fuiſſe cauſſam, ut in agone Capitolino victus non exhilarare te potuerim hac quoque palma occupata? Quæ ſequuntur, nihil huc pertinent: ſed pergit enarrare pietatem & officia parentis erga ſe, quo adjutore, Thebaida contexendo, trita illa veteribus vatibus orbita inceſſerit, argumentum tot antiquis poëtis tractatum tentaverit. *Gronovius.*

241. *Sejun-*

Connubia, unus amor. certe ſejungere matrem
Jam gelidis nequeo buſtis, te ſentit, habetque,
Te videt, & tumulos, ortuque obituque ſalutat.
Ut Pharios aliæ ficta pietate colores,
Mygdonioſque colunt, & non ſua funera plorant.
Quid referam expoſitos ſervato pondere mores?
Quæ pietas? quam vile lucrum? quæ cura pudoris?
Quantus amor recti? rurſuſque ubi dulce remitti?
Gratia quæ dictis? animo quam nulla ſenectus?
His tibi pro meritis, famam, laudeſque benignas
Vindex cura Deum, nulloque è vulnere triſtem
Conceſſit. raperis, genitor, non indigus ævi,
Non nimius, triniſque decem quinquennia luſtris
Juncta ferens. ſed me pietas numerare, dolorque
Non ſinit: ô Pylias ævi tranſcendere metas,
Et Teucros æquare ſenes, ô digne videre

241. *Sejungere matrem.*] Indicium (inquit) eſt tui amoris erga uxorem, quod ea incubat jam diu tumulo tuo, nec eam poſſum ſejungere & abducere. Inemendati codices habent, *ſubjungere.* ſed nullus eſt ſenſus. *Domit.*

244. *At Pharios aliæ.*] Codices mendoſi ſcripti ſunt, *At Pharios alii.* ſed nos legimus *aliæ*, ut ſenſus ſit: nulla eſt quæ poſſit contendere cum matre mea de pietate. te enim vera pietate luget, & vera eſt pietas virum defunctum lugere. aliæ vero mulieres volunt videri piæ, lugendo in ſacris Iſidis aut Cybeles. *Colunt Pharios dolores.*] Lugent in ſacris Iſidis Phariæ & numinis Ægyptii. *Idem.*

245. *Et Mygdonios.*] Id eſt, Phrygios in ſacris Cybeles. *Plorant non.*] In ſacris Iſidis deflent Oſiridem necatum qui præſentabatur in ſacris Cybeles: Atyn, qui abſcidit genitalia, quorum neuter ad eas pertinet. *Idem.*

251. *Vindex cura Deum.*] Quæ hæc *vindex cura Deum*? Utrum ἀποτρόπαιος, & quæ patrem Statium ab incurſibus fortunæ propter probitatem ſuam vindicaret, an quæ deos vindicaret ab invidia omiſſæ curæ rerum humanarum? Alterutrum credo finxiſſe ſibi interpretes. Sed verior ſcriptio remanſit in editione Romana & Veneta: *Index cura Deum.* Gravius etiam peccarunt librarii, qui duo hemiſtichia tranſpoſuerunt. Scripſerat enim Statius:

His tibi pro meritis nulloque è vulnere triſtem
Index cura Deum famam laudeſque benignas
Conceſſit.

Et famam nullo è vulnere triſtem, & laudes benignas conceſſit tibi probans eos cura deum. Quam clara nunc omnia, quam pulchra! at quam inepta vulgata erat! Cum bonis bene eſſet, malis malè, dicebant ESSE DEOS: & hi qui diſcrimen illud pro meritis ſuis perſentiſcerent, quaſi teſtimonio erant & eſſe deos & noſtri curam habere. *Gron. in Diatr.*

253. *Non nimius.*] Nec (inquit) immature diſceſſiſti, nec decrepitus. nam ſexageſimum quintum annum expleveras. *Domit.*

Me ſimilem! Sed nec leti tibi janua triſtis:
Quippe leves cauſa, nec ſegnis tabe ſenili
Exitus, inſtanti præmiſit membra ſepulchro;
Sed te torpor iners, & mors imitata quietem,
Explicuit, falſoque tulit ſub tartara ſomno.
Quos ego tunc gemitus? comitum manus anxia vidit.
Vidit & exemplum genitrix, gaviſaque vovit
Quæ lamenta tuli. veniam concedite Manes;
Fas dixiſſe, pater: non tu mihi plura dediſſes.
Felix ille patrem vacuis circumdedit ulnis:
Vellet &, Elyſia quamvis in ſede locatum,
Abripere, & Danaas iterum portare per umbras.
Tentantem, & vivos molitum in Tartara greſſus,
Detulit infernæ vates longæva Dianæ.
Si chelyn Odryſiam pigro tranſmiſit Averno
Cauſa minor: ſi Theſſalicis Admetus in oris
Sylva una tetra Phylaceida rettulit umbram,
Cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua Manes,
Aut mea? fas mihi ſit patrios contingere vultus,
Fas junxiſſe manus, & lex quæcunque ſequatur.

At

263. *Gaviſaque novit.*] Quæ ſtultitia ſermonis, *gaviſaque novit*? Ocius ſcribe, ut poëta olim, *gaviſaque vovit*. Quæ lamenta tuli. Duo parentum ſumma vota, ſuperſtites liberos relinquere, & ab iiſdem piè lugeri. Vid. *Gron. Diatr. c.* 59.

268. *Danaas umbras.*] Noctem Doricam, qua ſpoliabant & concremabant Ilium Græci. Viſe Virgil. Q. Smyrnæum, Tryphiodorum. *Barth.*

270. *Infernæ Dianæ*] Sibylla Æneam coram Proſerpina ſtitit, de *inferna Diana*, quæ eadem Proſerpina & Luna, Prudent.

Denique cum Luna eſt, &c. Idem.

272. *Si Theſſalicis, &c.*] Corruptiſſima hæc ſunt & fere deſperata. Scribe:

ſi Theſſalicis Admetus in oris,
Si laſciva retro Phylaceia rettulit umbram.

Ex *ſilva una*, fecimus *Si laſciva*, non ſane diſtorta apicum mutatione, & ſenſu exigente. *Phylaceia* eſt ipſa Laodamia quam *laſcivam* vocat, quippe cujus amor & deſiderium conjugialia gaudia nimis reminiſcebatur. Viderat miniſter Acaſti Laodamiam in thalamo ſimulacrum Proteſilai amplexantem atque oſculantem: ſed ſiniſtra interpretatione adulterio fieri ea putans, Acaſto patri indicavit. Qui cum veniſſet, & irrupiſſet in thalamos, vidit effigiem Proteſilai. Illa, *rettulit retro Umbram*, & de Admeto & de Phylaceia ſeu Laodamia ſunt intelligenda. Si Admetus Theſſalus, ſi laſciva Phylaceia, quæ propter amplexum & oſcula maritum deſiderabat, impetraverunt, ut Umbra retro remitteretur, quæ invidia eſt, meam vel tuam chelyn idem ſperare? *Gronov. in Diatr.*

281. *Supre-*

At vos umbrarum reges, Ætneaque Juno
(Si laudanda precor) tædas auferte, comaſque
Eumenidum: nullo ſonet aſper janitor ore:
Centauroſque, Hydræque greges, Scyllæaque monſtra
Averſæ celent valles, umbramque ſenilem
Invitet ripis diſcuſſa plebe ſupremis
Vector, & in media componat molliter alga.
Ite pii manes, Grajumque examina vatum,
Illuſtremque animam Lethæis ſpargite ſertis,
Et monſtrate nemus, quo nulla irrupit Erinnys,
In quo falſa dies, cæloque ſimillimus aër.
Inde tamen venias, melior qua porta malignum
Cornea vincit ebur, ſomnique in imagine monſtra
Quæ ſolitus: ſic ſacra Numa, rituſque colendos
Mitis Aricino dictabat Nympha ſub antro.
Scipio ſic plenos Latio Jove ducere ſomnos
Creditur Auſoniis, & non ſine Apolline Sylla.

IV.

AD SOMNUM.

CRimine quo merui juvenis, placidiſſime divûm,
Quove errore miſer, donis ut ſolus egerem,

Som-

282. *Supremis ripis.*] Id eſt, ad ora ripæ ut te trajiciat. inde tamen ſi es rediturus ad me, veni per eam portam, quæ mittit vera inſomnia. Id eſt, corneam. alluſio ad carmen Virgilianum. *Domit.*

288. *Qua porta malignum.*] Ita legendum ejecta vocula *in*, quam contra omnem rationem intruſerunt editiones duæ Pariſienſes, de duabus his *ſomniorum portis*, vana & vera emittentibus Virgil. Homerum ſecutus, Auſon. cuſpide Crucifixo. Vid. Paſſerat. ad Prop. El. 7. lib. 4. ubi *malignum* hoc ſeu vanum, ebur enarratur. *Barthius.*

289. *Somnique in imagine monſtra, quæ ſolitus.*] Id eſt doce me per ſomnium quæ ſolebas docere vivus. Nam & Numa ſic ſacra perſuaſit conſulens Egeriam, & Scipio Jovem Capitolinum alloquebatur. In mendoſis autem codicibus ita legitur, *ſomni quæ in imagine monſtras.* Domit.

292. *Scipio.*] Oppius & Julius Hyginus ſcribunt, quod Gellius tradit, Scipionem Aphricanum ſolitum venire in Capitolium ante diluculum: & canes qui in alios ſolebant ſævire, eo veniente quieviſſe, eumque jubere ſolitum, ut aperiretur cella Jovis Capitolini. Inde manavit hæc opinio de qua ſcribit Papinius, quod cum Jove loqueretur, ut etiam Sylla qui præcipue Apollinem coluit, quod ejus numinis colloquio frui putabatur. Praxiteles ſane ex ære Apollinem puberem fecit ſubrepenti lacertæ cominus inſidiantem. *Idem.*

7. *Septi-*

Somne, tuis? tacet omne pecus, volucreſque, feræque,
Et ſimulant feſſos curvata cacumina ſomnos.
Nec trucibus fluviis idem ſonus, occidit horror
Æquoris, & terris maria acclinata quieſcunt.
Septima jam rediens Phœbe mihi reſpicit ægras
Stare genas, totidem Oetææ, Paphiæque reviſunt
Lampades, & toties noſtros Titonia queſtus
Præterit, & gelido ſpargit miſerata flagello.
Unde ego ſufficiam? non ſi mihi lumina mille,
Quæ ſacer alterna tantum ſtatione tenebat
Argus, & haud unquam vigilabat corpore toto.
At nunc, heus, aliquis longa ſub nocte, puellæ
Brachia nexa tenens, ultro te, Somne, repellit.
Inde veni, nec te totas infundere pennas
Luminibus compello meis; (hoc turba precatur
Lætior) extremo me tange cacumine virgæ:
Sufficit, aut leviter ſuſpenſo poplite tranſi.

V. EPI-

7. *Septima Phœbe.*] Prop. Eleg. 20. l. 2. *ſeptima jam plenæ deducitur orbita lunæ*, id eſt, ſeptima nox. Luna enim pro nocte ſæpius apud Poëtas. Nec aliter fortaſſe ſunt amica ſilentia lunæ apud Virg. l. 2. Æneid. in quibus tantum acumen oſtentarunt viri docti. *Cruceus.*

8. *Totidem OEtææ.*] Locus hic varie ſollicitatus eſt ab Interpretibus. Domitius, diphthongo priori mutata, legit *Æthææ*. & intelligit ſolem orientem, quia *Æthon* unus ex equis Solis Ovidio. Alii, *Æthonis* malunt. ſed fruſtraneæ & vanæ hæ conjecturæ. Nam Poëta hic *OEtæas Lampades* appellat ſtellas, quæ in *OEta* monte videntur oriri, quod accidit iis populis qui *OEtam* ab ortu habent. Ita Catullus carm. Nuptial. ſtellas, *OEtæos ignes* dixit:

Nimirum OEtæos oſtendit Noctifer ignes.

Et Seneca Hercule furente:

Jam cæruleis evectus equis,
Titan ſummum proſpicit OEtam.

Gevart.

12. *Tantum ſtatione.*] Melius ſcribas *tamen in ſtatione. Tenebat*, id eſt, aperta ſuſtinebat, ne clauderet. Sed id tamen alternatim fiebat, dimidia parte oculorum vigilante, dimidia dormiente. Ego autem quo pacto, duobus his meis continuæ vigiliæ ſufficiam? *Barth.*

13. *Corpore toto.*] Quod totum oculeum fuit, ut elegantiſſime loquitur Plautus. *Idem.*

14. *At nunc heus aliquis.*] Olere mendum videtur, nec dubitarim reponere, *At nunc, heu, aliquis.* Bernart.

16. *Totas infundere pennas.*] Concinnior, meliorque ſcriptura, quam Adverſ. lib, 18. c. 17. propoſuimus, *te totis infundere pennis.* De *pennis amoris* paria ad hunc aliorum loca notant ad Propert. l. 1. Eleg. 3. Beroald. pag. 581. Paſſerat. p. 158. Levin. p. 53. *Barthius.*

18. *Me tange cacumine virgæ.*] Virgam ſomno Papinius, Virgil. ramum, alii cornu, ut alibi Noſter in 2. Thebaid. Vid. Turneb. l. 21. c. 4. *Cruceus.*

19. *Suſpenſo poplite.*] Etiamſi me non attingas, ait, aura ſaltem ſupervolantis fac me afflet, ut vel parum quietis hauriam. *Barthius.*

V.

EPICEDION IN FILIUM.

ME miſerum (neque enim verbis ſolennibus ulla
Incipiam nunc, Caſtaliæ vocalibus undis
Inviſus, Phœboque gravis) quæ veſtra, ſorores,
Orgia, Pieriæ, quas inceſtavimus aras?
Dicite: poſt pœnam liceat commiſſa fateri.
Numquid inacceſſo poſui veſtigia luco?
Num vetito de fonte bibi? quæ culpa? quis error,
Quem luimus tantis mœroribus? ecce lacertis
Viſcera noſtra tenens, animaque avellitur infans.
Non de ſtirpe quidem, nec qui mea nomina ferret,
Oraque: non fueram genitor. ſed cernite fletus,
Liventeſque genas, & credite planctibus orbi,
Orbus ego: huc patres, & aperto pectore matres
Conveniant, cinereſque oculis & carmina ferte,
Siqua ſub uberibus plenis ad funera natos
Ipſa gradu labente tulit, madidumque cecidit
Pectus, & ardentes reſtrinxit lacte favillas.
Quiſquis adhuc teneræ ſignatum flore juventæ
Immerſit cineri juvenem, primaque jacentis
Serpere crudelis vidit lanugine flammas,

Adſit,

1. *Neque enim verbis ſolennibus ulla, &c.*] Ita ſcribendum monuerunt nos eruditiſſimi viri P. Scriverius & I. Iſacius Pontanus. Obſervandum autem artificium Papinii, quod in graviſſimo luctu ſuſpendit verſum illo, *Incipiam nunc*, quaſi ſingultu interſtinguat. C. Barthius pro *ulla* reſcribit *ultra*. Sed non ejurat omnem bonam copiam poëtas verum ſe hoc tempore quicquam ſolennibus verbis hilarique cantu orſurum negat. Retinendum igitur *ulla*. Gronov. Diatr. c. 60.

2. *Nunc Caſtaliæ vocalibus.*] Nunquam capies locum, niſi detrahas litterulam, quæ à ſequenti voce adhæſit, & pro *nec*, legas *ne*. --*ne Caſtaliæ vocalibus undis, &c.* Veretur ne Phœbo gravis & moleſtus ſit, ſi ſolennibus verbis illum invocet. *Vocales* vero *undas* dixit, ut ſupra Epithal. Stellæ:

Et de Pieriis vocalem fontibus undam.

Eo quod nimirum epota, vocem & carmina largiretur. *Gevart.*

4. *Orgia.*] *Sacra, Ceremonias, Cultum* divinitatis. Bene hæc explicat Paſſerat. Præf. in l. 4. Propert. p. 313. *Bart.*

17. *Et ardentes reſtrinxit lacte favillas.*] In aliis codicibus extat *papillas*. nos *favillas* legimus. nam ardentes cum papillis non convenit. Præterea loquitur de muliere, quæ filium adhuc lactentem vidit in rogo mortuum; alludenſque ad morem quo cineres ſpargebantur vino, ut ante diximus teſtimonio Homeri & Virg. *Domit.*

21. *Al-*

Adſit, & alterno mecum clamore fatiſcat.
Vincetur lachrymis, & te Natura pudebit.
Tanta mihi feritas, tanta eſt inſania luctus.
Hoc quoque cum meditor terdena luce peracta
Acclinis tumulo, luctus in carmina verto,
Diſcordeſque modos, & ſingultantia verba
Molior. Orſa dolor prohibet, atque ira tacendi
Impatiens. ſed nec ſolita mihi vertice laurus,
Nec fronti vittatus honos: en taxea marcet
Sylva comis, hilareſque ederas plorata cupreſſus
Excludit ramis. ignavo pollice chordas
Pulſo: ſed incertam digitis errantibus amens
Scindo chelyn. juvat heu, juvat illaudabile carmen
Fundere, & incompte miſerum laudare dolorem.
Sic merui, ſic me cantuque habituque nefaſtum
Aſpiciant Superi. pudeat, Thebaſque, novumque
Æaciden. nil jam placidum manabit ab ore.
Ille ego qui toties blandus, matrumque, patrumque
Vulnera, qui vivos potui mulcere dolores,
Ille ego lugentum mitis ſolator, acerbis
Auditus tumulis, & deſcendentibus umbris,
Deficio, medicaſque manus, fomentaque quæro
Vulneribus (ſed ſumma) meis. nunc tempus amici
(Quorum ego manantes oculos, & ſaucia terſi
Pectora) reddite opem, ſævas exolvite grates.
Nimirum cum veſtra domus; ego funera, mæſtus

In-

21. *Alterno mecum clamore.*] Hoc habebant pro ſummo ſolatio, & ita ſe Meliorem Atedium conſolari velle autumat Papinius noſter, pari modo vernam ſuum deſideratiſſimum plangentem lib. 2. Silv. 1. à ℣ſ. 20. ut in aliis Epicediis. *Barthius.*

22. *Et te natura pudebit.*] Pudebit te (inquit) ô natura, quoniam ego qui non ſum natura pater hujus, plus lugebo quam ea quæ mater eſt infantis, vel qui juvenem gemit. *Domit.*

46. *Nimirum cum veſtra domus; ego, &c.*] Locus, fœde laceratus, ideoque male intellectus adhuc. Primum ſcribendum ex Romana Venetaque, quas optimo judicio ſecutus eſt Fr. Lindenbrogius, urbis patriæ grande incrementum: *cum veſtra domans ego funera mæſtos Increpito.* Qua pœne phraſi epicedio in Glauciam: *ægrumque dolorem Libertate doma.* Mox, *Verum erat*, interpretatur Domitius: quod ſcilicet dicebaris, nullum carmen ſatis eſſe ad lacrimas reprimendas. At Statius invitat amicos, ut pro ſolatiis, quæ ipſe canere illis ſolitus erat, vicem reddant carminaque ſuppeditent. *Verum erat*, ſubjicit:

Increpito, tunc damna dolens aliena, repono
Infelix lachrymas; & triſtia carmina ſervo.
Verum erat: abſumptæ vires, & copia fandi
Nulla mihi, dignumque nihil mens fulmine tanto
Repperit. inferior vox omnis, & omnia ſordent
Verba. ignoſce puer: tu me caligine mæſtum
Obruis. à duro, viſo ſic vulnere cara
Conjugis, invenit caneret quod Thracius Orpheus
Dulce ſibi: ſic buſta Lini complexus Apollo
Non tacuit. nimius fortaſſe, aviduſque doloris
Dicor, & in lachrymis juſtum exceſſiſſe pudorem.
Quiſnam autem gemitus, lamentaque noſtra reprendit?
O nimium felix, nimium crudelis, & expers
Imperii Fortuna tui, qui dicere legem
Fletibus, aut fines audet cenſere dolendi.
Incitat (heu) planctus. potius fugientia ripas
Flumina devincas, rapidis aut ignibus obſtes,
Quam miſeros lugere vetes. tamen ille ſeverus
(Quiſquis is eſt) noſtræ cognoſcat vulnera cauſæ.
Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumve ſui convicia Nili
Infantem, linguaque ſimul, ſalibuſque protervum

Di-

cit: id eſt, æquum erat, merueram ſanè. Idque ob duas cauſas, tum ut ſævas grates exſolverent, tum quia ipſius vires abſumptæ, & copia canendi nulla. *Gron. in Diatr. cap.* 61.

51. *Reperit.*] Quod caneret dulce ſibi. Ignoſce (inquit) puer: malum & vulgare carmen compoſui in tuo funere; dolore enim obruor. atqui puto ne Orpheum quidem ipſum bene ceciniſſe cum flevit Eurydicem: ſed emiſiſſe qualecumque potuit carmen ſibi dulce, id eſt ad leniendum dolorem ſuum. *Domit.*

56. *Buſta Lini.*] Filii ſui. Vide, quæ de non uno *Lino* notavit, illuſtrando Papinio noſtro, Jacobus Nicolaus Loenſis lib. 10. Miſcell. c. 3. *Orpheum* & *Apollinem* Linum deflentem pariter jungit Ovid. in Tibulli Epicedio. *Barth.*

67. *Delicias.*] Nugatur hoc loco Interpres, qui pro *Delicias*, *Æditnas* legit, quod de *picis* intelligendum docet, ineptiſſime. Romani enim pueros Ægyptios, de quibus hic Poëta, *Delicias* ſuas appellabant. Plutarchus in Antonio. Noſter Epiced. Glauciæ:

Tu modo Deliciæ, dulces modo pectore curæ.

Coma Earini:

—— ceſſere priores
Deliciæ, famulûmque greges.

Plura paſſim exempla occurrunt. Hi vero pueri variis jocis & argutiis ſtudebant, quibus dominos ſibi conciliabant. Hinc noſter illos hic *loquaces* appellat. *Gevart.*

68. *Linguaque ſimul.*] Hæc lectio ex Aldina propagata eſt. Domitii codices & editio: *Lingua ſimium ſalibuſque.* T. Demſterus gratulatur ſibi de correctione ampliſſimi viri, qui ſcribebat,

lingua

Dilexi. meus ille, meus: tellure cadentem
Excepi, & vinctum genitali carmine fovi.
Poſcentemque novas tremulis ululatibus auras,
Inſerui vitæ. quid plus tribuere parentes?
Quin alios ortus, libertatemque ſub ipſis
Uberibus tibi, parve, dedi. heu munera noſtra
Ridebas ignarus adhuc. properaverat ille,
Sed merito properabat amor, ne perderet ullum
Libertas tam parva diem. nonne horridus ipſos
Invidia, Superos, injuſtaque Tartara pulſem?
Nonne gemam te, care puer, quo ſoſpite natos
Non cupii? primo gemitum qui protinus ortu
Implicuit, fixitque mihi. cui verba, ſonoſque
Monſtravi (queſtuſque, & vulnera cæca reſolvam)
Reptantemque ſolo demiſſus ad oſcula dextra
Erexi, blandoque ſinu, jam jamque natantes
Exercere genas, dulceſque accerſere ſomnos.
Cui nomen vox prima meum, luduſque tenello
Riſus, & è noſtro veniebant gaudia vultu.

lingua Samium, ad lib. v. Roſini. Sed duplex hic error eſt: primum quod *Samium* accepit pro acuto, magiſtro Nonio; cujus in hac voce explicanda ineptias aperuit vir incomparabilis ad Hiſt. Auguſtam: deinde quod Ciceronem de Samiorum dicacitate teſtimonium perhibuiſſe putavit; Nec ſane Niliacæ plebis vernilitas Samio acumine indigebat. Scribe: *lingua ſimili ſalibuſque protervum.* Deſcribit puerum pantomimum, quem *protervum lingua ſimili* dicit, qua nimirum ſenſus ſermonemque aliorum comœdice refert. *Lingua ſimili protervus* dicitur actionis mimicæ peritus, qui eos affectus verbis imponat, ut non aliter loqui videatur, quam illi, quos agit, locuti eſſent: *ſalibus protervus* ſignificat argumentum in dictis, vernaculum, ſubdolæ & fucatæ vernilitatis. Vid. *Gron. Diatr. cap.* 61.

69. *Tellure cadentem.*] Hoc eſt, Recens natum è ſolo ſuſtuli, & Natalem ejus ſcripſi. Ita ſup. in Epithalamio Stellæ, — *tellure cadentem*
Excepi fovique ſinu.
Et 1. Theb.
— *De Matre cadentem fovisti gremio.*
Quibus in locis doctus Interpres priſcum morem infantes νεογόνους in terram deponendi fuſe & ſcite docet. Quæ ſtabilit Nonius in *Pilumno*, & *Picumno*, ex Varrone de vita pop. Rom. *Natus ſi erat vitalis ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra.* B. Antiſtes Dionyſius plane ἱεροπρεπῶς dixit: εἰσδέχεσθαι τὰ βρέφη, κατὰ τὸν ἱερὸν τρόπον *Excipere infantes ritu ſacro*, poſt θεογονίαν. quod munus pium eſt θείου πατρὸς καὶ σωτηρίας ἱερᾶς ἀναδόχου, divini parentis & Salutis ſponſoris. *Morellus.*

79. *Quo ſoſpite natos non cupii.*] In aliis codicibus mendoſe legitur, *quo ſoſpite natos concupii.* Nos vero *non cupii* legimus; ut dicat, te ſoſpite non deſiderabam alios filios. tu enim unus ſatis eras, & te ſolo adoptivo eram contentus. *Domit.*

SYLVARUM FINIS.

P. PAPINII
STATII
THEBAIDOS
LIBRI DUODECIM.

ARGUMENTA
Librorum duodecim
THEBAIDOS.
Ex vetuſtiſſimo codice Toletano.

SOlvitur in *Primo* fratrum concordia libro.
Denegat & fœdus, repetitaque regna *Secundus.*
Tertius in Thebas inflammat Dorica caſtra.
In *Quarto* Mavors bello rapit undique Grajos.
Quintus & Hyſiphiles luctus, narratque dolores.
Archemori *Sextus* ludos ad funera ducit.
Septimus obſeſſas Thebas, vatiſque ſepulchrum.
Occidit *Octavo* Menalippi cuſpide Tydeus.
Hippomedonta ſolo dat *Nonus* & Arcada telo.
Cuſpide fulminea *Decimus* Capanea terebat.
Undecimus parili germanos funere jungit.
Ultimus Ogygias dat vincere Theſea Thebas.

ARGUMENTUM IN THEBAIDEM

Ex Bernartio.

Bellorum omnium quæ inter Græcos priſcis temporibus fuere, ſi Trojanum excipias, celeberrimum ſemper habitum Thebanum illud, inter Oedipi filios, mirabili neſcio magis, an miſerabili exitu geſtum, ante Chriſti natalem annis circiter ∞ cc. xxxvi. ante primam Olympiadem cccc lvii. ante Urbem conditam cccc lxxxi. Fugitivam certe ejus memoriam retrahere conati præſtantiſſimi quique viri, quà inter Græcos, quà Latinos. ipſe Poëta Princeps in hac cura teſtis Pauſanias, qui ſignate Bœoticis: Ἐποιήθη δ᾽ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαΐοις. τὰ δ᾽ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατ᾽ ταῦτα ἔγνωσαν. Ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα. *Et hoc quidem bellum adverſus Thebas verſibus perſcriptum. Eorum verſuum Calenus mentionem faciens, ab Homero factos cenſet, cui multi, & ii non ignobiles autores, aſſentiuntur. Ego certe poëſim illam ſecundum Homeri Iliadem & Odyſſeam plurimi facio* Operam etiam, & quidem largam, heroico verſu contulit Antimachus. cui rei fidem facit vel unus Athenæus, qui ejus Thebaidem compluries citat; & ille idem Pauſanias, qui in Arcadicis ex ea Arionem Adraſti deſcribit, verſibus ſuo loco tranſcribendis. Nec defuere officio Latini. Ponticus ſane cum laude ſudavit in hoc circo. author mihi affirmandi Propertius, apud quem lego:

> *Dum tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ,*
> *Armaque fraternæ triſtia militiæ:*
> *Atque ita ſim felix, primo contendis Homero,*
> *Sint modo fata tuis mollia carminibus,*
> *Nos ut conſuemus, &c.*

Attium quoque Tragœdum admoviſſe manum, videre licet ex veterum ſcriptorum reliquiis, & fractis quaſi membris quæ apud Nonium. Et hi quidem quaſi Primipili inter eos, qui caliginem quam huic bello objicere potuiſſet temporis injuria, ingenii radiis diſpellere voluerunt. ſed hoc tantum. nihil enim ex Muſæo hoc ædificio reliquum præter rudera, quæ nihilominus ut rura & cæſa ex avita hereditate, haud immerito doctos delectant. Extant tamen adhuc & ad nos pervenere (liceat huc alludere) Haſtatorum quorundam & Principum ſcripta, ſignatè Æſchyli Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, quam elegantiſſimè, ſtylo ad veteres Tragicos Latinos quam proxime accedente, vulgavit Q. Sept. Florens Chriſtianus. Teritur etiam omnium manibus ignoti Poetæ, ſed alti, Dii boni! & magni *Thebais.* vulgus eam Senecæ Juniori tribuit. at non ego. nec ullus ex iis fidenter dico, *queis eſſe Corculis datum eſt.* non meridie clarior lux quam principem hanc locum inter Latinas, atque haud ſcio an etiam Græcas Tragœ-

dias tenere. qui eam cum ſociis in veri judicii trutina componet, pepo non homo, niſi ab altiore ſuſpicetur aura. ſtrictim interim rem tangit, & ea quæ ex illa habemus initium vix adumbrant, adeò non finem. quo magis debemus Papinii noſtri ſcriptis, in quibus feliciter præſtatur utrumque, maculas cum plures, ſæculi illius elegantia. quo litteras ſcire barbarics erat, excuſorum denique negligentia, contraxiſſe video: ſed & in iis eluendis non inutiliter laboraſſe me *ſperat quidem animus, quo eveniat diis in manu eſt*. tu fave benivole Lector, & donec melius quid alius adferat, fruere his noſtris. ego initio facem tibi præferam ſatis claram, & ex Diodori Siculi Hiſt. i v. libro caput adſcribam: potiorem Statiani argumenti partem, ſummamque totius operis carptim & quaſi ſaltuatim complectens.

Laius Thebanorum rex ducta uxore Iocaſta Creontis filia, cùm diu improlis eſſet, conſuluit oraculum de liberorum procreatione. Reſponſum dante Pythia, ipſi non conducere prolem habere (nam qui ex eo produturus eſſet filius patrem occideret, & domum omnem infortuniis impleret) neglecto oraculo, genuit nihilominus filium, & infantem expoſuit, trajiciens pedes ejus ferro. unde & Oedipus poſtea cognominatus eſt. Sumptum puerum famuli exponere quidem noluerunt, dederunt autem Polybi uxori, quæ non poterat gignere liberos. Deinde cum puer jam vir factus eſſet, Deum de infante expoſito conſulere ſtatuit Laius. Oedipus quoque à quodam de expoſitione certior factus, & ipſe Pythiam qui veri parentes forent, rogatum proficiſcebatur. Cum ambo apud Phocidem invicem obviam facti eſſent, Laiuſque illum via decedere ſuperbius juſſiſſet, Oedipus ira percitus Laium occidit inſcius parentem eſſe. Eo tempore fabulantur Sphyngem beluam biformem veniſſe Thebas: propoſuiſſeque ænigma ſi quis ſolveret: ac multos ab ea imperitos ſolvendi interemptos. Solventi præmium Iocaſtæ connubium, & Thebanorum regnum propoſitum eſſet, nullus excepto Oedipo ænigma ſolvere potuit. Id erat ejuſmodi à Sphynge propoſitum. Quid eſſet idem bipes, tripes, quadrupes? *Cæteris addubitantibus, Oedipus ait hominem eſſe, qui infans quadrupes eſſet, auctus ætate bipes, jam ſenior factus tripes, ut qui baculo ob imbecillitatem ſuſtentaretur. Tum Sphinx juxta oraculum ſeipſam ex loco excelſo præcipitavit. Oedipus matrem ignòtam uxorem ſumpſit, quatuorque ex ea genuit liberos, duos filios, Etheoclem & Polynicen, duas vero filias, Antigonem & Iſmenem. Filii cum ad ætatem veniſſent, domeſtica impietate cognita, Oedipum coëgerunt ob dedecus non egredi domum. Ipſi ſumpto regno invicem pacti ſunt ut ſinguli alternis annis imperàrent. Etheocli quia major eſſet, primus imperii annus cederet. Is acto anno renuit regnum tradere. Polynices vero ex fœdere id petiit, nec impetrato Argos ad Adraſtum regem confugit. Hoc tempore Tydeum ajunt Oenii filium cum in Calydone Alcaſtum, Licotheumque nepotes occidiſſet, ex Ætholia & ipſum aufugiſſe Argos. His duobus Adraſtus benigne ſuſceptis, quodam reſponſo motus utrique filias uxores junxit, Polynici Argiam, Deiphylem Tydeo. Adoleſcentes cum à rege probarentur, magnaque eorum virtutis exſpectatio eſſet, is gratificans ambos in patriam promiſit ſe reducturum. verum cum cenſeret primum debere Polynicem reſtitui, ad Etheoclem miſit Tydeum, de reditu acturum. aiuntque eum quinquaginta viros, quos Etheocles in inſidiis poſuerat, omnes interfeciſſe, & præter opinionem ſalvum rediiſſe. Adra-*

ſtum

ſtum cum hæc audiſſet, ea quæ ad bellum ſpectarent præparaſſe, adſcivit autem ad belli ſocietatem Capaneum, Hippomedontem, Parthenopæum Atalantæ Schœneidos filium. Suadebant amici Polynicis, ut ad bellum Amphiaraus vates duceretur. At is cum ex ſcientia vaticinandi prævideret, ſi ei bello adforet ſe periturum, idque propterea recuſaret, ferunt Polynicem aureum torquem à Minerva Harmoniæ datum, Amphiarai uxori, quo belli ſocietatem viro perſuaderet, donaſſe. Eo tempore Amphiaraus Adraſtuſque de regno diſſidentes, pepigerunt ad Eriphylem Amphiarai conjugem, Adraſti autem ſororem, omne diſſenſionum judicium referre. Illa pro Adraſto ſententiam tulit, adjiciens ut belli Thebis inferendi ſocius Amphiaraus adjutorque eſſet. Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore proditum, conſenſit ad bellum ire, ſed Alcmeoni filio mandata dedit, ut poſt ſuum obitum Eriphylem perimeret. Quod patris mandatum poſtea executus, facinoris conſcientia in inſaniam verſus eſt. Adraſtus Polynices, ac Tydeus, ad bellum ituri, quatuor elegerunt duces, Amphiaraum, Capaneum, Hippomedonta, & Parthenopæum. Qui omnes cum magno exercitu adverſus Thebas profecti ſunt. Poſt deinde Etheocles & Polynices ſeſe mutuo interfecerunt: Capaneus magno impetu ſcalis murum aſcendens mortem oppetiit. Amphiaraus in terræ hiatum cum curru delatus, nunquam poſtea viſus eſt. eodem modo reliqui duces omnes, præter Adraſtum, multique præterea mortales occubuerunt, quorum ſepeliendorum facultas à Thebanis cum denegata eſſet, inſepultos relinquens Adraſtus, Argos rediit. Ceterum cum nullus eos ſepelire auderet, ſoli Athenienſes, qui ceteros benignitate anteibant, omnes qui in Cadmea ceciderant, ſepeliverunt.

Hæc de belli hujus cauſa, progreſſu ac fine, tradidit Diodorus: cujus ſententiam Pauſanias non ſolum labefactare, ſed quà Homeri teſtimonio, quà rationibus evertere conatur: verba ejus hæc ſunt in Bœoticis:

Laius autem cum regnum teneret, & uxorem haberet Iocaſtam, oraculum ei redditum Delphis à filio, ſi quis ei ex Iocaſta naſceretur, interitum ſibi iminere: quare recens natum Oedipum *expoſuit. At ille cum adoleviſſet, & patrem occidit, & matrem ipſam uxorem duxit. filios vero ex ea nullos omnino genuiſſe ego arbitror. teſtimonio mihi ſunt qui in Odyſſea leguntur Homeri verſus:*

Vidi etiam Oedipodes matrem formoſam Epicaſtem,
Quæ fœdo imprudens temeravit crimine vitam
Gnati juncta toro: genitorem occiderat ille,
Mox facinus viſum eſt ſuperis abolere nefandum.

Qui enim ejus flagitii fama ſtatim potuiſſet aboleri, ſi quatuor fuiſſent ex Iocaſta liberi ſuſcepti? verum Eurygan ea illos Hyperphantis filia peperit. quod is qui carmina illa condidit, quæ Oedipodia *nominant, declarat. Onaſias etiam Platæenſibus, triſtem demiſſo vultu, ob filiorum dimicationem pinxit Eurygeneam. Polynices vivente adbuc & imperante* Oedipo, *Thebis diſceſſit, ne diris, quibus ipſos pater devoverat, eſſet obnoxius. Cum autem Argos confugiſſet & jam filiam ei nuptum dediſſet Adraſtus, Etheoclis fratris acceſſitu, poſt* Oedipi *mortem Thebas reverſus eſt. Orto vero cum fratre diſſidio, iterum exulavit, fretuſque ſoceri opibus, dum regnum conatur recipere, exercitum quidem perdidit; congreſſi vero ex provocatione ſingulari certamine fratres, ambo mutuis confecti vulneribus ciciderunt.*

Ita Pauſanias, ita Diodorus. à quibus rurſus in *Οἰδίπους* Suidas, (ſive ille

 quem

quem more ſuo exſcribit) in diverſam plane abiit ſententiam. in nonnullis cum utroque conveniens, in pluribus ex diametro diſſentiens. adeo ut extra limitem extraque oleas (quod dicitur) non iturum me crediderim, ſi & Hiſtoriolam quam ille tradit, etiam huc tranſcripſero. Eſt autem talis:

Laius Thebanorum rex uxorem habuit Iocaſtem, ex qua nata ei proles Oedipus. eo nato oraculum pater accepit, quod propriæ matri puer ille miſceretur. Et juſſit eum abjici in montem, & ligna circumplecti pedes. Quem cum inveniſſet agricola nomine Melobus educavit, & Oedipoda dixit, quia tumefactos haberet pedes à ligno quod appellatur Cuſpus. *vir autem factus latrocinia exercuit. Quo tempore ea qua Sphynx dicitur apparuit, mulier deformis & ferina. Abjecto enim viro, & manu congregata, & loco occupato difficili aditu, prætereuntes necabat. Oedipus igitur grave aliquid meditans, ſocium ſe dedit ejus latrocinio, & tempore idoneo quale voluerat obſervato, haſta eam interemit & qui cum ipſa. At Thebani admirati appellarunt eum regem. Laius igitur indignatus, bellum iis intulit, & lapide percuſſus in caput interiit. Iocaſta autem metuens à regno excidere, induxit Oedipodem, & declaravit regem, & facta eſt ejus uxor, ignara quod mater eſſet. Habuit ex ea filios duos Etheoclea & Polynicen. Ac poſtea cum didiciſſet Iocaſta filium ſuum eſſe, indicium fecit Oedipodi. qui audiens clavos accepit, eoſque defigens in oculis, obiit, relinquens regnum duobus filiis, qui imperarunt circiter annum. & tum inimicitia ſuborta, invicem bellarunt. Et premebatur ab Etheocle Polynices, qui Argos abiens duxit filiam regis Adraſti, & copiis factis adverſus Thebas, Ibi ſingulari certamine congreſſus Etheocli, occidit eum, & ipſe ab eo occiſus. Socii autem domuitionem fecerunt.*

Hæc illi. quis verius? non ego id dicam. tantum moneo, à Diodoro Sophoclem, Euripidem, Lyſimachum Alexandrinum, Senecam Juniorem, nobilem etiam illum auctorem Thebaidos, ſcriptorum denique omne vulgus ſtare. plane ut ex formula Senatoria, *hæc pars adhuc major eſſe videatur*, præſertim accedente non Pedario Senatore, ſed Conſulari Papinio noſtro.

P. PA-

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER PRIMUS.

FRaternas acies, alternaque regna profanis
Decertata odiis, ſonteſque evolvere Thebas,
Pierius menti calor incidit. unde jubetis
Ire Deæ? Gentiſne canam primordia diræ?
Sidonios raptus, & inexorabile pactum
Legis Agenoreæ? ſcrutantemque æquora Cadmum?
Longa retro ſeries, trepidum ſi Martis operti
Agricolam infandis condentem prælia ſulcis
Expediam, penituſque ſequar quo carmine muris
Juſſerit Amphion Tyrios accedere montes.

Unde

1. F*Raternas acies alternaque, &c.*] Quia pacti erant fratres ut mutuis annis regnarent, & ſibi invicem ſuccederent. *Profanis.*] Quia per eos violata ſunt jura naturæ: & bene *profanis*, quia nefas erat germanos odia retinere, ergo execrabilibus, contra naturam ſumptis. *Lactantius.*

2. *Decertata.*] Nemo interpretum vim hujus verbi percepit. *Decertata* enim perdita atque amiſſa concertando dicit. Et ita Gloſſographus priſcus: *certata, certando amiſſa. Neuter enim tenuit quod uterque alteri invidit. Quia quod propter illi fratricidium fecerunt, id poſt eos habuit Creon.* Barthius. *Sonteſque.*] Vel propter bella præſentia, vel propter Oedipoden, qui cum matre concubuit. *Lactant.*

3. *Unde jubetis.*] Quia multa ſunt principia Thebanæ hiſtoriæ, unde poſſimus inchoare narrationem. *Idem.*

5. *Sidonios raptus.*] Europam dicit, quam Juppiter rapuit & vitiavit. *Et inexorabile pactum.*] Juſſerat enim Cadmo filio ſuo Agenor, quem ad requirendam filiam Europam miſerat, ut non niſi inventa ſorore rediret ad patrem. *Idem.*

7. *Trepidum ſi.*] Quia Cadmus Europam quærens venit ad ea loca, in quibus poſt Thebæ constructæ ſunt, ubi invento dracone qui Matri conſecratus erat, & eo perempto dentes draconis ſevit: unde terrigenæ nati ſunt, qui ſe mutuis vulneribus peremerunt. ergo *Martis operti*, id eſt, pugnæ terrigenarum latentis. *Idem.*

10. *Juſſerat Amphion.*] Hic filius Jovis fuit, ut alii dicunt, Mercurii, cujus lyra accepta canens muros Thebanos dicitur conſtruxiſſe: ut ejus cantu ſpontanea ſe ſaxa muris imponerent. *Idem. Tyrios accedere.*] Sic O. MSS. & ſcio, quo defendas, lib. 9. *Tyrios melior venit annus in agros:* & lib. 12. *Tyrios juga perdere montes. Tyria* proprie Statio Thebana, & ab urbe poteſt communicari cum circumjectis, quæ in ditione Thebanorum. Hic tamen malim *Tyriis*, ut ad *muros* referatur. Rectius quippe dices Thebanis muris accedere ſaxa, quam ſaxa Thebana accedere muris: etſi eadem ſaxa alio loco bene poſſis dicere Thebana. *Gronov.*

Unde graves iræ cognata in mœnia Baccho,
Quod ſævæ Junonis opus, cui ſumpſerit arcum
Infelix Athamas, cur non expaverit ingens
Ionium, ſocio caſura Palæmone mater.
Atque adeo jam nunc gemitus, & proſpera Cadmi
Præteriiſſe ſinam: limes mihi carminis eſto
Oedipodæ confuſa domus: quando Itala nondum
Signa, nec Arctoos auſim ſperare triumphos,
Biſque jugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum,
Et conjurato dejectos vertice Dacos:
Aut defenſa prius vix pubeſcentibus annis
Bella Jovis. Tuque ô Latiæ decus addite famæ,
Quem nova maturi ſubeuntem exorſa parentis

Æter-

11. *Unde graves.*] Pentheus aſpernabatur Liberi patris myſteria. iratus ergo ei furorem matri immiſit, quæ armata furore Pentheum filium necavit. & bene dixit *cognata*. Agave enim Semele, Autonoe, Ino ſorores fuerunt Thebanæ. *Lactant.*

12. *Quod ſævæ Junonis.*] Juno dum videret à Jove Semelem diligi, in aniculam verſa decoratam, dolum meditans Semeles limen ingreſſa eſt, cui ita locuta eſt: Si te ut perhibent, integre amat Jupiter, hoc ab eo impetra, ut talis ad te veniat, qualis Junoni ſolet videri; quæ inducta Jovem rogavit. qui cum negaret & diceret aſpectum Dei nullo modo poſſe ferre mortalem, tandem promiſit tali ſe habitu ad eam eſſe venturum, quali ad Junonem conſuevit: qui cum veniſſet cum fulmine, Semele ſuſtinere non potuit & obiit. Juppiter vero aperto ejus velociſſime utero Liberum patrem aperto femori abdidiſſe dicitur, ut expletis novem menſibus legitime naſceretur. *Cui ſumpſerit, &c.*] Leucothoe, quæ Ino, Liberi patris nutrix fuiſſe dicitur. Hujus marito Athamanti talem furorem Juno immiſit, ut filios ſuos vellet occidere, ſperans quod Liberum patrem invenire poſſet, & ſimili ſorte perimeret. Qui Athamas unum filium ſuum Learchum arcu vel ſagittis extinxit. Leucothoe vero ubi maritum ſuum furere conſpexit, cum Palæmone filio ſe dedit in mare, quæ poſtmodum in marinam deam converſa eſt, & vocatur Mater Matuta, filius ejus Deus Portumnus. *Idem.*

17. *Confuſa domus.*] Quia idem filius & maritus: eadem mater & uxor: iidem filii qui nepotes. *Idem.*

19. *Biſque jugo.*] Per fluvium gentem Gallorum bis à Veſpaſiano victam oſtendit. *Idem.*

22. *Bella Jovis.*] Capitolium intelligit. quod cum Flavio Sabino, Quinto Actio Conſule, aliiſque à Veſpaſiano ſtantibus contra Vitellianos occupavit Domitianus. conſule Tac. hiſtor. III. Sueton. Domitiano. *Bernart. Bella Jovis. Tuque ô Latiæ.*] Nectuntur minime congruentia. Scribe: *Bella Jovis, teque, ô Latiæ.* Omnes virtutes tuas, omnem magnitudinem, omnia decora. ſcilicet, nondum auſum ſperare. Tibullus: *Te, Meſſala, canam.* Horatius: *Quis Martem tunica tectum adamantina Digne ſcripſerit? aut pulvere Troico Nigrum Merionem?* Gronov. *Decus addite.*] Titum Domitianum filium Veſpaſiani dicit. *Lactant.*

24. *Licet*

Æternum ſibi Roma cupit: licet arctior omnes
Limes agat ſtellas, & te plaga lucida cœli
Pleïadum, Boreæque, & hiulci fulminis expers
Sollicitet; licet ignipedum frenator equorum
Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Juppiter æqua
Parte poli; maneas hominum contentus habenis,
Undarum terræque potens; & ſidera dones.
Tempus erit, cum Pierio tua fortior œſtro
Facta canam: nunc tendo chelyn. ſatis arma referre
Aonia, & geminis ſceptrum exitiale tyrannis
Nec furiis poſt fata modum, flammaſque rebelles
Seditione rogi, tumuliſque carentia regum
Funera, & egeſtas alternis mortibus urbes.

Cœru-

24. *Licet arctior.*] Quamvis denſentur aſtra, dum ſpatioſus tibi locus paretur in cœlo. Licet omnes ſtellæ ſe contrahant, ut tibi locum faciant, quem volueris: licet ſol velit te magis implere diei curricula quam ſe & tibi cedat officium ſuum: aut tecum Juppiter æqua parte cœlum partiri deſideret. Tamen melius tibi erit terra regnare quam cœlo: & ſis terræ vel maris dominus, & ſuperis cœleſte dones imperium. *Idem.*

26. *Hiulci fulminis.*] Quia fulmen quicquid hiare facit. *Expers.*] Quia fulmine caret. *Idem.*

27. *Licet ignipedum.*] Sol licet tibi cedat ſuam poteſtatem, & tradat tibi currus ſuos. *Idem.*

28. *Radiantem crinibus.*] Circulum in quo ſol ſuos curſus explet: quia veluti arcus videtur, quod ſol ab oriente naſcens, uſque in occidentalem partem deſinit. *Idem.*

31. *Sidera dones.*] Hoc explicant, præ noſtro imperio ipſum cœlum contemnas. Sed *ſidera dones* eſt deos facias, numina in ſidera mittas, ut loquitur Manilius. Patri, fratri, gnato id ſe decus dediſſe poſtulabat Domitianus. Martial. l. 9. Ep. 104.

Templa Deis, mores populis, dedit, otia ferro,
Aſtra ſuis, cœlo ſidera, ſerta Jovi.

Vid. *Gron.* Obſerv. l. 3. cap. 23.

33. *Nunc tendo chelyn.*] Memini Virgilii in 9. Æneid. *numeroſque intendere nervis:* ſed hic legendum: *tento*, quod eſt proludo, meditor, experior. Ovidius lib. 5. *Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atque hæc percuſſis ſubjungit carmina nervis.* Lib. 10. *Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas.* Tacitus 14. ann. *Poſtremo ipſe ſcenam inſcendit, multa cura tentans citharam & præmeditans.* Græcis πειράζειν. Apollonius de Orpheo: ἀνασχόμενος κίθαριν πείραζεν ἀοιδῆς. Scholiaſtes: πείραζεν ἀντὶ τοῦ ἥρμοζετο. Alibi dicit *experiri*. Lib. 1. Achill. *Elicit extremo chelyn & ſolantia curas Fila movet, leviterque expertus pollice chordas Dat puero.* Ubi Schol. in membranis: *moderatus & prætentatus tactu pollicis & impreſſione.* Gronov.

34. *Aonia*] Thebana, ab Aone Rege filio Neptuni: vel à monte Bœotiæ. Nam ipſa eſt Aonia, quæ & Bœotia, quæ & Thebe. *Et geminis.*] Sc. Etheoclis & Polynicis. *Lactant.*

37. *Et egeſtas.*] Evacuatas, populis expoliatas. *Alternis mortibus.*] Thebanorum & Argivorum. *Civitates.*] Vel Thebas vel Argos. *Idem.*

Cœrula cum rubuit Lernæo ſanguine Dirce,
Et Thetis arentes aſſuetum ſtringere ripas,
Horruit ingenti venientem Iſmenon acervo.
Quem prius heroum Clio dabis? immodicum iræ
Tydea? laurigeri ſubitos an vatis hiatus!
Urget & hoſtilem propellens cædibus amnem
Turbidus Hippomedon, plorandaque bella protervi
Arcados, atque alio Capaneus horrore canendus.
Impia jam merita ſcrutatus lumina dextra
Merſerat æterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes, longaque animam ſub morte tenebat.
Illum indulgentem tenebris, imæque receſſu
Sedis, inaſpectos cœlo. radiiſque penates
Servantem, tamen aſſiduis circumvolat alis
Sæva dies animi, ſcelerumque in pectore Diræ.
Tunc vacuos orbes, crudum ac miſerabile vitæ
Supplicium, oſtentat cœlo, manibuſque cruentis
Pulſat inane ſolum, ſævaque ita voce precatur:

Di

41. *Immodicum iræ.*] Ob morſum ante mortem occiſi hoſti caput. Quod facinus, ut immâne eſt, toto ſparſim opere traducitur. Locutionem illuſtravit Mariangelus Accurſius Diatribis ad Auſonium. *Barthius.*

42. *Laurigeri.*] Hoc eſt Amphiarai, Lyncæi & Hypermneſtræ filium dicit, qui hiatu terræ, dum curru dimicaret, abſumptus eſt: quem laurigerum dixit, eo quod Apollinis eſſet antiſtes. *Dirce*, fons Thebanus. vid. ad Horat. l. 2. Od. 2. *Iſmenon*, fluvius eſt. *Hippomedon* Neſimachi & Naſicæ filius, qui dum in Hiſmeneta fluvio dimicaret, extinctus eſt.

45. *Alio Capaneus horrore.*] Bene *alio horrore*, majore impetu dictionis. ut ipſe alibi de Capaneô: *gravioraque tela mereri.* Capaneus ut alii putant Hippotæ & Aſtimoniæ filius. *Lactant.*

46. *Dextra.*] Parricidæ benemerita quæ vindicavit. *Idem.*

47. *Merſerat.*] Abſconderat pudorem. *Idem.*

49. *Illum indulgentem.*] Operam dantem, ut Virg. *indulgent vino.* Idem.

51. *Circumvolat alis ſæva dies animi.*] Lux conſcientiæ atque furiarum: nam quamvis cæcus eſſet, facinora ſua conſcientia arguente cernebat. *Idem.*

55. *Pulſat inane ſolum.*] Lactantius inania tartara interpretatur. Bernartius cum applauſu Joh. Barclaji, quod ſit ſine anima. Sed *inane ſolum* ſunt vacui oculorum loci. *Solum*, quodvis cujuſvis rei fundamentum. Cicero in Bruto; *Solum quidem, inquit ille, & quaſi fundamentum oratoris vides, locutionem Latinam & emendatam.* Virgil. in 7. Æneid. de orbibus cruſti vel placentæ quadris: *adorea liba per herbas Subjiciunt epulis, &c. Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.* Ubi Servius: *Solum omne dicitur, quod aliquid ſuſtinet. Unde de mari ſupra ait: vaſtis tremit ictibus ærea puppis ſubtrahiturque ſolum. Sic nunc paniceas menſas, id eſt, epularum ſuſtentaculum, ſolum vocavit.* Ovidius in 1. met. *Aſtra tenent cæleſte ſolum.*

Dî ſontes animas, anguſtaque Tartara pœnis
Qui regitis, tuque umbrifero Styx livida fundo,
Quam video, multumque mihi conſueta vocari
Annue Tiſiphone, perverſaque vota ſecunda:
Si bene quid merui, ſi me de matre cadentem
Foviſti gremio, & trajectum vulnere plantas
Firmaſti: ſi ſtagna petii Cyrrhæa bicorni
Interfuſa jugo, poſſem cum degere falſo
Contentus Polybo, trifidæque in Phocidos arcto

Lon-

lum. Decentius multo quam Sidonius *cæli pavimentum ſidera* dixit. Quare temeraria & ridicula eſt hominis docti inter cæteras ſimiles reprehenſio, vitio vertentis Ovidio hoc vocabulum, quod *ſolum* brutorum pedibus calcetur, lib. 58. Adverſ. 10. Doctior Apulejus qui imitatus eſt in Floridis: *Aquila enimvero, evecta alis iſtud ſpatium, qua pluitur & ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus eſt, in ipſo, ut ita dixerim, ſolo ætheris & faſtigio hiemis.* Labeo l. 65. D. de adqu. rer. dom. *inſula, quæ non ipſi alveo fluminis cohæret, ſed virgultis, aut alia qualibet levi materia ita ſuſtinetur in flumine, ut ſolum ejus non tangat.* Palladius in Auguſto tit. 8. *mundum vas æneum vel plumbeum interius unctum inverſum ponatur in ſolo ipſius foßionis.* Gron.

56. *Anguſtaque Tartara.*] Tantam ait copiam ingruere ſceleratorum ad manes mortalium, ut ipſa loca pœnis non ſufficiant. Non confirmat hic locus Horatianam, perperam vulgo placentem, *exilem domum*, cum utique ibi *Exſilii* ſcribendum ſit, ut primi nos animadvertimus. Sed de eo loco plenius alibi. *Barth.*

58. *Quam video.*] Pene oxymoron. quid enim cæcus videt? ſed tenebras ſe videre credit. Nihil enim apud ſuperos cernere, hoc eſt revera Stygem videre. *Lactant.*

59. *Perverſaque vota.*] Id eſt mala quæ opto compleri, quia pater filiis imprecabatur. nam ipſi ſunt ſecunda, quæ ſunt adverſa fœlicibus. *Idem.*

60. *Si bene quid.*] Se increpat, condemnat oracula, quia non contentus generis falſitate, reſponſa contempſit. nam ei cauſa divinationis fuit occaſio parricidii. *Idem.*

61. *Trajectum vulnere plantas.*] Reſponderat oraculum Laio, quod à filio ſuo poſſet occidi. Unde natum Oedipum juſſit projici transfixis cruribus. *Idem.*

62. *Cyrrhæa.*] Iſta enim civitas juxta Parnaſum montem eſt, qui in duo juga dividitur, in Heliconem & Cytheronem. *Bicorni.*] Bicipiti Parnaſo. *Idem.*

64. *Polybo.*] Corinthiorum hic rex, maritus Meropes, quæ Oedipum, à Phorba paſtore regio inventum & ad ſe delatum, pro filio educavit. *Bernart.* *Trifidæque in Phocidos arce.*] Quis unquam legit Laium occiſum in arce? aut in ædificio ingenti, quod hic è Pauſania fabricant Bernartius & Barclajus? Via fuit publica, ſed anguſtior. Ergo recte MSS. *trifidæque in Phocidos arcto.* Apollodorus: Κόρινθον μὲν ἀπέλιπεν ἐφ' ἅρματος δὲ διὰ τῆς Φωκίδος φερόμενος συντυγχάνει κατά τινα στενὴν ὁδὸν ἐφ' ἅρματος ὀχουμένῳ Λαΐῳ. Sidonius de Cyro: *Cæſis millibus ante cum ducentis In vallis Scythicæ coactus arctum Orbatæ ad Tomyris veniret utrem.* Sic autem & legit Lactantius ad lib. 7. vſ. 344. *Phocida quæ civitas tres habet vias, quæ ſe poſt multa ſpatia in unam jungunt plateam. ut ipſe in primo. trifidæque in Phocidos arcto Longævum implicui regem.* Gron.

66. *Sphyn-*

Longævum implicui regem, ſecuique trementis
Ora ſenis, dum quæro patrem: ſi Sphyngos iniquæ
Callidus ambages te præmonſtrante reſolvi:
Si dulces furias, & lamentabile matris
Connubium gaviſus inii: noctemque nefandam
Sæpe tuli, natoſque tibi (ſcis ipſa) paravi:
Mox avidus pœnæ digitis cædentibus ultro
Incubui, miſeraque oculos in matre reliqui;
Exaudi, ſi digna precor, quæque ipſa furenti
Subjiceres: Orbum viſu, regniſque, parentem
Non regere, aut dictis mœrentem flectere adorti
Quos genui, quocunque toro: quin ecce ſuperbi
(Pro dolor) & noſtro jamdudum funere reges
Inſultant tenebris, gemituſque odere paternos.
Hiſne etiam funeſtus ego? & videt iſta deorum
Ignarus genitor? tu ſaltem debita vindex

Huc

66. *Sphyngos.*] Si Sphyngos videor ſolviſſe ambages ô furia, ut bene de te merito parricidę tuo incęſtum præmium dares. Dicta Sphynx, quod ira ſtringeret homines ſuis quæſtionibus, ut ſe expedire non poſſent. Sphynx monſtrum erat alas & ungues habens in ſimilitudinem harpyiarum, quod inſidens ſcopulo vix imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat, quæ cum ſolvere non poſſent, ex improviſo veniens alis & unguibus ad ſe in rupem trahebat. Cujus locutionis ambages Oedipodes ſua calliditate ſolvit: quod factum beneficio furiæ imputat. *Lact.*

69. *Connubium.*] Concubitum matris. *Idem.*

70. *Sæpe tuli.*] *Pertuli* aut *protuli* notat ſcriptus Gloſſographus eſſe intelligendum. Malignam voluntatem ſuam Furiæ probare nititur, quæ talis fuiſſe intelligatur, ut inire voluerit matrem etiam cognitam, unde ait *natoſque tibi, &c.* Etſi ignara enim ſceleris mens, furiis tamen inceſtis acta fuit, ut iſta ſonant. *Nox* concubitum ſonat, ut ſæpe penes Plautum,

— *cadum vini & tuam Noctem.*

Barthius.

71. *Mox avidus pœnæ digitis cædentibus, &c.*] Id eſt feſtinavi edere de me ipſe ſupplicium, ne ulterius tanta ſcelera cœlarem. nam cum cæderent digiti, pœnæ magis quam mortis avidus, pronus incubui. nam deſideraſſe mortem hoc fuerat fugiſſe ſupplicium. *Lact.* *Avidus pœnæ.*] *In matre reliquiſſe oculos* dicitur, quia ſuſpenſam eam inveniens dirupit reſtim, ſeque cadaveri injectum exoculavit. Vid. Sophocl. ỷſ. 1290. *Barth.*

74. *Regniſque carentem.*] Recte, ut in ipſo limine videtur: at ſi penitus introſpicias, unius litterulæ vitio inquinatum locum, denſam ſententiæ noctem facere videbis. cujus tenebras nunquam diſpelles, niſi, ut ex libris manuſcriptis repoſui, legas, *Orbum viſu, regniſque parentem, &c.* Liberi mei, inquit, neque dirigere voluerunt, neque ſolari me patrem privatum viſu & regno, quin potius excitati & miſeriis meis ſuperbi inſultant. *Bernart.*

81. *Et*

Huc ades, & totos in pœnam ordire nepotes.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Unguibus arripui, votiſque inſtincta paternis
I media in fratres, generis conſortia ferro
Diſsiliant: da Tartarei regina barathri
Quod cupiam vidiſſe nefas. nec tarda ſequetur
Mens juvenum, modo digna veni, mea pignora noſces.
Talia jactanti crudelis Diva ſeveros
Advertit vultus, inamœnum forte ſedebat
Cocyton juxta reſolutaque vertice crines,
Lambere ſulfureas permiſerat anguibus undas.
Ilicet igne Jovis, lapſiſque citatior aſtris
Triſtibus exiluit ripis. diſcedit inane
Vulgus, & occurſus dominæ pavet, illa per umbras
Et caligantes animarum examine campos,
Tenariæ limen petit irremeabile portæ,
Senſit adeſſe dies: piceo nox obvia nimbo
Lucentes turbavit equos. procul arduus Atlas

Hor-

81. *Et totos in pœnam.*] Hoc eſt proſequere genus meum omne uſque ad nepotes. Notandum ſane quod *totos* pro omnibus dixit. *Lactant.*

82. *Indue quod madidum.*] Indue liberis meis diadema, quod ego Laio abripui cruore pollutum. *Idem.*

84. *Media fratres.*] Signum eſt diſcordiæ. *Idem.*

85. *Diſsiliant.*] Multi *diſſentiant* legunt. Eſt autem ſenſus: aut ipſi filii germanitatem ſuam ferro diſſipent, aut ipſa germanitas ferro diſſipetur. *Tartarei regina.*] Tartarus eſt profunditas inferorum. Barathrum vero ſqualoris altitudo. dicit autem hoc fac ut tantum ſcelus filii audeant, quod optet etiam pater cæcus videre. *Idem.*

87. *Pignora noſces.*] Quos ad facinora ſcelerum tam pronos invenies, ut meos filios eſſe non dubites. *Idem.*

90. *Reſolutaque vertice.*] *Ad fomentum veneni:* Gloſſator manuſcriptus. Optime. Crines enim furiarum maxime erant ſerpentes, ut apud Poëtarum filios omnes. *Barth.*

93. *Diſcedit inane.*] Diſcedunt umbræ quæ ſolidis corporibus carent. *Lactantius.*

94. *Et occurſus dominæ pavet.*] Scripti omnes, *occurſus.* Præfat. 3. Silv. *& hanc audaciam ſtili noſtri frequenter expaveas.* Gronov.

95. *Caligantes.*] Obſcuros campos illa petit in quibus eſt turba animarum. *Lactantius.*

96. *Tenariæ limen.*] Malea promontorium eſt Laconiæ, in cujus radicibus locum quendam profundum Tænarum vocant, in quo dicitur eſſe aditus inferorum. *Idem.*

98. *Procul arduus Atlas.*] Longe eſt enim nimis occaſus à Theſſalia, in quo Atlas eſt poſitus. Atlas Japeti filius & Clymenes, cum hoſpitio non ſuſciperet Perſeum Jovis & Danaes filium, qui à Polydecte rege miſſus fuerat ad Meduſam Gorgona occidendam (quam Minerva

Horruit, & dubia cœlum cervice remiſit.
Arripit extemplo Maleæ de valle reſurgens
Notum iter ad Thebas. neque enim velocior ullas
Itque reditque vias, cognataque Tartara mavult.
Centum illi ſtantes umbrabant ora ceraſtæ,
Turba minor diri capitis: ſedet intus abactis
Ferrea lux oculis. qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte labor: ſuffuſa veneno
Tenditur, ac ſanie gliſcit cutis: igneus atro
Ore vapor. quo longa ſitis, morbique, fameſque,
Et populis mors una venit. riget horrida tergo
Palla, & cœrulei redeunt in pectore nodi.
Atropos hos, atque ipſa novat Proſerpina cultus.

Tum

nerva monſtrante Perſeus interfecit) rediens cum ab Atlante Libyæ finibus prohiberetur, monſtrato Gorgonis capite, in montem eum mutavit: qui poſteaquam furiam vidit, territus eſt. *Idem.*

99. *Et dubia.*] Ad timorem retulit furiæ venientis, quam dubiam metus fecerat: & deeſt prope. *Idem.*

103. *Centum illi aſtantes.*] Subdititia hæc, quid enim τὸ *aſtantes*? caſſa palearum ſi examines, legendum vero ut in calamo exaratis: *centum illi ſtantes.* Tiſiphonæ ſerpentinum capillitium tribui à Poëtis tam notum, ut ridiculum foret exempla adferre. decore itaque noſter vult, ſerpentes hos, non languidos, ſed ſtantes, & erectos, cinxiſſe commotæ Tiſiphones caput, præcipue *Ceraſtes* genus ſerpentis, è cujus corpore (Plinio auctore) cornicula eminent ſæpe quadrigemina, & quod (Pauſania teſte) quo ferme modo gradiuntur cancri, in obliquum repit. *Bernart.*

106. *Athracia.*] Athracies qui fuit Theſſaliæ, pater Hippocratiæ, quam Perithous duxit uxorem, qui primus artem magicam apud Thraciam conſtituit: ergo *Athracie* eſt magica ſcientia. *Rubet arte labor.*] Hoc eſt qualis color eſt lunæ deficientis arte magica. *Lactant.* *Rubet arte color.*] Et hic locus gloſſemate fœdatus, vetus ſcriptura & editio princeps agnoſcunt, *Athracia rubet arte labor*, quod retinendum eſt omnino. Tangit, ſignate veterum errorem, qui Lunam magico carmine cælo devocari, ruboreque præ verecundia ſuffundi credidere, adeoque ne veneficarum verba exaudire poſſet, æris tinnitu obſtrepebant. Plutarchus in Paulo Æmilio. *Bernart.* Sed videtur mendoſus Lactantius. Lege: *Atrax princeps fuit Theſſaliæ, pater Hippocrateæ. Atrax rex* urbem conſtituit penes Theſſaliam, unde ea tota *Atracia* dicta. *Bart.*

108. *Morbique fameſque.*] Quaſi in peſtilentia nulla ſit mortis diſcretio. Trium vero furiarum tres memorat poteſtates, ſitis, morbi, famiſque. *Lactant.*

109. *Riget.*] Eſt dura: *horrida* ſordida, ut Virgilius, *Palla ſuccincta cruenta.* Idem.

110. *Redeunt in Pectora nodi.*] Amictum ſignificat. ut idem Maro, *horridus ex humeris nodo dependet amictus. Redeunt.* ad duplicationem rettulit alterius nodi. *Idem.*

111. *Atropos.*] Ut oſtenderet juſtitiam Furiarum miniſterio, & Fatorum decreto compleri, & Proſerpinæ voluntate. *Novat.*] Novas retexendo facit. *Idem.*

112. *Quæ*

Tum geminas quatit illa manus. hæc igne rogali
Fulgurat, hæc vivo manus aëra verberat hydro.
Ut ſtetit, abrupta qua plurimus arce Cithæron
Occurrit cœlo, fera ſibila crine virenti
Congeminat, ſignum terris, unde omnis Achæi
Ora maris late, Pelopeiaque regna reſultant.
Audiit & medius cœli Parnaſſus, & aſper
Eurotas, dubiamque jugo fragor impulit Oeten
In latus, & geminis vix fluctibus obſtitit Iſthmos.
Ipſa ſuum genitrix, curvo delphine vagantem

Arri-

112. *Quatit illa manus.*] Primo meliores MS. *ira.* lib. 7. *tenet in capulis haſtiſque paratas Ira manus.* Lib. 10. *Diſtulit ira preces.* Propertius 3.22. *Nam quantum ferro tantum pietate potentes Stamus. victrices temperat ira manus.* id eſt, in victoria iræ temperamus. nos quamvis irati, poſtquam vicimus, manibus temperamus. Neque opus cum Lipſio & Paſſeratio *illa.* Deinde repetitio τὸ *manus* non eſt Statii. Scripti fere *minans* vel *minax.* Lege: *Tum geminas quatit ira minans.* Non concoxerunt τὸ *geminas* ſine ſubſtantivo poni. At illud intelligitur ex proximo membro *manus.* Sic Horatius: *Quis non malarum, quas amor curas habet, Hæc inter obliviſcitur.* Silius lib. 2. *Ardor agit, provecta queat dum cernere muros, Inque oculis profugæ Martem exercere carinæ. Provecta*, nimirum carina. *Gronov.*

114. *Citaron.*] Mons Baccho ſacer. *Lactant.*

115. *Crine virenti.*] Venenato, ſive anguibus texto. quem dicunt ſibilare. *Id.*

117. *Pelopejaque regna.*] Peloponeſum dicit & Argos. *Idem.*

118. *Medius cœli Parnaſſus.*] Bene *medius*: quia umbilicus terræ Parnaſſus dicitur. Nam cum Juppiter mundi medium locum vellet agnoſcere, ex ortu atque occaſu duas aquilas dimiſiſſe fertur, quæ volatu laſſæ in Parnaſſi vertice conſederunt. Vel quod cataclyſmi tempore terræ fuerat diſcrimen & aſtris. ut Lucanus:

Hoc ſolum fluctu terras mergente cacumen
Emicuit, pontoque fuit diſcrimen & aſtris.

Et aſper Eurotas.] Aſper quod bello acres procreet viros. vel propter μαστιγῶσιν, quibus virtuti eſt in ſacris cædi verberibus, ſine corporis motu. Eurotas autem fluvius eſt Laconiæ. *Idem.*

118. *Dubiamque jugo.*] Dubiam dixit Oetem, quia inter Theſſaliam & Thraciam hic mons interjacet: ut cujus eſſe videatur incertum ſit. *Lactant. Dubiamque.*] Mihi ſecus videtur, & *dubiam jugo* dixit Papinius, inclinatam velut, dubiamque quo reſpiciat. Situs ipſe montis veritatem nobis firmabit in tabulis introſpectus. Videatur & Strabo, lib. ix. qui partem ejus ad Thermopylas nutantem indicat. *Barthius.*

119. *Fluctibus geminis obſtitit.*] Id eſt Cenchrei, Siletəi, inter quos anguſto tractu in mare terra porrigitur, quam Iſthmon poëta ſignificat: hujus contrarius Porthmos, quod latine fretum dicitur, inter vicinas terras anguſtum mare. *Lactant.*

121. *Ipſa ſuum genitrix.*] Leucothoen dicit: & bene ipſam eligit hoc loco ponere, quia jam malum didicerat furiarum, & iracunde dictum *preſſit.* & à Thebanis numinibus non receſſit, quæ veluti præſcia magis metuunt patriæ quam furiarum ſonitus perhorreſcunt. Et mire dicendo *Preſſit* affectionem maternam explicuit. *Idem.*

127. *Parens*

Arripuit frenis, gremioque Palæmona preſſit.
Atque ea Cadmæo præceps ubi limine primum
Conſtitit, aſſuetaque infecit nube penates:
Protinus attoniti fratrum ſub pectore motus,
Gentiliſque animos ſubiit furor, ægraque lætis
Invidia, atque parens odii metus. inde regendi
Sævus amor: ruptaque vices, juriſque ſecundi
Ambitus impatiens, & ſummo dulcius unum
Stare loco, ſociiſque comes diſcordia regnis.
Sic ubi delectos per torva armenta juvencos
Agricola impoſito ſociare affectat aratro:
Illi indignantes quis nondum vomere multo
Ardua nodoſos cervix deſcendit in armos,
In diverſa trahunt, atque æquis vincula laxant
Viribus, & vario confundunt limite ſulcos:
Haud ſecus indomitos præceps diſcordia fratres
Aſperat. alterni placuit ſub legibus anni
Exilio mutare ducem. ſic jure maligno
Fortunam tranſire jubent, ut ſceptra tenentem
Fœdere præcipiti ſemper novus angeret hæres.

Hæc

127. *Parens odii metus.*] Pulcherrima gnome, peſſimæ prolis Odii, peſſimam matrem Metum indicans: quo nihil verius cortina Phœbi unquam protulit. Metuimus enim potentiores ob injurias inferendas, ulciſci cupimus ob illatas. Eleganter Poëta vetus: *Quem metuunt oderunt: Quem quiſque odit periiſſe expetit.* Bernart.

130. *Diſcordia.*] In collegio namque duorum regum vix diſcordia abeſt, ſi unius regni ſimul jura gubernent. Nam ſemper alter veretur ne ſe ſpreto alter ſingulariter eligatur. Hæc enim inter Pompejum & Julium Cæſarem civile bellum movit: & hoc eſt quod ſequitur. *Sociiſque comes.*] Ut Lucan.

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Lactapt. *Sociiſque comes diſcordia regnis.*] Poteſt ferri: mallem tamen, *regni.* ut Lucan. canit:

Nulla fides regni ſociis, &c. Gron.

134. *Ardua cervix, &c.*] Secundum Italiæ ſitum loquitur, ubi boves trahunt collo. Nam dum niſu trahendi anteriora petunt, cervix in armos reflectitur. *Lactant.*

139. *Exilio mutare ducem.*] Ut altero regnante alter eſſet extra urbem in exilio conſtitutus, & completo anno rediret ad regnum, & cui ſucceſſum fuerat iret in exilium, rediturus anno completo. *Jure maligno.*] Iniqua commutatione fœlicitatem imperii exilii infœlicitate commutant. *Idem.*

141. *Hæres.*] Succeſſor. Quia in omne jus decedentis ſucceſſor veniebat, ut legitimus hæres. Inſtit. de Hæred. Qualit. & Differ. Sic Claudianus de Eutropio.

— *Rufini caſtratus profilit hæres.*

Barthius.

143. *Nec*

Hæc inter fratres pietas erat: hac mora pugnæ
Sola, nec in regem perduratura ſecundum.
Et nondum craſſo laquearia fulva metallo,
Montibus aut alte Grajis effulta nitebant
Atria, congeſtos ſatis explicitura clientes.
Non impacatis regum advigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis. ſed nuda poteſtas
Armavit fratres: pugna eſt de paupere regno.
Dumque uter anguſtæ ſqualentia jugera Dirces
Verteret, aut Tyrii ſolio non altus ovaret
Exulis, ambigitur; periit jus, faſque, bonumque,
Et vitæ, mortiſque pudor. Quo tenditis iras

Ab

143. *Nec in regem.*] Licet eſſet iniqua iſta diviſio, tamen ad ſecundum regem pervenire non potuit: quia expleto anno cum Polynices repeteret regnum, regnante Etheocle mota ſunt bella. *Lact.*

145. *Aut latè Grajis.*] In hoc verſu de marmore agit, quod ex Græcia ad columnas conficiendas, & domus ſuas ornandas Romani petere conſuerant, quod *altè* fulcire vult atria, altis videlicet columnis. Juvenalis,

—— Græcis longeque petitis
Marmoribus, vincens Fortunæ, aut Herculis ædem.

In ſeq. verſu more ſuo Græcis tribuit morem Romanis uſitatum, qui talis, quod clientes, ad potentiorum atria mane cõfluere ſolent, ſalutandi gratia. Virgilius:

Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. Bernartius.

147. *Impacatis regum.*] Quibus ſuſpectus dormiat Imperator, habens circa atria ſemper armatos. & eſt ſenſus: Non regum ſomnis impacatis pila vigilantia erant ſc. ad cuſtodiam regum. pro ipſis qui vigilant, dixit metonymicôs per id quod continet, id quod continetur. *Lactant.*

149. *Nec cura mero committere.*] Nondum eis luxuria ſuaſerat pocula habere gemmata. ut Virg. *ut gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro. Committere* autem mire dictum eſt, quaſi ad periculum: quæ poſſent frangi inter trepidantes miniſtros, & ſemigraves vino convivas. *Idem.*

151. *De paupere regno.*] Propter Eteoclen & Polynicen, qui civilia bella geſſerunt. dicit regnum non eſſe idoneum, propter quod fratres odia ſuſcitaverunt. Exequitur potentiſſima regna varia deſcriptione. *Idem.*

152. *Dumque uter.*] Bœotiam dicit Cadmi, qui à patre pulſus peracto exilio condidit Thebas. *Non altus ovaret.*] *Altus* magnus. & eſt ordo; dum ambigitur uter fratrum ovaret in ſolio Tyrii exulis, hoc eſt Cadmi. *Non altus.*] Quia modicum erat regnum. *Idem.*

154. *Periit jus, faſque bonumque.*] *Jus* legum eſt, quia unus læſit fœdus. *fas* hominum: quia fratres contra ſe arma ſumpſerunt. *bonum* quia uſque ad interitum pugnaverunt. *Idem.*

155. *Et vitæ mortiſque pudor.*] Quia mutuis periere vulneribus, & cremati ſunt rogorum diſcrepantibus flammis. *Quo tenditis iras.*] Apoſtrophe ad fratres. *Idem.*

Ah miſeri? quid ſi peteretur crimine tanto
Limes uterque poli, quem Sol emiſſus Eoo
Cardine, quem porta vergens proſpectat Ibera?
Quaſque procul terras obliquo ſidere tangit
Avius, aut Borea gelidas, madidive tepentes
Igne Noti? quid ſi Tyriæ Phrygiave ſub unum
Convectentur opes? loca dira, arceſque nefandæ
Suffecere odio, furtiſque immanibus emptum eſt
Oedipodæ ſediſſe loco. Jam ſorte carebat
Dilatus Polynicis honos. quis tum tibi, ſæve,
Quis fuit ille dies? vacua cum ſolus in aula
Reſpiceres jus omne tuum, cunctoſque minores,
Et nuſquam par ſtare caput? Jam murmura ſerpunt
Plebis Echioniæ, tacitumque à principe vulgus
Diſſidet, & (qui mos populis) venturus amatur.

Atque

156. *Quid ſi peteretur crimine tanto.*] Dicit non oportuiſſe à fratribus arma ſumi, nec ſi ideo pugnaretur, ut unus orbis imperium poſſideret: vel ſi coeli poſſeſſio peteretur. *Idem.*

158. *Quem portu vergens.*] Placet, quod etiam Grutero viſum: *porta vergens proſpectat Ibera.* Cardo enim portæ eſt, non portus. Et ſic lib. 10. *Obruit Heſperia Phœbum nox humida porta.* Gronovius.

160. *Avius.*] Utique ſol avius, quaſi ſine via: quia ab hac mundi parte ſemotus. *Lactant.*

162. *Convectentur opes.*] Non ſi unus poſſideat opes Phrygias & Tyrias. *Opes* autem *Tyrias* dixit, ut oſtenderet Tyrios ſemper divites fuiſſe, ſecundum Virgilium dicentem,

Portantur avari Pigmalionis opes.

Arceſque nefandæ.] Declamatio quæ ſignificat eas cauſas moviſſe odia, quæ reſtinguere debuiſſent. Fugere enim debuerant hi fratres loca dira, & ſceptra Oedipi patricidæ potius, quam ad hæc bellorum crimina properarent. *Idem.*

164. *Jam ſorte cadebat.*] Magnum mendum dum tollere conatur, fecit Bernartius. Utrum credidit, *cadere dilatum ſorte*, eſſe, ſorte differri, an *ſorte cadere* dici, ut *cauſa cadere*? Utrovis tamen modo *ceciderat* erat dicendum. Nobis nuſpiam, niſi *carebat*, inventum: ſenſuſque ejus, Polynicen, dilato honore in proximum annum, ſorte regnandi caruiſſe, quia evenerat illa Etheocli. In contrarium apud Tacitum 3. annal. 56. *Servius Maluginenſis poſtulavit, ut Aſiæ ſortem haberet.* Ita enim leg. non *Aſiam ſorte.* Ut eodem libro ſupra: *ſorte Aſiæ depellendum:* & infra, *ſors Aſiæ in eum, qui Conſularium Maluginenſi proximus erat, conlata.* Gron.

166. *Solus in aula.*] Non vere ſolus: ſed quia is pro turba eſt homo, qui aliis eſt odio ſolus. *Lactant.*

168. *Par ſtare caput.*] Id eſt tui conſortem diadematis. *Idem.*

169. *Plebis, &c.*] *Echionem* virtutis ergo Cadmus ſibi generum adſcivit. Pauſanias libro IX. Is pater fuit Penthei, fabulis notiſſimi. Nonnus lib. XLIV. Ovidius Metamorph. III. Unus ſuperſtes ex quinque dentibus Draconis proſatis, Ovid. *Barthius.*

170. *Et qui mox populis, &c.*] Abſque

Atque aliquis, cui mens humili læſiſſe veneno
Summa, nec impoſitos unquam cervice volenti
Ferre duces: hancne Ogygiis, ait, aſpera rebus
Fata tulere vicem? toties mutare timendos,
Alternoque jugo dubitantia ſubdere colla!
Partiti verſant populorum fata, manuque
Fortunam fecere levem. ſemperne viciſſim
Exulibus ſervire dabor? tibi, ſumme deorum,
Terrarumque ſator, ſociis hanc addere mentem
Sedit? an inde vetus Thebis extenditur omen,
Ex quo Sidonii nequicquam blanda juvenci
Pondera, Carpathio juſſus ſale quærere Cadmus
Exul Hyanteos invenit regna per agros:
Fraternaſque acies fœtæ telluris hiatu

Au-

que lectione veteri eſſet, poteramus vulgatam retinere: ſed dum membranas conſului & editionem principem, præſto legendum eſſe, *& qui mos populis venturus amatur*, acuta ſententia vulgi levitatem perſtrinxit, quod plerumque, Saluſtio judice, *ingenio mobili ſeditioſum atque diſcordioſum, cupidum novarum rerum, quieti & otio adverſum*. Malignum deniqúe quiddam & querulum imbibit in imperantes, & ut lepidè ille ait, *magis regis filium amat quam regem*. Bernart.

171. *Humili veneno.*] Id eſt, maledictionibus carpere meliores. *Lactant.*

173. *Hancne Ogygiis.*] Ogyges, ut Var. docet in libtis de gente Populi Ro. rex fuit Thebanorum, ſub quo primum diluvium factum eſt, longe antequam illud, quod ſub Deucalione factum eſſe narratur. aut certe ab Ogygio uno terrigena, Thebanorum primo rege, à quo Thebani antiquas res Ogygias nominabant; qui primus eis imperavit. *Idem.*

174. *Totiens mutare.*] Quia viciſſim placuerat imperare. Illi inquit ut imperent vices mutant, nos ſervitia non mutamus. *Idem.*

176. *Partiti verſant.*] Id eſt, ſub Imperio & ditione habent. *Manuque f.*] Id eſt contemptibilem. Nam fortuna ſolet facere reges & exules. Iſti fecerunt ut circa reges & exules ea fortuna ſervetur, ut ex illorum voluntate conſtitutum ſit, quando debeant exilium petere, quando ad imperium remeare: itaque in illis fortuna, quæ ſemper ſolet eſſe dubia, non habet poteſtatem. quippe cum de futuris certi ſint, & ipſi regunt fata populi, dum excluſerunt fortunam. *Idem.*

177. *Semperne.*] Quia ſemper dux erat multandus exilio. & licet ſit gravis omnis ſervitus, gravior tamen eſt quæ ſubjacet indignis. *Viciſſim.*] Rerum mutabilitate, aut vice ſerviendi. *Idem.*

179. *Sociis.*] Propter Harmoniam, quæ fuit Martis & Veneris filia. *Idem.*

180. *Sedit.*] Placuit. *Idem.*

181. *Ex quo Sidonii.*] Non Sidonius juvencus, ſed Sidonium pondus. De Sidone enim fuit Europa quam pater Agenor Cadmo inquirendam mandavit. Ille cum penetraſſet mare Carpatium, id eſt Ægyptium; cum nec ſororem reperire potuiſſet, ſecundum præcepta patris in exilio remanſit, & duce Apolline pervenit ad Thebas Bœotiæ: quas Hyanteas vocant, à nympha quæ illic colitur: vel eo quod illic draco fuerit interfectus, cujus ſevit dentes. *Idem.*

 186. *Cer-*

Augurium, ſeros dimiſit aduſque nepotes?
Cernis ut erectum torva ſub fronte minetur
Sævior aſſurgens dempto conſorte poteſtas?
Quas gerit ore minas? quanto premit omnia faſtu?
Hicne unquam privatus erit? tamen ille precanti
Mitis, & affatu bonus & patientior æqui.
Quid mirum? non ſolus erat. nos vilis in omnes
Prompta manus caſus domino cuicunque parati.
Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
Vela trahunt, nutat media fortuna carina.
Heu dubio ſuſpenſa metu, tolerandaque nullis
Aſpera ſors populis! hic imperat: ille minatur.
At Jovis imperiis rapidi ſuper atria cœli
Lectus concilio divûm convenerat ordo
Interiore polo. ſpatiis hinc omnia juxta
Primæque occiduæque domus, effuſa ſub omni
Terra atque unda die. mediis ſeſe arduus infert
Ipſe deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
Stellantique locat ſolio. nec protinus auſi
Cœlicolæ, veniam donec pater ipſe ſedendi

Tran-

186. *Cernis ut.*] *Verba plebis eſſe de novi Regis inſolentia amoto conſorte regni*, recte notat Gloſſographus Priſcus. *Erectus* ſuperbum denotat à ſtatura faſtu excelſiorem affectante. *Rectus*, nullibi inflexus, qui habitus inſolentium hominum. *Barthius.*

190. *Affatu bonus.*] *Erat* ſubaudimus. Ubique jam hoc queritur, quod nemo ſuccedit, cum ſuperius vices gemeret ſervitutis: & dicit Etheoclem quondam circa rogantes fuiſſe clementem, quæ laus imperatoris eſt maxima: quæ omnia dicit eſſe converſa, quia ſucceſſor excluſus eſt, qui juſtitiam pateretur, & eſſet in ſermone comis. *Lactantius.*

196. *Hic imperat, ille.*] Id eſt, imperat Etheocles, quia fidem fregit. minatur Polynices, quia amiſit imperium. & neceſſe eſt populis Thebanorum, ſub unius imperio, duorum timere ſævitiam. *Idem.*

197. *Rapidi ſuper.*] Concilium deorum deſcribit. *rapidi* autem *cœli. i.* volubilis. *Idem.*

199. *Interiore polo.*] Id eſt ſecretiore. ſive medio ab ortu & occaſu conventuris numinibus ſpatiorum eſſet æqua diſtantia: quaſi ad quoddam cæli ſecretum numinum ordo conveniat. *Hinc omnia juxta.*] Ut oſtendat ad eum cœli locum numina conveniſſe, cui juxta ſunt omnia. id eſt, unde ſic videantur omnia, tanquam juxta: ergo medium cæli locum dixit. *Idem.*

200. *Primæque occiduæque.*] Orientis occaſuſque loca deſcribit. *Effuſa*] Patens. *Sub omni die.*] Id eſt ſub omni cælo. *Idem.*

201. *Arduus.*] Id eſt Juppiter. *Idem.*

204. *Cœlicola veniam.*] Id eſt donec

Juppi-

Tranquilla jubet eſſe manu. mox turba vagorum
Semideûm, & ſummis cognati nubibus amnes,
Et compreſſa metu ſervantes murmura venti
Aurea tecta replent, mixta convexa deorum
Majeſtate tremunt: radiant majore ſereno
Culmina, & arcano florentes lumine poſtes.
Poſtquam juſſa quies, ſiluitque exterritus orbis,
Incipit ex alto: (grave & immutabile ſanctis
Pondus adeſt verbis, & vocem Fata ſequuntur)
Terrarum delicta, nec exuperabile diris
Ingenium mortale queror. quonam uſque nocentum
Exigar in pœnas? tadet ſævire coruſco
Fulmine. jam pridem Cyclopum operoſa fatiſcunt
Brachia, & Æoliis deſunt incudibus ignes.
Atque ideo tuleram falſo rectore ſolutos

Solis

Juppitet protenſa manu hortaretut veniam ſedendi. Venia ſæpe *(hæc adde ex obſervatione C. Barthii hunc locum Lactantii ex veteri Exemplari reſtituentis)* eſt beneficium. Virgil. *Orantes veniam*. Idem.

2○6. *Semideum.*] Quia in inferioribus zonis degunt, vel qui nec mortales, nec ſuperi ſunt. *Summis cognati.*] Secundum Luererium, qui dicit ex udore terræ nebulas oriri, ex nebulis nubes, ex nubibus pluvias: ex quibus amnes augentur. Virg. *cælo gratiſſimus amnis*. Idem.

208. *Aurea templa.*] Sic manu exaratus etiam ille longe præſtantiſſimus Codex, nec quicquam mutati nos patimur. Vide Varr. initio lib. 6. de Ling. Lat. *Mixta majeſtate.*] Tot numinum majeſtate conveniente & placida conventione congruente. *Barthius.*

213. *Vocem fata ſequuntur.*] Eximie ſi quicquam in hoc opere, damnat enim diſerte impiam quorundam Stoicorum doctrinam, trigis fati Deum ipſum ſubjicientem, cum ille liberrimus omnium rerum auctot & actot tranſcendat cum libuit, & rumpat implexa illa agmina & voluinina fati. Nec fatum ipſum aliud ſit, non ex Papinii noſtri ſolum, ſed magni Auguſtini mente, *quam ſanctis & velut vox divinæ mentis*. Betnart.

214. *Terrarum delicta.*] Queritur Juppitet de hominum peccatis, quos dicit ſuperaſſe ſe malis. nam fortiores illos dicit eſſe ad committenda peccata, quam ſe ad vindicandum: & commemorat quæ mala commiſetint.. *Lactant.*

217. *Jam pridem Cyclopum.*] Hyperbole. dixerat uti fulminibus non libere, addidit augmentum, ut dicat deeſſe fulmina. Cyclopes enim fatigati ſunt ſuggetendo fulmina, ergo hoc tædet. *Idem.*

218. *Æoliis incudibus.*] *Æoliæ inſulæ*, Vulcani domicilium & officina creditæ, unde & nomen Vulcaniarum habuerunt, teſte Plinio lib. III. cap. 8. *De flammis* inde eructantibus tanta copia, ut uni earum ttes Crateres ſint, vide ex Polybio & aliis, Strabonem lib. VI. Pomponius Mela lib. II. cap. 7. *Septem inſulæ quas Æoli appellant, Oſteodes, Lipara, Didyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Strongyle, ut Ætna perpetuo flagrant igne.* Hinc *incudes Vulcani* eo collocat Papin. *quaſi ignis deſit ad fabricanda fulmina.* Batth.

219. *Atque ideo tuleram.*] Deeſt patienter: ut mundum Phaëton incendio concremaret. *Lactant.*

Solis equos, cœlumque rotis errantibus uri,
Et Phaëtontæa mundum ſquallere favilla.
Nil actum eſt: neque tu valida quod cuſpide late
Ire per illicitum pelago germane dediſti.
Nunc geminas punire domos, quis ſanguinis autor
Ipſe ego, deſcendo. Perſeos alter in Argos
Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
Mens cunctis impoſta manet: quis funera Cadmi
Neſciat? & toties excitam à ſedibus imis
Eumenidum bellaſſe aciem? mala gaudia matrum,
Erroreſque feros nemorum, & reticenda deorum
Crimina? vix lucis ſpatio, vix noctis abactæ
Enumerare queam mores, gentemque profanam.
Scandere quin etiam thalamos hic impius hæres
Patris, & immeritæ gremium inceſtare parentis
Appetiit, proprios monſtro revolutus in ortus.

Ille

222. *Nil actum.*] Neque illud profuit ad emendationem humani generis. Neptunus enim impulſu cuſpidis coëgit excedere fluctus littorum legem, & univerſas terras obruere. Dicit ergo Juppiter, nil emendationi humani generis profuiſſe ſupplicia, cum nihilominus peccare non deſinant. *Idem.*

224. *Nunc geminas.*] Duas familias ſignificat, Thebanorum & Argivorum, quorum ſe originem dicit exiſtere. Argivorum à Perſeo. Perſeus autem Jovis & Danaes filius fuit. Thebanorum per Cadmum, qui per Epaphum originem ducit à Jove. *Idem.*

226. *Aonias fluit.*] *Aones* Bœotiæ gens indigena, quam cum viciſſet advena Cadmus, recepit in gratiam, Phœnicibuſque miſtas patria loca colere permiſit. Euſtath. in Dionyſ. verſ. 473. Ἄονες ἔθνος βάρβαρον οἰκῆσαν πρὸς ἐν Βοιωτίᾳ. Thebas Cadmeam cum inferiore oppido jungentes civitatem primum totam vocavere Antiopæ filii, à Nympha Thebe ducta appellatione, cognata ipſis, filia Promethei. Auctor Pauſanias l. 9. *Fluit hic* ſc. ſanguis. *Barthius.*

227. *Impoſta manet.*] Hæret mihi (ut ingenue loquar) aqua in ſententia hujus loci, & in τὸ *impoſta*, mendum latere ſuſpicor, quod ſine ope melioris codicis liquido divinare non potui, ſcio qua notione poëtæ accipiant *impoſta, depoſta, ſuppoſta, expoſta*, & ſimilia, ſed quid ad hanc ſententiam? Buſlidianus codex *impoſta movet.* unde nihil adhuc elicio, viderint acutiores. *Bernart.*

229. *Gaudia matrum.*] Aut propter Agaven, quæ parricidio ſuo inſana gaudebat: aut propter Jocaſtam, quæ cum filio læta concubuit. *Lactant.*

230. *Erroreſque.*] Athamantis ſc. qui furiata mente cum Learchum filium jugularet, leonem ſe putavit occidere. *Et reticenda deorum.*] Amphibolon. aut quæ homines in deos commiſerunt: aut quæ dei irrogavere mortalibus. Si hominum in deos, hæc ſunt: quia prætulit ſe in pulchritudine Niobe Latonæ, Pentheus Libero, Semele Junoni. vel propter Tantalum: qui volens deorum mentes inquirere, Pelopem filium ſuum diis poſuit epulandum. *Idem.*

235. *Monſtro.*] Nomine uſus pro adverbio.

Ille tamen Superis æterna piacula ſolvit,
Projecitque diem: nec jam amplius æthere noſtro
Veſcitur, at nati (facinus ſine more!) cadentes
Calcavere oculos. jam jam rata vota tuliſti
Dire ſenex: meruere tuæ, meruere, tenebræ
Ultorem ſperare Jovem. nova ſontibus arma
Injiciam regnis, totumque à ſtirpe revellam
Exitiale genus. belli mihi ſemina ſunto
Adraſtus ſocer, & Superis adjuncta ſiniſtris
Connubia. Hanc etiam pœnis inceſſere gentem
Decretum. neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus, & ſævæ periit injuria menſæ.
Sic pater omnipotens. aſt illi ſaucia dictis
Flammato verſans inopinum corde dolorem
Talia Juno refert: mene, ô juſtiſſime divûm,
Me bello certare jubes? ſcis ſemper ut arces
Cyclopum, magnique Phoroneos inclyta fama

Sceptra

verbio. id eſt *monſtro* pro monſtruoſe: quia revocavit ſemina in ortus ſuos. *Idem.*

237. *Projecitque diem.*] Induxit ſibi cæcitatem, ut cito vindicta ſequeretur. *Idem.*

238. *Sine more.*] Injuſte, ſine exemplo. *Idem.*

239. *Calcavere.*] Inſultavere cæcitati patris. *Jam jam rata.*] Anaſtrophe ad ipſum Oedipum. *Rata vota.*] Senſu vocis regentem. *Idem.*

244. *Adraſtus ſocer.*] Qui pro genero Polynice pugnavit. atqui adhuc non erat ſocer, ſed quia deus eſt, futura prædicit. *Adjuncta* pro adjungenda: nondum enim adjuncta erant. *Siniſtris.*] Infenſis numinibus & contrariis: quia morituri ſunt. *Idem.*

346. *Neque arcano.*] Reddit cauſas cur etiam Argivos velit evertere: ſcilicet propter Tantali ſcelus, qui decipere ſe credidit deos, quando epulandum his appoſuit filium. vel quod epulando cum diis ſecreta eorum mortalibus prodidit: ob quod facinus dignas apud inferos pœnas ſolvit. *Idem.*

247. *Periit injuria.*] Duplex hic literæ productæ ratio, ob inciſionem verſus alia, alia privilegio ei proprio, quod jam olim notatum memini Ang. Politiano ſummo pauciſque comparabili viro. Sic lib. 11. ℣ſ. 473. *Te Meleagre ſubit, ibi demum cuſpide lata.* Barth.

251. *Scis ſemper.*] Quia Juno ſemper favet Argivis. *Lactant.*

252. *Cyclopum.*] Aut quas Cyclopes fecerunt, aut magni ac miri operis. nam quicquid magnitudine ſua nobile eſt, Cyclopum manu dicitur fabricatum. *Idem.*

Magnique Phoroneos.] Inachi hic filius, quem fabulantur cum Cephiſſo, Aſterione & Inacho arbitrum inter Neptunum & Junonem de regione diſceptantes electum, litem ſecundum Junonem dediſſe. poſteaque diſperſos antea homines in unius civitatis jus compuliſſe, eo ſucceſſu, ut ab Argo, ejus ex filia nepote, integra regio nomen acceperit. Conſule Pauſan. Corinthiacis. *Bernart.*

Sceptra viris, opibuſque juvem, licet improbus illic
Cuſtodem Pharia, ſomno letoque juvenca
Extinguas, ſeptis & turribus aureus intres.
Mentitis ignoſco toris: illam odimus urbem,
Quam vultu confeſſus adis: ubi conſcia magni
Signa tori, tonitrus agis, & mea fulmina torques.
Facta luant Theba: cur hoſtes eligis Argos?
Quin age, ſi tanta eſt thalami diſcordia ſancti,
Et Samon, & veteres armis exſcinde Mycenas.
Verte ſolo Sparten. cur uſquam ſanguine feſto
Conjugis ara tua, cumulo cur thuris Eoi
Læta calet? melius votis Mareotica fumat
Coptos, & æriſoni lugentia flumina Nili.

Quod

254. *Cuſtodem Pharia.*] Bene prius *ſomno.* Nam homo qui centum habebat oculos niſi ſomno oppreſſus occidi non poterat. Argum ergo deſcribit, quem Mercurius dicitur occidiſſe. *Lactant.*

255. *Septis & turribus.*] Acriſius pater Danaës, qui oraculum accepit cauſam mortis ſibi futuram, quia ex filia naſceretur. * Sed Juppiter converſus in imbrem aureum vitiavit Danaën, ex quo coitu Perſeus natus dicitur, qui Acriſium objecto Gorgonis capite convertit in ſaxum. *Idem.*

256. *Mentitis ignoſco.*] Id eſt, non iraſcor illi civitati, ubi mutatus adulteria commiſiſti. cum aliis enim majeſtate diſſimulata concumbis, ad Semelen vero profeſſus numen intraſti. *Idem.*

258. *Et mea fulmina torques.*] Id eſt, inſignia matrimonii mei, quæ debui ſola ſentire. vel mihi ſoli nota, & mihi tantum obnoxia. *Mea fulmina.*] Phyſicum eſt. nam ſimplici ratione ſi intelligis, uxorem reſpicis. Cæterum fulmen eſſe ſine aëre non poteſt, quia ipſe aër Juno eſt. etenim ſi non fuerint nubes aëre colliſæ, fulmen nullum eſt. *Idem.*

260. *Quin age, ſi tanta eſt.*] Scribendum: *ſi tanti eſt.* Si tantopere te delectat uxoris offenſio: ſi quovis pretio libet comparare diſcordem conjugem. Ovidius lib. 2. met. Jovem dicentem facit: *ſunt, ô, ſunt jurgia tanti.* Gronov.

261. *Et Samon & veteres.*] Samos, & Mycenæ, atque Spartæ, Græciæ civitates, Junoni ſacratæ ſunt. Samos enim chara Junoni: hæc enim prima Junonis nuptias vidiſſe dicitur. Ideo chara inſula, atteſtante etiam Virgilio: *Poſthabita coluiſſe Samo.* Spartam vero dixit Laconiæ civitatem regionis. *Lactant.*

262. *Sanguine feſto.*] Victima ſacrificiorum. *Idem.*

263. *Thuris Eoi.*] Id eſt Sabæi. *Idem.*

265. *Coptos.*] Civitas Mareotica Ægypti, in qua Io verſa in Iſidem colitur: cujus ſacris ſiſtro celebratis Nilus exæſtuat. *Idem.* *Æriſoni lugentia.*] Tenebricoſæ fabulæ lucem dat Pauſanias Bœoticis. *His conſimilia de Phœnice quodam homine audivi: Ægyptios Iſidi feſtos dies celebrare, qua anni parte lugeri ab ea Oſirin dicunt: ac per illos ſanè dies incipere Nilum excreſcere, quo fit ut incolarum turba dictitet, augeri Nilum atque impleri, lateque ex eo arva irrigari Iſidis lacrymis.* apte ad poſteriorem partem. at cur *æriſoni*? propter ſiſtra, quorum frequens in Iſidis ſacris uſus. Erat autem ſiſtrum, ut in marmoribus antiquis

videre

Quod ſi priſca luunt auctorum crimina gentes,
Subvenitque tuis ſera hæc ſententia curis;
Percenſere ævi ſenium, quo tempore tandem
Terrarum furias abolere, & ſecula retro
Emendare ſat eſt? jamdudum ab ſedibus illis
Incipe, fluctivaga qua præterlabitur unda
Sicanos longe relegens Alpheus amores.
Arcades hic tua (nec pudor eſt?) delubra nefaſtis
Impoſuere locis: illic Mavortius axis
Oenomai, Geticoque pecus ſtabulare ſub Æmo
Dignius: abruptis, etiamnum inhumata procorum
Relliquiis trunca ora rigent. tamen hic tibi templi
Gratus honos. placet Ida nocens, mentitaque manes
Creta tuos. me Tantaleis conſiſtere tectis,
Quæ tandem invidia eſt? belli deflecte tumultus,
Et generis miſereſce tui. ſunt impia late

Regna

videre eſt, crepitaculum, cujus per anguſtam laminam in modum baltei recurvatam trajectæ medio paucæ ungulæ, criſpante brachio tergeminos ictus reddunt argutum ſonum. *Bernart.*

271. *Subterlabitur unda.*] Fabulam tangit. Nam dicunt Alpheum fluvium Elidis & Piſarum, quæ ſunt civitates Arcadiæ, ad Arethuſam nympham Siciliæ per occultos maris meatus venire. ideoque dicit, *præterlabitur vaga unda.* Alii autem dicunt quod Arethuſa venatrix fuit, quæ cum ſe in flumine Alpheo poſt laborem ablueret, ab eo adamata eſt: & diu fugiens, deorum miſeratione in fontem mutata, ad Siciliam per ſecretos meatus venit, quam Alpheus dicitur perſequi uſque in Siciliam. quod Virg. exequens ait, *Et tandem velox poſitis Arethuſa ſagittis.* Ideoque Juno precatur Jovem, ut ſi placeat ſibi emendare ſæcula, retro id eſt à ſedibus illis incipiat, parcens interim Argivis. *Lactantius.*

273. *Arcades hic tua, &c.*] In optimo Exemplari eſt, *nefandis. Jovis* autem *Licei* templum in Arcadia dicit, ubi ſactificabantur pueri. vid. Auguſt. de Civit. Divin. lib. XIIX. *Nefaſta* aut *nefanda loca* dicit, quia eo loci homines mutari in lupos credebantur, ut ex Plinio notant Auguſtini duo Scholiaſtæ Ludovicus Vives & Leonardus Coquæus. Idem Templum qui intraſſent, necabantur. *Barthius.*

275. *Hæmo dignius.*] Id eſt, equi, qui digni erant ſtabulari in Thracia, ubi equi Diomedis erant, qui humana carne paſcebantur. Notandum autem quia equos illos, quibus provocabantur proci ad curule certamen, poëta *pecus* vocat, quod eſt generale nomen omnium animalium, effigie humana carentium: quos equos dicit Juno digniores eſſe ad ſtabulandum in Hæmo, monte frigidiſſimo Thraciæ, quam in præfatis locis. *Lactant.*

278. *Placet Ida nocens.*] *Montem* prius ſpeciatim, mox totam *inſulam* dicit quæ gloriata Jovis ſepulchro. Res multis ſcriptoribus teſtata non vacat jucunditate legentis, ſi conferantur loca. Vide Callimach. & Scholiaſten εἰς Δία. Lactant. l. I. c. XI. & alios. *Barthius.*

 282. *Me-*

Regna tibi, melius generos paſſura nocentes.
Finierat miſcens precibus convicia Juno,
At non ille gravis, dictis, quanquam aſpera, motus
Reddidit hæc: equidem haud rebar te mente ſecunda
Laturam, quodcumque tuos, (licet æquus) in Argos
Conſulerem, neque me (detur ſi copia) fallit
Multa ſuper Thebis Bacchum, auſuramque Dionem
Dicere, ſed noſtri reverentia ponderis obſtat.
Horrendos etenim latices, Stygia æquora fratris
Obteſtor, manſurum & non revocabile verum,
Nil fore quo dictis flectar. quare impiger ales
Portantes præcede Notos Cyllenia proles:
Aëra per liquidum, regniſque illapſus opacis
Dic patruo: ſuperas ſenior ſe tollat ad auras
Laïus, extinctum nati quem vulnere, nondum
Ulterior Lethes accepit ripa profundi
Lege Erebi: ferat hæc diro mea juſſa nepoti:
Germanum exilio fretum, Argoliciſque tumentem
Hoſpitiis, quod ſponte cupit, procul impius aula
Arceat, alternum regni inficiatus honorem:
Hinc cauſæ irarum. certo reliqua ordine ducam.
Paret Atlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, & temperat aſtra galero.

Tum

282. *Melius generos.*] Polynicen, propter patris inceſtum; & Tydeum, qui fratrem ſuum Toxeum occiderat. *Lactant.*

288. *Auſuramque Dionem.*] Veneris matrem dicit ſollicitam futuram propter Hermionem, Veneris & Martis filiam, Cadmi uxorem. *Idem.*

291. *Obteſtor manſurum.*] Sonum carminis etiam hic corruptum correctoribus dicas. Clare enim primæ notæ membranæ referunt:

Manſurum obteſtor, &c.

Quod utique ob non intellectam ſyllabæ rationem exſcriptorum vulgus mutavit. *Manſurus* æternum deſignat. *Barthius.*

298. *Lege Herebi.*] Quia dicuntur inhumatorum animæ multis errare temporibus. Virgil. *Centum errant annos.* Lactant.

299. *Tumentem.*] Jactantem ſe exilio, propter cognationem Adraſti. & hoc quaſi Deus ad Deum dicit. nam futura ſunt hæc. *Idem.*

304. *Summa pedum.*] Petaſum dixit, & alatum calciamentum Mercurii. Virgil. *Pedibus talaria nectit aurea.* Idem.

305. *Obnubitque comas.*] Ordo eſt, Obnubitque comas galero, & temperat aſtra.

Tum dextra virgam inſeruit, qua pellere dulces
Aut ſuadere iterum ſomnos, qua nigra ſubire
Tartara, & exangues animare aſſueverat umbras.
Deſiluit. tenuique exceptus inhorruit aura.
Nec mora, ſublimes raptim per inane volatus
Carpit, & ingenti deſignat nubila gyro.
Interea patriis olim vagus exul ab oris
Oedipodionides furto deſerta pererrat
Aoniæ. jam jamque animis male debita regna
Concipit, & longum ſignis cunctantibus annum
Stare gemit. tenet una dies noctesque recurſans
Cura virum, ſi quando humilem decedere regno

Ger-

aſtra. quaſi uniuſcujuſque dei caput aſtrum ſit. legitur *obnubit*. obſcurat : ne nudo capite deſcedens, terras fulgore percuteret. & *temperat*. Vel quia benefica ſtella Mercurii maleficarum temperat flammas. vel certe occulte nobis exponit quinque plagas cæli ex iſtis conſtare ſyderibus, Saturni, Jovis, Martis, Mercurii, Veneris. Saturni frigida eſt ſtella, id eſt, nocens. ut *Frigida Saturni, &c.* Martis calida. Mercurii frigida. Jovis & Veneris temperata. ergo quia per mediam zonam volabat, Jovis & Veneris vicina ſydera frigido tranſitu temperabat. *Galero.*] Pileo. *Idem.*

309. *Tenuique exceptus.*] Tenui aura, qua mortales fruuntur. ut Virg. *auras vitales carpis*. Nam aër craſſior in æthere. *Inhorruit* autem, quia ab aëre calido in aërem frigidum deſcendit. alii *inhorruit*, ad ſtridorem referunt alarum. *Idem.*

310. *Raptim per inane.*] Lectio hæc à libris ſcriptis eſt. ita enim legendum, non ut vulgati : *raptus per inane*. ſcio te ſcire τὸ *inane* hic pro aëre ſumi, uti frequentius, qua apud Noſtrum, qua alios. parcam ſcribere exempla, ſunt enim quingenta in promptu. *Bernart.*

311. *Deſignat nubila gyro.*] Quaſi more avium, ut volatus ipſius videretur eſſe deſcenſus in gyrum. ſive *gyrum* Irim dicit. Tranſitus enim nubium neceſſe eſt, ut levem concitet rorem. Nubilum autem ex tranſitu nubium fit, & aſtrorum motu. Sol vero cum adverſam tetigerit radiis nubem aquoſam irim facit. nam ipſa eſt tranſitus deorum. *Lactant.* *Deſignat.*] Omnino ſcribendum cum perfecte bonis membranis *diſsignat*. Id eſt, ſcindit & ſemita quadam notabili ea tranſit. Idem omnino dicit Claud. Papinii perpetuus imitator Conſul. Olyb. & Panegyr. in Tert. Conſ. Honorii, &c. *Barth.*

313. *Furtim deſerta pererrat.*] Lipſ. & Buſl. *furto deſerta*? quod recipere mihi religio non foret, cum ſciam ſcriptores ita paſſim locutos. Noſter lib. III.
Heu quantus furto cruor. idem lib. 9.
Auſus erat furto dextram injectare
Leonteus, &c. Bernart.

314. *Male debita regna.*] Non indebita, ut *maleſana*, ſed *male debita* dixit, quæ eſſet præliorum incommodis periturus. aut certe male concipit animo regna ſibi debita, quæ ſciebat germanum nunquam redditurum ſponte. *Lactant.*

315. *Signis cunctantibus.*] Tarde procedentibus : ad deſiderium retulit ſpem gerentis. *Idem.*

317. *Cura virum.*] Recurſans. ad cogitationem ejus retulit, non ad diem. *Idem.*

319. *Hæc*

Germanum, & ſemet Thebis, opibuſque potitum
Cerneret, hac ævum cupiat pro luce paciſci.
Nunc queritur ceu tarda fugæ diſpendia: ſed mox
Attollit flatus ducis, & ſediſſe ſuperbum
Dejecto ſe fratre putat, ſpes anxia mentem
Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.
Tunc ſedet Inachias urbes, Danaeiaque arva,
Et caligantes abrupto ſole Mycenas,
Ferre iter impavidum. ſeu prava ducit Erinnys,
Seu fors illa viæ, ſive hac immota vocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
Deſerit, & pingues Bacchæo ſanguine colles.
Inde plagam, qua molle ſedens in plana Cithæron
Porrigitur, laſſumque inclinat ad æquora montem

Præ-

319. *Hæc ævum cupiat pro luce.*] Id eſt, pro illo die, quo cupit ſe videre regnantem, libenter totius vitæ ſuæ offerret tempora. *Idem.*

320. *Queritur ceu tarda fugæ.*] Deſcriptio hominis anxii. nunc ſuperbiam ſecum regnantis reputat fratris, modo votis erigitur in ſpiritu regio. *Idem.* Sed omiſſum eſt aliquid (in textu Lact.) ad rem plenius proponendam, quod explere licet ex enarratore noſtro *putat fratris, modo ſe in illius locum erigit in ſpiritu regio.* Barth.

321. *Et ſediſſe ſuperbum.*] Sine ſuſpicione mendi, abſque libris veteribus eſſet. qui pereleganter

—— *& ſediſſe ſuperbus*
Dejecto tunc fratre putat. ——

purus putus helleniſmus. *ſuperbus*, pro *ſuperbum*, genus loquendi venuſtum. uſitatum optimis ſcriptoribus, ſed quod remotum ab uſu vulgi, imperitos offenderat: Virg.

Senſit medios delapſus in hoſtes. Bern.

324. *Inachias.*] Sine præpoſitione, *ad Inachias* urbes. ut *Inachiis ſeſe referebat ab Argis*. *Danaiaque arva.*] Campi, id eſt, agricolæ. Danaus & Egyptus fratres fuerunt, Beli filii. Danao fuit virilis ſexus quinquaginta numerus filiorum, è diverſo Egypto par numerus filiarum. Voluit ergo Danaus fratris filias liberis ſuis matrimonio ſociare. & Egyptus oraculo cognoverat quod generi ſui manibus interiret. juſſit ergo filiabus ut ſponſos occiderent. Sola Hypermneſtra, dum cæteræ facinus perpetraſſent, Linceo pepercit. *Lactant.*

325. *Et caligantes.*] De Atreo & Thyeſte notiſſima hiſtoria, quod unus alterius liberos epulas fecit, quo aſpectu ſol dicitur refugiſſe: unde *Abrupto ſole* dixit, ſubducto lumine, & à curſu ſuo revocato. *Idem.*

327. *Seu fors illa viæ.*] Hoc eſt, illud iter aut furor ſuaſit, aut caſus, aut fatum. *Idem.*

328. *Furoribus antra.*] In quibus Liber pater colitur ululatu Baccharum. deſcriptio itineris illius. *Idem.*

329. *Bacchæo ſanguine colles.*] Sanguine, quem perempto Pentheo Agave mater effudit. Cytheronem ſignificat, ubi ſe Bacchæ ſecant in honorem Liberi. *Idem.*

330. *Qua molle ſedens.*] Paulatim tumores collium in planum relaxans. *Molle* pro molliter. ubi in campum effunditur nimis extenſum. *Idem.*

331. *Laſſum.*] Utique fluctibus exſum.

Præterit. hinc arcte ſcopuloſo in limite pendens,
Infames Scyrone petras, Scyllæaque rura
Purpureo regnata ſeni, mitemque Corinthon
Linquit, & in mediis audit duo littora campis.
Jamque per emeriti ſurgens confinia Phœbi
Titanis, late mundo ſubvecta ſilenti
Rorifera gelidum tenuaverat aëra biga.
Jam pecudes volucreſque tacent: jam ſomnus avaris
Inſerpit curis, pronuſque per aëra nutat,
Grata laboratæ referens oblivia vitæ.
Sed nec puniceo rediturum nubila cœlo
Promiſere jubar, nec rareſcentibus umbris
Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phœbo.
Denſior à terris, & nulli pervia flamma

Sub-

ſum. vel quia in hanc partem devexus, amiſerit in excelſa vires creſcendi. *Idem.*

332. *Pendens.*] Quidquid enim in præcipiti ſtat, videtur pendere. nam qui per anguſtias ardui montis incedit, quaſi pendeat eminus cernentibus ſic videtur. *Idem.*

333. *Infames Scyrone.*] Reſpicit ſaxa quæ Moluridi petræ adjacent. infamia & ſcelerata dicta, quod cum ea accoleret Scyron, latro famoſus, inde quoſcunque nactus eſſet hoſpites in mare detruderet. eos vero adnatans marina teſtudo, (bellua magnitudine ſolum & pedibus, quos tales habet, quales vituli marini, terreſtri diſſimilis) conficere dicebatur: ut Pauſanias Atticis refert. quem ſequitur Plutarchus Theſeo, dicens hunc eundem latronem à Theſeo de eodem ſaxo præcipitatum. Megarenſes tamen defendere Scyronem neque latronem fuiſſe, neque flagitioſum, imo latronum vindicem. nec à Theſeo tanquam latronem, ſed cum Eleuſina cepit, veluti hoſtem interfectum. conſule utrumque ſi placet. *Bernart. Scyllæaque rura.*] Megaram ſignificat civitatem, in qua Niſus regnaſſe dicitur, crinem purpureum atque fatalem habens, quem dormienti patri Scylla filia ſecuit. nam ut Virgil. utrumque monſtraret, ait, *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.* Lactant.

335. *In mediis audit duo.*] Iſthmum Corinthiacum intelligit, qui mari utrimque alluitur. duobus etenim ejus latera promontoriis terminantur, Cenchreis & Lechæo, quæ res interiorem regionem continentem facit. *Bernartius.*

336. *Per emeriti.*] A re militari: quaſi & ſol diei militare videatur. *Emeriti.*] Occidentis. *Confinia.*] Bene dixit: quia juxta ipſum oritur. Quomodo *emeritos* dicimus, ſimili labore donatos: ſic *emeritus ſol* occidens dicitur poſt laborem, cui noctis aſtra ſuccedunt. *Lactantius.*

337. *Titanis.*] Luna. *Mundo ſubjecta.*] Id eſt, ſuperjecta. Virgil. *& corpora ſaltu ſubjiciunt in equos.* Idem.

338. *Tenuaverat aëra.*] Bene tenuaverat: quia diei aër craſſior eſt, tenuis noctis. *Avaris*, indefeſſis. Avarus enim animus difficile fatigatur. *Idem.*

342. *Sed nec puniceo.*] Hic vult poëta monſtrare ſerenum diem non contigiſſe Polyniei. Nec enim ulla ſerenitatis ſigna præmiſerat ſolis occaſus. *Puniceo* ergo ſereno dixit. *Idem.*

346. *Sub-*

Subtexit nox atra polos. jam clauſtra rigentis
Æoliæ percuſſa ſonant, venturaque rauco
Ore minatur hyems, venti tranſverſa frementes
Confligunt, axemque emoto cardine vellunt,
Dum cœlum ſibi quiſque rapit. ſed plurimus Auſter
Inglomerat noctem, & tenebroſa volumina torquet,
Defunditque imbres. ſicco quos aſper hiatu
Perſolidat Boreas. nec non abrupta tremiſcunt
Fulgura, & attritus ſubita face rumpitur æther.
Jam Nentea, jam Tænareis contermina lucis
Arcadiæ capita alta madent. ruit agmine facto
Inachus, & gelidas ſurgens Eraſinus ad Arctos.
Pulverulenta prius, calcandaque flumina nullæ
Aggeribus tenuere moræ, ſtagnoque refuſa eſt
Funditus, & veteri ſpumavit Lerna veneno.
Frangitur omne nemus: rapiunt antiqua procellæ
Brachia ſylvarum, nulliſque aſpecta per ævum
Solibus umbroſi patuere æſtiva Lycæi.

Ille

346. *Subtexit nox.*] Pluviæ præſagium occulte more ſuo ingerit: nam nebulæ ima petentes, ſerenitatem: altum, imbres deſignant. Virg.
At nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt. Bernart.

347. *Percuſſa ſonant.*] Hæc eſt vera lectio firmata etiam præſtantiſſimo omnium Codice. Intelligit autem ab Æolo ventorum ſpeluneas percuſſas, ut erumpere ipſi poſſint, quod priuſquam fiat, elegantiſſime oris rauci hiemem præcedere dicit, horrorem nimirum illum, qui effundendum imbrem & tempeſtatem immanem præcedere ſolet. *Barthius.*

352. *Quas aſper hiatu.*] Phyſicam rationem ſecutus eſt. Nam ſi primo auſter pluvias facit, mox ſequitur Boreas, qui eaſdem aut in nivem, aut in grandinem mutat. Unde Ovid. *Utque ferunt imbres gelidis concreſcere ventis:* id eſt, congelari. *Lactant.*

354. *Fulgura.*] Coruſcationes enim quaſi ruptis nubibus tremunt. *fulgura* à fulgore dicta ſunt. *Rumpitur æther.*] Quaſi ex colliſione nubium. *Idem.*

357. *Inachus.*] Fluvius regionis Argivæ. *Eraſinus.*] Fluvius in Septentrione. *Idem.*

358. *Calcandaque flumina.*] Si in his fluminibus, quæ ante aquæ penuria calcabantur, hoc eſt pedibus tranſire poterant, riparum aggeſtiones opponeres, quo minus effunderentur, nullam faceres moram. *Idem.*

359. *Refuſa.*] Commota. *Idem.*

360. *Lerna.*] Palus eſt apud Argos, in qua hydram ſuperaſſe Hercules dicitur. Ait ergo in hoc ſtagno tantam vim undarum fuiſſe, ut iterum venis ſcatere videretur. Notandum autem quod *veteri* dixerit, cum omne nomen generis neutri, quod in *us* exit, nunquam niſi E littera terminetur: ut *pecus pecore* Idem.

363. *Æſtiva.*] Stabula ferarum intelligit Lutatius, ab illis pecorum, quæ

hoc

Ille tamen modo ſaxa jugis fugientia ruptis
Miratur, modo nubigenas è montibus amnes
Aure pavens, paſſimque inſano turbine raptas
Paſtorum pecorumque domos. non ſegnius amens,
Incertuſque viæ, per nigra ſilentia, vaſtum
Haurit iter. pulſat metus undique, & undique frater.
Ac velut hyberno deprenſus navita ponto,
Cui neque temo piger, neque amico ſidere monſtrat
Luna vias, medio cœli, pelagique tumultu
Stat rationis inops: jam jamque aut ſaxa malignis
Expectat ſubmerſa vadis, aut vertice acuto
Spumantes ſcopulos erectæ incurrere proræ:
Talis opaca legens nemorum Cadmëius heros,
Accelerat, vaſto metuenda umbone ferarum
Excutiens ſtabula, & prono virgulta refringit

Pectore:

hoc nomine cenſentur. Adſpexit autem locum Maronis, Georgico III. *ſed tota æſtiva repente*

Speraque gregemque ſimul, totamque ab origine gentem.

Servius. *Loca poſuit pro animalibus. Æſtiva autem ſunt loca umbroſa, in quibus per æſtatem pecora vitant Solis calorem.* Statius:

—— & umbroſi patuere æſtiva Lycæi.

In optimis membranis Gloſſographus: *Æſtiva.*] Umbracula nemorum. Claudianus, Bello Get.

Ingenti clangore grues æſtiva relinquunt Thracia.

Id eſt, nidos æſtivos illuc collocantes. *Barthius.*

364. *Fugientia.*] Dilabentia. *Lactant.*

365. *Nubigenas.*] Qui pluviis augentur. *Idem.*

366. *Aure pavens.*] Auditu timens. *Id.*

367. *Non ſegnius amens.*] Id eſt, non ſegnior. *Idem.*

368. *Per nigra ſilentia.*] Terribilia. ut Virgil. *Nunc ipſa ſilentia terrent.* Idem.

369. *Haurit iter.*] Conſumit. *Undique frater.*] Aut cujus ſolius timet inſidias: aut cujus invidet regno. *Haurit* ergo, accipit. id eſt, terribile iter oculis, auribus, & omni percipit ſenſu, & ubique ſic terretur tanquam ubique ſit frater. ut eſt, *Quicquid increpuerit Catilinam timeri aut videri.* Idem.

370. *Hyberno ponto.*] Id eſt tempeſtivo. ut Virg. *emiſſam hyemem.* Id eſt, tempeſtatem. *Idem.*

371. *Temo piger.*] *Pigrum temonem* ſeptentrionem dixit, qui nunquam mergitur. *Idem.*

373. *Malignis.*] Latentibus ſive dubiis. Virgil. *ſub luce maligna.* Idem.

376. *Talis opaca.*] Id eſt qualis nauta, timens tantum ſine ulla ſegnitie, vir fortis ingreſſum iter emetiebatur. *Idem.*

377. *Vaſto metuenda.*] Umbo Latinis, Varrone teſte, quod Græcis ἄμβωνες. Græci autem ἄμβωνες vocant, quicquid extumidum eſt & prominet. hinc ſcriptores à parte quæ in clypeo Romano inſtar dimidiati ovi eminebat, [illegible], *umbonem* pro clypeo ponunt. uti hoc loco Papinius noſter, & l. IX. *tentato umbone rediſſent.* Bernart.

378. *Excutiens ſtabula.*] Id eſt ſylvas: nunc clypeo ferarum luſtra diſcutit, nunc pectoris impulſu ſtabula. *Lactantius.*

379. *Dat*

Pectore: dat ſtimulos animo vis mœſta timoris,
Donec ab Inachiis victa caligine tectis
Emicuit lucem devexa in mœnia fundens
Lariſſæus apex. illo ſpe concitus omni
Evolat. hinc celſæ Junonia templa Proſymnæ
Lævus habet, hinc Herculeo ſignata vapore
Lernæi ſtagna atra vadi. tandemque recluſis
Infertur portis. actutum regia cernit
Veſtibula. hic artus imbri, ventoque rigentes
Projicit, ignotæque acclinis poſtibus aulæ
Invitat tenues ad dura cubilia ſomnos.
Rex ibi tranquillæ medio de limite vitæ
In ſenium vergens populos Adraſtus habebat,
Dives avis, & utroque Jovem de ſanguine ducens.
Hic ſexus melioris inops, ſed prole virebat

Fœmi-

379. *Dat ſtimulos animo.*] Id eſt, nimium timendo non rimet, ſic enim tunc timent, dum non timent. *Vis mœſta timoris.*] Eſt triſtitia: huic loco congruit illud Virg. *Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.* Idem.

380. *Donec ab Inachiis.*] Argivis, ab Inacho fluvio. ut Virg. *Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis*, dicit tamdiu erraſſe Polynicen, quamdiu de Inachiis tectis. i. de Argiva civitate victis tenebris lux emicuiſſet: de civitatis arce, quæ Laryſſa nominatur. non nos autem debet confundere, quod & Theſſaliæ civitas Laryſſa dicitur, à qua & Laryſſeus Achilles: hæc enim quam nunc commemorat, arx eſt civitatis Argivæ, quæ Laryſſa dicitur. *Idem.*!

381. *Devexa in mœnia.*] Quaſi imaginem lucis accipere debeat. ut Virg. *Devexo interea propior fit veſper Olympo. Devexa.*] In latere montis poſita *Idem.*

382. *Laryſſæus apex.*] Arx civitatis Argivæ. *Illo ſpe concitus omni.*] Id eſt, ad illam partem, unde poſteaquam lumen emicuiſſe videt, deſiit timere. *Idem.*

383. *Celſæ Junonia, &c.*] Nihil hic ſani vetuſtate nimia corraſæ & in fruſtilla dependentes membranæ. *Proſymnam* Urbem cum Strabone agnoſcit Lutatius, regionem faciunt Pauſanias & Stephanus, ut ad Geographum notatum maximo Caſaubono. Litem decidere debemus, ut ex Papinio utramque aſſeramus: Si enim μοῖρα τοῦ Ἄργους, ſecundum Stephanum, utique Regionis pars, aut æſtimetur, *Argos* enim & regionem & illam nobilem civitatem notat, & ita *celſam* dixit Papinius hic, & lib. IV. Ubi civitatem Argivorum Lutatius iterum appellat. *Barthius.*

384. *Hinc Herculeo vapore.*] Ad dextrum latus Lernæ ſtagna Herculeo vapore ſignata, quaſi infamia dimiſſa. Si veram quæramus hiſtoriam: Lerna palus fuit, quæ cum frequenter ſiccaretur, & denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terræ incendio poſſe præcludi, atque ideo poſteaquam exhauſit eam, ignem adhibuit & ſi qua unda prorumpebat, obſtruxit. nam hydram monſtrum fuiſſe ἀπὸ τοῦ ὕδατος fabulæ nomen obtinuit. *Lactant.*

385. *Tandem recluſis.*] Signum eſt pacificæ civitatis. *Idem.*

399. *Am-*

Fœminea, gemino natarum pignore ſultus.
Cui Phœbus generos (monſtrum exitiabile dictu!
Mox adaperta fides) ævo ducente canebat
Setigerumque ſuem; & fulvum adventare leonem.
Hæc volvens, non ipſe pater, non docte futuri
Amphiaraë vides, etenim vetat auctor Apollo.
Tantum in corde ſedens ægreſcit cura parentis.
Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus (fraterni ſanguinis illum
Conſcius horror agit) eadem ſub nocte ſopora
Luſtra terit, ſimileſque Notos deqveſtus & imbres,
Infuſam tergo glaciem, & liquentia nimbis
Ora, comaſque gerens, ſubit uno tegmine, cujus
Fuſus humo gelida, partem prior hoſpes habebat.
Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit, haud paſſi ſociis defendere noctem
Culminibus. paulum alternis in verba minaſque
Cunctantur: mox ut jactis ſermonibus iræ
Intumuere ſatis, tum vero erectus uterque
Exertare humeros, nudamque laceſſere pugnam.

Cel-

399. *Amphiaraë* [illegible]*es.*] Somniorum & Aruſpiciorum ſolertiſſimus interpres, adeo ut poſt mortem Oraculum habuerit, & divino honore ſit cultus, uti multis tradit Pauſanias Atticis. Apud quem etiam alia, alibi vix reperiunda. Fanum ad Oropum non procul Thebis celebrat Dicæarchus in Jambis Geographicis:

— εἶτ' ἐς Ὠρωπὸς πόλις
Καὶ τῆς θαλάττης ἀντίχρυς ἱερὸν ὃ πολὺ
Ἐς Ἀμφιαράου καὶ ναὸς, καὶ τὸ τέμενος.

Fani ejuſdem in loco ſepulcri, & tantæ auctoritatis oraculi ut cum Apolline Delphico, & aheno Dodonæ certare potuerit, meminit Valerius Maximus lib. VIII. cap. 15. *Barthius.*

401. *Calydona relinquens.*] Calydon, Pleuros, & Olenos, civitates ſunt Ætoliæ, unde fuit Tydeus. atque ideo modo Calydonium, modo Pleuronium. hic autem Tydeus fratrem ſuum interemit. Moris autem fuit antiquis, ſicut etiam Homerus dicit, ut reus homicidii exularet. ergo Tydeus conſcius parricidii dimiſit paternum regnum, & caſu eadem nocte iiſdem confectus imbribus quibus Polynices, Argos venit. *Lactant.*

406. *Subit uno tegmine.*] Auferendi caſum, pro dandi poſuit, quod eſt elegantiæ priſcæ. Lucillius:

Eſuriente leoni ex ore exculpere prædam.
Prop. lib. 1.
Illa meo caros donaſſet funere crines.
Bernart.

408. *Rabiem.*] Litem. *Lactant.*

409. *Defendere noctem.*] Prohibere injuriam tempeſtatis non paſſi ſunt. *Idem.*

410. *Alternis.*] Mutua vice verborum, adverbium pro invicem. Virgil. *Alternis dicetis, &c.* Idem.

V 414. *Cel-*

Celſior ille gradu procera in membra, ſimulque
Integer annorum, ſed non & viribus infra
Tydea fert animus, totoſque infuſa per artus
Major in exiguo regnabat corpore virtus.
Jam crebros ictus ora & cava tempora circum
Obnixi ingeminant, telorum aut grandinis inſtar
Rhiphea, flexoque genu vacua ilia tundunt.
Non aliter quam Piſæo ſua luſtra Tonanti
Cum redeunt, crudiſque virum ſudoribus ardet
Pulvis, at hinc teneros cavea diſſenſus ephebos
Concitat, excluſæque expectant præmia matres.
Sic alacres odio, nullaque cupidine laudis
Accenſi incurrunt, ſcrutatur & intima vultus
Unca manus, penituſque oculis cedentibus inſtat.
Forſan & accincto lateri (ſic ira ferebat)
Nudaſſent enſes, meliuſque hoſtilibus armis
Lugendus fratri juvenis Thebane, jaceres,
Ni rex inſolitum clamorem, & pectore ab alto
Stridentes gemitus, noctis miratus in umbris,
Moviſſet greſſus, magnis cui ſobria curis
Pendebat ſomno jam deteriore ſenectus.

Iſque

414. *Celſior.*] *Erectior ſtatura, quæ major, majores etiam gradus facit.* Ita vetus enarrator, ſanè quam docte. Tydeum enim provectiorem temporum ordo docet. *Barthius.*

415. *Sed non & viribus.*] *Animus ſufficit vires Tydeo.* Enarrator. Melius Lutatius: *Viribus ergo compenſavit quod Natura proceritati non conceſſit, ut parvo corpori robur infunderet.* Non eſt opus quicquam immutari, Poëtica enim locutio eſt omnis. S E T ubique & hic optimus Liber. *Idem.*

420. *Rhiphææ.*] Id eſt Scythicæ. Rhyphæus mons Scythiæ, in quo ſemper nimiæ tempeſtates. ut Virg. *Rhyphæo tunditur Euro. Flexoque genu.*] Duplicato, quod Græci ἀναδιπλασιασμόν vocant. *Lactant.*

421. *Piſæo.*] Piſæ civitas Elidis, ubi Olympica corona eſt; id eſt, agon in honorem Olympici Jovis celebratur, finito quinquennio. *Idem.*

423. *Caveæ diſſenſus.*] Id eſt favor populi diſſidentis inſtigat ephebos & expreſſit faventium ſtudia. *Idem.*

424. *Excluſæque exſpectant.*] Elegantiſſimus Poëta, ſerio id agens, quod agere non videtur, reſpexit ad morem Græcorum, quo Olympicum agonem ſpectare feminis interdictum. Vid. Pauſaniam Eliacis priore. *Bernart.*

425. *Cupidine laudis.*] Non pecunia aut præmii nimietate certabant, ſed laudis avidis ſolius erat virtutis contentio. *Lactant.*

426. *Intima vultus.*] Genitivus eſt ſingularis. *Idem.*

435. *Nume-*

Iſque ubi progrediens numeroſa luce, per alta
Atria, dimotis adverſo limine clauſtris
Terribilem dictu faciem, lacera ora, putreſque
Sanguineo videt imbre genas: quæ cauſa furoris
Externi juvenes? (neque enim meus audeat iſtas
Civis in uſque manus) quiſnam implacabilis ardor
Exturbare odiis tranquilla ſilentia noctis?
Uſque adeone anguſta dies? & triſte, parumper
Pacem animo, ſomnumque pati? ſed prodite tandem
Unde orti? quo fertis iter? quæ jurgia? nam vos
Haud humiles tanta ira docet, generiſque ſuperbi
Magna per effuſum clareſcunt ſigna cruorem.
Vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt una: Rex ô mitiſſime Achivûm,
Quid verbis opus? ipſe undantes ſanguine vultus
Aſpicis, hæc paſſim turbatis vocis amaræ
Confudere ſonis. inde orſus in ordine Tydeus
Continuat: mœſti cupiens ſolatia caſus.
Monſtriferæ Calydonis opes, Acheloïaque arva

De-

435. *Numeroſa luce.*] Cum multis lampadibus. *Idem.*

439. *Externi juvenes.*] Alterius generis: ut Virg. *Non me tibi Troja externum tulit.* aut certe illud vult magis intelligi, tantam civium ſuorum metu regis eſſe formidinem, ut nullus audeat manu litem conſerere. Talis eſt ordo. Externi eſtis ô juvenes, nam civis meus nunquam uſque adeo finem liti ſuæ audet extendere, ut transferat in manus furorem. *Idem.*

440. *Civis in uſque manus.*] Qui hæc ſuppoſuerunt, vellem mihi dicerent qua fiducia id fecerint. Lipſii liber priſcam & germanam lectionem ingerit, *civis inuſque manus.* quod rectum eſt. ita Cicero & Propertius dixere *inante* pro *ante*, ſic *incoram*, pro *coram* Apulejus, *inſimul* pro *ſimul* Florus & in Sylvis Papinius, *imprope* pro *prope* Tertullianus. *Bernart.*

445. *Generiſque ſuperbi.*] *Alti, nobilis*, gloſſa manuſc. eadem mox. *Barthius.*

446. *Effuſum cruorem.*] *Temerè velut projectum, quod eſt ſignum generoſitatis, non parcere ſanguini ſuo in lædendo pariter hoſte. De Tydeo* notum. Polynicen nulla non pericula audacter capeſſentem ubique inducit Papinius. *Superbiam* Nemeſin in clypeo pictam gerentis exagitat Eteocles apud Æſchylum & inde iracundia motus ſingulare cum eo certamen concipit. *Idem.*

447. *Obliqua tuentes.*] Id eſt, invicem ſe juvenes male obliquis oculis intuentes. *Lactant.*

451. *Confudere ſonis.*] Pariter dicendo ſignificationem turbavere verborum. *In ordine.*] Non turbato ſono. *Idem.*

452. *Solatia caſus.*] Qui fratrem occidit. *Caſus* quia parricidium ignarus admiſit. Dicitur enim fortuito venationis peremiſſe germanum. *Idem.*

453. *Monſtriferæ Calydonis.*] Propter aprum,

Deſerui: veſtris hic me ecce in finibus ingens
Nox operit. tecto cœlum prohibere quis iſte
Arcuit? an quoniam prior hæc ad limina forte
Molitur greſſus? pariter ſtabulare bimembres
Centauros, unaque ferunt Cyclopas in Ætna
Compoſitos, ſunt & rabidis jura inſita monſtris,
Faſque ſuum: nobis ſociare cubilia terræ?
Sed quid ego? aut hodie ſpoliis gaviſus abibis
Quiſquis es his; aut me, ſi non effœtus oborto
Sanguis hebet luctu, magni de ſtirpe creatum
Oeneos, & Marti non degenerare paterno
Accipies. Nec nos animi, nec ſtirpis egemus,
Ille refert contra, ſed mens ſibi conſcia facti
Cunctatur proferre patrem. tunc mitis Adraſtus,
Immo agite, & poſitis, quas nox inopinaque ſuaſit,
Aut virtus, aut ira minis, ſuccedite tecto.
Jam pariter coëant animorum in pignora dextræ.
Non hæc incaſſum, diviſque abſentibus acta:
Forſan & has venturus amor præmiſerit iras,

Ut

aprum, qui illic monſtri ſimilis natus eſt ex iracundia Dianæ, qui regionem Calydoniam totam vaſtabat, quem poſtea Meleager occidit. *Acheloïaque arva.*] Acheloüs amnis in Theſſalia oriens Ætoliam præterfluit. Thetidis filius, qui primus vinum populis miſcuit. *Idem.*

455. *Cœlum prohibere.*] Cœlum pro nimbis poſuit: id eſt pluviam tecto declinare. *Idem.*

457. *Molitur greſſus.*] Non damno hanc ſcripturam. Poëtarum enim eſt confundere tempora. Sed cur non proferam, quod magis congruum fideliſſimæ membranæ ſubminiſtrant: *Molitus greſſum.* Barthius.

463. *Sanguis hebet.*] Stupet originis victus horrore parricidii perpetrari. *Stirpe creatum Oeneos.*] Mars Meleagri pater. Meleager Oenei. Oeneus Tydei. quamvis plerique dicant eum Marte procreatum, converſo in vultum Oenei. Ordo talis. Accipies non degenerare me à patria virtute. *Lactant.*

465. *Accipies.*] Senties, ſive experieris. *Idem.*

466. *Ille refert.*] Polynices reſpondet injuriis, ſed inceſti conſcius celavit nomen parentis. Ergo ſi accuſabis *facti* legis, ſi purgas *fati.* Idem.

467. *Cunctatur.*] Timet Oedipum nominare, quia frater & pater eſt. *Idem.*

470. *Coëant animorum in pignora dextræ.*] Mos hic vulgatus: at Scythis, Armeniis & in ea ora gentibus ſolemne, in ſanciendis privatim publiceque amicitiis & fœderibus, non dextras ſolum implicare, ſed pollices inter ſe vincire, nodoque perſtringere: mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem elicere atque invicem lambere. adi Tacitum Annal. XII. Lucianum in Toxari, Melam lib. II. cap. I. Valer. Max. lib. IX. & Tertull. Apolog. *Bernart.*

475. *Extre-*

Ut meminiſſe juvet. nec vana voce locutus
Fata ſenex: ſiquidem hanc perhibent poſt vulnera junctis
Eſſe fidem, quanta partitum extrema protervo
Theſea Pirithoo, vel inanem mentis Oreſtem
Oppoſito rabidam Pylade vitaſſe Megaram.
Tunc quoque mulcentem dictis corda aſpera regem
Jam faciles (ventis ut decertata reſidunt
Æquora, laxatiſque diu tamen aura ſuperſtes
Immoritur velis) paſſi ſubiere penates.
Hic primum luſtrare oculis, cultuſque virorum
Telaque magna vacat, tergo videt hujus inanem
Impexis utrinque jubis horrere leonem,
Illius in ſpeciem, quem per Theumeſia Tempe

Amphi-

475. *Extrema.*] Extreme. nomen pro adverbio. *Protervo.*] Quod amore Proſerpinæ inferos penetrare non timuit. *Eſſe* ergo pro *fuiſſe* dixit: & recte. nam omnia quæ nimis mala & bona ſunt, pro præſentibus adſcribuntur. *Extrema* ergo: quia fides extrema erat uſque ad inferos, id eſt quanta fide perhibent fuiſſe extrema. *Partitum extrema protervo Theſea Pirithoo.*] Hanc talem fidem vult eſſe, qualem colebat antiquitas. Quatuor namque amicitiarum exempla fuiſſe certiſſimum eſt, Theſei & Pirithoi, Oreſtis & Pyladæ, Achillis & Patrocli, Tydei & Polynicis. Theſeus & Pirithous conſpiraverunt filias Jovis uxores ducere, Theſeus rapuit Helenam adhuc parvam: Pirithous cum filiam Jovis quæreret, & non inveniret, quia apud inferos erat Proſerpina, conjuraverunt ut deſcenderent pariter, qui deprehenſi pœnas dederunt. Oreſtes poſt necem matris furias paſſus; huic Pylades tulit in calamitate ſolatium, cujus auxilio furiis liberatus eſt. Patroclus deſide Achille cauſa Briſeidis, armis ipſius indutus venit ad Trojam, atque ibi manu procubuit Hectoris. Tydeus vero cauſa Polynicis pergit ad Thebas, ibique dimicans periit. *Lactant.*

477. *Rabidam.*] Id eſt, contra eum furentem. Nam tres eſſe Furiæ dicuntur Plutoni deſervientes; prima Alecto, quæ impauſabilis dicitur; altera Tiſiphone, quaſi τύτων φωνή, id eſt, iſtarum vox; tertia Megera, quaſi μεγάλη ἔρις. Primum ergo eſt non pauſando furiam concipere, ſecundum eſt in vocem prorumpere, tertium jurgium protelare. *Idem.*

479. *Jam faciles paſſi.*] Nemo tam hoſpes in lectione Poëtarum, qui hoc non agnoſcat. *Decertata*, mutuis ventorum præliis amiſſa velut, & tandem relicta. *Laxatiſque diu*, non inflatis, ſed huc illuc dilaxatis atque protenſis in diverſas partes. vel, *jam relaxatis*, jam rurſum cœlo creditis, quam interpretationem inſinuat gloſſa vetus, nec ineptam. *Barthius.*

483. *Inanem leonem.*] Hoc eſt pellem leonis: ut ipſe alibi: *Inanem tigridem* dicit. *Lactant.*

484. *Impexis.*] Compoſitis aut non compoſitis. *Idem.*

485. *Quem per Theumeſia.*] Oppidum Theſſaliæ, aut loca amœna à cœli temperamento dicta: aut Bœotiæ montem deſignat. *Illius.*] Leonis ſcilicet quem in Theumeſia Hercules occidit. nam idem duos ſuperaſſe dicitur. primum Theumeſium, ſecundum Cleonæum.

Amphitryoniades fractum juvenilibus armis
Ante Cleonæi veſtitur prælia monſtri.
Terribiles contra ſetis, ac dente recurvo
Tydea per latos humeros ambire laborant
Exuviæ, Calydonis honos. ſtupet omine tanto
Defixus ſenior, divina oracula Phœbi
Agnoſcens, monituſque datos vocalibus antris.
Obtutu gelida ora premit, lætuſque per artus
Horror iit. ſenſit manifeſto numine ductos
Affore. quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos, vultu fallente ferarum,
Ediderat. tunc ſic tendens ad ſidera palmas:
Nox, quæ terrarum cœlique amplexa labores
Ignea multivago tranſmittis ſidera lapſu,
Indulgens reparare animum, dum proximus ægris
Infundat Titan agiles animantibus ortus,
Tu mihi perplexis quæſitam erroribus ultro
Advehis alma fidem, veteriſque exordia fati
Detegis. aſſiſtas operi, tuaque omina firmes.
Semper honoratam dimenſis orbibus anni
Te domus iſta colet: nigri tibi, diva, litabunt
Electa cervice greges, luſtraliaque exta
Lacte novo perfuſus edet Vulcanius ignis.

Salve

næum. Theumeſus mons Bœotiæ eſt. Nemus mons Arcadiæ, qui etiam Cleoneus. *Idem.*

490. *Calydonis honos.*] Quaſi ipſe aper Calydonius eſſet appellatus. *Idem.*

492. *Vocalibus antris.*] Faridico Apollinis ſpecu reſponſa promentibus. *Idem.*

494. *Obtutu.*] Fixo aſpectu, id eſt aut ſtupore animi, aut ſenectute. ut *obtutu tenet ora ſoloque immobilis hæret.* Idem.

495. *Affore.*] *Adeſſe.* Gloſſa ſcripta. Non ergo firma Servii regula in Æn. 1. rei futuræ hoc verbum eſſe determinantis. Sic ipſe Virgil. lib. 9. *ingenti cæde peracta Affore cernetis Ænean.* Barth.

500. *Indulgens reparare*] Dixit quid ſyderibus præſtet, quid etiam mortalibus præbeat dicit, hoc eſt indulgens ocium, quo animus reparatur. *Lactant.*

503. *Advehis alma fidem.*] Reſponſa Apollinis ſolvis. *Veteris fati.*] Præteriti reſponſi. *Idem.*

504. *Adſiſtas operi.*] Ut nuptiarum beneficium compleas. *Idem.*

507. *Luſtraliaque exta.*] Reſpexit ad diſcrimen ſacrorum, quod tale: ut inferorum, & minorum deorum ſacrificia lacte perfunderentur. *Bernart.*

509. *Salve*

Salve priſca fides tripodum, obſcurique receſſus,
Deprendi Fortuna, deos. ſic fatus; & ambos
Innectens manibus tecta ulterioris ad aulæ
Progreditur. canis etiamnum altaribus ignes,
Sopitum cinerem, & tepidi libamina ſacri
Servabant, adolere focos, epulaſque recentes
Inſtaurare jubet. dictis parere miniſtri
Certatim accelerant. vario ſtrepit icta tumultu
Regia: pars oſtro tenues, auroque ſonantes
Emunire toros, altoſque inferre tapetas,
Pars teretes levare manu, ac diſponere menſas.
Aſt alii tenebras & opacam vincere noctem
Aggreſſi, tendunt auratis vincula lychnis.
His labor inſerto torrere exanguia ferro
Viſcera cæſarum pecudum: his cumulare caniſtris
Perdomitam ſaxo Cererem. lætatur Adraſtus
Obſequio fervere domum. jamque ipſe ſuperbis
Fulgebat ſtratis, ſolioque effultus eburno.
Parte alia juvenes ſiccati vulnera lymphis
Diſcumbunt: ſimul ora notis fœdata tuentur,
Inque vicem ignoſcunt. tunc rex longævus Aceſten
(Natarum hæc altrix, eadem & fidiſſima cuſtos
Lecta ſacrum juſtæ Veneri occultare pudorem)
Imperat acciri, tacitaque immurmurat aure.

Nec

509. *Salve priſca fides.*] *Tripos* ſpecies eſt lauri; tres habens radices, Apollini conſecrata, propter triplicem vim divinationis. nam & ſol præterita videt & præſentia cernit, & futura viſurus eſt. Eſt etiam *tripos* menſa Apollinis, corio Pythonis ſerpentis tecta. *Priſca.*] Magna. *Obſcurique receſſus.*] Pro voluntate deorum aut oraculi fide latente: metonymia, per id quod efficit, id quod efficitur. *Lactant.*

510. *Deprendi fortuna Deos.*] Agnovi oraculum. *Idem.*

512. *Canis.*] Albis. ut Horat. *Canis albicat ora pruinis.* Idem.

518. *Emunire thoros.*] Ad morem veterum, quo receptum ut lectos cœnatorios, ſub horam cœnæ, ſtragulis veſtibus textilibus, aut purpureis, inſternerent. Virgilius Æneid. 1.

Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro.

Bernart.

527. *Siccati vulnera.*] Lutatius: *Secundum Virgilium lota aqua vulnera ſiccata dixit, ut Vulnera ſiccabat lymfis.* Servius ad eum locum: *Siccabat aqua. Sed & nove & Phyſice locutus eſt. Nam cum aqua omnia infundantur, hic ait ſiccari vulnus aqua, & ratio vera eſt, quia fluxus ſanguinis aquarum frigore continetur.* Barth.

 536. Ter-

Nec mora præceptis; cum protinus utraque virgo
Arcano egreſſa thalamo (mirabile viſu)
Pallados armiſonæ, pharetratæque ora Dianæ
Æqua ferunt, terrore minus. nova deinde pudori
Viſa virûm facies: pariter, pallorque, ruborque
Purpureas hauſere genas: oculique verentes
Ad ſanctum rediere patrem. poſtquam ordine menſæ
Victa fames, ſignis perfectam auroque nitentem
Iaſides pateram famulos ex more popoſcit.
Qua Danaus libare deis ſeniorque Phoroneus
Aſſueti. tenet hæc operum cælata figuras:
Aureus anguicomam præſecto Gorgona collo
Ales habet. jam jamque vagas (ita viſus) in auras
Exilit: illa graves oculos, languentiaque ora
Pæne movet, vivoque etiam palleſcit in auro.
Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis:

Gar-

536. *Terrore minus.*] Id eſt, ſine terrore. Pulchritudinem potuit dare deæ, poteſtatem vero non potuit præbere mortali. Senſus talis. Quantum ad pulchritudinem Minervæ & Dianæ ſimiles erant, quantum ad terrorem minores. *Nova deinde pudori.*] Nova facies, id eſt, peregrinorum, viſa eſt pudicis virginibus: quæ propter pudorem & palluerunt, & rubuerunt. *Lactant.*

538. *Hauſere.*] Conſumpſere: quia deſierunt eſſe purpureæ. *Verentes.*] Verecundiam patientes. *Idem.*

539. *Ad ſanctum.*] Primo patrem, poſt juvenes, & item patrem aſpexerunt. mores expreſſit erubeſcentium: qui ſi novam viderint faciem, ſtatim ſuos oculos ad notam ſibi perſonam retorquent. *Idem.*

541. *Iaſides.*] Patronymicum, ab antiquis ducibus dictum, qui ante Danaum fuit, Iaſi filius. Iaſus & Phoroneus antiqui reges Argivorum fuere, qui primi Junoni ſacrificaverunt. popoſcit ergo Adraſtus ex more pateram, qua aſſueverant Argivorum antiqui principes diis libare. *Idem.*

543. *Cælata.*] Inſculpta. *Idem.*

544. *Aureus.*] Perſeus ſignificatur, *aureus* ideo, quia in auro erat ſculptus, qui volatu dicitur veniſſe ad interficiendum Gorgona. quod ideo fingitur, quia navigio venit. Nam hæc duo inter ſe reciprocantur, ut Virg. *Velorum pandimus alas.* Idem.

546. *Graves oculos.*] Morituros: & quia omnem vim nocendi in oculis habebat, quærebat occiſa ſectorem, ad admirationem finxit & ſenſum. *Idem.*

547. *Vivo.*] Fulvo. quod vivi colorem habebat, quum pallidus mortui habeat colorem. admiratur autem quod cum in vivo ſit picta mors, tamen pallore torpeſcat. *Idem.*

548. *Hinc Phrygius venator.*] Ganymedes Trocli regis & Callirhoës filius, quem Juppiter dilexit, & per aquilam rapuit, & adhibitus eſt miniſterio Deorum, remota Hebe Junonis filia. Hinc Virgil.

Et rapti Ganymedis honores.

Idem.

549. *Gar-*

Gargara deſidunt ſurgenti, & Troja recedit.
Stant mœſti comites, fruſtraque ſonantia laxant
Ora canes, umbramque petunt, & nubila latrant.
Hanc undante mero fundens, vocat ordine cunctos
Cœlicolas: Phœbum ante alios, Phœbum omnis ad aras
Laude ciet comitum, famulumque, evincta pudica
Fronde, manus: cui feſta dies, largoque refecti
Thure, vaporatis lucent altaribus ignes.
Forſitan, ô juvenes, quæ ſint ea ſacra, quibuſque
Præcipuum cauſis Phœbi obteſtemur honorem,
Rex ait, exquirunt animi: non inſcia ſuaſit
Relligio: magnis exercita cladibus olim
Plebs Argiva litant: animos advertite, pandam:
Poſtquam cœrulei ſinuoſa volumina monſtri,
Terrigenam Pythona, deus ſeptem orbibus atris
Amplexum Delphos, ſquammiſque annoſa terentem
Robora,

549. *Gargara.*] Summæ partes Idæ montis, quaſi Carcara, id eſt capitis caput. κάρα enim Græce caput eſt. *Idem.*

553. *Cælicolas.*] Ad priſcum libandi ritum dixit. Nihil enim in veteribus frequentius quam in honorem dei alicujus vini aliquid effundere, vel in menſam vel in ignem, vel terram, vel aquam, pro re præſenti. De menſa hic habes, & apud Virgilium Æneid. 1.

Dixit, & in menſa laticum libavit honorem.

de Igne, Papinius noſter hoc libro:

Fundite vina focis.

de Terra, Maro lib. v.

— Duo rite mero libans carcheſia Baccho
Fundit humi.

de Mari, Ovid. 11. Metamorph.

Iſque deos pelagi vino ſuper æquore fuſo.

Bernart.

554. *Pudica fronde.*] Id eſt, lauro pulchra, propter Daphnen, quæ virgò permanſit. fuit autem filia Penei, fluminis Theſſaliæ, quam cum Apollo amaret, & illa fugeret, Deorum miſeratione in laurum converſa eſt, quæ in tutela Apollinis eſſe dicitur. *Lactant.*

557. *Forſitan ô juvenes.*] Senſus talis eſt. Credo ſanctiſſimi juvenes, unde nobis ſint ſacrorum iſta ſolemnia, animos veſtros velle cognoſcere. *Idem.*

560. *Exercita cladibus.*] Antiquiora Thebano bello tempora fere univerſa ignorantur, niſi qua cladibus regionum & earum reſtaurationibus aut everſionibus notata ſunt. Cum prima autem à diluvio hæc memoria hominum ſuggeſſerit, factum eſt ut primi liberatores provinciarum aut urbium divino cultu conſecrati fuerint: in quorum nomina venerunt deinceps alii Opitulatores, ut tot Joves, Hercules, Apollines, &c. fuerint, quot loca Regum feliciorum auxilia ſenſerunt. *Exercita, èxagitata, afflicta, fatigata, concuſſa, agitata.* Uſu præter hoc genus verba Latinis amaro. Vide Nonium Tract. 1. Servius Æn. III. *Barthius.*

564. *Terentem.*] Crebris amplexibus tenuantem. *Lactant.*

 565. *Caſta-*

Robora, Caſtaliis dum fontibus ore triſulco
Fuſus hiat, nigro ſitiens alimenta veneno,
Perculit, abſumptis numeroſa in vulnera telis,
Cyrrhaique dedit centum per jugera campi
Vix tandem explicitum, nova deinde piacula cadi
Perquirens, noſtri tecta haud opulenta Crotopi
Attigit. huic primis, & pubem ineuntibus annis
Mira decore pio, ſervabat nata penates
Intemerata toris. felix, ſi Delia nunquam
Furta, nec occultum Phœbo ſociaſſet amorem.
Namque ut paſſa deum Nemeai ad fluminis undam,
Bis quinos plena cum fronte reſumeret orbes
Cynthia, ſidereum Latona fœta nepotem
Edidit: ac pœna metuens (neque enim ille coactis
Donaſſet thalamis veniam pater) avia rura
Eligit, ac natum ſepta inter ovilia furtim

Monti-

565. *Caſtaliis.*] Magnæ arbores juxta Caſtalium fontem ſunt, qui in Bœotia eſſe dicitur, Muſis conſecratus. *Idem*

566. *Sitiens alimenta veneno.*] Quærens accipere alimenta, ut augeret venena. Veneno enim proficit, quicquid acceperit ſerpens bibendum: ut ſupra,

Sulphureas permiſerat anguibus undas.

Idem.

568. *Centum per jugera.*] Eleganter ſane, quia ſerpens vivus ſemper ſe implicat: nec male tamen dixeris, optimum poëtam alludere ad geſtum mortuorum. Sophocles:

Γίγνεται μόρῳ ἐκτεινόμενος.

Martialis:

Tu languore quidem ſubito fictoque laberas:
Sed mea porrexit ſportula, Paule, pedes.

id eſt, mortua eſt. *Bernart.*

570. *Crotopi.*] Hic rex Argivus fuit, qui Apollinem Typhonis cæde pollutum expiavit: huic filia Pſamate fuit, cum qua Apollo concubuit, de quo compreſſu edidit, ac mox editum partum expoſuit. quod Apollo indignanter accipiens, in vindictam injuriæ ſuæ injecit monſtrum, quod Chorœbus occidit. *Lactant.*

572. *Decore pio.*] Ex natura venienti, non fucis aut cura decorato. *Nata penates.*] Pſamaten dicit Crotopi filiam. *Servabat.*] Poſſidebat. *Idem.*

573. *Fœlix, ſi Delia.*] Id eſt, felix ſi nunquam fuiſſet Apollinis perpeſſa concubitus. *Idem.*

575. *Ad fluminis undam.*] Morem habent poëtæ, ut ex diis genitos ſuper fluminum ripas memorent eſſe conceptos, ut facilis nimirum poſſit eſſe ablutio. *Idem.*

576. *Bis quinos.*] Vult poëta monſtrare legitime editum partum puerperæ: auctore Virgilio,

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Idem.

577. *Nepotem.*] Qui ex Apolline naſcebatur. *Idem.*

581. *Cu-*

Montivago pecoris cuſtodi mandat alendum.
Non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
Gramineos dedit herba toros, & vimine querno
Texta domus: clauſa arbutei ſub cortice libri
Membra tepent, ſuadetque leves cava fiſtula ſomnos,
Et pecori commune ſolum, ſed fata nec illum
Conceſſere larem: viridi nam ceſpite terræ
Projectum temere, & patulo cœlum ore trahentem
Dira canum rabies morſu depaſta cruento
Disjicit. hic vero attonitas ut nuntius aures
Matris adit, pulſi ex animo genitorque, pudorque,
Et metus. ipſa ultro ſævis plangoribus amens
Tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
Occurrit confeſſa patri. nec motus, & atro
Imperat, infandum! cupientem occumbere leto.
Sero memor thalami, mœſtæ ſolatia morti
Phœbe paras. monſtrum infandis Acheronte ſub imo
Conceptum Eumenidum thalamis: cui virginis ora,
Pectoraque, æternum ſtridens à vertice ſurgit

Et

581. *Cuſtodi.*] Hujus in hiſtoria Heleni nomen invenitur. *Lactant. Cuſtodi.*] Emacula apud Luctatium: *Hellanici. Hellanicium* celeberrimum mythologum & Philologum veterem citant Plin. Cic. Donat. Higinus; Scholiaſtæ Apollonii, Homeri, Sophoclis. &c. ex quibus de eo nos in dubiis ſcriptoribus. *Barth.*

584. *Clauſa arbutei.*] Quaſi indumenta ejus eſſent ex libris & arbuto. *Arbuteis* ergo pro ligneis poſuit. Nam arbutus tegmen non habet. *Lactant.*

586. *Pecori commune.*] Ut oſtenderet pecori paſtorique domum eſſe communem. *Sed fata nec illum.*] Id eſt, fatorum neceſſitas puerum vivere nec in indigno loco permiſit. *Idem.*

590. *Disjicit.*] Omnes libri meliores habent *diſſicit*. Id verbum jam non pauci erutum illuſtratumque auctoribus bonis reſtituerunt. Vide ſis Fr. Jureti Notas ad Paullinum de Vita Martini lib. III. verſ. 360. & noviſſime Joan. Caſp. Gevartium Elect. lib. II. cap. 4. Ante notarant Lambinus ad Cælianam Ciceronis, A. Manutius Orthographia Majore, poſt & And. Schottus ad Claudianum Mamertum lib. I. cap. 18. & alii. *Barth.*

591. *Pulſi ex animo.*] Conſcientiæ hæc ſunt tria ſupplicia. verecundia, pudor, & ſupplicii metus. hæc omnia mortui filii dolor excluſit. *Lactant.*

593. *Vacuumque ferens.*] Id eſt, ſciſſis veſtibus nudaverat pectus. *Idem.*

596. *Sero memor thalami.*] Bene *ſero*, quia poſt mortem ejus injuriam vindicavit: ſive quod eam ulciſci magis voluerit, quam tueri. *Solatia.*] *Solatia* pro ultione poſuit. *Idem.*

599. *Æternum.*] Adverbium eſt. *Idem.*

600. *Fer-*

Et ferrugineam frontem diſcriminat anguis.
Hæc tam dira lues nocturno ſquallida paſſu
Illabi thalamis, animaſque à ſtirpe recentes
Abripere altricum gremiis, morſuque cruento
Deveſci & multum patrio pingueſcere luctu.
Haud tulit armorum præſtans animique Corœbus,
Seque ultro lectis juvenum, qui robore primi
Famam poſthabita faciles extendere vita,
Obtulit. illa novos ibat populata penates
Portarum in bivio. lateri duo corpora parvûm
Dependent, & jam unca manus vitalibus hæret,
Ferratique ungues tenero ſub corde tepeſcunt.
Obvius huic latus omne virum ſtipante corona
Et juvenis, ferrumque ingens ſub pectore diro
Condidit: atque imas animæ mucrone coruſco
Scrutatus latebras, tandem ſua monſtra profundo
Reddit habere Jovi. juvat ire, & viſere juxta
Liventes in morte oculos, uterique nefandam
Proluviem, & craſſo ſquallentia pectora tabo,
Qua noſtræ cecidere animæ. ſtupet Inacha pubes.
Magnaque poſt lachrymas etiamnum gaudia pallent.

Hi

600. *Ferrugineam.*] Nigram. ſenſus eſt: ferrugineam frontem anguis diſcriminat, quaſi à media fronte conſurgat; ut quod facit vitta in crinibus fœminarum, hoc in monſtri capite anguis faciat. *Idem.*

601. *Nocturno.*] Quod noctu incederet. Nam quaſi infernum monſtrum vitabat aſpectum lucis. *Idem.*

602. *A ſtirpe recentes.*] Mox natas, id eſt, pueriles. ut oſtenderet quam rem dolor Apôllinis vindicaret. *Idem.*

604. *Deveſci.*] Velut depaſcere. In optimo libro ſcriptum eſt, *Diveſci.* Etiam clare inibidem ſcriptum *altricum à gremiis.* Barth.

607. *Poſthabita.*] Quibus facile eſt famam morte mercari. ut Virg.

En hic eſt animus lucis contemptor, & iſtum
Qui vitam bene credat emi.

quaſi dicat: qui enim vitam ſpernit, famam acquirit. *Lactant.*

608. *Novos.*] Quos nondum vaſtaverat. *Idem.*

609. *In bivio.*] Aditus ex illa parte & hinc patens. *Idem.*

610. *Jam unca manus vitalibus hæret.*] Horum viſcera lacerare jam cœperat. *Idem.*

615. *Profundo.*] Inſatiabili, qui ſemper mortuos rapit. *Idem.*

616. *Habere Jovi.*] Utique Plutoni. *Viſere juxta.*] Quia vivo monſtro cominus accedere non licebat. *Idem.*

619. *Qua.*] Ad ſuperiora reſpondet, id eſt, qua alvo. *Idem.*

620. *Pallent.*] Aut propter monſtrum, quia horrore ſui etiam poſt mortem timeri cœperat, aut pallor, qui

ex

Hi tra'ibus duris ſolatia vana dolori,
Proterere exanimes artus, aſproſque molares
Deculcare genis, nequit iram explere poteſtas.
Illam & nocturno circum ſtridore volantes
Impaſtæ fugiſtis aves, rabidamque canum vim,
Oraque ſicca ferunt trepidorum inhiaſſe luporum.
Sævior in miſeros fatis ultricis adempta
Delius inſurgit, ſummaque biverticis umbra
Parnaßi reſidens, arcu crudelis iniquo
Peſtifera arma jacit, campoſque, & celſa Cyclopum
Tecta, ſuperjecto nebularum incendit amictu.
Labuntur dulces animæ: mors fila ſororum
Enſe metit, captamque tenens fert manibus urbem.
Quærenti quæ cauſa duci. quis ab æthere lævus
Ignis, & in totum regnaret Seirius annum?
Idem autor Pæan rurſus jubet ire cruento

Inſe-

ex luctu & timore inerat hominibus, tantus fuit, ut nec poſt gaudia ſedaretur, quæ ſolent immutare hominum vultus. *Idem.*

621. *Aſproſque molares.*] Non moveo loco controverſiam, diſſimulare tamen nolo, in Buſlidiano codice me reperiſſe: *proterere exanimos artus, ſcaproſque molares.* Quod non ſperno. adi Nonium in ſcapres. *Bernart.*

623. *Decuicare.*] De alto illidere, ſive deprimere. *Nequit iram.*] Licentia ſecuri aſpectus ſatiari irâ non poterat. *Lactant.*

624. *Impaſtæ fugiſtis.*] Eleganter *impaſtæ* per hyperbolen dixit. Nec etiam eſurientes abſtinuiſtis, ne ſatiatæ abſtinuiſſe crederentur. hic ergo aut propter formam, aut propter fœtorem fugiſſe impaſtas volucres dixit. *Idem.*

629. *Arcu crudelis.*] Non novum, iniquitatem Diis ſuis objicere gentiles. Sic *crimina Deorum, Fatorum iniquitatem, Pudorem divûm,* in ore multoties habent Poëtæ, ut & alibi nobis notatum. Apollo autem ſagittas habebat, quarum jactu peſtilentia populos percutiebat. *Barthius.*

630. *Cyclopum tecta.*] Velut Cyclopum. Idonee enim omnia conſtructa ædificia, *Cyclopæa* dixit antiquitas. *Lactant.*

631. *Incendit.*] Id eſt, vitiavit ſeu polluit. *amictu nebularum,* aëre peſtilenti. *Idem.*

632. *Mors fila ſororum enſe.*] Non jam pollice fila rumpuntur, ſed ad ſæviendum in facinus, ferro exſecantur. Tanta feſtinatio mortis fuerat. *Idem.*

633. *Fert manibus.*] Hoc eſt, in urbe dominatur. *Idem.*

635. *Et in totum regnaret.*] Caniculam intelligit, ſidus, quod omnes ſciunt, noxium, morbos complures generans. apte itaque & decore in hac lue, toto anno dicit regnaſſe. Virg.

— *aut Sirius ardor:*
Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris,
Naſcitur, & lævo contriſtat lumine cælum.

Ubi non abs re erit obſervare, *lævum lumen* pro *pernicioſo & noxio* ſumi. uti hic *lævus ignis.* Bernart.

636. *Auctor.*] Membranæ, *Actor*; quomodo & Gloſſographus priſcus. *Barth.*

637. *Inve-*

Inferias monſtro juvenes, qui cæde potiti.
Fortunate animi, longumque in ſæcula digne
Promeriture diem! non tu pia degener arma
Occulis, aut certæ trepidas occurrere morti.
Cominus ora ferens, Cyrthæi in limine templi
Conſtitit. & ſacras ita vocibus aſperat iras:
Non miſſus, Thymbræe, tuos ſupplexve penates
Advenio: mea me pietas, & conſcia virtus
Has egere vias. ego ſum qui cæde ſubegi,
Phœbe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
Et ſquallente die, nigra quem tabe ſiniſtri
Quæris, inique, poli. quod ſi monſtra effera magnis
Cara adeo Superis, jacturaque vilior orbis,
Mors hominum, & ſævo tanta inclementia cœlo eſt:
Quid meruere Argi? me me, divûm optime, ſolum
Objeciſſe caput fatis præſtabit. an illud
Lene magis cordi, quod deſolata domorum

Tecta

637. *Juvenes qui cæde.*] Id eſt, *occidiſſent.* nove, imo antique. Juriſconſulti noſtri etiam patiendi ſignificatu ſæpius uſurparunt. Ulpianus l. 15. Ex quibus cauſis major. *Ego autem etiam nomine ejus qui hoſtium potitus eſt.* Plautus frequentiſſimus eſt in hac phraſi, Captiv. *major potitus hoſtium eſt.* inibi: *poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium.* Bernart.

638. *Fortunate animi.*] Apoſtrophe ad ipſum juvenem, qui pro patria optavit mori. *Lactant.*

641. *Cominus ora.*] Cum ob declinandam mortem poſſet ſe Choræbus occulere, propior tamen ſe Apollini furenti obtulit, de pœna ſecurus. *Idem.*

642. *Sacras.*] Vel quia numinis, cujus cultus fere exteris omnibus ſacratior. vel quia horrendum, timendumque omne *ſacrum* Latinis, imitatione etiam Græcorum. Claud.

Fas mihi ſacrarum penetralia pandere rerum.

Barthius.

643. *Thymbræe.*] Thymbræus dicitur Apollo, ab herba thymbra, quæ in templo Troados abundat. *Miſſus.*] Humilis, dejectus aut coactus. ſed ſponte huc veni, non ad ſupplicium, ſed magis ad iracundiam tuam laceſſendam. *Penates*] Pro templo poſuit. *Lactant.*

644. *Mea me pietas.*] Pietatem poſuit, quia cives ſuos internecione monſtri ſervaverat. *Virtutem*] Quia non timebat interitum: aut quia virtute monſtrum occiderat. *Idem.*

646. *Nefas mortale.*] Eleganter oſtendit ſe culpa carere peccati, ſiquidem nil ſanctum violaverit: cum conſtet nefas peremptum fuiſſe mortale. *Idem.*

647. *Siniſtri.*] Corrupti aëris, ſive nullum habentis remedium ſanitatis. *Idem.*

649. *Vilior orbi.*] Cui orbis jactura vilior eſt: id eſt diis, quibus vilius damnum ſit homines perire, quam monſtra. *Idem.*

653. *Lene magis cordi.*] Jucundum, id eſt, ſi tibi cordi ſunt monſtra magis, quam homines. *Idem.* *An illud lene*

magis

Tecta vides? ignique datis cultoribus omnis
Lucet ager? ſed quid fando tua tela manuſque
Demoror? expectant matres, ſupremaque fundunt
Vota mihi. ſatis eſt: merüi, ne parcere velles.
Proinde move pharetras, arcuſque intende ſonoros,
Inſignemque animam leto demitte. ſed illum
Pallidus Inachiis qui deſuper imminet Argis,
Dum morior, depelle globum. Fors æqua, merentes
Reſpicit. ardentem, tenuit reverentia, cædis
Latoïdem, triſtemque viro ſummiſſus honorem
Largitur vitæ. noſtro mala nubila cœlo
Diffugiunt. at tu ſtupefacti à limine Phœbi
Exoratus abis. inde hæc ſtata ſacra quotannis
Solennes recolunt epulæ, Phœbeiaque placat
Templa novatus honos: has forte inviſitis aras

Vos

magis cordi.] Scribo: *an illud, Leve, magis cordi.* ut Virgilius de Sirio: *& levo contriſtat lumine cœlum.* Paullo ante: *quis ab æthere levus Ignis.* Infra: *Junoniaque arva dexter ames.* Me, inquit, unum puni, & eſto divorum vel optimus. An mavis, ô leve, deſolare domos innocentes? *Gronov.*

655. *Lucet aër.*] Ex rogis ſcil. *Lact.*

656. *Expectant matres.*] Ut morbus civium meo finiatur interitu. *Idem.*

657. *Satis eſt, merui.*] Hoc eſt, ſufficit mihi, quod talibus te provocavi conviciis, ut dignus veniæ tuæ eſſe non debeam. *Idem.*

658. *Proinde.*] Maronianum diſſyllabum, lib. 9. *Proinde tona eloquio.* Lucretius de Scipione lib. III.

Oſſa dedit terræ proinde ac famul infimus eſſet.

Barth. *Sonoros.*] Graviter ſonantes. *Sonat* enim quod leviter ſtrepit, *Sonorat* quod graviter. *Lactant.*

659. *Inſignemque animam.*] Artificioſa conceſſio quæ habet quandam correctionem. Si inſignis eſt non meretur ut pereat: & eſt apud Virgil. iſta conceſſio, id eſt, *ſequere Italiam ventis.* addidit terrorem. *pete regna per undas.* *Idem.*

660. *Pallidus.*] Globum peſtilentiæ, antequam moriar diſcute. *Idem.*

661. *Merentes.*] Bene promeritos ſemper reſpicit æqua fortuna. Nam cum paratus veniſſet ad mortem, Apollinis favore ſervatus eſt, quia non merebatur occidi. *Idem.*

662. *Ardentem.*] Sævientem. *Tenuit.*] Repreſſit. *Reverentia.*] Quia juſtum virum non ſine pudoris ſui jactura potuiſſet occidere. *Idem.*

663. *Summiſſus.*] Flexus, ſive miſericordia inclinatus. *Honorem.*] Id eſt, præmium donatæ vitæ, quod vir fortis, qui ſe ſaluti voverat civium, non libenter accipit. *Idem.*

665. *Stupefacti.*] Virtutis tuæ mirantis audaciam. *Idem.*

666. *Exoratus.*] *Orare* eſt preces fundere, *exorare* orata meruiſſe ergo poëta hoc vult intelligi, invitum Chorœbum precibus civium à mortis diſceſſiſſe propoſito. *Idem.*

668. *Forte inviſitis aras.*] Locum corruptum eſſe vel cæco apparet. priſca ſcriptura:

— *Has*

Vos quæ progenies? quanquam Calydonius Oeneus,
Et Parthaoniæ (dudum ſi certus ad aures
Clamor iit) tibi jura domus; tu pande quis Argos
Adveniſ, quando hæc variis ſermonibus hora eſt.
Dejecit mæſtos extemplo Iſmenius heros
In terram vultus, taciteque ad Tydea læſum
Obliquare oculos. tum longa ſilentia movit:
Non ſuper hos divum tibi ſum quærendus honores,
Unde genus, quæ terra mihi: quis defluat ordo
Sanguinis antiqui, piget inter ſacra fateri.
Sed ſi præcipitant miſerum cognoſcere curæ,
Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe,
Et genitrix Iocaſta mihi. tum motus Adraſtus
Hoſpitiis (agnovit enim) quid nota recondis?
Scimus, ait. nec ſic averſum fama Mycenis
Volvit iter. regnum, & furias, oculoſque pudentes
Novit, & Arctois ſi quis de ſolibus horret,

Qui-

— *Has forte invifitis aras.*
Vos quæ progenies?
quod germanum eſſe mihi liquet. *Bern.*

669. *Oeneus.*] Tydeum dicit Oenei & Althex filium. *Lactant.*

670. *Parthaoniæ.*] Regionis Ætoliæ, in qua Prœtus Tydei patruus regnavit. Senſus: Oeneus Calydonius & Parthaoniæ tibi jura domus. & ad Polynicem verſus: tu quis ſis indica, quis ad Argos veneris. *Lact.* Vide quæ de hac Lactantii explicatione Barthius in comment.

672. *Variis ſermonibus ora.*] Ineptiſſimæ ineptiæ. non certius vixiſſe Statium, quam eundem ſcripſiſſe, ut repoſui:
— *quando hæc variis ſermonibus hora eſt.*
Bernartius.

673. *Dejecit.*] Signum verecundiæ. erubuit Polynices propter parricidium, & matris inceſtum. Indoles venerandi pudoris! agnoſcit crimen familiæ, erubeſcit ne ſimilis judicetur. *Lactantius.* *Extemplo.*] Optimæ membranæ ſic concipiunt: *Dejecit mæſtos lacrymans, &c.* Cui aſſentitur Danielis Codex apud Lindebrog. Sane *extemplo* illud ideo non placet, quia non superveniebat neſcio Polynici iſta percunctatio. Lacrymæ autem recordatione miſeriarum proſiliebant vel invito. *Barth.*

680. *Mavortia Thebe.*] *Mavortiam* dixit aut propter Martis & Veneris filiam Harmionem: aut fortem ſignificat, ut *ſi patrii quid Martis habes.* aut ad terrigenas referendum eſt, quos conſtat draconis dentibus genitos, qui fuerat in tutela Martis. *Lactant.*

681. *Motus Adraſtus.*] Motus effectu, quo quis circa hoſpites ſuos ſolet moveri. *Idem.*

683. *Scimus ait.*] Aut quod ipſe Oedipodem aliquando ſuſceperat: aut quod ipſe ab Oedipode aliquando fuerat ſuſceptus, *Nec ſic adverſum.*] Non ita à nobis ſol adverſum volvit iter, ut ea quæ longe conſtituti comperierint, nos finitimi neſciamus. *Idem.*

685. *Arctois ſi quis.*] *Frigus patitur ſub Arctoo climate.* Sic uterque Scholiaſtes

Quique bibit Gangen, aut nigrum occaſibus intrat
Oceanum, & ſi quos incerto littore Syrtes
Deſtituunt, ne perge queri, caſuſque priorum
Annumerare tibi. noſtro quoque ſanguine multum
Erravit pietas. nec culpa nepotibus obſtat.
Tu modo diſſimilis rebus mereare ſecundis
Excuſare tuos. ſed jam temone ſupino
Languet Hyperborea glacialis portitor Urſa.
Fundite vina focis, ſervatoremque parentum
Latoïden votis iterumque iterumque canamus.
Phœbe parens, ſeu te Lyciæ Patarea nivoſis
Exercent dumeta jugis, ſeu rore pudico
Caſtaliæ flavos amor eſt tibi mergere crines:
Seu Trojam Thymbræus habes, ubi fama volentem
Ingratis Phrygios humeris ſubiiſſe molares:
Seu juvat Ægæum feriens Latonius umbra

Cyn-

ſtes priſcus, Luctatius & Noſter. Dura tamen eſt locutio, & potius *ſub* quam *de* Solibus ſcribere debebat. In vetuſtiſſimo illo libro, *De ſolibus* una perpetua vox clare comparet. *Si quis de Arctois Solibus horret.* Hoc eſt, horrido incultoque corpore atque animo eſt. Deſcriptio hæc partium mundi minime eſt pro æquo loquentis Adraſti. *Barthius.*

690. *Erravit pietas.*] In noſtro etiam genere aberravit. hoc propter Tantalum dicit, ſceleribus nec ſuos quidem caruiſſe majores. *Lactant.*

691. *Tu modo.*] Ut non ſis criminoſus. *Mereare ſecundis.*] Senſus: enitendum tibi eſt, ut factis tuis non ſolum parentibus videare diſſimilis, ſed etiam illos facias innocentes. *Idem.*

692. *Temone ſupino.*] Ophiuchum ſignificat, qui ſub Urſa eſt; adventu enim diei incipiunt ſydera ſeptentrionis albeſcere. *Idem.*

694. *Servatoremque parentum.*] Cum reſponſum accepiſſet Thyeſtes, aliter malorum remedium inveniri non poſſe, niſi cum Pelopeia filia concubuiſſet; paruiſſetque reſponſis, natus eſt ex ea Ægyſtus, Clytemneſtræ adulter, Agamemnonis parricida. *Idem.*

696. *Lyciæ Patarea nivoſis.*] Lyciæ civitas eſt Patara, ubi Apollinem menſibus hibernis reſponſa dare veteres crediderunt. Auctor Servius ad illud Virgil.

Qualis ubi hybernam Lyciam, Xantique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo. Bernart.

698. *Caſtaliæ.*] Ubi quondam virgo Caſtalia fuit, quam cum Apollo unice amaret, & vim vellet inferre in fontem ſe præcipitavit. *Lactant.*

699. *Thymbræus.*] Thymbra locus eſt Trojæ, ab herba cognominatus, quam latine pulejum dicimus: illic Admeti regis pecus pavit. *Volentem.*] Bene *volentem*, ne putaretur invitus. *Idem.*

701. *Latonius umbra.*] Mons Deli, cujus tantam vult eſſe magnitudinem, ut umbra ſua Ægei maris ambitum protegat. Ipſe enim Latonam ſuſceperat cum adhuc Delos erraret. & eſt ſenſus: Si te non juvat eſſe in Delo, quæ inſtabilitate ſua hoſpes eſt littorum diverſorum. *Idem.*

X 703. *Len-*

Cynthus, & aſſiduam pelago non quærere Delon:
Tela tibi, longeque feros lentandus in hoſtes
Arcus, & ætherii dono ceſſere parentes
Æternum florere genas. tu doctus iniquas
Parcarum prænoſſe manus, fatumque quod ultra eſt,
Et ſummo placitura Jovi. quis letifer annus,
Bella quibus populis, mutent quæ ſceptra Cometæ.
Tu Phryga ſubmittis citharæ. tu matris honori
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.
Te viridis Python, Thebanaque mater ovantem,
Horruit in pharetris. ultrix tibi torva Megæra
Iejunum Phlegyam ſubter cava ſaxa jacentem
Æterno premit accubitu, dapibuſque profanis
Inſtimulat: ſed miſta famem faſtidia vincunt.
Adſis ô memor hoſpitii, Junoniaque arva

Dex-

703. *Lentandus.*] Flectendus. *Idem.*

704. *Dono ceſſere.*] Apollinem imberbem Philoſophi tradunt, eo quod ipſe ſit ſol. Sol autem ignis eſt, qui nunquam ſeneſcit. Et eſt ſenſus, dono ceſſere ætherei parentes genas æternum florere. *Idem.*

706. *Prænoſce manus.*] Quia quæcunque fata parant tu noſti, & omne futurum tibi patet. *Idem.*

707. *Placitura Jovi.*] Id eſt, quia adhuc decreta non ſunt, quæ ſummo Jovi diſplicere non potuerunt. per *Letiferum annum*, famem, morbum, mutationemq; regnorum. multa complexus eſt. *Idem.*

709. *Tu Phryga ſubmittis.*] Marſiam dicit, qui victus ſubmiſſus eſt pœnæ. ſive inferiorem facis. *Idem.*

710. *Tytion.*] Terræ filius, Latonam Apollinis matrem amaſſe dicitur: ſed ne ſacrilegæ libidinis commento impune poriretur, ab Apolline victus eſt, & deductus ad tartara, cujus jecur à vulture tunditur, in æternitatem ſupplicii pullulantibus fibris. *Idem.*

711. *Viridis Python.*] Utrumque & à colore & à viru. De *Pythone* & *ludis* inde *Pythiis*, nec non carmine Apollinis victoriam celebrante, vide Eratoſthenem apud Strabon. l. 9. *Barth.* *Thebanaque mater.*] Nioben dicit Tantali filiam, Amphionis uxorem fœcundam, antequam Latonam ſperneret. Nam cum quatuordecim mater filiorum fuiſſet, ingreſſa templum Latonæ, ſe prætulit illi, quæ tantummodo duos peperit, Unde Apollo iratus filios ſagittis necavit. Diana autem filias: ad ultimum vero matrem. *Lactant.*

713. *Phlegyam.*] Phlegyas filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit. *Idem.*

714. *Premit accubitu.*] Id eſt, ſuper ipſum accumbit, ne quando poſſit requiem capere. *Idem.*

715. *Inſtimulat.*] Injicit illi cupiditatem. fames quidem urget ut capiat, ſed comedere timore faſtidit. Comeſſe enim non ſinitur, cui faſtidium irrogatur. *Idem.*

716. *O memor, &c.*] *Crotopi* Argis regnantis hoſpitium propter pulcerrimam ejus filiam Pſamathen frequentavit Apollo quam & prægnantem fecit, ut ſuperius memoratum eſt. Pauſaniam lege Atticis. *Barthius.*

717. *Sex*

Dexter ames. ſeu te roſeum Titana vocari
Gentis Achæmeniæ ritu, ſeu præſtat Oſyrin
Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri
Indignata ſequi torquentem cornua Mitram.

717. *Seu te roſeum Titana.*] Dicit Apollinem à diverſis gentibus variis appellari nominibus. apud Achemenios enim *Titan*, apud Ægyptios *Oſyris*, apud Perſas, ubi in antro colitur *Mytra* vocatur. *Lactant.*

719. *Sub rupibus.*] Perſæ in ſpelæis coli Solem primi inveniſſe dicuntur. eſt enim in ſpelæo Perſico habitu cum tiara, utriſque manibus bovis cornua comprimens; quæ interpretatio ad Lunam dicitur. Nam indignata ſequi fratrem occurrit illi, & lumen ſubtexit. His autem verſibus ſacrorum myſteria patefecit. Sol enim, lunam minorem potentia ſua & humiliorem docens, taurum inſidens cornibus torquet. quibus dictis Statius lunam bicornem intelligi voluit, non animalia quibus vehitur. Quod autem dicitur, *Torquentem cornua*; ad illud pertinet, quod ſimulachrum ejus fingitur reluctantis tauri cornua retentare: quo ſignificatur lunam ab eo lumen accipere, cum cœperit ab ejus radiis ſegregari. *Idem.*

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER SECUNDUS.

Interea gelidis Maja ſatus aliger umbris
Juſſa gerens magni remeat Jovis. undique pigra
Ire vetant nubes, & turbidus implicat aër:
Nec Zephyri rapuere gradum, ſed fœda ſilentis
Aura poli. Styx inde novem circumflua campis.
Hinc objecta vias torrentum incendia cludunt,

1. *Interea gelidis.*] Reditum Mercurii ab inferis poëta deſcribit impeditum, quia nulla re volatus ejus adjuvari poterat craſſioris poli aëre tardante. *Lactant.* *Umbris.*] Jovis enim peculiaris ad Inferos nuncius Mercurius, quod ei munus aſſignavit, cum ab Apolline jam vaticinia & auream virgam accepiſſet. pollodorus lib. III. Ζεὺς δ᾽ αὐτὸν κήρυκα ἑαυτοῦ καὶ θεῶν ὑποχθονίων τίθησι. Mythologia Eloquentiæ eodem pertinet. *Barthius.*

5. *Styx circumflua.*] Remeantis numinis impediebat regreſſum. In primo enim libro Jupiter Mercurio ut inferos peteret imperavit, evocaretque umbram Laii, qua innitente nepotibus furor belli increſceret. *Lactant.*

6. *Hinc objecta.*] Aditum Inferorum omnium Elementorum concurſu fa-

Pone ſenex trepida ſuccedit Laïus umbra
Vulnere tardus adhuc. capulo nam largius illi
Tranſabiit coſtas cognatis ictibus enſis
Impius, & primas Furiarum pertulit iras.
It tamen, & medica firmat veſtigia virga.
Tum ſteriles luci, poſſeſſaque Manibus arva,
Et ferrugineum nemus adſtupet, ipſaque tellus
Miratur patuiſſe retro, nec livida tabes
Invidiæ, functis quanquam & jam lumine caſſis
Defuit. unus ibi ante alios, cui leva voluntas
Semper, & ad Superos hinc eſt gravis exitus, ævi

Inſul-

ctis obſtaculis communiri ait. *Fœdum aërem* modo nominavit, per terram tranſeundum antro obſcuro & inexplicabili. Objici flumina novenis ait gyris circumfluentia. Adjicit *igneos torrentes*, ut horrenda magis non poſſint fieri munimenta. *Torrentium incendia.*] Flumina igne decurrentia dicit, quæ in aliis locis omnes Poëtæ deſcribunt. Vide Platonem in Phædone, ejuſque expoſitores. *Barthius.*

10. *Primas furiarum.*] Id eſt, Exordium furoris filii pater pertulit primus. inflexio. per quod intelligi vult, quæ ſecuta ſunt poſtea fuerunt multo pejora. Jocaſtæ concubitus. Oedipi cæcitas. *Lactantius.*

11. *Et medica.*] Caduceum oſtendit inſigne Mercurii, quo illi medeatur, qui nequeat ambulare. Virgilius,

Hac animas ille evocat Orco pallentes.

Idem.

12. *Steriles luci.*] Apud inferos credibile eſt nihil gigni, quia illæ ſunt habitationes vita functorum. Et ſi quid gigneretur neceſſe eſſet imaginari alios inferos, quo poſt mortem iſtud recederet. *Gloſſ.*

15. *Lumine caſſis.*] Quaſi nec mortuis defuit, unde poſſet eſſe invidia. Non illi defuit qui redeunti invideret. Ordo hic eſt, Nec livida tabes invidiæ defuit defunctis, hoc eſt, mortuis. non recedit à naturæ malo livor invidiæ; ut Virgilius:

Invidia infœlix furias amnemque ſeverum Cocyti metuet.

Lactantius.

17. *Et ad ſuperos (hinc eſt gravis.*] Lego: *cui leva voluntas ſemper & ad ſuperos hinc eſt gravis exitus, ævi Inſultare.* Sententia: cui pravus hic adfectus & ſemper, & inprimis ſi quando emittitur ex inferis, ut inſultet hominum malis, doleat ſecundis. Neque alia exeundi hinc cauſa. Exire autem Umbras ad ſuperos & paſſim faciunt Poëtæ, & credebant veteres per eas cauſas, quas explicat ſtatim ℣ſ. 20. & 21. Nec alias putabant larvas, & illa, quæ dicit Appulejus *noctium occurſacula, buſtorum formidamina & ſepulcrorum terriculamenta.* Valerius Flaccus libro 2. ℣ſ. 385. *Patet illis janua leti, Atque iterum remeare licet.* Lege reliqua. nam locus eſt ſingularis in hanc rem. neque aliunde inferiæ, parentationes & omnia placamina manium. Aliter Petitus 3. Miſc. 12. nam Bernartius deſperat. *Gronovius.* *Gravis exitus.*] Quaſi hoc Poëta voluerit, ut intelligamus hunc neſcio quem pro morum ſuorum meritis occidiſſe. & votum ejus malæ mentis oſtendit, quod eſſet etiam apud inferos reſervatum. *Lactant.*

18. *Re-*

Inſultare malis, rebuſque ægreſcere lætis:
Vade, ait, ô felix quoſcunque vocaris in uſus,
Seu Jovis imperio, ſeu major adegit Erinnys
Ire diem contra, ſeu te furiata ſacerdos
Theſſalis arcano jubet emigrare ſepulchro,
Heu dulces viſure polos, ſolemque relictum,
Et virides terras & puros fontibus amnes.
Triſtior has iterum tamen intrature tenebras.
Illos ut cæco recubans in limine ſenſit
Cerberus, atque omnes capitum ſubrexit hiatus;
Sævus & intranti populo. jam nigra tumebat
Colla minax, jam ſparſa ſolo turbaverat oſſa.
Ni Deus horrentem Lethæo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuiſſet lumina ſomno.
Eſt locus Inachiæ, dixerunt Tænara gentes,
Qua formidatum Maleæ ſpumantis in auras

It ca-

18. *Rebuſque ægreſcere.*] Id eſt, de aliorum felicitate torqueri. Nam cum malis paſceretur alienis, proſperitate tabeſcebat. *Lactant.*

19. *Quoſcunque vocaris.*] In quæcunque obſequia vel remedia vocaris excitus. *Idem.*

28. *Omnis capitum ſurrexit.*] Et ad ipſius canis capita referendum eſt, & ad ſerpentum, qui capita ejus cingunt. id eſt omnis hiatus horum capitum, quia Cerberus eſt: aut omnis hiatus ſerpentum, quibus caput ejus collaque velantur. *Lactant.*

29. *Sparſa ſolo turbaverat.*] Id eſt ſparſa fecerat, hypallage. & hoc iraſcentis eſt. Virg. *Oſſa ſuper recubans.* Gigantum ſcilicet oſſa inſepultorum. fingitur enim Cerberus cadaveribus paſci. *Idem.*

31. *Ferrea tergemino.*] Propter trina lumina trium capitum, quaſi tot illi ſomnos immiſerit, quot capita luminibus armarentur. *Idem.*

32. *Eſt locus Inachiæ.*] Hæc *topothesia* dicitur. id eſt fictus locus ſecundum poëticam licentiam. Nam in ejuſmodi deſcriptione, ubi veri loci facies demonſtratur, *topographia* dicitur. ubi fictum quid venit, *topothesia.* Idem.

Tænara gentes.] Tænarum (ut & Maleum) promontorium Laconiæ, in quo templum eſt ſpeluncæ perſimile. aditum inferni poëtæ dicunt, & ab Hercule Cerberum hac extractum plerique fingunt. Fabula inde originem habuit (uti ex Hæcatæo Mileſio Pauſanias in Lacon. refert) quod in illa ſpelunca immanis ſerpens luſtrum habuit. qui idcirco inferorum canis dictus, quod quem morſu impetiſſet, veneni vi ſtatim opprimeretur. is ſerpens ab Hercule ad Euriſtheum pertractus. Homerus verò qui primus Ditis canem, quem Hercules extraxiſſet, appellavit, neque nomen ei proprium impoſuit, neque de ejus figura quicquam commentus eſt. poſteriores Cerberum appellarunt. & cum cetera cani feciſſent ſimilem, tria dixerunt capita habere, idque communiter receptum. Heſiodus tamen in Theogonia quinquaginta Cerbero affingit. Horatius carmin. II. centum. *Bernart.*

 36. *Feſſis*

It caput, & nullos admittit culmine viſus.
Stat ſublimis apex, ventoſque imbreſque ſerenus
Deſpicit, & tantum feſſis inſiditur aſtris.
Illic exhauſti poſuere cubilia venti:
Fulminibuſque iter eſt. medium cava nubila montis
Inſumpſere latus: ſummos nec prapetis ala
Plauſus adit colles, nec rauca tonitrua pulſant.
Aſt ubi prona dies, longos ſuper æquora fines
Exigit, atque ingens medio natat umbra profundo.
Interiore ſinu frangentia littora curvat
Tænaros, expoſitos non audax ſcandere fluctus.
Illic Ægæo Neptunus gurgite feſſos
In portum deducit equos: prior haurit arenas
Ungula; poſtremi ſolvuntur in æquora piſces.
Hoc (ut fama) loco pallentes devius umbras
Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat
Mortibus; Arcadii perhibent ſi vera coloni,

Stri-

36. *Feſſis inſiditur aſtris.*] Super ipſum feſſa aſtra conſidunt, id eſt per eminentiam ſui ſedem præſtat aſtris, rapido curſu fatigatis. Altitudinem voluit exprimere, quaſi illic aſtra requiem ſumant. *Lactant.*

43. *Interiore ſinu.*] Dicit neſcio in qua parte Tænarum recurvari ad vicem portus: in quo refert equos ſuos conſueviſſe ſtabulari Neptunum. eſt hyperbaton. *Idem. Frangentia littora.*] Si locus recte habet, *frangentia* dixit pro *fracta*, agendi ſignificatu pro patiendi. ſolens hoc optimis ſcriptoribus, qui frequentiſſime agendi verbum παθητικῶς, & patiendi, agendi ſignificatione uſurpant. ita *Spectatus eſt ſuem* pro *ſpectavit*, Varro: *communicati ſunt*, pro *communicaverunt*. Bernatt.

44. *Audax.*] Quidam libri ſic ſcribunt. Mihi tamen & magis placet, & in omnium optimo codice repertum eſt *non audens*. Quod & Luctatius & Gloſſæ agnoſcunt. Talia vero multa in Deſcriptionibus locorum hoc genus poëtæ, imprimis in Dionyſio interpretato, inſignis vates, Feſtus Avienus. *Barthius.*

46. *Haurit habenas.*] Hominum fidem! hunc locum quo genere deformarunt homines invenuſti? quid enim *ungula haurire habenas*? gerræ germanæ. Libri ſcripti, & princeps editio

— *prior haurit arenas Ungula,* —

Qui negat hanc lectionem recipiendam eſſe, is profecto — *Anticyras melior ſorbere meracas*, quam ut de litteris judicet. Notum, poëtas diis marinis currum tribuere etiam in aquis, Neptuno equos ex anteriore parte verò tales, ex poſteriore piſces. Apte itaque & proprie anterioribus pedibus arenam littoris diſſipare dicuntur. *Bernart.*

48. *Devius umbras Trames.*] *Trames* itineris compendium. *Lactant.*

49. *Nigri Jovis.*] Stygii. hac animæ mortuorum deſtinantur ad Tartara. *devium* dixit, quod ſit vivis devius trames. *Idem.*

51. *Go-*

Stridor ibi, & gemitus pœnarum, atroque tumultu
Fervet ager. ſæpe Eumenidum voceſque, manuſque,
In medium ſonuere diem, lætique triformis
Janitor, agricolas campis, auditus abegit.
Hac & tunc fuſca volucer deus obſitus umbra
Exilit ad Superos, infernaque nubila vultu
Diſcutit, & vivis afflatibus ora ſerenat.
Inde per Arcturum, mediaque ſilentia Lunæ
Arva ſuper, populoſque meat. Sopor obvius illi
Noctis agebat equos, trepiduſque aſſurgit honori
Numinis, & recto decedit limite cœli.
Inferior volat umbra deo, prareptaque noſcit
Sidera, principiumque ſui. jamque ardua Cyrrha,
Pollutamque ſuo deſpectat Phocida buſto.

Ven-

51. *Gemitus pœnarum.*] Quas apud inferos nocentes perſolvunt. *Atro.*] Quia tumultus, qui fit apud inferos, auditur in illo loco. *atro* ergo, quaſi infernali. *Idem.*

52. *Voceſque manuſque*] *Manus*, quod flagellis perſonant, dum noxios cædunt: *voces*, ſecundum Maronem, qui ait: *vocat agmina ſæva ſororum.* Idem.

54. *Agricolas campis.*] Quaſi juxta habitantes terrore ſuo fugavit agricolas. *Idem.*

56. *Infernaque nubila, &c.*]Ut aſtrum nimirum excellenti ſplendore, & corpus divinæ perpetuæque lucis conſors, in quo hærere nulla infernalium mortaliumque locorum obfuſcatio poſſit. *Mercurium, ſolem, Apollinem*, idem Numen habitum interiori conſiderationi docet Macr. lib. 1. Saturn. c. 19 *Barth.*

58. *Per Arcturum.*] Id eſt per ſeptentrionem. Per Arcton enim ſolet volare Mercurius, quia ibi major eſt ventus, & citatiores facit ejus volatus. *Mediaque ſilentia.*] Philoſophi eſſe terram dicunt, quæ circa noſtrum hoc ſolum circulo altiore ſuſpenſa eſt. hæc autem omnia corpora gignit, utpote quæ vicina ſit cælo. poëtæ denique omnes aſſerunt leonem de his polis ortum, quem Hercules proſtravit, ut etiam Olympus ait, quaſi proximus ſit terris & ultimus. De lunari autem globo apud mortalium genus cæli ratio ignoratur. leviorem perſtringam, quod hoc divinum lumen animas tam de aſtris omnibus, quam de omni materia mundi, ſubtracta parte ſuperna, excipit & deſerpit, quaſi lunam, quæ poſtea terquinis diebus, ut collegerat, totidem refundit in fratrem. *Lactantius.*

61. *Numinis, & recto.*] Tranſlatio ad morem Romanum, quo ſolenne ut venienti magiſtratui & privati, & minor magiſtratus majori, aſſurgerent, & de via diſcederent. Pertinet ad hanc rem elegans Senecæ locus Epiſt. LXV. *Marcum Catonem utrumque, & Lælium ſapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem Cleantemque in animum meum ſine ſumma dignatione recipiam? ego vero illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo.* explicavit accurate, uti omnia, Senatus litteratorum in hoc luſtro Princeps Lipſius, Elector. 1. c. 23. *Bern.*

62. *Prareptaque.*] Non enim naturæ lege, ſed ferro vita defunctus eſt. *Lactantius.*

64. *Pollutamque.*] Illam tangit hiſtoriam: cum deus ſcilicet Mercurius

 ſomnum

Ventum erat ad Thebas: gemuit prope limina nati
Laïus, & notos cunctatur inire penates.
Ut vero excelſis ſuamet juga nixa columnis
Vidit, & infectos etiamnum ſanguine currus,
Pæne retro turbatus abit. nec ſumma Tonantis
Iuſſa, nec Arcadiæ retinent ſpiramina virgæ.
Et tunc forte dies noto ſignata Tonantis
Fulmine, prærupti cum te, tener Euie, partus
Tranſmiſere patri. Tyriis ea cauſſa colonis
Inſomnem ludo certatim educere noctem
Suaſerat. effuſi paſſim per tecta, per agros,
Serta inter, vacuoſque mero crateras anhelum
Proflabant ſub luce deum. tum plurima buxus,
Æraque taurinos ſonitu vincentia pulſus.
Ipſe etiam gaudens nemoroſa per avia ſanas
Impulerat matres Baccho meliore Cithæron.

ſomnum caperet, quidam cujus nomen fabulæ tenent, dormienti tetendit inſidias, qui conata peregiſſet, niſi eum filia Palæſtra excitaviſſet: qui cum odio terræ migraſſet ad cælum, creditus eſt obiïſſe: quo facto injurioſam meruit ſepulturam. ſed melius de Laio creditur, qui cum ad Polybum hoſpitem Phocidis pergeret, occiſus à filio eſt. *Deſpectat Phocida.*] De jugo Cyrrhæ vidit buſtum ſuum, quod fuerat in Phocide. *Cyrrha* Bœotiæ planities eſt, in quo campo Apollini luſtrum datur. *Phocis* ergo in Bœotia eſt. *Idem.*

70. *Spiramina virgæ.*] Virtus, qua tactus Lajus cogebatur Jovis mandata perficere. *Gloſſogr.* *Spiramina*, lenis afflatus. De *virgæ Mercurialis* poteſtate peculiarem Tractat. ſatis myſterioden damus in ſuperſtitionum magno Comm. *Barthius.*

71. *Forte dies,*] Id eſt, primus natalis Liberi quo fulminata eſt Semele, & execto utero Liber Jovis fœmori inſertus eſt. ſecundus enim dies natalis Dionyſii ille dicitur, quo exactis menſibus legitimi partus, Jovis eſt productus ex fœmore: quem diem homini ſcire fas non eſt. Qui dithyrambus ideo dicitur, id eſt bis genitus. *Lactant.*

72. *Euie.*] Notiſſimum Bacchi Epitheton. At in omnium optimo exemplari diſertis literis ſcriptum eſt: *Euchie.* Id ſane etiam cognomen ejus agnoſcunt docti. Et in multis locis ſcriptorum à communiore illo hoc corruptum atque expulſum puto. vid. Hor. l. 2. Od. 11. *Bart.*

74. *Inſomnem ludo.*] Tangit iterum non dubie morem priſcum, quo pervigilandi honos deis paſſim tributus. vide Lucret. l. 5. *Bernart.*

78. *Æraque taurinos.*] Nam tympanis, quæ ſunt ex taurina pelle, plus ſonant cymbala quæ ſunt ex ære. acutiore enim ſunt tinnitu: ut eſt, *tympana vos buxuſque vocant.* Lactant.

80. *Baccho meliore.*] Non ſic irato Baccho, ut cum Agave occidit filium furens: vel meliore, ut ſi qua deliquerit, propter diem ipſe Liber ignoſcat. *Cythæron* mons Bœotiæ, ubi Liberi patris ſacra celebrantes matres Pentheum diſcerpſerunt. nunc ergo *ſanas* dicit ſine furore. *Idem.*

Qualia per Rhodopen rapido convivia cœtu
Biſtones, aut mediæ ponunt convallibus Oſſæ.
Illis ſemianimum pecus, excuſſaque leonum
Ore dapes, & lacte novo domuiſſe cruorem
Luxus, at Ogygii ſi quando afflavit Iacchi
Sævus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulchrum
Spargere, & immerito ſociorum ſanguine fuſo
Inſtaurare diem, faſtaſque reponere menſas.
Nox ea cum tacita volucer Cyllenius aura
Regis Echionii ſtratis adlapſus, ubi ingens
Fuderat Aſſyriis extructa tapetibus alto
Membra toro. pro gnara nihil mortalia fati
Corda ſui! capit ille dapes, habet ille ſoporem.
Tunc ſenior quæ juſſus agit, neu falſa videri
Noctis imago queat, longævi vatis opacos
Tireſiæ vultus, vocemque, & vellera vota

Indui-

85. *Et Ogygii.*] Non fugiet vitium attentum lectorem. MSS. *ab Ogygii.* ego auſim præſtare verum eſſe, *at Ogygii.* Thraces, inquit, in deliciis habent ſemianimum pecus, leonis faucibus ereptum, & hauſtum lactis: ubi vero vino madidi ſunt, tum ad ſaxa & arma proruunt. *Bernart.*

89. *Nox ea.*] *Talis*, excepta cum poculis, Thracum more, pugna. Nam melior illis, non cum ſævo ſuo odore, Bacchus adfuerat. *Volucer Cyllenius.*] Mira omnino res. Et jam ante Mercurium intulerat ſedi ſuæ cœleſti. Quid enim iſta ſibi volunt? *Inde per Arcturum, mediaque, &c.* An *per ſidera* petit terras inferis altiores ipſis ſideribus? Nugæ. Ergo comitatur Lajum, & tamen iſtuc abit, in ſuum locum? Nihil aliud iſta loquuntur, quam divinitatem Numini occulte aſtruere voluiſſe Poëtam, & adeſſe Lajo, & ſuo ſimul ſideri præeſſe ſtatuentem. *Barthius.*

95. *Opacos Tireſiæ, &c.*] Cæcos. Cæcum *Tireſiam* inducit multis alibi. Lutatii verba mendoſa ſunt, quod viſum & præſtantiſſ. Lindenbrogio. Non verebor integra Lutatii verba aſcribere ut ea quidem redintegranda ope Apollodor. lib. III. & Scholiaſtæ ſcripti exiſtimo: *Tireſias Everi filius.*] Genere Thebanus, vates: qui fertur in feminam verſus, cum diſceptantibus Jove & Junone, utrum mas an femina majorem ſentiret coitu voluptatem, novem partibus libidinis dixit fœminam potiri, & una virum: ob quod cæcatus eſt à Junone. Eſt & alia talis fabula. In monte Cyllenio Tireſias dracones coeuntes calcaſſe dicitur: ob id in mulieris figuram verſus, ut Ovid. refert. deinde monitus ſortibus in eundem locum rediit & in figuram priſtinam. Eo tempore, ut diximus, inter Jovem & Junonem fuit certatio, in quo ſexu eſſet major libido, Tireſia judice, qui expertus fuerat utrumque ſexum: cum Jovi indicaſſet, illa irata manus ei ſuperjecit & excæcavit. Jupiter fecit, ut ſeptem ætates viveret, vateſque præter ceteros mortales veraciſſimus haberetur. *Barthius.*

Induitur. manſere comæ, propexaque mento
Canicies, pallorque ſuus. ſed falſa cucurrit
Inſula per crines, glaucæque innexus olivæ
Vittarum provehit honos. dehinc tangere ramo
Pectora, & has viſus Fatorum expromere voces:
Non ſomni tibi tempus iners, qui nocte ſub alta
Germani ſecure jaces: ingentia dudum
Acta vocant, rerumque graves, ignave, paratus.
Tu veluti, magnum ſi jam tollentibus Auſtris
Ionium nigra jaceat ſub nube magiſter,
Immemor armorum, verſantiſque æquora clavi
Cunctaris. jamque ille novis (ſcit fama) ſuperbus
Connubiis, vireſque parat quis regna capeſſat,
Quis neget. inque ſua ſenium ſibi deſtinat aula.
Dant animos ſocer augurio fatalis Adraſtus,
Dotaleſque Argi, nec non in fœdera vitæ
Pollutus placuit fraterno ſanguine Tydeus.
Hinc tumor, & longus fratri promitteris exul.
Ipſe deûm genitor tibi me miſeratus ab alto
Mittit. habe Thebas cæcumque cupidine regni,
Auſurumque eadem germanum expelle; nec ultra
Fraternos inhiantem obitus ſine ſidere cœptis
Fraudibus, aut Cadmo dominas inferre Mycenas.

Dixit,

105. *Tu veluti magnum*] Hyperbaton eſt. id eſt, tu cunctaris ita quietem agens, ut gubernator dormiens, ventis mare verſantibus. *Lactant.*

108. *Novis (ſic fama) ſuperbit.*] Scripti: *ſcit fama*. Neque aliter legit Lactantius, qui explicat: *fama de eo loquitur: vel, notum eſt quid dico omnibus.* Eodemque modo è ſcriptis repoſuimus lib. 5. ℣ſ. 466. *ſcit cura deum.* i. teſtor deos omnia curantes, vel ſiquidem curant. Ubi vitium idem vulgo. lib. 8. *ſcit judicis urna Dictæi.* Lib. 1. Achilleid. *Scit Dircæus ager.* Virgilius 11. Æn. *ſcit triſte Minervæ Sidus, & Euboica cautes, ultorque Caphareus.* Sic ſæpe Tertullianus. In Apolog. *Scit M. Æmilius de deo ſuo Alburno.* Tale eſt Propertii: *Dixerit Aſcanius.* Gron.

113. *Pollutus placuit.*] Id eſt: Tydeus adverſum te pactus eſt fœdus. pollutus autem ſanguine Menalippi fratris ſui, quem in venatu incautus occiderat, ut Peleus Phocum, unde rejecta poſt terga manu pingitur, & ille nihilominus talia cogitat, qui tales ſibi quærit auctores. *Lactant.*

116. *Mittit habet, &c.*] Præeuntibus quippe libris & ſententia, indubitanter lego: *mittit, habe Thebas*, Ipſe Juppiter inquit, ad te me miſit, habeas, tu tibi Thebas, ejice fratrem, qui cupidine regnandi excæcatus, ſi tu ceſſaveris, tè ejiciet. *Bernart.*

124. *Vul-*

Dixit, & abſcedens (etenim jam pallida turbant
Sidera lucis equi) ramos ac vellera fronti
Deripuit, confeſſus avum, dirique nepotis
Incubuit ſtratis: jugulum mox cæde patentem
Nudat, & undanti perfundit vulnere ſomnum.
Illi rupta quies, attollit membra, toroque
Erigitur plenus monſtris, vanumque cruorem
Excutiens, ſimul horret avum, fratremque requirit.
Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas, ſomnoſque excuſſit inertes;
Bella cupit. laxatque genas, & temperat ungues;
Mox ruit in turmas, natiſque alimenta cruentis
Spirantem fert ore virum: ſic excitus ira
Ductor, in abſentem conſumit prælia fratrem.
Et jam Mygdoniis elata cubilibus alto
Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excuſſa comas, multumque ſequenti
Sole rubens: illi roſeus per nubila ſeras
Advertit flammas, alienumque æthera tardo
Lucifer exit equo. donec pater igneus orbem

Impleat,

124. *Vulnere ſomnum.*] *Vulnere* pro ſanguine poſuit; non ſomnum perfundere, ſed Etheoclen ipſum dormientem. vulnere ergo ſuo id eſt Laji ſanguine Etheoclen perfudit, ut eum pollutum ſceleribus imbueret. *Lactant.*

129. *Horruit in maculas.*] In alium ſenſum ac vulgus putat, *maculas* pro *rete* poſuit, uti & Varro lib. 11. *Septum totum grandibus maculis integitur, ne eo involare aquila poſſit, neve ex eo evolare aves.* Et Claudianus:

Totamque virentibus iram
Diſpergit maculis.

Aut certo, pro *retis plaga*, ſeu foramine. uti Cic. Actione in Verrem 7. *Reticulumque ad nares ſibi admovebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ.* Bernartius.

131. *Alimenta cruentis.*] Ita libri cæt[illegible] At in uno illo ſingularis ſapientiæ libro diſerte ſcriptum eſt *cruento.* Id quod concinnius eſſe nemo, puto, inficiabitur. Sic *profundum os* in eadem re iidem belluæ aſcribit Claudianus lib. III. De raptu Proſerp. *Barthius.*

134. *Mygdoniis.*] Lydiis vel Phryglis. Titonus enim Lydius fuit, maritus Auroræ. Eſt Mygdonia regio in finibus Aſiæ, à rege Mygdono. *Lactant.*

137. *Seras flammas.*] Hoc eſt Auroræ flammas, Lucifer ſerus. Sive ad comparationem dixit cæterorum ſyderum, quia omnibus ſtellis tardius occidit Lucifer. *Idem.*

138. *Advertit.*] Ad eam, & contra eam vertit. *Idem.*

139. *Exit equo.*] Nam verſo cœlo ad adventum auroræ, cum cætera ſint apud antipodas, Lucifer ſolus apud nos invenitur, hoc eſt, alienum æthera, qui eſt diei, quod cœlum ſtellis nocte con-

Impleat, atque ipſi radios vetet eſſe ſorori.
Cum ſenior Talaonides, nec longa morati
Dircæuſque gradum pariterque Achelöius heros
Corripuere toris. illos poſt verbera feſſos,
Exceptamque hyemem cornu perfuderat omni
Somnus. at Inachio tenuis ſub pectore regi
Tracta quies, dum mente deos, inceptaque verſat
Hoſpitia, & quæ ſint generis adſcita repertis
Fata movet. poſtquam mediis in ſedibus aulæ
Congreſſi, inque vicem dextras junxere, locumque
Quo ſerere arcanas aptum, atque evolvere curas,
Inſidunt; prior his dubios compellat Adraſtus:
Egregii juvenum, quos non ſine numine regnis
Invexit nox dextra meis, quibus ipſe per imbres
Fulminibus mixtos, intempeſtumque Tonantem
Has meus uſque domos veſtigia fecit Apollo:
Non equidem obſcurum vobis, plebique Pelaſgæ
Eſſe reor, quantis connubia noſtra procorum
Turba petant ſtudiis, geminæ mihi namque, nepotum
Læta fides, æquo pubeſcunt ſidere natæ.

Quan-

conceſſum eſt. ergo Lucifer officio ſuo nocte non fungitur, cum eum oriri conſtet prope lucis adventum: hinc alieno æthere videtur exoriens. *Lactant.*

141. *Cum ſenior Talaonides.*] Scripti meliores: *Talaionides.* Ut & lib. 5. verſ. 19. ubi vulgo *Talaoniades.* Talaus, Talaion, Talaionides, ut Oedipodes, Oedipodion, Oedipodionides, Japetus, Iapetion, Iapetionides. Hom. Il. ζ. υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος. *Gron.*

142. *Dyrcæus.*] Polynices, à Dirce fonte Thebanorum. *Achelois.*] Tydeus, ab Acheloo fluvio, qui per Ætolos fluit in Calydonem. *Lactant.*

143. *Corripuere.*] Cauſa cur tardius Tydeus & Polynices à ſomno ſurrexerint, Adraſtus vero celerius. *Idem.*

145. *Inachio.*] Notanda elegantia poëtæ. qui tres duces fluviorum cognominibus deſignavit. Dyrceum, Polynicen, Acheolum, Tydeum, Inachum, Adraſtum. *Idem.*

150. *Arcanas aptumque.*] Venerunt ad locum aptum, & ſecretum fabulis vel curis. Nam ideo, quod in ſecretis locis curæ publicæ differantur, ad hoc electa loca *curias* nominavit antiquitas. *Idem.*

153. *Nox atra meis.*] Non damno. Arridet tamen magis quod in Langii libro eſt, *Nox dextra.* Bernart.

158. *Turba petat ſtudiis.*] Membranæ: *petant.* Ut lib. 1. *Plebs Argiva litant.* Lib. 6. *Bellatrix ſedere cohors.* Et, *mox turba ruunt.* Lib. 7. *ſubeunt Tegeæa juventus.* Et eodem verſ. 806. *ſibi quiſque cavent.* Uti quidem MSS. L. 1. Achill. *hilaris ſedere juventus.* Gron.

159. *Læta fides.*] Ordo, Argia & Deiphile geminæ mihi natæ pubeſcunt; nepotum læta fides. *Lactant.*

160. Ne

Quantus honos, quantuſque pudor (ne credite patri)
Et ſuper heſternas licuit cognoſcere menſas.
Has tumidi ſolio, & late dominantibus armis
Optavere viri, (longum enumerare Pharæos
Oebalioſque duces,) & Achæa per oppida matres,
Spem generis, nec plura tuus deſpexerat Oeneus
Fœdera, Piſæiſque ſocer metuendus habenis.
Sed mihi ſed Sparta genitos, nec ab Elide miſſos
Iungere fas generos, vobis hic ſanguis, & aulæ
Iura meæ, longo promittitur ordine fati.
Di bene, quod tales ſtirpemque animoſque venitis,
Ut reſponſa juvent. hic duræ tempore noctis
Partus honos: hac illa venit poſt verbera merces.
Audierant: fixoſque oculos per mutua paulum
Ora tenent, viſique inter ſeſe ordine fandi
Cedere. ſed cunctis Tydeus audentior actis
Incipit: ô quam te parcum in præconia famæ

Meus

160. *Ne credite patri.*] Ne laudare magis videretur, quam verum dicere, fidem ſuam voluit ipſis teſtibus approbare. *Idem.*

162. *Tumidi ſolio.*] Imperio ſuperbi; & artificioſe, ne videatur hos procerum inopia generos elegiſſe, ait ſe multos repudiaſſe & honore præſtantes. *Idem.*

164. *Et Achæa per oppida.*] Nihil affectum eſt, modo diſtinguas: *viri (longum enumerare Pharæos Oebalioſque duces) & Achæa.* Et viri & matres, pro filiis nempe, optavere illas vel ſponſas vel nurus, per quas genus ſuum propagarent. Virgilius 11. Æneid. *Multæ illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres Optavere nurum.* Gron.

165. *Oeneus.*] Hic Tydei pater cujus Deianira filia à multis in conjugium exoptata procis: pro qua Hercules & Achelous Ætoliæ amnis certaſſe dicuntur. Deianiram ergo Oenei &Ætheſiæ filiam, uno tempore in conjugium petebant Hercules & Achelous, acceptaque lege ab Oeneo, ut qui virtute ſuperaſſet, Deianiram duceret: congreſſi, in certamine cum ſuperaretur Achelous ab Hercule, per diverſas mutatus eſt figuras. Oeneus Tydei pater, ideo ait *tuus.* Lactant.

166. *Piſæiſque.*] Oenomaus Martis filius, propter Hippodamiam filiam procos ſuos victos curuli certamine morte afficiebat, ad reliquorum terrorem. ideo hunc metuendum dixit. *Id.*

170. *Animoſque venitis.*] Figura Græca eſt. Illi enim dicunt, *venit doctus ſapientiam. Tales.*] Quaſi fortes & nobiles. *Idem.*

171. *Ut reſponſa.*] Ut me delectet tales generos Apollinis reſponſo meruiſſe. *Idem.*

174. *Viſiſque inter ſeſe.*] Corruptus litterula locus ſententiæ facit noctem. quam facile diſpelles, ſi ut repoſui, legas, *viſique inter ſeſe*, nec dubium, quin Papinius ita ſcripſerit. *Bernart.*

176. *O quam te parcum.*] Ordo, ô quam te parcum agitat mens matura in præconia famæ tuæ. Hoc eſt pudore nimio plurimum tuis laudibus detrahis. *Lactantius.*

178. De-

Mens agitat matura tua, quantumque ferentem
Fortunam virtute domas! cui cedat Adraſtus
Imperiis? quis te ſolio Sicyonis avitæ
Excitum infrenos componere legibus Argos
Neſciat? atque utinam his manibus permittere gentes,
Iuppiter æque, velis, quas Doricus alligat undis
Iſthmos, & alterno quas margine ſubmovet infra:
Non fugeret diras lux interciſa Mycenas,
Sæva nec Eleæ gemerent certamina valles.
Eumenideſque aliis aliæ ſub regibus, & quæ
Tu potior, Thebane, queri. nos vero volentes,

Expo-

178. *Domat.*] Quæ ſolet alios ſecundis rebus extollere. Virgilius:
Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.
Cui cedit Adraſtus.] Quippe quo nullus potior invenitur. *Idem.*

179. *Sicyonis avitæ.*] De Sicyoniis non ſatis conveniunt ſcriptores. Plerique primum in ea regione Ægileum indigenam extitiſſe commemorant, atque eo regnante eam Peloponeſi partem, quæ Ægilaus dicitur, nomen ſumpſiſſe, atque illum quidem plano loco oppidum, cui Ægialeo nomen, condidiſſe. ſucceſſione vero veniſſe regnum ad Lamedonem Apollinis & Chryſorthæ filium. hunc bello contra Achæos ſuſcepto, ex Attica belli gerendi ſocium Sicyonem (ſive Erechthei filium, ut Heſiodus voluit; ſive Eupipei uti alii) ſibi aſſumpſiſſe. Data ei in matrimonium Zeuxippe filia. à quo poſtea jam regno adepto, & regio tota Sicyonia, & urbs quæ antea Ægialæ, fuit Sicyon nuncupata. Sicyoni Chthonophyle filia fuit, quæ ex Mercurio Polybum peperit. hic Lyſianaſſam filiam, Talao, Biantis Argivorum regis filio, locavit: ex qua deinde natus Adraſtus, qui Argis ejectus ad Polybum Sicyonem confugit, eoque mortuo regnum ipſe adiit. Conſule Pauſaniam Corinthiacis. *Bernart.*

184. *Lux interciſa.*] Interrupta, interpolata. Marius Vict. lib. 1. Geneſ.
Noctem interciſæ parilem fecere tenebræ.
Interciſi dies in Vet. jure Pontificio Pompiliano, tam hominibus, quam Diis dati, uti in quibus & humana negotia, & religioſa tractari fas eſſet operâ: veluti non integros perhibeas, nec huic nec illi parti addictos, de quo poſt Varron. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. *Barthius.*

185. *Eleæ.*] Elea civitas eſt Oenomai, cujus crudelitatem deteſtatur, quod in petitores filiæ ſuæ Hippodamiæ crudelis extiterit. *Lactant.*

186. *Eumenideſque aliis, &c.*] Non gemerent Furiæ ſub his & illis aliis Græciæ regibus, Videlicet ipſæ furiæ non ſatis eſſe indicantur tot Regulorum inſaniis. *Laſſari* dicit *dæmonas malos* ipſoſmet tot inceſtis, parricidiis, cædibus, dolis, quorum tragicum theatrum fuit iſto tempore Græcia. *Barthius.* *Et quæ.*] De quibus impietatibus & tu Thebane Polynices queri poteris. *Lactant.*

187. *Nos vero volentes.*] Si vera lectio, migravit hic Papinius Grammaticorum leges. ut etiam lib. x. *nec deeſt cœptis*, & lib. xi. *deeſt ſervitio plebes.* niſi utrobique legendum putes *deſit*, quod magis probo: licet non ignorem veteres in eodem verſu, eandem ſyllabam producere & corripere interdum ſolere. Theocritus:
— Τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.
Lucretius, *Craſſaque pugnabant liquidis & liquida craſſis.* Bernartius.

197. *Fer-*

Expoſitique animis. ſic interfatus, & alter
Subjicit, Anne aliquis ſoceros accedere tales
Abnuat? exulibus quamquam patriaque fugatis
Nondum læta Venus, tamen omnis corde reſedit
Triſtitia, affixique animo ceſſere dolores.
Nec minus hæc læti trahimus ſolatia, quam ſi
Præcipiti convulſa Noto, proſpectet amicam
Puppis humum. juvat ingreſſos felicia regni
Omina, quod ſupereſt fati vitæque laborum
Fortuna tranſire tua. nec plura morati,
Conſurgunt, dictis impenſius aggerat omne
Promiſſum Inachius pater, auxilioque futurum
Et patriis ſpondet reduces inducere regnis.
Ergo alacres Argi, fuſo rumore per urbem
Adveniſſe duci generos, primiſque Hymenæis
Egregiam Argian, nec formæ laude ſecundam
Deipbilen, tumida jam virginitate jugari
Gaudia mente parant, ſocias it Fama per urbes:
Finitimiſque agitatur agris. procul uſque Lyceos
Partheniosque ſuper ſaltus, Ephyræaque rura.
Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
Inſilit. & totis perfundit mœnia pennis,
Labdaciumque ducem præmiſſæ conſona nocti

Ter-

197. *Fortuna tranſire tua.*]Sub tutela fortunæ tuæ; hoc eſt junctos felicibus infelices poſſe adverſa ſuperare. dicunt ergo lætari ſe, quod futuras ærumnas ſuas felicitatis ejus proſperitate valeant evitare. *Lactant.*

204. *Tumida jam.*] Matura. *Idem.*

205. *Gaudia mente.*] Id eſt, dum votis deos exagitant, videntur parare quod gaudeant. ordo ergo, alacres Argi gaudia mente parant. *Idem.*

206. *Lycæos Partheniosque.*] Montes Arcadiæ. & in Lycæo templum eſt Panos, in quo natus aſſeritur. unde Virg.

Panos de more Lycæi.

famam ergo ait in hæc loca penetraſſe. *Idem. Ephyræaque rura.*] Corinthiorum regioni confinia, extrema poſuit. Corynthus namque à mari Arcadiam, à terra Peloponneſum claudit. *Idem.*

208. *Ogygias.*] Thebas, non montes Ogygios, ſed locum ubi Thebæ ſunt conſtitutæ. *Idem.*

209. *Perfundit.*]Rumoribus implet. *Idem.*

210. *Labdacium.*] Etheoclem: patronymicum ab avo Oedipi, hujus proavo. *Idem. Conſona nocti.*] Convenientia, ut nihil à ſomniis diſcreparent. conveniens ergo cum ſomno præcedentis noctis, qua à Lajo in Tireſiæ effigiem mutato, Etheocles fuerat admonitus: vel ipſa fama conſona præmiſſæ nocti, id eſt quæ nuper exacta eſt, qua Laius avus

futura

Territat, hoſpitia, & thalamos, & fœdera regni,
Permixtumque genus (quæ tanta licentia monſtro?
Quis furor eſt?) jam bella canit. diffuderat Argos
Expectata dies. læto regalia cœtu
Atria complentur, ſpecies eſt cernere avorum
Cominus, & vivis certantia vultibus æra.
Tantum auſa perferre manus. pater ipſe bicornis
In levum prona nixus ſedet Inachus urna.
Hunc tegit Iaſiuſque ſenex, placiduſque Phoroneus,
Et bellator Abas, indignatuſque Tonantem
Acriſius; nudoque ferens caput enſe Corœbus,
Torvaque jam Danai facinus meditantis imago.

Exiit

futura viſus eſt commonere. Conſona inter convenientem famam cum præmiſſis Laii, qui ait ſuperius: *dant animos ſocer augurio fatalis Adraſtus dotaleſque Argi.* Idem.

213. *Jam bella.*] Quæ nulla tamen adhuc erant. Nemo enim ſciebat ceſſurus eſſet annum ſuum Polynici Eteocles, an ſecus. Timor autem hominum facile talia comminiſcitur conjecturis ex ipſa trepidatione ſumptis. Pulchre Claud.

Malus interpres rerum, metus omne trahebat
Augurium pejore via.

Barth.

215. *Cernere avorum.*] Cominus imagines avorum cernere eſt operæpretium. deſcriptio eorum, quorum ſtatuæ in domo Adraſti fuerant conſtitutæ. *Lactant.*

220. *Bellator Abas.*] Abantis filius Prœtus, cujus filiæ Prœtides furore immiſſo à Venere boves ſibi ſunt creditæ: quas Melampus expiavit. *Indignatuſque Tonantem.*] Acriſius rex Argivorum fuit, qui filiam habuit nomine Danaën, quam, poſteaquam eſt à Jove vitiata, pater intra arcam incluſam in mare præcipitavit: quæ delata ad Italiam inventa eſt à piſcatore cum Perſeo, quem illic enixa fuerat, & oblata eſt regi, qui eam ſibi fecit uxorem, cum qua etiam Ardeam condidit. *Idem.*

221. *Nudoque ferens caput.*] Vel ſuum altius ferens, vel illius, quod occiderat monſtri. *Lutat. Scholiaſtes v.* Ut ſeipſum interficeret, ſi ab Apolline læderetur. Sane monſtri caput ferre non potuit, quia tale cadaver fuerit, ut nec aves illud tangerent, ut deſcripſit noſter in fin. lib. ſuperioris. *Barthius.* *Corœbus.*] Hic eſt, qui ne Argi peſtilentia laborarent, Apollini ſe perimendum obtulit, & veniam meruit. *Lactant.*

222. *Torvaque.*] Danaus Beli filius ex pluribus conjugibus quinquaginta filias habuit, totidemque Ægyptus frater ejus filios qui Danaum fratrem filias ſuis filiis in matrimonium poſtulavit. Danaus reſponſo comperit quod generi ſui manibus interiret, Argos profectus eſt, & primum dicitur navem feciſſe, cujus nomine *Argo* dicta eſt navis. Ægyptus miſit filios ſuos ad perſequendum fratrem, hiſque præcepit, ut aut Danaum interficerent, aut ad ſe non redirent (ut Agenor filio imperaverat) qui poſteaquam venerunt Argos, cœperunt patruum oppugnare. Danaus poſteaquam vidit ſe reſiſtere non poſſe, filias ſuas fratris ſui filiis ſpopondit uxores; quæ patris juſſu viros univerſæ ſuos interfecerunt, ſola Hypermneſtra Lynceo pepercit. *Lactant.*

228. *Part*

Exin mille duces: foribus cum immiſſa ſuperbis
Unda fremit vulgi. procerum manus omnis, & alto
Quis propior de rege gradus, ſtant ordine primi:
Interior ſacris calet, & ſonat aula tumultu
Fœmineo. caſta matres cinxere corona
Argolides: pars virginibus circum undique fuſæ
Fœdera conciliant nova, ſolanturque timorem.
Ibant inſignes vultuque habituque verendo
Candida purpureum fuſa ſuper ora ruborem,
Dejectaque genas. tacite ſubit ille ſupremus
Virginitatis amor, primæque modeſtia culpæ
Confundit vultus. tunc ora rigantur honeſtis
Imbribus. & teneros lachrymæ juvere parentes.
Non ſecus ac ſupero pariter ſi cardine lapſæ
Pallas, & aſperior Phœbi ſoror, utraque telis,
Utraque torva genis, flavoque in vertice nodo,
Illa ſuas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho:
Tunc, ſi fas oculis, non unquam longa tuendo
Expedias, cui major honos, cui gratior, aut plus
De Iove, mutatoſque velint tranſumere cultus,
Et Pallas deceat pharetras, & Delia criſtas.
Certant lætitia, Superoſque in vota fatigant
Inachidæ, quæ cuique domus, ſacrique facultas.

Hi

228. *Pars virginibus circum.*] Repetendum τὸ *Virgines.* Caſta aliæ matres corona cinxere virgines, aliæ undique circumfunduntur, ut nuptiarum bona commendent, & puellarum timorem eximant. *Barthius.*

233. *Primæque modeſtia.*] Culpam putant amiſſionem virginitatis. *Lact.*

235. *Teneros.*] Timidos, quia delectaverunt Adraſtum filiarum lachrymæ. erat etiam pudoris inſigne in vota trepidare. *Idem.*

237. *Aſperior Phœbi.*] Fratre aſperior, quia illa citharæ, illa venatibus operam dedit. *Idem.*

239. *Cyntho comites.*] *Cynthus* Deli mons eſt, Dianæ ſacer, unde *Cynthia* Diana dicta eſt. *Aracynthus.*] Atticæ regionis mons, Minervæ ſacer. *Idem.*

240. *Nonnunquam longa.*] Non dubito quin hæc commentitia ſit lectio, ac omnino reſcribendum: *non unquam longa tuendo.* Et ſi diu intuearis inquit, nunquam tamen diſcernere poſſes, quæ gratioſior aut pulchrior. *Bernart.*

242. *Mutatoſque velit tranſumere.*] Omnino bene optimæ membranæ, *velint.* Omiſſio eſt voculæ *ſi*, ſi *velint.* De ambabus enim puellaribus Deabus loquitur inſimul. Habuerunt eam veram ſcripturam & Lindebrogiani & Behotiani libri. *Barthius.*

245. *Facultas.*] Unuſquiſque pro viribus ſuis vota faciebat. *Lactant.*

Hi fibris, animaque litant, hi ceſpite nudo:
Nec minus auditi, ſi mens accepta meretur
Thure deos, fractiſque obtendunt limina ſylvis.
Ecce metu ſubito (Lacheſis ſic dira jubebat)
Impulſæ mentes; excuſſaque gaudia patris,
Et turbata dies. innuptam lumine adibant
Pallada; Munychiis cui non Argiva per urbes
Poſthabita eſt Lariſſa jugis. hic more parentum
Iaſides, thalamis ubi caſta adoleſceret ætas,
Virgineas libare comas, primoſque ſolebant
Excuſare toros. celſam ſubeuntibus arcem
In gradibus ſummi delapſum culmine templi
Arcados Euippi ſpolium cadit æreus orbis;
Præmiſſaſque faces, feſtum nubentibus ignem,
Obruit, eque adytis ſimul exaudita remotis

Non-

247. *Nec minus auditi.*] Senſus, nec minus audiri ſunt illi, qui thure Deos placant, illis qui hoſtias immolarent. Victimarum enim loco ſola etiam bona conſcientia Diis litatur. Sicut Perſius:

Compoſitum jus faſque animi, ſanctoſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſum pectus honeſto.

Idem.

248. *Fractiſque obtendunt limina ſylvis.*] Ex more veteri, quo in omni publica, privataque lætitia receptum, qua templa, qua januas ædium, ornari tam floribus, quam ramis. exempla paſſim obvia. Ad lucem Papinii noſtri; Juvenalis Sat. VI.

Ornatas paullo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virideis in limine ramos.

Catullus in nuptiis Pelei:

Veſtibulum ut molli velatum fronde vireret.

Bernartius.

251. *Innuptam limine.*] Audi Langii ſcriptum librum: *innuptam lumine.* Plane id germanum eſt, reſpicit faces nuptiales. nam paucis verſibus interjectis inquit:

Præmiſſaſque faces, feſtum nubentibus ignem
Obruit. ——

Idem.

252. *Munichiis.*] Quæ Pallas non minus diligit Lariſſam quam Monichiam. *Lariſſa* autem oppidum Adraſti, in quo nunc nuptiæ fiunt, non illa Theſſaliæ, unde Achilles dicitur natus. *Lactantius.*

255. *Primoſque ſolebant.*] Vel in templo Minervæ ſolebant virgines nupturæ placare deam, quæ ſit fautrix virginitatis, & excuſare, quod neceſſitate & lege naturali nubere cogebantur. *Idem.*

258. *Arcados Euhippi.*] Euhippus rex Argivorum miræ felicitatis fuit, cujus clypeum qui apud Argos nobiliter rem geſſiſſet accipiebat, ut illo per urbem incedens honeſtaretur. Unde proverbium apud illos, cum alicujus ignaviam irriderent, ut Callimachus ait * ἄξιον ΑΣΠΙΔΑ ΤΟΝ ΕΛΘΝ. Hoc nunc ſpolium dicit faces nuptiales extinxiſſe, cum careret vera ominis ratione: quia nuptias bella dirimerent. *Idem.*

263. *An-*

Nondum auſos firmare gradum, tuba terruit ingens.
In regem converſi omnes formidine prima,
Mox audiſſe negant: cunctos tamen omina rerum
Dira movent, variiſque metum ſermonibus augent.
Nec mirum: nam tu infauſtos donante marito
Ornatus Argia geris, dirumque monile
Harmonies. longa eſt ſeries, ſed nota malorum
Proſequar, unde novis tam ſæva potentia donis.
Lemnius hæc, ut priſca fides Mavortia longum
Furta dolens, capta poſtquam nihil obſtat amori
Pœna, nec ultrices caſtigavere catenæ,
Harmonies dotale decus ſub luce jugali
Struxerat. hoc, docti quanquam majora, laborant
Cyclopes notique operum Thelchines amica
Certatim juvere manu, ſed plurimus ipſi
Sudor. ibi arcano florentes igne ſmaragdos
Cingit, & infauſtas percuſſum adamanta figuras,

Gor-

263. *Audiſſe negant.*] Ut homines ſuſpicionem ſedatent, more vulgi potentibus blandientes audiſſe ſe negant, quæ conſtabant gaudiis obfutura. *Idem.*

266. *Ornatus Argia geris.*] Dicit non eſſe admirandum, quod adverſum omen accideret. ſiquidem Argia uxor Polynicis funeſtum monile acceperit, quod Thebis veniens ad Argos extulerat: & repetit originem hujus muneris, quod à Vulcano Veneri fabricatum fuiſſe dicitur, & deinde Harmiones fuit, poſtremo reginarum omnium, quæ Thebis vixerunt, quas iſtius monilis omine dicit infeliciter deperiſſe. *Idem.*

267. *Harmonies.*] Plerique libri turbant hoc nomen, ut & qui Papinium illuſtrare annisi, præter doctiſſimum Barclaium. Veram ſcripturam ſervat Magnus & bonus ille noſter. *Harmonia* eſt, Martis & Veneris proles, Cadmi conjux, qui conjugi monile hoc, Vulcani opus dono dedit. *Barthius.*

273. *Docti.*] Quanquam majora docti ſunt facere, tamen hoc laborioſe fecerunt. *Lactant.*

274. *Notique Thelchines.*] Hi tres fratres dicuntur fuiſſe invidia lividi, qui cum vicinorum agros viderent proventu fertiles, natura felices, hos ſparſiſſe dicuntur aquis Stygiis, ut redderent infœcundos; qua culpa pœnam metuentes, ſolum verterunt, ſeque ad Cyclopas contulerunt. & eſt ſenſus, in hoc plurimus eſt Vulcano ſudor, quamvis & Cyclopes in hoc laboraverunt, ipſique Thelchines. Thelchines ergo invidos ad hoc monile faciendum concordaſſe dicit, ut fieret. *Idem.*

275. *Certatim.*] *Nullo operam remittente, omnibus æquè occupatis, demto Vulcano, qui moderabatur opus, & ipſe plurimum laborabat.* Enarrator Priſcus, & Gloſſographus. Iſte porro:

276. *Sudor.*] *Magnus labor Affectationem*, ut ipſe Vulcanus opus feciſſe videatur, agnoſcit Servius ad Æneiden XII.

277. *Percuſſum adamanta.*] Id eſt characteribus nocentiſſimis ſculptum. *Lactant.*

 278. *Gor-*

Gorgoneoſque orbes, Siculaque incude relictos
Fulminis extremi cineres, viridumque draconum
Lucentes à fronte jubas: hic flebile germen
Heſperidum, & dirum Phryxæi velleris aurum.
Tum varias peſtes, raptumque interplicat atro
Tiſiphones de crine ducem, & quæ peſſima Ceſton

Vis

278. *Gorgoneoſque.*] Ità execrandum monile deſcribit, ut huic pulchritudinem conferat atque terrorem. Nam Gorgoneos orbes poſuit inſtar oculorum, ut ad monſtri ſpeciem ſtupefaceret intuentes magnitudo & pulchritudo gemmarum. *Idem.*

279. *Fulminis extremi.*] Hoc eſt, qui perfecto fulmine ſuperfuiſſent, quaſi hoc pernicioſiores eſſent. Conſtat enim hoc monile poſt fulmina fabricatum de fragmentis. *Draconum.*] Id eſt, juvenum, vel venenoſorum. *Idem.*

280. *Lucentes à fronte jubas.*] Poëtas ajunt de ſua illa nobiliſſima liberalitate *jubas criſtaſque* affinxiſſe *draconibus*, cum nullæ iis ſint probatæ teſtimonio Jubæ Regis. Hos tamen alii abſolvunt mendaciolo, inter quos Cornificius, qui libro IV. ad Herennium *jubatum Draconem* neſcio quem ardelionem vocat, forum Romanum circumvolitantem. Sed & qui ipſi Orientalium partium loca peregrini viſitaverunt *criſtatos dracones* viſos teſtantur, inter quos ita ſcripſit ante hos quadringentos annos Jacobus Vitriacus lib. I. cap. 89. *Inter omnes ſerpentes maximus eſt Draco, qui abſtractus à ſpelunca ſua quandoque ſub aërem fertur. Eſt autem criſtatus, ore parvo, & ſtrictis arteriarum fiſtulis, quibus ſpiritum attrahit, & linguam exerit; dentibus verò non nocet.* Barth. *Hic flebile germen.*] In Æthiopia ſpecioſiſſimum pomarium Atlanti fuit, in quo naſcebantur mala aurea, quæ Heſperides cuſtodiebant, Ægle, Aretuſa, Heſperie, & draco pervigil (acceperat autem reſponſum ut ea, quandoque ex Jove genitus raperet) nihilominus tamen fides reſponſi explicata eſt: miſſuſque eſt ab Euriſteo rege Hercules Jovis filius, qui ea mala abſtulit, occiſo pervigili Dracone. Diximus poëtam omnia contuliſſe, quæ gratiam facerent & timorem. ideo etiam aurum vult infame fuiſſe, quo monile compoſitum eſt, ut jure confirmet malum fuiſſe. *Lactant.*

281. *Phryxei velleris.*] Phryxus & Helle inſania à Libero objecta cum in ſilva errarent, Nebula mater eorum dicitur veniſſe, & arietem vellere aureo inſignitum exhibuiſſe: in quo prædictos filios ſuos juſſit aſcendere, & in Colchos ad regem Oetam tranſire, ibique arietem immolare. qui cum ex præcepto matris aſcendiſſent, illos in pelagus detulit. Helle lapſa nomen ponto dedit. Phryxus matris præcepto parens arietem immolavit, pellemque auream Martis templo dicavit, quam Jaſon, Æſonis filius, cum Argonautis dicitur petiiſſe. hunc Oeta rex libens recepit, filiamque ei dedit uxorem. Et cum ex ea liberos ſuſcepiſſet, veritus eſt Oeta ne ſe regno dejiceret, quod ei reſponſum ex prodigiis fuerat, ut ab advena Æoli progenie mortem caveret, Phryxum interfecit. At filii ejus ratem aſcenderunt, ut ad avum Athamantem tranſirent: quos naufragos Æſon excepit. *Idem.*

283. *Quæ peſſima Ceſton.*] Etiam vim illam monili permiſcuit, quæ vix Cæſton probati id eſt cujus ſit poteſtatis oſtendit. *Ceſton* enim cingulum dicitur Veneris, quo utitur ad honeſtas nuptias: & quando virgo Cadmo nupſerat Harmione, ideo hoc junxit. Nam ad turpes nuptias Venus dicitur non venire. Ideo *incæſtum* dicitur, quod ſacrato illo Veneris cingulo non fuerit vinctum. *Idem.*

285. *At-*

Vis probat. hæc circum ſpumis Lunaribus ungit
Callidus, atque hilari perfundit cuncta veneno.
Non hoc Paſithea blandarum prima ſororum.
Non decor, Idaliuſque puer, ſed Luctus, & Ira,
Et Dolor, & tota preſſit Diſcordia dextra.
Prima fides operi, Cadmum comitata jacentem
Harmonie verſis in ſibila dira querelis,
Illyricos longo ſulcavit pectore campos.
Improba mox Semele, vix dona nocentia collo
Induit, & fallax intravit limina Iuno.
Teque etiam, infelix, perhibent, Iocaſta, decorum
Poſſe-

285. *Atque hilari.*] Id eſt lucido, ut poſſit exinde aliquid fingi lætitiæ, ut eſſet facile, & delectabile, latenter autem nocuum. *Idem.*

286. *Non hoc Paſithea.*] E Gratiis una, quam Juno pro præmio Somno pollicetur apud Homer. Iliad. V.

Ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ καί τοι χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
Δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα.

At tibi ego è Charitum florentem ætatibus unam
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo
Paſitheam, quæ omnes una tecum exigat annos.

Adſcripſi Homeri verſus, cum quia apte Virgilius illos imitatus eſt, tum quia tam varia de Gratiis veteres tradidere. Lacedæmonii Gratias duntaxat duas colebant, eaſque Clitam & Phænam nominabant. Heſiodus vero (ſive quiſcumque auctor Theogoniæ) tres agnoſcit, ſed Euphroſynem, Aglaiam, & Thaliam appellavit. quod etiam facit Onomacritus. Hermeſinactes vero vetus elegorum ſcriptor, Pitho unam de Gratiarum numero facit. Athenienſes autem & ipſi duas tantum colebant, Auxo & Hegemonem. Noſter Homerum ſecutus videtur. utcumque nonnulli argutentur ex eo quod dicat *μίαν ὁπλοτεράων* diſcrimen eum inter Gratias facere, & quaſdam juniores, quaſdam vetuſtiores agnoſcere. Adi Pauſaniam Bœoticis. *Bernart.*

289. *Prima fides operi.*] Periculum hujus monilis fidem fecit Harmione, quæ proxime experta eſt. Nam in angues verſa eſt cum marito, ob hanc cauſam, quod Agenoris & Agriopes filius draconem Martis, qui fontem cuſtodiebat, occidit. Ideo vult hoc contigiſſe, quia nuptialibus donis hoc monile poſſederat. *Lactant.*

292. *Mox Semele.*] Vult etiam Semelen infelicitate hujus monilis extinctam, & magis ornatus invidia à Junone, quam pellicatus inductam, ut à Jove improbe poſceret, quod nefas eſſet corpus ſuſtinere mortale. Optime autem Semelen improbam dixit, quod voti fuit immodica, ut Jovem vellet videre cum fulmine. *Idem.*

294. *Deorum.*] Ita olim editum. At omnis ſcripta noſtrorum aliorumque Codicum lectio *decorum Poſſediſſe nefas.* Quæ citra controverſiam omnem vera eſt, aſſerta jam olim etiam Franciſco Modio Novantiq. Lect. Epiſt. III. Quanquam aſſerere ſpeciem alterius poſſis vel ex re ipſa, vel ex ipſo Vate, qui pariter loquitur lib. III. ✝ſ. 641. *Barthius.*

Poſſediſſe nefas. vultus hac laude colebas,
Heu quibus, heu placitura toris! poſt longior ordo.
Tum donis Argia nitet, vileſque ſororis
Ornatus ſacro' præculta ſupervenit auro.
Viderat hoc conjux perituri vatis, & aras
Ante omnes, epulaſque trucem ſecreta coquebat
Invidiam, ſævis detur ſi quando potiri
Cultibus, heu nihil auguriis adjuta propinquis.
Quos optat gemitus! quantas cupit impia clades!
Digna quidem, ſed quid miſeri decepta mariti
Arma? quid inſontes nati meruere furores?
Poſtquam regales epulas, & gaudia vulgi
Biſſeni cluſere dies, Iſmenius heros
Reſpicere ad Thebas, jamque & ſua quærere regna;
Quippe animum ſubit illa dies, qua ſorte benigna
Fratris, Echionia ſteterat privatus in aula:
Reſpiciens deſciſſe deos, trepidoque tumultu
Dilapſos comites, nudum latus omne, fugamque

For-

299. *Aras ante omnes.*] Quia apud antiquos ante aras numinum celebrabant jura nuptiarum. & eſt ordo: ante aras & epulas nuptiarum. *Lactant.*

302. *Auguriis adjuta propinquis.*] *Propinquis*, ſive quia auguris uxor eſt. vel his prodigiis, quæ paulo ante clypei caſu contigerant. nihil proderat inquit quod augurem habebat maritum. nam infauſta cupit. ſecundum illud Virgilii: *ſed non auguriis potuit depellere peſtem.* Idem.

303. *Impia clades.*] Mariti mortem, furorem filii, interitum ſuum. *Idem.*

304. *Decepta.*] *Prodita, quam ille lateret.* Quam rem ſic enarrat Higinus, cap. 73. [*Amphiaraus Oeclei & Hypermneſtræ, filiæ Theſtii, filius, Augur, qui ſciret ſi ad Thebas oppugnatum iſſet, ſe inde non rediturum. Itaque celavit ſe, conſcia Eriphyle, conjuge ſua, Talai filia. Adraſtus autem ut eam inveſtigaret, monile aureum ex gemmis fecit, & muneri dedit ſorori ſuæ Eriphylæ, quæ doni cupida, conjugem prodidit.* Barthius.

305. *Inſontes nati meruere.*] Alcmæonem dicit, qui poſt mortem matris converſus eſt in furorem, patre mandante. ut Juven. *Nil pueri faciunt, ipſam configite matrem.* Lactant.

307. *Hiſmenius heros.*] Polynices, qui à fluvio Thebano nomen accepit, quem poëta fluvium frequenter appellat. *Lactant.*

308. *Jam ſua.*] Eleganter *ſua*, quia & apud Argos ex conjunctione regia imperabat. *Idem.*

311. *Deſciſſe deos.*] Quaſi dii non innocentes, ſed potentes & feliciores ſequantur: ſic à ſe ad fratrem eſſe traductos. deſciſſe ergo quaſi ab amicitiis, ut civitas quæ ad hoſtes diſcurrit *deſcire* dicitur. ut Lucan. *Laſſa triumphis Deſcivit fortuna tuis.* Idem.

312. *Nudum latus.*] Ab amicis deſertum: regum enim ſemper latera ſtipatorum ſatellitumque corona claudebat. *Id.*

315. *La-*

Fortunæ. namque una ſoror producere triſtes
Exulis auſa vias, etiam hanc in limine primo
Liquerat, & magna lacbrymas incluſerat ira.
Tunc quos excedens hilares, quis cultus iniqui
Præcipuus ducis, & profugo quos ipſe notarat
Ingemuiſſe ſibi, per noctem, ac luce ſub omni
Digerit. exedere animum dolor iraque demens:
Et qua non gravior mortalibus addita cura,
Spes, ubi longa venit. talem ſub pectore nubem
Conſilio volvens, Dircen, Cadmique negatas
Apparat ire domos. veluti dux taurus amata
Valle carens, pulſum ſolito quem gramine victor
Juſſit ab erepta longe mugire juvenca:
Cum profugo placuere tori, cervixque recepto
Sanguine magna redit, fractaque in pectora vires:

Bella

315. *Lacrymas incluſerat.*] Quem ex Marone hic verſum citat Lutarius, in eo non exſtat: *Incluſitque dolor lacrymas.* Nec quem proximum illi auctorem citare ſolet, Lucanum ei auctorem arbitror. Ineptiſſimum autem de *Antigona* Virgine intelligere hæc, quod nonnullos velle arguit gloſſographus noſter cùm ait: *vel ille vel illa.* Iram mutuam fratrum, mutuas ejus ſuppreſſiones, mutuas inſidias doloſque totum hoc Poëma loquitur. *Iram ſuperâſſe dolorem* dicit in Polynice, ne illam in lacrymas, ut Ovidius loquitur, egerere valeret. Talem omnino minorem Magnum, majorem fratrum, Pompeii filium inducit Lucanus, cùm cædem parentis audiſſet, lib. IX.

— cum talia Magnus
Audiſſet, non in gemitus lacrymaſque dolorem
Effudit, juſtaque furens pietate profatur.

Barthius.

316. *Quos excedens hilares.*] Cogitat diſceſſu ſuo qui gaviſi ſunt, qui doluerunt, omnia inquit hæc in animo revolvebat, & fratris cultum, & quos ſibi profugo gemuiſſe proſpexerat: ergo ſi aliquibus potuit exilium diſplicere, revertentem tanto magis poterunt adjuvare. *Lactant.*

321. *Spes ubi longa.*] Qua nulla gravior mortalibus cura eſt. Saluſt. *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Cicero, *eripis etiam ſpem, quæ ſola homines in miſeriis conſolatur*; hanc enim curarum omnium conſtat eſſe poſtremam. Grave enim tormentum eſt ſpes, quæ longa expectatione differtur. *Idem.* *Nubem.*] Cogitationum multitudinem, quæ animum ſollicitudinis mole confundunt. *Idem.*

322. *Dyrcen.*] Fontem Thebanum, per quem Bœotiam debemus accipere. Cadmi autem domos, Thebas dicimus. *Idem.*

326. *Recepto ſanguine.*] Id eſt recepta virtute. Lucan. *dum ſanguis inerrat:* dum vix materna peregi. *Idem.*

327. *Fractaque in pectore vires.*] Tentat Bernartius, *fractoque.* Sed duo Lindenbrogii, duo ex noſtris optimi omnium: *fractaque in pectore quercus.* Sane paſcua ponunt in ſilvis ac ſaltibus veteres. Cicero contra competitores: *Alter pecore omni vendito & ſaltibus pro-*

 ſe ad-

Bella cupit, ſaltuſque, & capta armenta repoſcit,
Jam pede, jam cornu melior, pavet ipſe reverſum
Victor, & attoniti vix agnovere magiſtri.
Non alias tacita juvenis Theumeſius iras
Mente acuit, ſed fida vias, arcanaque conjux
Senſerat. utque toris primo complexa jacebat
Aurora pallore virum; Quos callide motus,
Quamve fugam moliris? ait. nil tranſit amantes.
Sentio, pervigiles acuunt ſuſpiria queſtus,
Nunquam in pace ſopor. quoties hæc ora natare
Fletibus, & magnas latrantia pectora curas
Admota deprendo manu? nil fœdere rupto,
Connubiiſve ſuper moveor, viduaque juventa.
(Et ſi crudus amor, nec dum poſt flammea toti

Inte-

pe addictis paſtores retinet. Unde divinus Poëta in principio operis; *& egreſſus ſilvis.* id eſt, paſtorum ſaltibus, ubi ſe bucolica cecinisſe fingit. Non mirum igitur illic obvias arbores aut affligendo aut quaſſando expertum eſſe vires ſuas taurum. lib. 4. *ſilvas humeris & utroque refringens Pectore, montano duplex Hyleus ab antro Præcipitat.* Ovidius de apro Calydonio: *Sternitur incurſu nemus & prolapſa fragorem Silva dat.* Sed Virgilium reſpexit lib. 12. Æneid. *atque iraſci in cornua tentat Arboris obnixus trunco.* Gronov.

333. *Senſerat.*] Atgia diſpoſitiones mariti ſenſerat, primo ortu auroræ complexa virum. *Pallorem* dixit colorem croceum. primo enim aurora cum luciferi candore palleſcit, deinde fulgore roſei ſolis afflatur. *Lactant.*

337. *In pace ſopor.*] Id eſt dormiens ſemper inquietaris curis. aut hoc dicit: quod noctu cum ſolent homines in quiete eſſe, tu pervigilas, nec admittis ſoporem. pacem enim hic proprie nocturnam quietem aſſeruit. *Lactant.*

338. *Et magnas jactantia pectora curas.*] Placet omnino *latrantia*, receptum Lutetiæ à Lindenbrogio, quod & ipſi ſcriptis in quibuſdam invenimus. Ab Ennio acceperunt: *animus cum pectore latrat.* Lucretius: *Nil aliud ſibi naturam latrare.* Petronio *tabes tacitis concepta medullis Intra membra furens curis latrantibus errat.* Ubi potuiſſent abſtinere *hiras* ſuas. Noſter in Glaucia: *admoto latrant præcordia tactu.* Gronov.

340. *Viduaque juventa.*] Id eſt, non propter me dico hoc, licet ſim juvenilis ætatis, & licet vidua tam cito deſerar à te, tantum propter tuam ſalutem, ne in aliquo damnetis timeo. *Lactant.*

341. *Crudus amor.*] Recens, immaturus, nec dum temporis longinquitate firmatus. ergo talis eſt ordo: etſi necdum primis nuptiis calefactus eſt thorus mariti, nec temporis prolixiores acceſſibus ferveſcit; adeo pauci dies ſunt, ex quo ſunt nuptiæ celebratæ. *Lactant.*
Poſt flammea.] Hoc eſt, primo nuptiarum die. flammeum ſiquidem veſtimenti genus, quod puellæ nubenti ponebatur in capite. Feſtus, *Flammeo amicitur nubens, ominis boni cauſſa, quod eo aſſidue utebatur flaminica, id eſt, flaminis uxor* (an non ſubolet gloſſema?) *cui non licebat facere divortium.* Juvenalis de muliere quæ à marito diverterat, Satyr. 6. *Permutatque domos & flammea conterit.* Bernartius.

343. *Au-*

Intepuere tori) tua me, properabo fateri,
Angit amata ſalus. tune incomitatus, inermis
Regna petes? poteriſque tuis decedere Thebis,
Si neget? atque illum ſolers deprendere ſemper
Fama duces, tumidum narrat, raptoque ſuperbum,
Difficilemque tibi, nec dum conſumſerat annum.
Me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos,
Aut avium lapſus, aut turbida noctis imago
Territat. ah, memini, nunquam mihi falſa per umbras
Juno venit. quo tendis iter? ni conſcius ardor
Ducit, & ad Thebas melior ſocer. hic breve tandem
Riſit Echionius juvenis, tenerumque dolorem
Conjugis amplexu ſolatur, & oſcula mœſtis
Tempeſtiva genis poſuit, lachrymaſque repreſſit;
Solve metus animo, dabitur, mihi crede, merentum
Con-

343. *Angit amata ſalus.*] Sic ait ut vincat: quia propter ſuum commodum nil ſuadet, ſed aſſerit ſe angere cauſa mariti, & hoc totum quod ad cautelam mariti proficit, ſibi putat acquiri. *Inermis.*] Aut facultatibus quæ deſunt, aut armatorum multitudine deſtitutus. *Lactant.*

345. *Atque illum ſolers*] An non rectius: *atqui*? pulcherrima gnome. ad quam reſpexit Seneca de Clementia lib. 1. cap. 8. *Alia conditio eſt eorum, qui in turba quam non excedunt latent, quorum & virtutes ut appareant, diu luctantur, & vitia tenebras habent. veſtra facta* (Neroni loquitur) *dictaque rumor excipit, & ideo nullis magis cavendum eſt, qualem famam habeat, quam qui qualemcumque meruerint, magnam habituri ſunt.* Bernart.

347. *Nec dum conſumpſerat annum.*] Qui nec dum conſumpto anno inimicus tibi atque infeſtus fuit, quid cenſes eum nunc moliturum, quippe cum deponendi eum imperii cura ſollicitet? *Lactantius.*

348. *Exta minantia divos.*] Quæ deos minantur iratos. *Idem.*

353. *Riſit Echionius.*] Riſit Polynices, quod objecit illi amorem alterius conjugis, more & levitate muliebri. Quoniam ſemper familiare uxoribus eſt, ſuſpicari maritos ſuos aliarum mulierum illecebris detineri. docet autem poëta objectis falſis criminibus ridendum potius, quam dolendum. *Idem.*

356. *Merentum.*] Omnes libri ſic & nobis & aliis compoſiti. Ego tamen mendi ſuſpectam habeo hanc vocem, ſi quam aliam hoc libro. Expoſitio Lutatiana eſt: *Eorum conſiliis, qui merentur imperia gubernare, dabitur mihi Regnum.* Sequentia mendoſa ſunt. *Deſiſte*, inquit, *de mœrore modo eſſe ſollicita. Bene ſic cœpit, quia uxor hoc ſe ſolum timere dixerat, quod pro ipſo faceret.* Scribe: *Deſiſte de mœrore, nolito eſſe ſollicita.* Utcunque autem ſatisfacit hæc interpretatio. Conſpirant huic expoſitioni Commentatores noſtri, quorum maximus *merentum Deorum* exponit. Unde aggravatur ſuſpicio, & valde fallor aut *Deorum Conſiliis* ſcripſit Papinius. Vel certe *meorum*, quod potius putem, ut ſuos etiam conjugi ſuæ magnos faciat. *Barthius.*

 367. *Fit*

Conſiliis tranquilla dies. te fortior annis
Nondum cura decet. ſciat hæc Saturnius olim
Fata parens, oculoſque polo dimittere ſi quos
Juſtitia, & rectum terris defendere curat.
Fors aderit lux illa tibi, qua mœnia cernes
Conjugis, & geminas ibis regina per urbes.
Sic ait, & caro raptim ſe limine profert.
Tydea jam ſocium cœptis, jam pectore fido
Æquantem curas (tantus poſt jurgia mentes
Vinxit amor) ſocerumque affatur triſtis Adraſtum.
Fit mora conſilio: cum multa moventibus, una
Jam potior cunctis ſedit ſententia, fratris
Prætentare fidem, tutoſque in regna precando
Explorare aditus. audax ea munera Tydeus
Sponte ſubit. nec non & te, fortiſſime gentis
Ætolum, multum lachrymis conata morari
Deiphile, ſed juſſa patris, tutique regreſſus
Legato, juſtaque preces vicere ſororis.
Jamque emenſus iter ſylvis ac littore durum,
Qua Lernea palus, ambuſtaque ſontibus alte
Intepet Hydra vadis, & qua vix carmine raro
Longa ſonat Nemea nondum paſtoribus auſis,

Qua

367. *Fit mora conſilio.*] Id eſt, diu habito tractatu cunctati ſunt, ut multum cogitantibus placeret una ſententia. id eſt, utrum bello an legatis peteret regnum Polynices. *Lactant.*

368. *Potior cunctis.*] Id eſt melior omnibus ſententia placuit, Etheoclis fidem legatione tentare. *Idem.*

370. *Ea munera.*] Legationis officia. *Idem.*

373. *Regreſſus legato.*] Quod legatum nefas eſſet interfici. *Idem.*

374. *Juſtaque preces.*] *Deiphile tandem conceſſit precibus Argiæ Sororis, ut non ipſe Polynices, ſed Tydeus pro eo iret, & regnum Polynici repoſceret.* Hæc Scholiorum veterum. Verius eſt de Tydeo, quam de Deiphile hæc dici, quippe qui ambiguus animi fingatur amore Conjugis novellæ retinente, ad iter inſtigante Polynicis commodo. Res magni momenti non eſt, & rectius ceperit qui utrumque ceperit. *Barthius.*

377. *Intepet Hydra vadis.*] Hic enim in Lernea palude Hydram Hercules igni perdomuit, damnis capitum & vulneribus pullulantem. *Intepuit* ideo, quia cum ferro vinci non poſſet, vulneribus eſt ignis admotus. tepet ergo adhuc quaſi flamma victrice. *Quamvis carmine.*] Senſus: quamvis Nemeæum leonem conſtet Herculis virtute proſtratum, tamen prioris metu periculi interrupit paſtorum timidas cantilenas. *Lactant.*

379. *Lætus*

Qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad Euros,
Siſypheique ſedent portus: irataque terræ
Curva Palæmonio ſecluditur unda Lechæo.
Hinc prætervectus Niſum, & te mitis Eleuſin
Levus habet: jamque arva gradu Theumeſia, & arces
Intrat Agenoreas, ibi durum Etheoclea cernit
Sublimem ſolio, ſeptumque horrentibus armis.
Jura ferus populo trans legem, ac tempora regni
Jam fratris de parte dabat. ſedet omne paratus
In facinus, queriturque fidem tam ſero repoſci.
Conſtitit in mediis: ramus manifeſtat olivæ
Legatum, cauſaſque viæ nomenque rogatus

Edidit:

379. *Latus Eoos.*] Corynthi latus emenſus eſt: & orientem dixit *Eoos*, occidentem *Euros*. Idem.

380. *Siſypheique ſedent.*] Cum inter duo maria montem poſitum crudeli latrocinio Siſyphus occupaſſet (hac enim pœna mortalium paſcebatur, homines prægravans ingenti ſaxo necare) tandem ab accolis deorum lege punitus, apud inferos ſaxi quod voluit pœnas exolvit pondere. Portus Corinthus ex utraque parte duos habet, Siſypheum & Lecheum, quos nunc poëta commemorat. *Irataque terræ.*] Iſthmon ſignificat, ubi ſe Ino cum Palæmone præcipitavit. *Lechæum* vero promontorium Corinthiorum. *Idem.*

382. *Niſum.*] Megaram dixit, in qua Niſus regnavit. Quidam Niſum montem Megarenſium dicunt, in quo Niſus eſt ſepultus, quem ferunt crinem habuiſſe purpureum. *Idem.* *Et te mitis Eleuſis.*] Meliores, *Eleuſin*: non hic modo, ſed & lib. 7. ✠ſ. 411. *pernox ululavit Eleuſin.* Et lib. 12, 131. *quamvis ſibi luget Eleuſin.* Et 637. *Hos Salamin populos, illos Cerealis Eleuſin.* Gronov. *Eleuſis.*] Oppidum eſt Athenis vicinum, in quo Ceres eximie colitur: unde ſacra Cereris *Eleuſina* vocantur. Virgil.

Tardaque Eleuſiniæ matris volventia plauſtra.

Lactantius.

383. *Theumeſia.*] Vel oppidum Tænarum, vel promontorium dicit: de quo ſe Ino cum Meliçerto filio præcipitem dedit: quia Græce Palæmon, Latine Portumnus dicitur. Arva ergo Theumeſia à campo ejuſdem regionis Thebis vicino. *Et arces Agenoreas.*] Propter Cadmum conditorem Thebarum, Agenoris filium. *Lactant.*

386. *Trans legem.*] Id eſt, ultra anni ſpatia, quæ ſortitus fuerat, ut primo ipſe regnaret. *Idem.*

388. *Queriturque fidem.*] Oratorie Etheocles in ſuum fratrem tranſtulit crimen, quod tunc demum Polynices depoſcat imperium. dolet ergo quod ceſſantibus legatis, tam ſero frater viciſſitudinis fidem repoſcat, quod jamdudum negare potuiſſet: vel quod tardius ei perpetrandi parricidii detur occaſio. *Idem.*

389. *Ramus manifeſtat olivæ, &c.*] Non ſollicitem hanc lectionem, ſimplicem & abſolutam. Non poteſt tamen ab alia quàm Poëtæ manu eſſe, quod in optimo Maximo Codice offendo:

—— Ramus manifeſtus olivæ
Legatum. ——

Quod corrupuerunt balathrones librarii qui non ceperunt. De re ipſa nota omnia, vide Carolum Paſchalium de Coronis lib. VI. cap. 17. *Barthius.*

392. *Ju-*

Edidit: utque rudis fandi, pronuſque calori
Semper erat, juſtis miſcens tamen aſpera, cœpit:
Si tibi plana fides, & dicti cura maneret
Fœderis, ad fratrem completo juſtius anno
Legatos hinc ire fuit, teque ordine certo
Fortunam exuere, & lætum deſcendere regno.
Ut vagus ille diu, paſſuſque haud digna per urbes
Ignotas, pacta tandem ſuccederet aula.
Sed quia dulcis amor regni, blandumque poteſtas,
Poſceris. aſtriferum velox jam circulus orbem
Torſit, & amiſſæ redierunt montibus umbræ,
Ex quo frater inops, ignota per oppida triſtes
Exul agit caſus, & te jam tempus aperto
Sub Jove ferre dies, terrenaque frigora membris
Ducere, & externos ſummiſſum ambire penates.
Pone modum lætis. ſatis auro dives, & oſtro
Conſpicuus, tenuem germani pauperis annum
Riſiſti. moneo regnorum gaudia temet
Dedoceas, patienſque fugæ mereare reverti.
Dixerat. aſt illi tacito ſub pectore dudum
Ignea corda fremunt, jacto velut aſpera ſaxo
Cominus erigitur ſerpens, cui ſubter inanes
Longa ſitis latebras, totoſque agitata per artus
Convocat in fauces & ſquammea colla venenum:
Cognita ſi dubiis fratris mihi jurgia ſignis
Ante forent, nec clara odiorum arcana paterent,

Suffi-

392. *Juſtis miſcens tamen.*] Non blanda locutus eſt, quæ poſſent perſuadere, ſed aſpera quæ magis ad iram accenderent: & oſtendit Tydeum virum fortem militiæ magis quam eloquentiæ operam tribuiſſe. *Lactant.*

393. *Si tibi plena.*] Quia ut ſupra edoctum eſt, hoc juraverant fratres, ut annis ſingulis imperium gubernarent. ergo queritur, quod contra legem, aut ſacramentum germano negaret regnum. *Lactant.*

401. *Redierunt montibus umbræ.*] Manifeſta corruptio. qui enim umbræ in montibus? nugæ. valles habent umbras, montes jaciunt. Poëta princeps:

Etiam ſumma procul villarum culmina fumant,
Majoreſque cadunt altis de montibus umbræ.

Bene itaque & proprie Lipſii ſcriptus liber: *redierunt vallibus umbræ.* Bernartius.

417. *Suffi-*

Sufficeret vel ſola fides, qua torvus, & illum
Mente gerens, ceu ſepta novus jam mœnia laxet
Foſſor, & hoſtiles inimicent claſsica turmas,
Præfuris. in medios ſi cominus orſa tuliſſes
Biſtonas, aut refugo pallentes ſole Gelonos,
Parcior alloquio, & medii reverentior æqui
Inciperes. Neque te furibundæ crimine mentis
Arguerim, mandata refers. nunc, omnia quando
Plena minis, nec ſceptra fide, nec pace ſequeſtra
Poſcitis, & capulo propior manus: hæc mea regi
Argolico, nondum æqua tuis, vice dicta reporta:
Quæ ſors juſta mihi, quæ non indebitus annis

Sce-

417. *Sufficeret vel ſola fides.*] Id eſt, niſi fratris in me odia, ex orationis tuæ furore agnoſcerem, ad reddenda quæ repoſcis potui fide compelli. *Qua torvus.*] Id eſt, quanquam deeſt juſta defenſio loquendi, tamen invenitur occaſio. ut in Terent. validæ propoſitioni lenonis, quia reſpondere adoleſcens non potuit, minatus eſt cædem. Leno enim dixerat, *Quid ſi illam ego nolo vendere, coges me?* contra adoleſcens juſto argumento lenonis incluſus, calumnioſa ac multum diverſa reſpondit: *ante ædes non feciſſe erit melius hic convitium. Nam ſi moleſtus pergis eſſe, jam intro arripiere atque ibi uſque ad necem opperiere loris.* Lactant. *Qua torvus.*] Pronomen male convenit ſententiæ. Scripti, *quam.* Scribendum: *quum torvus.* Ea particula gaudent uti veteres, ubi vulgus ponit, *Quod.* Ut apud Terentium in Andria: *Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes, quandoquidem ipſe eſt ingenio bono, Cumque huic veritus eſt optimæ adoleſcenti facere injuriam.* Heaut. *Idque adeo miror, cum tam ineptum quicquam potuerit tibi venire in mentem.* Adelph. *bonus es, cum hoc exiſtimas.* Defendimus etiam Livio. *Fides* eſt argumentum fidem faciens. Juſtin. l. 9. *Ea primum fides inopiæ Scythicæ fuit.* Gronov.

418. *Septa novus.*] In optimo Libro eſt *capta.* Sed illud eſt manifeſtum cur retineamus, cincta enim mœnia non capta ſubfodiunt cunicularii, quos recte hic Scholiaſtæ intelligunt. *Foſſores*, Inquit cum noſtro Lutatius, *dicuntur in exercitu cuniculatores qui Cuniculos faciunt per quos introgreſſi milites murorum fundamenta convellunt.* Dicit ergo Tydeì orationem illi tempori convenire, quo iſta in obſeſſa jam civitate fiant. *Bart.*

421. *Refugo pallentes.*] *Refugo*, devio, quia dicuntur Scythæ, quos nunc Gelonos appellat, non habere aëris temperamenta, quia longe à ſole ſubmoti ſunt. hi ſub Septentrione degunt, ad quos vix ſol pervenit, ideo *pallentes.* Lactantius.

422. *Medii reverentior.*] Nihil enim magis medium eſt quam juſtitia. Conſiderata ergo reverentia juſtitiæ parcior eſſes alloquio. *Idem.*

425. *Sceptra fide.*] Nón ſecundum compromiſſam fidem, media pace, & majeſtate mea mihi ſervata poſcitis regnum, ſed vi & violentia pertenditis, quam à malis dictis incipitis, ut ad facta veniatis bellica; nolo ergo, ut homo iners & timidus, quicquam vobis concedere. Sed quoniam capulo manum admovetis, ſcitote vobis rem ferro faceſſendam. *Barth.*

428. *Sors juſta mihi.*] *Juſta*, quia major natu erat. & ideo dicit ſe priorem regnare debuiſſe, quippe natu majorem:

Sceptra dicavit honos, teneo, longumque tenebo.
Te penes Inachiæ dotalis regia dono
Conjugis: & Danaæ (quid enim majoribus actis
Invideam?) cumulentur opes. felicibus Argos
Auſpiciis, Lernamque regas. nos horrida Dirces
Paſcua, & Euboicis arctatas fluctibus oras,
Non indignati miſerum dixiſſe parentem
Oedipoden. tibi larga (Pelops, & Tantalus autor)
Nobilitas, propiorque fluat de ſanguine juncto
Juppiter. anne feret luxu conſueta paterno
Hunc regina larem? noſtræ cui jure ſorores
Anxia penſa trahunt? longo quam ſordida luctu
Mater, & ex imis auditus forte tenebris
Offendat ſocer ille ſenex: jam pectora vulgi
Aſſuevere jugo. pudet heu, plebiſque, patrumque,

Ne

rem: licet placitum fuiſſe dixerimus, ut viciſſim imperium gubernarent, tamen ſorte perfectum eſt, ut aliquis primus acciperet poteſtatem. Sed oratorie Etheocles, quoniam ſcit in ſorte eſſe caſum non judicium, ſtringit ad hoc, ut merito accidiſſe videatur non fortuito. *Lactant.*

430. *Te penes.*] Ordo. Te penes eſt regia Inachia dono conjugis, hoc eſt quam Danaë Argiva poſſidet. hoc autem ideo dictum, ut doceat fratrem habere quod repetit. *Idem.*

433. *Lernamque rege.*] Amymone Danai filia, dum ſtudioſe in ſylva jaculo exerceretur, imprudens Satyrum percuſſit. eam cum Satyrus violare vellet, illa Neptuni imploravit auxilium. quo Neptunus cum veniſſet, fugato Satyro ipſe eam compreſſit, ex quo coitu natus eſt Nauplius. ex Nauplio Palamedes. Neptunus vero cuſpide dicitur, in quo loco Amymonem compreſſerat, terram percuſſiſſe, unde cum aqua flueret Lernæus fons dictus eſt, & fluvius Amymonius. *Idem.*

442. *Socer ille ſenex.*] Agnoſcit hanc ſcripturam Lutatius. Quaſi, inquit, ſuperbe & indignaturus talem ſocerum dixit. At de Argia loquitur muliere Papinianus Eteocles, quo corrigenda ſunt hæc verba. Agnoſcit etiam vetuſtiſſimum illud noſtrum exemplar conſentientibus cæteris, & Lindebrogianis, Behotianiſque. Item Editionibus Pariſienſibus, Aldinis, Lugdunenſibus. Solus Bernartius cum ſuis ſeorſum ſapit, ſectatorem nactus Argentinenſis Editionis Architectum, ut *Sacer* malint. Valeant. Contra tot teſtes, nos & perſonam Eteoclis illis opponimus, qui longe inſcitius *ſacrum ſenem* dixerit, quam Argia Socerum. Impietatis etiam ſatis tyranno eſt, cum *ille ſenex*, pro infortunatiſſimo omnium quos terra ſuſtinebat tum, dicitur, de patre. *Barth.* *Jam pectora vulgi.*] Tertia cauſa validior, quare non reddat imperium, in fine eſt collocata, non ſine aliqua ſpecie veritatis. certatur magna cum commendationis ſchema. dicit enim perfidum ſe velle dici, dummodo ſuis civibus proſit. *Lactant.*

443. *Plebiſque patrumque.*] More Romano locutus eſt, ut primo plebem diceret, poſt patres. *Idem.*

446. *Re-*

Ne toties incerta ferant, mutentque gementes
Imperia, & dubio pigeat parere tyranno,
Non parcit populis regnum breve. reſpice quantus
Horror, & attoniti noſtro in diſcrimine cives.
Hos ne ego, quis certa eſt ſub te duce pœna, relinquam
Iratus, germane, venis. fac velle, nec ipſi
(Si modo notus amor, meritique eſt gratia) Patres
Reddere regna ſinent. Non ultra paſſus, & orſa
Injecit mediis ſermonibus obvia: Reddes
Ingeminat, reddes: non ſi te ferreus agger
Ambiat, aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat. nil tela, nec ignes
Obſtiterint, quin auſa luas, noſtriſque ſub armis
Captivo moribundus humum diademate pulſes.

Tu

446. *Regnum breve.*] Id eſt, brevis adminiſtratio ſucceſſori imperium ſervare non patitur. & in primo ideo querelam populi induxit, poſſe ambos perdere. *Lactantius. Regnum breve.*] Ab ore improbo probiſſimum dictum, cui plena cera ſubſcripſit Romanus Imperator, apud Tacitum Hiſt. II. *Difficilius*, inquiens, *eſt temperare felicitati, qua te non putes diu uſurum.* Quid ergo, ex uſune Reipublicæ honores longos dare & diuturnos? abnuunt alii. inter quos Dio qui libro LII. αἱ μακρότεραι καὶ πολυχρονιώτεραι ἀρχαὶ ἐπαίρουσι τοὺς πολλοὺς, καὶ ἐς νεωτεροποιΐαν ἐξάγουσι. *Longiora & diuturniora imperia, multos attollunt, & ad res novandas impellunt.* qui verius? non ego de plebe litteratorum interponam decretorium ſtilum. Si magni tamen honores, in Dionis ſententiam videor iturus: quandoquidem Livio etiam teſte: *Libertatis magna cuſtodia eſt, ſi magna imperia diuturna eſſe non ſinas.* Bernartius.

448. *Quis certa eſt ſub te duce, &c.*] Id eſt, hos tibi ego ad ſupplicium tradam, ſi tamen fueris adeptus imperium, quibus certa eſt pœna meritorum. merentur enim ſupplicia quod mihi paruerint. *Lactant.*

450. *Si modo notus.*] Non de nihilo hunc erga ſe populi prætendere Eteoclem res ipſa arguit, quod nimirum, ut eum tutarentur, ſeſe omnes Thebani Septem contra venientibus, ut auctor Thebaidis loquitur, Regnis oppoſuerint. Vide Æſchylum initio & alibi in Septem Thebanis. *Barth.*

451. *Reddere regna ſinent.*] *Hac eſt rei deciſio, quam cum Tydeus percipit nequaquam ulterius animo linguaque imperare poteſt. Perculſus ergo argumentis quod & retinere, & recte atque jure retinere perſuaſo velle populo videat regnum, ad vim ſuam & minas erumpit.* Sch. Vetus.

453. *Ingeminat, reddes.*] Tydeus tantum hac invidia orationis egit, ut licet legatus eſſet, juſte tamen mereretur occidi. *Lactant.*

455. *Amphion.*] Jovis & Anthiopæ filius, lyræ carminibus ad Thebanos ædificandum muros dicitur ſaxa duxiſſe. *Idem.*

457. *Diademate pulſes.*] Oratorie: ut felicior pœna ſit mori cum dignitate, quam fraude poſſedit. *Idem.*

458. *Aſt*

Tu merito: Aſt horum miſeret, quos ſanguine viles
Conjugibus, natiſque infanda ad prælia raptos
Projicis excidio bone rex. ô quanta Cithæron
Funera, ſanguineiſque vadis, Iſmene, rotabis!
Hæc pietas, hæc magna fides: nec crimina gentis
Mira equidem duco, ſic primus ſanguinis autor,
Inceſtique patrum thalami, ſed fallit origo:
Oedipodes tu ſolus eris: hæc præmia morum
Ac ſceleris, violente, feres. nos poſcimus annum.
Sed moror. hæc audax etiamnum in limine retro
Vociferans, jam tunc impulſa per agmina præceps,
Evolat. Oenea vindex ſic ille Dianæ
Erectus ſetis, & adunca fulmine malæ,
Cum premeret Pelopea phalanx, ſaxa obvia volvens,
Fractaque perfoſſis arbuſta Acheloïa ripis,
Jam Telamona ſolo, jam ſtratum Ixiona linquens,
Te Meleagre ſubit. ibi demum cuſpide lata
Hæſit, & obnixo ferrum laxavit in armo.
Talis adhuc trepidum liquit Calydonius Heros

Con-

458. *Aſt horum miſeret.*] Civium. ſ. tuorum. conciliaverat Etheocles ſibi animos militum, quos rurſus Tydeus omnes infenſos regi facit, dum dicit ipſum cauſam eſſe bellorum. *Idem.*

460. *Quanta Cithæron.*] *Montem ſeorſum compellatum intellige. Sed & aliquo tamen modo & ipſe poteſt dici rotare funera, cum in collibus ejus cæſi homines ad radices cumulatim devolventur.* Vet. Schol.

461. *Sanguineis vadis.*] Toris in ſanguinem verſis. Vide ad illud Claudii:
Staret, ni rapidus juſſiſſet flumina ſanguis. Barthius.

464. *Sed fallit origo.*] Ex diſſimilitudine & bonitate morum, Polynices Oedipi filius non putatur. *Lactant.*

466. *Nos poſcimus annum.*] Subaudi, *ſed in regna perpetua.* ut Lucan.
Arma tenenti omnia dat, qui juſta negat. Idem.

467. *Retro vociferans.*] Senſus, hæc cum egrederetur dicebat, reſpectans in limine. *Idem.*

469. *Evolat Oenides. Vindex.*] MSS. *Oeneæ.* Recte: modo aliter interpungas: *Evolat. Oenea vindex ſic ille Dianæ. Oenea* eſt Calydoniæ. Ovid. lib.8. Met. *& Oeneos ulterem ſpreta per agros Miſit aprum.* Gronov.

470. *Fulmine malæ.*] Propter aduncos dentes, quos more ictus fulmine proſtraviſſet. *Lactant.*

471. *Pelopea phalanx.*] Argiva quæ auxilio venerat, ut Ovid. refert. ergo Peloponeſus vicina Ætholiæ. *Idem.*

473. *Ixiona.*] Perithoum ſignificare videtur, Ixionis filium. *Idem.*

474. *Meleagre.*] Metatheſis pro *Meleager.* Idem.

476. *Calydonius heros.*] Tydeus, propria ratio. Calydonius, propter patrum mores & tegumentum. *Idem.*

478. *Ræ-*

Concilium, infrendens ipſi ceu regna negentur:
Feſtinatque vias, ramumque precantis olivæ
Abjicit. attonitæ tectorum ex culmine ſummo
Proſpectant matres, ſævoque infanda precantur
Oenidæ, tacitoque ſimul ſub pectore regi.
Nec piger ingenio ſcelerum, fraudiſque nefandæ
Rector eget. juvenum fidos lectiſſima bello
Corpora nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis, nocturnaque prælia ſævus

Inſtruit,

478. *Ramumque precantis olivæ.*] *Nullam ſpem habens Pacis, neque volens cum tam perfido Rege habere amicitiam. Ultro bellum ejus provocans.* Schol. *Precans Oliva*, velut ſupplicem dicas. Quod in *Tydeo* noluit Papinius. Vide C. Paſchalium de Coronis lib. VI. cap. 17. *Barthius.*

481. *Oenidæ.*] Oeneus Parthaonis filius, Ætholiæ rex, cujus civitas Calydon nobiliſſima; ejus ſummam poteſtatem regni turbavit negligentia ſacrorum. annua ſiquidem vota pro imperii fructibus celebrans, numen Dianæ contempſit, propter quod nimia indignatione oppreſſus eſt. ut videretur omnes placaturus, ſi illam ſolam adoraſſet. ea aprum magnitudinis ſummæ in regionem ejus immiſit, qui vaſtatis Calydonis terris, ab urbe gentis Calydonius appellatus eſt: cujus feritate Oeneus fractus, edictum tale propoſuit, ut dimidiam regni partem caperet, qui monſtrum intereniſſet. Meleagri virtus periculum non expavit. Siquidem is undique juventutem collectam ad illam novi generis expeditionem vocavit, inter quos etiam Atalanta convenit, Iaſi filia, ſumma venatrix: quæ in ſaltibus prima omnium prædictum aprum ſagitta percuſſit. poſtea Meleager in ſe venientem feram excepit, interemitque. & gratus adverſus puellam futurus, quæ inter viros ſucceſſu virtutis enituerat, pellem monſtri illius cum capite ei dedit, ad teſtimonium laudis. ſed munus paratum fortitudine, invidia perdidit. Plexippus namque & Agenor, Meleagri avunculi, indignati ſunt ſibi prælatam fuiſſe virginem, & eam dono ſpoliaverunt: qua conditione fata ſibi maturavere. Id enim indignatus Meleager, conſanguinitate calcata matris ſuæ fratrem Plexippum occidit, ſibique matris affectum abſtulit. Althæa ſiquidem dum ſævit in ultionem germanorum, titionem quem habebat occultum (qui cum Meleager naſceretur in regia ſubito traditus fuit à Parcis, ut juvenis tam diu viveret, quoad is eſſet ſervatus) mater ignibus merſit, eumque cum filii fatis extinxit. Quæ poſteaquam admiſſum nefas agnovit, laqueo vitam finivit. *Lactant.*

482. *Nec piger ingenio.*] Id eſt, qui ſemper ſolers fuit & peritus ſcelerum, quia invidioſe aggreſſus fuerat Etheoclen Tydeus, legatus miſſus à Polynice; inde jam cogitat, quemadmodum inſidias præparet. *Idem.*

483. *Juvenum fidos, lectiſſima bello Pectora.*] Meliores & plures: *Corpora.* Recte. Quorum uſus à corpore & manibus, *corpora* & *manus* dicuntur antiquis. Ovidius 3. Faſt. *totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora.* Livius lib. 22. *transfugam ſive magnæ rei proditione venientem ad hoſtes nihil aliud quam unum vile atque infame corpus eſſe.* Tacitus 3. hiſt. *Ipſum Othonem comitabantur, ſpeculatorum lecta corpora.* Libanius βασιλ. συνήγετο μὲν ὄγκος χειμάῤῥων, ἠθροίζετο δὲ πλῆθος συμμάχων. Hinc & *corpora* nonnunquam pro ſervis. *Gron.*

Inſtruit, & ſanctum populis per ſacula nomen
Legatum inſidiis, tacitoque invadere ferro,
(Quid regnis non vile?) cupit: quas quæreret artes
Si fratrem fortuna dares? ô cæca nocentum
Conſilia! O ſemper timidum ſcelus! exit in unum
Plebs ferro jurata caput. ceu caſtra ſubire
Apparet, aut celſum crebris arietibus urbis
Inclinare latus. denſi ſic agmine facto
Quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
Macte animi, tantis dignus qui crederis armis.
Fert via per dumos propior, qua calle latenti
Præcelerant, denſæque legunt compendia ſylvæ.
Lecta dolis ſedes: gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles, quos umbra ſuperni
Montis, & incurvis claudunt juga frondea ſylvis:
Inſidias natura loco, cæcamque latendi
Struxit opem. medias arcte ſecat aſpera rupes
Semita,

490. *O ſemper timidum.*] Antea quam fiat de potentia adverſantis, timidum poſt de conſcientia. *Timidum ſcelus.*] Quod niſi à timentibus non committitur. Sed utrum hoc ad Etheoclen refert, qui quia ſceleratus eſt, Tydeum timet? an ad illos quinquaginta, quos ideo paraverat, quia timebat? denique hoc ſequitur. *Exit in unum plebs.*] Quia inſidiis agitur, & hoc ideo timidum, ut ſit catalogus. *plebs* autem dixit, ut invidiam numeroſo hoc nomine compararet. *Exit in unum.*] Quia ſcelus commiſſuri pauci timebant, idcirco plures armaverat. At contra unius Tydei caput plebs jurata conſurgit. *Lactant.*

492. *Crebris arietibus urbis.*] Fruſtra excuſat Bernartius Virgiliano: *Intexunt abiete coſtas.* Quis non videt differentiam? Accedo igitur, licet invitis omnibus libris, Grutero, qui conjicit: *crebris arietatibus.* Nam quod contractæ tres priores ſyllabæ in duas tamen breves ponuntur, fecit idem in *Tenuior.* ut in Soteriis: *Sperne coli tenuiore lyra.* Et reſtituimus alibi. *Gronov.*

496. *Fert via per dumos.*] Hoc eſt, ducit via compendioſior latente calle. ut Virgilius:

Olli per dumos qua proxima meta viarum
Armati tendunt.

Lactantius.

498. *Lecta dolis ſedes.*] *Sedes* locus ubi ſubſidere, inſidere, & inſidias efficere commode poſſent. Sic *ſedes belli* apud Lucanum lib. II. Unde & commode in hoſtem moveri, & ubi latere exercitus poſſet:

Hæc placuit belli ſedes, &c.

Sic *ſedes latronum* apud Appuleium. *Sedes ſceleratorum* apud Ciceronem pro Cluentio, de locis infernalium pœnarum. *Malignis.*] Fauces malignæ, non faciles evadi laxiore aditu, quam exitu. *Aptæ malitiæ.*] Gloſſ. & Schol. Vet. ſic *maligna lux*, minime commoda ut debeat eſſe. Virgil. Papin. lib. IV.

— Vacuuſque ſilentia ſervat
Horror, & excluſæ pallet mala Lucis imago.

Barthius.

504. *Inx-*

Semita, quam ſubter campi, devexaque latis
Arva jacent ſpatiis. contra importuna crepido
Oedipodioniæ domus alitis. hic fera quondam
Pallentes erecta genas, ſuffuſaque tabo
Lumina, concretis infando ſanguine plumis
Relliquias amplexa virum, ſemeſaque nudis
Pectoribus ſtetit oſſa premens, viſuque trementi
Conluſtrat campos, ſi quis concurrere dictis
Hoſpes inexplicitis, aut cominus ire viator
Audeat, & duræ commercia jungere linguæ.
Nec mora, quin acuens exertos protinus ungues,
Liventeſque manus, fractoſque in vulnere dentes.
Terribili applauſu circum hoſpita ſurgeret ora.
Et latuere doli, donec de rupe cruenta
Heu ſimili deprenſa viro, ceſſantibus alis

Triſtis

504. *Importuna crepido.*] Feralis, luctuoſa; contra campum crepido erat, id eſt ſaxum eminens. Saxum illud dicit in quo Sphynx fuit: & quærendum utrum *importuna*, execrandam dixerit. an *importuna*, non conveniens. quia ex ipſo ſaxo inſidiæ videri poterant præparatæ. *Lactant.*

505. *Hic fera quondam.*] Sphynga dicit, quæ in hoc aliquando inſederat ſaxo. *Idem.*

506. *Erecta genas.*] Erectas genas habens. *Idem.*

507. *Concretis.*] Solidatis & in unum redactis abundantia ſanguinis: ut Virgilius: *Concretos ſanguine crines.* Idem.

510. *Concurrere dictis.*] Non unum ænigma illi fuiſſe teſtantur auctores. Σφίγγα κελαινὴν vocat Lycophron, quod σκοτεινὴ διὰ τῆς φύσεως ἢ τὰ αἰνίγματα interpretatur Iſacius Zetzes. *Inexplicita dicta* non inexplicabilia interpretatur gloſſographus. *Ænigma* verum prodit Pauſanias: *Traditum eſt,* inquit, *Laii notham fuiſſe Sphingem filiam, quam Pater Oraculum, quod Delphis Cadmus acceperat, pro ſua in eam benevolentia, edocuiſſet. Eo quidem tempore nihil aliud Reges, quam quod ex oraculo cognoviſſent, pro certo habere ſolebant. Quoties itaque de Regno eſſet controverſia, ad Sphingem, conſulendi cauſa finitimi ventitabant. Fuere Laio ex pellicibus filii. Sed reſponſum illud Pythii Apollinis, Epicaſtæ tantum & liberis, quos Laius ex ea ſuſceperat, notum ajunt fuiſſe. A Sphinge autem dolo fratres ita circumventos, ut ex ipſis quæreret, num datum Cadmo reſponſum, ſi Laii filii eſſent, cognitum haberent: quod ſi negaſſent, capite eos ſtatim condemnabat, eo ſcilicet crimine, quod non eſſent ex ea gente, ad quam regnum, de quo diſceptabant, pertineret. Veniſſe vero ad illam Oedipum, ex quodam ſomnio de Oraculo edoctum.*

517. *Heu ſimili deprenſa viro.*] Vel tam callido, vel tam ſcelerato, hoc eſt, crudeli parricidæ matris marito, qui meruit ut ſe ſponte cæcaret. ergo hoc dixit, ſimili errore, pariter conſecrando. *Ceſſantibus alis.*] Motus alarum ſuſpendit. Volatum ergo Sphynx alis ceſſantibus diſtulit. *Lactant.*

Z 2 520. *Avi-*

Triſtis inexpletam ſcopulis adfligeret alvum.
Monſtrat ſylva nefas, horrent vicina juvenci
Gramina; damnatis avidum pecus abſtinet herbis.
Non Dryadum placet umbra choris, non commoda ſacris
Faunorum, diræque etiam fugere volucres
Prodigiale nemus. tacitis huc greſſibus acti
Deveniunt peritura cohors. hoſtemque ſuperbum
Adnixi jaculis, & humi poſita arma tenentes
Expectant, denſaque nemus ſtatione coronant.
Cœperat humenti Phœbum ſubtexere palla
Nox, & cœruleam terris infuderat umbram.
Ille propinquabat ſylvis, & ab aggere celſo
Scuta virûm, galeaſque videt rutilare comantes,
Qua laxant rami nemus, adverſaque ſub umbra
Flammeus æratis Lunæ tremor errat in armis.
Obſtupuit viſis. ibat tamen, horrida tantum
Spicula, & incluſum capulo tenus admovet enſem.
Ac prior, unde viri? quidve occultatis in armis?
Non humili terrore rogat. nec reddita contra

Vox,

52[?]. *Avidum pecus.*] Quamvis avidum. *Idem.*

523. *Prodigiale nemus.*] Illud quod oſſibus humanis albebat. *Idem.*

524. *Peritura cohors.*] Illos juvenes dicit, quos Tydeus eſt occiſurus. *Idem.*

527. *Humenti palla.*] Rorifera. Gl. Scripta. Locutio Sacrarum Salutis Litterarum, Dominum *Extendere cælum & Noctem inſtar veſtis.* Pſalmo CIV. Zachariæ XII. & alibi. Eſaias capite I. Ενδύσω τὸ οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. Quam imitatos Græcos Latinoſque dicas *noctis superventum* pallio inducto, aut peplo deſignare. *Barth.*

530. *Criſtasque videt rutilare comantes.*] Mire dictum videtur, nam quo modo criſtæ comantes, cum criſtæ ſint ipſæ comæ? repetiit eandem ſententiam lib. 9. *interdum criſtas hilaris jactare comantes.* Quo quidem loco libri ſcripti nihil mutant, hic vero Lipſii liber & Laurentianus uterque agnoſcunt:

Galeaſque videt rutilare comantes.

Ego vulgatam non ſperno, nam & alibi in Virgilio legi:

Et comam inſignis galeæ criſtaſque comantes.

Bernartius.

531. *Qua laxant rami.*] Pro ex qua parte rariores arbores ſteterant. *Adverſaque ſub umbra.*] Luci, quæ eſſe adverſa venientibus videbatur. *Lactant.*

533. *Obſtupuit.*] Furore potius quam timore. *Idem.*

534. *Admovet enſem*] Ut ſit paratus ad cædem manu tractat auxilium, id eſt evaginationem parat. *Idem.*

535. *Quidve occultatis in armis.*] Quid hoc rei eſt, inquit, tantos vos, torque numero viros in armis hic occultatos conſidere? Quem metuitis, quem præſtolamini? Dictabat res & locus veritatem. *Vet. Scholiaſt.*

538. *Vaſto*

Vox, fidamque negant ſuſpecta ſilentia pacem.
Ecce autem vaſto Chthonii contorta lacerto,
Quo duce freta cohors, fuſcas intervolat auras
Haſta, ſed audenti Deus & Fortuna receſſit.
Per tamen Olenii tegimen ſuis, atraque ſetis
Terga, ſuper levos humeros vicina cruori
Effugit, & viduo jugulum ferit irrita ligno.
Tunc horrere comæ, ſanguiſque in corde gelari.
Huc ferus, atque illuc animum, pallentiaque ira
Ora ferens, nec tanta putat ſibi bella parari.
Ferte gradum contra, campoque erumpite aperto.
Quis timor audendi? quæ tanta ignavia? ſolus,
Solus in arma voco. neque in his mora; quos ubi plures,
Quam ratus, innumeris videt excurſare latebris,
Hos prodire jugis, illos è vallibus imis

Creſ-

538. *Vaſto Chronii contorta.*] Scripti *Chromis* aut *Cronii.* ſed legendum eſt, *Chthonii.* Χθόνιος unus è Spartis ſive draconigenis quinque apud Pauſaniam, inde vocabulum hoc frequentatum Thebis. Et huc applicari debere didici ex cod. antiquis lib. 3. vſ. 170. *Hinc Chronium conjux.* Ubi omnes fere membranæ: *thonium*, hoc eſt, *Chthonium.* Et lib. 4. vſ. 97. *Cernis Chroniumque Chrominque.* Ubi eædem, *Cthoniumque*, vel *thoniumque*, ſignificantes *Chthoniumque.* Eadem enim tribus his locis perſona memoratur. *Gronov.*

540. *Fortuna receſſit.*] Id eſt fruſtratus eſt ejus ictus. *Lactant.*

541. *Olenii tegmen.*] Olenos Ætholiæ regio eſt, in qua ſus Calidonius dicitur interemptus, cujus exuviis Tydeus nunc tegitur & armatur. *Idem.*

542. *Super levos humeros.*] Id eſt, ſuper ſiniſtri humeri partem haſta imminens pœne vulnus invenit. *Idem.*

543. *Et viduo ligno.*] Cuſpide ab ea parte quæ ferro caret: ac per hoc infirmo. Metaphora à muliere, ut quæ ſi auxilio mariti caret infirma eſt, ita lignum quod non habet ferrum, unde vulnus infligat, infirmum eſt. *Idem.*

546. *Bella parari.*] Paucos eſſe credidit, nec putavit quinquaginta ſibi virorum fortium inſidias comparari. *Idem.*

547. *Campoque erumpite.*] Ne conjicite, ut cœpiſtis, ex inſidiis tela. Prodite, non fugiam, ſed pugnabo viriliter. *MS. Scholiaſtes.*

549. *Neque his mora.*] Ita plerique libri doctis ante nos hominibus collati, ita omnes etiam noſtri, cum Capite optimo ſuo. Soli Lindebrogius & Crucejus inſeruere voculam *in. neque in his mora.* Bernartius bonus bene conjectabat, — *neque enim his mora* — Ita tamen ut non ſatisfaceret ſibi. Si Papinii eſt licentia ſcribendi, non muto; cum tamen id credibile non ſit, priorem correctionem ſequor. Cum ita loquatur Virgil. Eclog. III.

— *in me mora non erit ulla.* Barth.

551. *Hos prodire jugis.*] Contra omnes libros, probo, quod ingerit Lactantius: *Hos deire jugis.* Quæ & in noſtrorum optimo (à V. CL. Berneggero utendum olim accepimus) inter verſus notata comparet: *deire, de jugis ire.* Et verbum ſingulare Statii eſt &

 con-

Creſcere, nec paucos campo, totumque ſub armis
Conlucere iter (ut clauſas indagine profert
In medium vox prima feras) quæ ſola medendi
Turbata ratione via eſt, petit ardua diræ
Sphyngos, & abſciſis infringens cautibus uncas
Exuperat juga dira manus, ſcopuloque potitus
Unde procul tergo metus, & via prona nocendi,
Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
Vertere humo, muriſque valent inferre juvenci,
Rupibus avellit: dein toto ſanguine nixus
Suſtinet, immanem quærens librare ruinam.
Qualis in adverſos Lapithas erexit inanem
Magnanimus cratera Pholus. ſtupet obvia leto

Turba

conſuetudo præpoſitionem illam non pati coaleſcere cum vocali ſequenti. Sic *deeſt* diſſyllabon & priori longa ponit. Lib. 10. *Nec deeſt captis*. Lib. 11. *Deeſt ſervitio plebes*. Quæ fruſtra viri docti habuere ſuſpecta. Reſtituendum immo & lib. 8. verſ. 236. *nullis deeſt ſua fabula menſis*. Sic enim meliores plurimi: alii *jam*; alii, *que* perperam interponunt. Sic & lib. 6. *vacuus domino præiret Arion*. Habeo plura in hanc rem, ſed differenda ſunt. *Gronov.*

553. *Ut clauſas indagine.*] Hæc comparatio ad ſuperiora referenda eſt. Dicit enim ſic illos aut de jugis prodiiſſe, aut de vallibus, quemadmodum de retibus feræ, quas in medium vox venantium & clamor expellit. Tunc enim licet ſcire quam multæ ſint, cum terrore clamoris coactæ fuerint non latere. eſt ergo ordo. Sic illos excurſare è latebris videt, ut clauſas indagine feras vox prima in medium profert. *Indago* autem eſt, cum ſilvam venantium corona vallat, ut feræ evadere non poſſint. *Lact.*

554. *Quæ ſola medendi.*] Id eſt, quæ ſola via ſalutis eſt, in hoſtes incidentem ardua petere. *Idem.*

556. *Et abſciſsis.*] Ordo eſt. Et abſciſſis cautibus infringens uncas manus juga dura exuperat. *Idem.*

558. *Procul tergo metus*] *Prærupto & non acceßibili à poſteriore parte rupe.* Scil. occaſionem quærit ut jactum commodum *ſaxi* in manus det Tydeo, jam inde ab Homero Heroico telo, quod vix ulli ſuorum principi ab eo mutuo ſumto non dedit Poëta Heroicus quicunque. Simul autem numerus tot latronum ſtrage aliqua imminuendus erat. *Barth.*

563. *Adverſos Lapythas.*] Lapythæ gentes Theſſaliæ, omnium virorum ſublimes patientia, cum cæteris diis immortalibus annua ſacra conficerent, in ipſa religione genus ſacrilegii commiſſum eſt. cum enim Pirithoi regis ſui nuptiæ celebrarentur, & ſacrificia omnibus diis facerent, Martis ſolius incultas aras reliquerunt, ſive ignorantia, ſive contemptu numinis, habetur incertum. quæ res manifeſto punita eſt exitu: Mars namque fecit ut adverſus Centauros bellarent, à quibus victi ſunt, civitas damno intellexit religionis virtutem. unde Virgilius:

Mars perdere gentem immanem Lapythum potuit. Lactantius.

564. *Stupet obvia.*] Jam à comparatione diſceſſit, ad fatum Tydei redit. Potuit enim ambiguitas circumvenire lectorem. *Idem.*

568. *De-*

Turba ſuper ſtantem, atque emiſſi turbine montis
Obruitur, ſimul ora virûm, ſimul arma, manuſque,
Fractaque commixto ſederunt pectora ferro.
Quattuor hic adeo dejecti mole ſub una
Congemuere, fuga tremefactum protinus agmen
Excutitur cœptis. neque enim temnenda jacebant
Funera, fulmineus Dorylas, quem regibus ardens
Æquabat virtus, Martiſque è ſemine Theron
Terrigenas confiſus avos. nec vertere cuiquam
Frena ſecundus Halys, ſed tunc pedes occubat arvis,
Pentheumque trahens nondum te Phædimus æquo,
Bacche, genus: quorum ut ſubitis exterrita fatis
Agmina, turbatam vidit laxare catervam:
Quæ duo ſola manu geſtans acclinia monti
Fixerat, intorquet jacula, & fugientibus addit.
Mox in plana libens, nudo ne pectore tela
Inciderent, ſaltu præceps defertur: & orbem
Quem procul oppreſſo vidit Therone volutum
Corripuit, tergoque, & vertice tegmine noto
Septus. & hoſtili propugnans pectora parma
Conſtitit. inde iterum denſi glomerantur in unum

Ogygi-

568. *Dejecti.*] Probo optimi libri ſcripturam: *Disjecti.* In fruſta enim conquaſſati ſunt & diſparati, oſſibus & armis confractis & permiſtis. Minimè omnis hæc ſcena veroſimiliter ficta eſt: Cur enim non abſceſſere hi longius, tanto ſaxo librari viſo? Cur non confixerunt jaculis aut haſtis ſcandentem tam laborioſe conſecuti? *Barth.*

573. *Terrigenas confeſſus avos.*] Non tantum meliores codd. *confiſus*, ſed & Priſcianus lib. XVIII. ubi obſervat & Græcis dici θαῤῥῶ τοῦτο & θάῤῥω τούτῳ. addito ex Demoſthene: ὅτι Φίλιππος θαῤῥεῖ τούτοις, ὅτι οὐ τῷ Φιλίππῳ. *Gronovius.*

575. *Pentheumque trahens.*] Velut à Pentheo originem trahens generis. *Phædimus.*] Phædimus nomine, nondum te propter Penthei nomen Liber habens propitium Tydei armis occubuit. *Lactantius.*

580. *Libens.*] Ne videretur ab hoſtibus loco in quo ſteterat pulſus. *Idem.*

581. *Orbem.*] Scutum obvolutum. bene ſubdidit *orbem*, ſunt enim ſcuta oblonge facta. *Idem.*

583. *Et vertice tegmine noto Septus.*] Optimi: *tegmina nota*: optime, quaſi eſſet ſeptus verticem tegmine noto: ſicut & *indutus veſte* & *veſtem* dicimus. Sic lib. 7. verſ. 279. Amphion *lyram galea tauroque inſignis avito*, quod habent ſcripti, mutarunt. lyra *galeam*: quaſi non æque recte diceretur illud & commode explicaretur inſignis quod ad lyram vel per lyram, quam habet in galea. *Gronovius.*

 586. *Ogy-*

Ogygidæ, firmantque gradum. trahit ocius enſem
Biſtonium Tydeus. Mavortia munera magni
Oeneos: & partes pariter diviſus in omnes
Hos obit, atque illos, ferroque micantia tela
Decutit, impeditant numero, ſeque ipſa viciſſim
Arma premunt. nec vis conatibus ulla, ſed ipſæ
In ſocios errare manus, & corpora turba
Involvi prolapſa ſua. manet ille cruentis
Anguſtus telis, & inexpugnabilis obſtat.
Non aliter (Geticæ ſi fas eſt credere Phlegræ)
Armatum immenſus Briareus ſtetit æthera contra,
Hinc Phœbi pharetras, hinc torvæ Palladis angues,
Inde Pelethroniam præfixa cuſpide pinum

Martis,

586. *Ogygidæ.*] Thebani ab Ogygio terrigena. *Lactant.*

587. *Byſthonium.*] Tydei enſem. Unde Tydeo Byſthonius enſis? niſi quia Oenius Martis eſt filius. Primum quia vicina eſt Ætholia Thraciæ, aut quia Mars apud Biſthonas colitur. Enſem vero Byſthonium Thraciarum dixit, quia Byſthona gens Thraciarum eſt. *Idem.*

590. *Decutit.*] Ab ictu depellit ſcuti. *Idem.*

591. *Sed ipſa In ſocios errare.*] Scribebam de conjectura: *ipſæ In ſocios:* & mox: *corpora turba Involvi*, pro, *Involvit:* eſt enim, errabant & involvebantur. Poſtea utrumque prius inveni expreſſum in ſcriptis. Iidem ſtatim: *manet ille ruentum*, vel *ruentis.* non *cruentis.* Verum eſt: *manet ille ruentes Anguſtus telis.* id eſt, exſpectat, ſuſtinet. *Gronovius.*

595. *Non aliter.*] Briareum bello gigantum conſtat contra Jovem ſenſiſſe. ſed hic *contra* ſic poſuit, quemadmodum Virgilius:

Jovis cum fulmina contra me habeat.

Contempta ab hoc etiam fulmina. videbatur enim ſuis ſibi tantum manibus fortiter dimicare. Fabula. Terra procreavit Typhonem miræ magnitudinis, cui centum capita draconum ex humeris nata erant. Hic Jovem provocavit, ut ſi vellet ſecum de regno certaret. Quare Juppiter pectus ejus fulmine percuſſit. qui cum flagraret, Æthnam ei ſuperimpoſuit, & ex eo dicitur ardere adhuc, ipſe etiam alio nomine Bryareus & Ægeon; de quo Virgil.

Ægeon qualis centum cui brachia dicunt. Lactant.

Geticæ Phlegræ.] *Phlegra* Civitas Thraciæ, quam *Pallenen* poſtea nominatam Eudoxus ſcripſit, auctore Stephano. *Campi* illi *Gigantum pugnis* celebres non alia cauſa in fabulam venerunt, quam quod ob fertilitatem nemo non præpotens cæteris ibi vellet habitare. Vide Strab. lib v. Claud. in Fragmento Gigantomachiæ de Terra:

Omnia monſtrifero complebat Tartara cœtu,
Inviſum genitura nefas; Phlegramque retexit
Tanta prole tumens, & in æthera protulit hoſtes.

Barthius.

598. *Pelethroniam.*] Thraciam ſive Theſſaliam, ut Virgilius:

Frena Pelethronii Lapythæ.

Ipſæ enim regiones dicatæ ſunt Marti. *Lactantius.*

599. *At*

Martis, at hinc laſſo mutata Pyracmone temnens
Fulmina, cum toto nequicquam obſeſſus Olympo
Tot queritur ceſſare manus: non ſegnius ardet
Huc illuc clypeum objectans, ſeque ipſe recedens
Circuit, interdum trepidis occurrit, & inſtat
Spicula divellens, clypeo quæ plurima toto
Fixa tremunt, armantque virum, ſæpe aſpera paſſum
Vulnera, ſed nullum vitæ in ſecreta receptum,
Nec mortem ſperare valet. rotat ipſe furentem
Deilochum, comitemque illi jubet ire ſub umbras
Phegea, ſublata minitantem bella ſecuri,
Dircæumque Gyan, & Echionium Lycophontem.
Jam trepidi ſeſe quærunt, numerantque, nec idem
Cædis amor, tantamque dolent rareſcere turbam.
Ecce Chromis Tyrii demiſſus origine Cadmi,

(Hunc

599. *At hinc lapſo mutata.*] Manifeſtum mendum, neque enim τὸ *lapſo* idoneam ullam hic ſententiam efficit. tu lege indubitanter ex manuſcriptis, *Laſſo mutata Pyracmone.* Eſt hic Pyracmon, unus ex Cyclopibus, fulminis ut poëtæ fingunt, fabricatoribus. Virgilius:

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Sidonius;

— ſpatium non Lemnius illic
Cen templum luſit Veneri, fulmenque relinquens,
Hic ferrugineus fumavit ſæpe Pyracmon.

Bernartius.

600. *Obſeſſus.*] *Immenſion* enim modo dixit. De *oppugnatione* hac *Jovis* & tandem devicto *Typhœo* iſto ſive *Briareo*, nomina enim ad verſuum voluntatem mutant Poëtæ, multa verborum pinguedine Nonnus primis duobus Dionyſiacorum libris. Is tamen ab illo monſtro monſtrum aliud, Neptuno, ut ſolita ei adſcribi tradit Gellius, conficit filium, Briareum lib. 39. & 43. Quorum utroque loco *Ægæonem* Jovi in Bello Gigantæo auxiliatum canit. *Barth.*

602. *Huc illuc clypeum*] Circumſpectat omnes partes, ne ab hoſtibus circumventus occumbat. *Lactant.*

605. *Armantque virum.*] Nam ipſa tela in hoſtes retorquet, qui aliorum telorum impetus retunditur, cum tela impingit. Lucan. *tot æque viro dum tela ruinæ.* Id. *Sæpe aſpera paſſum.*] Subolevit & hic gloſſema. veteres agnoſcunt;

Armantque virum: ſæpe aſpera paſſus.

Quæ germana, me judice, lectio. *Bernartius.*

607. *Nec mortem.*] Ita fuerat vulneratus, ut mortem timere non poſſet. *Idem.*

609. *Minitantem bella, &c.*] Dum minitatur, ille prævenit occiditque hominem. *Securium & bipennium arma* à primis Heroibus uſque Poëticis literis celebrata. Gratius in Cynegetico:

— ceciditque ſuis Ancæus in armis;
At prædexter erat, geminiſque ſecuribus ingens.

Barthius.

613. *Chromis.*] *Chromius & chromis* nomina ignota Heroicis fabulis. Unum

 natorum

(Hunc utero quondam Dryope Phœniſſa gravato
Rapta repente choris, oneriſque oblita ferebat:
Dumque trahit prenſis taurum tibi cornibus Euan
Procidit impulſus nimiis conatibus infans).
Tunc audax jaculis, & capti pelle leonis
Pinea nodoſa quaſſabat robora clava,
Increpitans: Unuſne viri tot cædibus unus
Ibit ovans Argos? vix credet fama reverſo.
Heu ſocii, nullane manus? nulla arma valebunt?
Hæc regi promiſſa Cydon, hæc Lampe dabamus?
Dum clamat, ſubit ore cavo Theumeſia cornus,
Nec prohibent fauces. atque illi voce repleta
Intercepta natat prorupto in ſanguine lingua.
Stabat adhuc, donec tranſmiſſa morte per artus
Labitur, immorſaque cadens obmutuit haſta.
Vos quoque Theſpiadæ, cur inficiatus honora
Arcuerim fama? fratris moribunda levabat
Membra ſolo Periphas (nil indole clarius illa,

Nec

natorum Priami, unum è ſeptem Pterelai filiis celebrat Apollodorus. *Chromios* Θεοειδὴς apud Homerum Iliad. P. *Chromis* Iliad. B. Myſorum ductor. *Chromis* puer paſtoralis apud Maronem Ecl. VI. Alius Phryx perimitur à Camilla lib. XI. apud eundem. Fuit & *Chromis* unus ex Centauris. *Barth.*

617. *Impulſus.*] Dicit illum furore genitum dolere. dum enim Dryope mater ejus prægnans furore bacchatur, reluctantem taurum cornibus traxit. dicit ergo, hunc non naſcendi ordine procreatum, ſed conatu nimio utero matris expulſum. *Lactant.*

624. *Theumeſia cornus.*] Thebana. Theumeſon mons Thebanorum, ideo quod Tydeus Thebana haſta & ſpoliis hoſtium armatus fuerat. *Idem.*

625. *Atque illi voce repleta.*] Ordo, atque illi voce intercepta prorupto in ſanguine natat repleta lingua. *Idem.*

626. *Intercepta.*] Ne amplius loquerentur. *Al. Scholiaſt.* Onomaſticon Vetus: *intercipio*, ὑποτίμνομαι. Veteres *intercifimen* ut *diſcrimen* dixiſſe, notat auctor maturioris Gloſſarii Latino-Græci, Διακοπὴν interpretatus. *Interceptum* vulgo dicebant, mortuum, conatibus ſuis exemtum. *Barth.*

629. *Vos quoque Theſpiadæ.*] In pugnis ſolent exempla virtutum fictis perſonis inducere Poëtæ; fraternum amorem laudaturus ſub exemplo Theſpiadarum introducit etiam in morte conſtantiam Statius. *Vet. Scholiaſt.*

630. *Arguerim fama.*] Omnino ſcribendum, ut optimæ noſtræ membranæ habent, conjectavitque olim Joannes Bernartius, licet libris adverſantibus, *Arcuerim*. Eam lectionem agnoſcunt & Scholia *prohibuerim* & Lutat. *privaverim* exponendo. Res eſt clara nec probatione eget tam ſimplex veritas, etiam invitis, qui Lactantium hic culpant. *Barthius.*

633. *Ar-*

Nec pietate fuit) leva marcentia colla
Suſtentans, dextraque latus. ſingultibus arctum
Exhaurit thoraca dolor. nec vincla coërcent
Undantem fletu galeam, cum multa gementi
Pone gravis curvas perfringit lancea coſtas.
Exit & in fratrem, cognataque pectora telo
Conſerit. ille oculos etiamnum in luce natantes
Siſtit, & aſpecta germani morte, reſolvit.
At cui vita recens, & adhuc in vulnere vires,
Hos tibi complexus, hæc dent, ait, oſcula nati.
Procubuere pares fatis (miſerabile votum
Mortis) & alterna clauſerunt lumina dextra.
Protinus idem ultro jaculo, parmaque Menœtem
Proterrebat agens, trepidis veſtigia retro
Paſsibus urgentem, donec defecit iniqua
Lapſus humo, pariterque manus diſtractus in ambas
Orat, & à jugulo nitentem ſuſtinet haſtam.
Parce per has ſtellis interlabentibus umbras,

Per

633. *Arctum.*] Anguſtum. Singultibus enim anguſtatur latus. *Lactant.*

634. *Exhaurit.*] Concavum facit, vacuat. *Vincla coërcent.*] Inundatio lachrimarum galeæ vincla rumpebat. *Idem.*

635. *Multa gementi.*] Cum multum gemeret à tergo percuſſus eſt, & hoſtili gladio corpori fratris affixus. *Idem.*

638. *Conſerit.*] Conjungit. *Ille oculos.*] Qui prior fuerat vulneratus oculos aperuit; ut in utraque morte fratrum ambo jungerent ſe invicem morientes. *Idem.*

642. *Miſerabile votum.*] Ipſis quidem votivum erat taliter mori, amore fraterno in unam vitam unumque obitum colligatis, miſerabilis tamen caſus erat tantæ indolis juvenes tam atroci exitu junctos excedere. Hoc illi voverant, at erat votum miſerandum. *Vet. Scholiaſt.*

644. *Idem ultro.*] Jam ipſe vult hoſtes inſequi, à quibus ante appetebatur. *Lactant.*

645. *Veſtigia retro.*] Sua retro veſtigia urgebat fugiendo imminente Tideo. *Id.*

647. *Diſtractus.*] Extenſus. hic vero ſub ea ſignificatione ponendus eſt, ut Virgilius: *Turbatis diſtractus equis.* Quamvis Cic. in Philipp. de Varronis bonis: *Rem illam eſſe diſtractam.* Sed etiam illic ingenio legentis poſſumus diviſam accipere. *Diſtractus* ergo hic ait extenſis manibus, ut rogaret. *Idem.*

648. *Nitentem.*] Conantem, ab eo quod eſt *nitor, eris.* Idem.

649. *Stellis interlabentibus.*] Senſus, quæ umbræ ſunt eo tempore quo ſtellæ labuntur. Scribendum, *quia umbræ.* Suaviſſime autem dictum, quia modo labuntur, modo videntur. Et *labi* alioquin placidum ſiderum curſum aut inceſſum notat. Ut apud Maron.

Labitur uncta vadis abies. —

Ita ſuaviſſime de iride Flacc. lib. 8.

Nubibus accenſis ſimilem, aut cum veſte recenti
Labitur ardenti Thaumantias obvia Phœbo. Barthius.

655. *Nihil*

Per Superos, noctemque tuam. ſine, triſtia Thebis
Nuntius acta feram, vulgique per ora paventis
Contempto te rege canam. ſic irrita nobis
Tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
Pectus, & optanti victor revebaris amico.
Dixerat. ille nihil vultum mutatus, inanes
Perdis, ait, lachrymas, & tu (ni fallor) iniquo
Pollicitus mea colla duci. nunc arma, diemque
Projice. quid ſequeris timidæ compendia vitæ?
Bella manent. ſimul hæc, & craſſum ſanguine telum
Jam redit. ille ſuper dictis infenſus amaris
Proſequitur victos: non hæc Trieterica vobis
Nox patrio de more venit: non Orgia Cadmi
Cernitis, aut avidas Bacchum ſcelerare parentes.
Nebridas, & fragiles thyrſos portare putaſtis
Imbellem ad ſonitum, maribuſque incognita veris
Fœda Celenæa committere prælia buxo?

Hic

655. *Nihil vultum mutatus.*] Nimirum, quia qui ignoſcentis animum gerunt, primum frontis ſuæ nubilum deſerenant. Lucan.

At Cæſar facilis vultum mentemque ſerenus.

Lactantius.

658. *Quid timide ſequeris.*] Jucunde, conſolatur & terret. namque hoc pollicetur, nullos ſi ad bella venerint evaſuros. In hac autem parte ſi conſideres proviſum tibi eſt quod nunc morieris, ne graviori ſupplicio reſerveris. *Idem.*

660. *Jam redit.*] Corpore, jam revulſum telum. neque enim poterat gladium vagina recondere, niſi hoſte jam perempto. *Idem.*

661. *Trieterica.*] Dixerat enim ea nocte Tideum Thebas intraſſe, qua Libero patri ſacra celebrantur. *Lactant.* *Non hæc trieterica.*] Bacchi orgia intelligit, quæ ſingulis trienniis celebrare mos Græciæ. Virgil. lib. 4.

— *Ubi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia.* Bernart.

663. *Scelerare parentes.*] Id eſt, crudelitate ſua ſceleſtos facere: quia Bacchæ inſaniunt uſque adeo, ut crudelis Bacchus in illarum furore furere videatur; quia Agave homicidium neſcia perpetravit. & ideo hoc deo potius aſcribitur, quam furori. *Lactant.*

664. *Nebridas.*] Pelles damarum, quæ Græce νεβρίδες appellantur. Ac per hoc Baccharum indumenta ſignificat, quibus ſacrificiorum tempore uti conſueverunt: ut Virgil.

Pellibus in morem cincti.

Idem.

665. *Imbellem.*] Ad ſonitum tympani & ſaltationis Baccharum imbellis. *Maribuſque incognita viris.*] In comparatione Thebanorum. *Incognita prælia.*] Luxurioſæ ſaltationis, quaſi hi qui adverſus ſe pugnaverunt, ſacrorum conſuetudine fuerint effœminati. *Idem.*

666. *Celenæa.*] Celene Marſiæ civitas, ubi primum dicitur tibiarum uſus inventus, quibus Apollinem provocare auſus eſt, à quo victus temeritatis ſuæ

pœnas

Hic aliæ cædes, alius furor: ite ſub umbras
O timidi, paucique! hæc intonat, aſt tamen illi
Membra negant, laſſuſque ferit præcordia ſanguis.
Jam ſublata manus caſſos defertur in ictus.
Tardatique gradus. clypeum nec ſuſtinet umbo
Mutatum ſpoliis. gelidus cadit imber anhelo
Pectore, tum crines, ardentiaque ora cruentis
Roribus, & tetra morientum aſpergine manant.
Ut leo, qui campis longe cuſtode fugato
Maſſylas depaſtus oves, ubi ſanguine multo
Luxuriata fames, cervixque, & tabe gravatæ
Conſedere jubæ, mediis in cædibus aſtat
Æger hians, victuſque cibis: nec jam amplius iræ
Crudeſcunt. tantum vacuis ferit aëra malis,
Molliaque ejecta delambit vellera lingua.
Ille etiam Thebas ſpoliis, & ſanguine plenus

Iſſet,

pœnas exolvit. Marſias enim Celeneus fuit. ut ipſe infra, *Et illuſtres Satyro pendente Celenæ.* Idem.

668. *O timidi.*] Quia timidi, etiam pro paucis vos habeo. Demit illis fiduciam etiam numeri, cum audaciam demſerit armorum. *Vetus Scholiaſt.* *Paucique.*] Optimi codicis explicatio: non magnifacere ſe eos indicat, & facilem etiam victoriam ſibi ſpondere, licet vel plures eſſent. *Barth.*

672. *Mutatum ſpoliis.*] Theronis ſc. cujus clypeum cum perfodiſſet, acceperat. aut certe *mutatum ſpoliis* infectum ſanguine ſociorum. Itaque per cruorem ſuum mutaverat jam colorem. ut Lucanus:

Perdiderat vultum rabies.

Lactantius.

674. *Roribus.*] Cruentis aſperſionibus. ut Lucan.

Sanguineis ſtillavit roribus arbor. Idem.

Et terra morientum aſpergine.] Locum hunc ſanum eſſe, nec Caroni juvanti crediderim. Veteres, cum editione principe: *& tetra morientum aſpergine manant*, qua lectione nihil pote melius, nihil clarius, admiſi itaque fidenter. *Bernartius.*

677. *Et tabe gravatæ.*] *Tabes* dicitur recentis cadaveris fœtor. Lucan.

Longuſque in carcere fœtor.

& humor qui diſtillans cadaveribus corrumpit terram. unde Virgil.

Et terram tabo maculant.

Lactantius.

680. *Tantum vacuis ferit aëra malis.*] Etiam inter vorandum non deſtitiſſe, iram augere ait Leonem, donec non potuit amplius maſticare, ſic denique malis concrepare, cum jam edere non poſſit, teſtantem animi feritatem & aviditatem, ſatiato jam corpore. *Vet. Sch.* *Malæ.*] Dentes etiam denotant, ut apud Maron. lib. 3.

Sed non ante datam cingetis mœnibus Urbem,
Quam vos dira fames, noſtræque injuria cædis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.

Barthius.

682. *Sanguine plenus.*] Senſus hic de Hom. venit: ut tunc demum caſtris Dolonis

Iſſet, & attonitis ſeſe, populoque, ducique
Oſtentaſſet ovans, ubi tu Tritonia virgo
Flagrantem, multaque operis caligine plenum
Conſilio dignata virum. Sate gente ſuperbi
Oeneos, abſentes, cui dudum vincere Thebas
Annuimus, jam pone modum, nimiumque ſecundis
Parce deis. huic una fides optanda labori:
Fortuna ſatis uſus abi. Reſtabat acerbis
Funeribus, ſocioque gregi non ſponte ſuperſtes
Hemonides (ille hæc præviderat, omina doctus
Aëros, & nulla deceptus ab alite) Mæon,
Nec veritus prohibere ducem. ſed fata monentem
Privavere fide, vita miſerandus inerti
Damnatur, trepido Tydeus immitia mandat:
Quiſquis es Aonidum, quem craſtina munere noſtro
Manibus exemptum mediis aurora videbit.
Hæc jubeo perferre duci: cinge aggere portas:

Tela

lonis Diomedes excedat, cum eſſet admonitus à Minerva. namVirg. hunc ſenſum in Niſi & Euryali perſonis ſervavit. *Acceleremus, ait, nam lux inimica propinquat.* Lactant.

685. *Caligine plenum.*] Id eſt, nimia felicitate mentis obcæcatum. Caligine dixit, quia non proſpiciebat futura pericula. *Idem.*

688. *Jam pone modum, nimiumque, &c.*] ô Vere Solem inter Poëtas, longe ſemper aciem ingenii jaculantem. imbibe victor, niſi ſerio, ſed ſero, plorare velis. Enimvero optimi ducis officium exiſtimandum eſt, poſſe non ſolum vincendi, verum etiam cedendi tempora perſpicere. Ab ore aureo aureum dictum: ὅτι ἐν πολέμῳ εὐτυχίαι πλεονάζων, οὐκ ἐνθύμηται θρασὺς ἀπίστῳ ἐπαιρόμενος. *Is qui in bello ob res ſecundas exſultat, non cogitat quam infida fiducia ſe extollat.* Ratio apud Romanæ Hiſtoriæ Principem: *Simul parta ac ſperata decora, unius horæ fortuna evertere poteſt.* Bernart.

689. *Huic una fides.*] Ut tantæ virtutis gloriam ſolus conſecutus fuiſſe videaris. *Lactant.*

694. *Nec veritus.*] Hoc dicit. Nec veritus eſt augur prohibere ducem, id eſt, Eteoclen, ne morituros tot mitteret: ſed inſtantia morituris fata fidem auguri derogavere. ur Virgil.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris. Idem.

Sed fata monentem Privavere fide.] Nihil verius, nihil certius. Obnubilat ſiquidem, imo adimit mentem hominibus, quos punire vult, ſupera illa mens & cujuſcumque Deus fortunam mutare conſtituit, ejus conſilia corrumpit. egregie ad Papinii noſtri hanc ſententiam Herodotus lib. 9. Ξεῖνε, ὅ, τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. οὐδὲ γὰρ πιστοὶ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς: *O hoſpes quod divinitus contingere debet, homo à ſe nulla arte diſpellet: ac ne veriſimilia quidem dicentibus fidem habebit.* Bernart.

700. Cir-

Tela nova: fragiles ævo circunſpice muros:
Præcipue ſtipare viros, denſaſque memento
Multiplicare acies, fumantem hunc aſpice late
Enſe meo campum. tales in bella venimus.
Hæc ait, & meritæ pulchrum tibi Pallas honorem
Sanguinea de ſtrage parat, prædamque jacentem
Comportat gaudens, ingentiaque acta recenſet.
Quercus erat teneræ jam longum oblita juventæ
Aggere camporum medio, quam plurimus ambit
Frondibus incurvis, & crudo robore cortex:
Huic leves galeas, perfoſſaque vulnere crebro
Inſerit arma ferens, huic truncos ictibus enſes
Subligat, & fractas membris ſpirantibus haſtas.
Corpora tunc atque arma ſimul cumulata ſuperſtans
Incipit. oranti nox, & juga longa reſultant.
Diva ferox, magni decus, ingeniumque parentis
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro

Caßis,

700. *Circumſpice muros.*] Ut ad bellum repares. Ridiculum autem hoc ſi ſeriem temporum ad calculos Euſebianos velis reputare. *Europa* rapta ponitur circa annum mundi MMM DCCC LXXVII, quo, vel & ſequentibus, fingamus *Cadmum* Thebas occupaſſe. *Tydeus* floruit cum Argonautis, ut profectum etiam ſcribat nonnemo, velut ſupra oſtendimus. Argonautarum hiſtoria incidit in annum MMM DCCCC XXI, Ita nondum quinquaginta annis ſteterint hi muri, quos ævo fragiles appellat Papinius. Inertiſſimus ergo ædificatorum fuerit ille Phœnix, cui plurimam alioquin ſuæ Sapientiæ partem Græciam debere omnibus eſt in confeſſo. Paria reperies apud Chronographos alios, qui tamen ex Euſebianis fere dependent. *Barthius.*

703. *In bella venimus.*] Et in Romana hiſtoria hoc Porſenæ Mutius dixiſſe fertur, cum dextra focis impoſita diceret: *Suæ patientiæ ſimiles viros atque virtutis à ſenatu plures in ejus exitium deſtinatos.* Lactant.

707. *Jam dudum oblita juventæ.*] Scripti: *jam longum oblita.* Recte. ſic lib. I. Achilleid. *jam longum cæloque domoque gregata.* Gronov.

710. *Huic leves galeas.*] In hoc conſecrando ſecutus eſt Virgil. nam ille dum Marti offerret exuvias ait,

Aptat rorantes ſanguine criſtas Telaque trunca virum.

Lactant.

715. *Ingeniumque parentis.*] Bene *ingenium*, quæ de capite nata dicitur Jovis. & hoc antiqui bene figuratum eſſe dixerunt. ut quia naturæ ratione prudentia omnis in capite eſt, Minerva quæ ſapientia dei, nata de Jovis capite crederetur. Eſt vero myſterium, quod lucis intaminata, atque armis munita virgo, de vertice dei maximi & ſecreti oria dicatur. *Idem.*

716. *Horrore decoro.*] Ipſe quidem terror vultus pulchritudine mitigatur. Specioſus terror, pulchritudo terribilis. *Idem.*

717. *Cur-*

Caſſis, & aſperſo crudeſcit ſanguine Gorgon.
Nec magis ardentes Mavors, haſtataque pugnæ
Impulerit Bellona tubas, huic annue ſacro.
Seu Pandionio noſtras inviſere cædes
Monte venis, ſive Aonia devertis Ithone
Læta choris, ſeu tu Libyco Tritone repexas
Lota comas, qua te bijugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum:
Nunc tibi fracta virum ſpolia, informeſque dicamus
Exuvias. at ſi patriis Parthaonis arvis
Inferar, & reduci pateat mihi Martia Pleuron:
Aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo

Colli-

717. *Crudeſcit.*] Crudelior fit: zeugma ab inferioribus. *Idem.*

719. *Seu Pandionio.*] Id eſt, Athenis. Pandion ſiquidem Erichthei Athenarum regis filius. Lucanus de Pallade, uti hic noſter:

Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces.

Bernartius.

720. *Ithone.*] *Ithone* civitas Bœotiæ Minervæ ſacra ut ipſe ait. *Ducit Ithonenis atque Alchemonea Minervæ Agmina.* Bacchilides Minervam Ithoniam dicit, ab Ithone. Ergo Minervam ab oppido cognominavit, quod eſt in Macedonia, ubi ejus antiqua eſt ædes, vicina Bœotiæ, in qua regnavit Antinous, Herculis filius & Paphies. *Lactant.*

722. *Libyco Tritone.*] Palus apud quam natalem Minervæ virgines celebrantes, certare frequenter ludicris ſolebant. unde & Tritonia Pallas dicitur. cauſſam expreſſit Apollonius lib. VII. Argonaut.

Ἡρῷσσαι Λιβύης τιμήοροι, αἵ ποτ' Ἀθήνην,
Ἦμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα,
Ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφ' ὕδασι κυτλώσαντο.

Egregiæ Libyæ Heroinæ Pallada quondam
Cum patris è capite exiliit clariſſima, parvam
Laverunt Tritonis aqua, ſordeſq; puellæ.

Apollonium ſequitur Poëtarum vulgus: ſed Pauſanias Atticis, & Herodotus Melpomene, Minervam non Jovis, ſed Neptuni & Tritonidis Paludis filiam fuiſſe tradiderunt. Herodoti verba hæc ſunt: τὴν Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης. *Minervam*, inquiunt, *Neptuni fuiſſe filiam & Tritonidis Paludis.* Bernart.

726. *Parthaonis.*] Parthaon Oenei pater fuit, avus Tydei. conſtat Tydei genus à Marte defluere, ut idem ait. *Marti non degenerare paterno.* Nam Meleager Martis filius fuit. *Lactant.*

727. *Pleuron.*] Ætholiæ civitas prope Calydonem, Marti conſecrata. Alii regionem Calydoniorum dicunt. *Martia.*] Quia ibi maxime Mars colitur. *Id.*

728. *Aurea tunc.*] In media urbe ubi ædem dicavero in tantum templi altitudo tolletur, ut Ionium mare, & Echinadas inſulas, Acheloumque deſpicias. Harum inſularum Lucan. meminit, ut *oblimat Echinadas undis.* in Acheloo enim fluvio tres inſulas his nominibus natura conſtituit: *Artemites, Agalia, Megale,* Ovidii quoque carminibus celebratas. *Idem.*

734. *Ar-*

Collibus, Ionias qua deſpectare procellas
Dulce ſit, & flavo tollens ubi vertice pontum
Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.
Hic ego majorum pugnas, vultuſque tremendos
Magnanimum effingam regum, figamque ſuperbis
Arma tholis: quæque ipſe meo quæſita revexi
Sanguine, quæque dabis captis Tritonia Thebis.
Centum ibi virgineis vota Calydonides aris
Actæas tibi rite faces, & ab arbore caſta
Nectent purpureas niveo diſcrimine vittas.
Pervigilemque focis ignem longæva ſacerdos
Nutriet, arcanum nunquam inſpectura pudorem.
Tu bellis, tu pace feres de more frequentes
Primitias operum, non indignante Diana.
Dixerat; & dulces iter inſtaurabat ad Argos.

734. *Arma tholis.*] Omnia loca templorum, quibus aliquid figi poſſit, *tholos* dici recte notat Gloſſographus Antiquus. Qui ſint *tholi* alioquin nemo neſcit ex Varrone, Servio ad Æneid IX. aliiſq; Grammaticorum nepotibus. *Meo quæſita revexi Sanguine.*] Nemo ſuſpectam habuit hactenus hanc lectionem, neque libros hactenus collatos puto, qui quicquam immutarint. Patet tamen ex veterr. membranis, expreſſum legi *Revexo.* Quæ ſcriptura omnino eſt Papinii. *Barth.*

740. *Inſpectura pudorem.*] *Arcanum pudorem* dicit, aut ejus ſimulachrum verum, id eſt, Palladium, quod illicitum erat cernere. quo quidam quondam viſo privatus eſt viſu; Aut virginitatem ejus. Ergo ſi ſic eſt *inſpectura* pro rimatura vel inquiſitura accipitur. *Lactantius.*

741. *Tu bellis, tu pace.*] Bellorum potens: quod proprium eſt Minervæ. *Idem.*

742. *Non indignante Diana.*] Semper tibi de primitiis ſacrificabo, nec mihi ſicut ſolet Diana indignabitur. Occulte hiſtoriam tangit, ubi Diana contempta in ſacrificio immiſit aprum, qui Calydoniam regionem vaſtaret. *Idem.*

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER TERTIUS.

AT non Aoniæ moderator perfidus aulæ,
Nocte ſub ancipiti quamvis humentibus aſtris,
Longus ad Auroram ſuperet labor, otia ſomni
Accipit. invigilant animo; ſceleriſque parati
Supplicium exercent curæ. tunc plurima verſat
Peſſimus in dubiis augur timor, hei mihi clamat,
Unde mora? (nam prona ratus, facilemque tot armis
Tydea, nec numero virtutem, animumque rependit)
Num regio diverſa viæ? num miſſus ab Argis
Subſidio globus? an ſceleris data fama per urbes
Finitimas; paucosne pater Gradive, manuve
Legimus indecores? at enim fortiſſimus illic

1. PERFIDUS.] Aut quia regnum negavit, aut quia contra jus gentium legato paravit inſidias. Docet enim poëta malorum conſcientiam eſſe pervigilem; quippe Etheocles quamvis adhuc ſtellis labor ſuperſit, ut aſcenſo axe perveniatur ad lucem, tamen ocia non accepit. Vide Ovid. 2. ubi deſcribit invidiam:

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies, livent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno, &c. Lactantius.

2. *Humentibus aſtris.*] Aſtrorum exhalatio calida feriens vaporem terræ per ſolis abſentiam, frigidum gignit rorem, unde noctem rorantem & roſcidam experimur. *Schol.* Eſt imitatio Maronis ex lib. 4. qui tamen cogitantius *umbras humentes* dixit. *Barth.*

4. *Sceleriſq; parati.*] Prima enim noſtri ſceleris pœna eſt cogitatio. ut Juven.

Prima eſt hæc ultio quod ſe Judice nemo nocens abſolvitur.

Conſtat ergo malorum conſcientiam ſemper eſſe pervigilem. *Lactant.*

8. *Animumque rependit.*] Non cogitabat contra numerum tantorum unius ſubſiſtere poſſe virtutem. *Idem.*

9. *Num regio diverſa, &c.*] Alia proficiſcente Tydeo, non ea via, qua ego inſidiatores ire juſſeram? Alia gloſſa: *Tydeo & meis militibus.* Laus Tydei in eo eſt, quod priuſquam agris ſolus exiret, facile ſuſpicari potuit de periculo ſibi à perfido tyranno imminente, nec minus tamen ivit. *Barth.*

10. *An ſceleris data.*] Id eſt, violatæ legationis ſanctimonia: vel quod religioſum officium legati peteretur inſidiis. Tertium quod ſuſpicatur tale eſt: dicit quippe à finitimis civitatibus Tydeo adverſus inſidiantes eſſe ſubventum. *Lactant.*

Et Chromis, & Dorylas, & noſtris turribus æqui
Theſpiadæ totos raperent mihi funditus Argos.
Nec tamen ille meis reor impenetrabilis armis,
Ære gerens, ſolidoque datos adamante lacertos,
Venerat. heu ſegnes, quorum labor hæret in uno,
Si conſerta manus. vario ſic turbidus æſtu
Angitur, ac ſeſe culpat ſuper omnia, qui non
Orantem in mediis legatum cœtibus enſe
Perculerit, fœdaſque palam ſatiaverit iras.
Iam pudet incepti, jam pœnitet. ac velut ille
Fluctibus Ioniis Calabræ datus arbiter alno,
Nec rudis undarum, portus ſed linquere amicos
Purior Olenii fruſtra gradus impulit aſtri:
Cum fragor hiberni ſubitus Iovis, omnia mundi
Clauſtra tonant, multuſque polos inclinat Orion:
Ipſe quidem mallet terras, pugnatque reverti,
Fert ingens à puppe Notus: tunc arte relicta
Ingemit, & cæcas ſequitur jam neſcius undas:
Talis Agenoreus ductor, cœloque morantem

Luci-

13. *Et Chromis & Dorylas.*] Dorylas ſaxo periit inter illos, quos uno ictu dicit eſſe proſtratos. Chromis inter ſacra vulnere proſtratus occubuit. *Idem.*

18. *Sic conſerta manus.*] Spuriam litteram hîc adhæſiſſe ſtructura orationis confirmat, legendum quippe: *Si conſerta manus.* Senſus: ô ſegnes homines, qui unum vincere nondum potuiſtis, ſi modò veniſtis ad manus. *Bernartius.*

25. *Olenii aſtri.*] Progreſſus hædorum ſerenus: quod ſidus pluviale eſt in ortu, & in occaſu ſerenum aëtem facit, ut Virgil. *Quantus ab occaſu veniens pluvialibus hædis Verberat imber humum.* Senſus. Fruſtra navigare compulit Olenii aſtri purior gradus. *Lactantius.*

26. *Hyberni Jovis.*] Arcadii: quod ibi fuerat capra, quæ Jovem nutriit, Amalthea. *Idem.*

27. *Inclinat Orion.*] Jupiter & Neptunus cum ad Oenopionem regem in hoſpitium veniſſent, & ab eo liberaliter excepti fuiſſent, optionem dederunt, ut ſi quid vellet ab eis expoſceret. Ille liberos ſine conjuge poſtulavit. cui Neptunus & Jupiter imperarunt, ut tauri corium, quem eis immolaverat, terræ infoderet. Illi in eo urinam fecere, unde natus eſt Orion. Qui cum Dianæ ſtuprum inferre vellet, illa Terræ ope ſcorpionem vindicem ſumpſit: quem occiſum Juppiter in cœlum tranſtulit, ſimili modo & Diana vindicem ſuum inter ſydera collocavit. menſis ergo Januarii tempus poëta deſcribit, quo Orion in occaſu eſt conſtitutus. *Idem.*

29. *Fert ingens.*] Proprium ventorum *ferre.* Non enim aliter ferunt navigia, ubi potiti ſunt, quam ſi quis manibus aut lacertis aliquid aliqua deportet. Senec. cap. 22. de Vita beata: *Sic illum divitiæ exhilarant, ut navigantem ſecundus & ferens ventus.* Barth.

35. *Hypo-*

Luciferum, & ſeros mœrentibus increpat ortus,
Ecce ſub occiduas verſa jam noctis habenas,
Aſtrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
Ima flagellatis, ſignum lugubre malorum,
Ponderibus trepidavit humus, motusque Cithæron
Antiquas dedit ire nives. tunc viſa levari
Culmina, ſeptenæque jugo concurrere portæ.
Et prope ſunt cauſæ: gelido remeabat Eoo
Iratus fatis, & triſtis, morte negata
Hemonides. nec dum ora patent, dubiuſque notari
Signa dabat magnæ longe manifeſta ruinæ,
Planctuque, & gemitu. lachrymas nam protinus omnes
Fuderat. haud aliter ſaltu devertitur orbus
Paſtor, ab agreſtum nocturna ſtrage luporum,
Cujus herile pecus ſylvis inopinus abegit
Imber, & hyberna ventoſa cacumina lunæ.
Luce patent cædes: domino perferre recentes
Ipſe timet caſus, hauſtaque informis arena

Que-

35. *Hyperiona ponto.*] Cum primum oceano ſol exir. Ex Hyperione autem Græci fabularum ſcriptores ſtulte naros eſſe finxerunt venerabiles deos, Solem & Lunam, pariter & Auroram, ſperantes videlicet ſtolidi homines ſuis fallaciis nativitates poſſe auferri ab his, qui noverunt nec mundum nec diem ſine ſole lunaque eſſe potuiſſe à primordiis rerum, nec tanta lumina urero fuiſſe geſtata. Hyperiona ergo, non ut Græci fingunt Titanis filium accipiendum, ſed Larina ſimplicirate explicandum eſt ambiguum Græcitatis: Hyperiona dicunt ſuper omnia ſæcula. *Lactantius.*

36. *Ima flagellatis.*] Dicunt phyſici quod ſuis fixa ponderibus in aëre librata pendeat rellus, & omne grave cum pendet, ſi morum habear, flagellatur: ergo terra cum in medio fuerat aëre librata morum paſſa eſt, ſuis flagellata ponderibus. *Idem.*

39. *Septenaque.*] Portas Thebarum oſtendit, quia dicitur Thebana civiras ſeptem habere portas: unde Græcis ἑπτάπυλος dicta eſt. *Idem.* Vide imprimis hic Higin. Mytholog. cap. 69. ubi nomina portarum numerata invenies.

41. *Triſtis morte negata.*] Heroicum animum dicit hujus viri, ignavus enim gaviſus fuiſſet condonatam ſibi vitam, qualis inter quinquaginta iſtos Thebanos fuit Mænætes. *Vet. Schol.*

42. *Dubiuſque notari.*] Tempus diei ſignavit & noctis, quod difficile hominis vultus ad perfectum poruiſſet agnoſci. ſenſus: quamvis per obſcurum nuncius agnoſci non poſſet, quid tamen nunciaturus eſſet, manifeſtis agnoverant ſignis. *Lactantius.*

50. *Hauſtaque informis arena Queſtibus implet agros.*] Reſpexit morem priſcum. nam non Judæi ſolùm, quod ex ſacris litteris notum, ſed Romani & Græci

Queſtibus implet agros, ſtabulique ſilentia magni
Odit, & amiſſos longo ciet ordine tauros.
Illum congeſtæ portarum ad limina matres
Ut ſolum videre (nefas!) nulla agmina circum,
Magnanimoſque duces nihil auſæ quærere, tollunt
Clamorem. bello qualis ſupremus apertis
Urbibus, aut pelago jam deſcendente carina.
Ut primum inviſi cupido data copia regis:
Hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
Infelicem animam, ſive hæc ſententia divum,
Seu fortuna fuit: ſeu, quod pudet ire fateri,
Vis invicta viri. vix credo & nuntius, omnes,
Procubuere omnes. noctis vaga lumina teſtor
Et ſocium manes, & te mala protinus ales
Qua redeo: non hanc lachrymis meruiſſe, nec aſtu
Crudelem veniam, atque inhonora munera lucis.
Sed mihi juſſa deum, placitoque ignara moveri

Atro-

Græci, pulvere in luctu ſeſe adſpergebant. exempla rara apud Auctores, extant tamen. Papinius paſſim meminit lib. 6.

—— ſedet ipſe exutus honoro
Vittarum nexu genitor, ſqualentiaque ora
Sparſus, & incultam ferali pulvere barbam.

eodem lib. *—— ipſe regeſta*
Parthenopæus humo vultumque, oculoſque madentes
Obruit, acceſſit lachrymarum gratia formæ, &c. Bernart.

61. *Seu quod pudet ore fateri.*] Scripti omnes, *ira*, non *ore*: unde minima mutatione amicus noſter, bonus ille & veteres reſtituere verſus, & novos facere veterum ſimiles: *pudet ire fateri.* Nec refuto, etſi blandiatur: *ſeu, quod rubet ira fateri.* Erubeſcit. Ut in epithal. *Cum Turno ſpectante rubet.* Lib. 5. Theb. *audaces rubuit mirata catervas Pallas.* Lib. 12. *rubuit Neptunius heros Permotus lacrimis.* Sic plenius, & duplex affectus exprimitur. Alio ſenſu Lib. 7. *Iraque rubentes.* Ovidius 8. Met. *Sæpe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem.* Et hinc poſſis interpretari: quod iraſcor fateri vel indignor. *Pudor* adeo & *ira* ſæpe communibus verbis exprimuntur, ut jam in Diatribe monuimus. *Gronov.*

63. *Vaga lumina.*] Abſolute ſtellas dicit, ut ſit generaliter: aut quinque planetas Saturni, Jovis, Martis, Veneris, & Mercurii. Ceterum ſol & luna non ſunt ſtellæ, nec ex planetarum numero, ſed totius mundi duces ac domini. *Lactantius.*

64. *Et te mala protinus ales.*] Quoniam manu ſua erat periturus, ait, *Mala ales.* id eſt, malum augurium. Quotieſcunque enim ales fœminino genere dicitur, malum portendit augurium. ut Horat. *mala ſoluta navis exit alite.* Maſculino autem bonum demonſtrat. ut Virg. *Namque volans fulvus Jovis ales in æthra.* Idem.

67. *Ignara moveri.*] Quæ ab his quæ ſemel mortalibus ſtatuit, moveri non poſſit. Ut Virg. *Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum.* Idem.

 69. *Pro-*

Atropos, atque olim non hæc data janua leti
Eripuere necem. jamque ut mihi prodiga vitæ
Pectora, & extremam nihil horreſcentia mortem
Aſpicias; bellum infandum ominibuſque negatam
Moviſti, funeſte, aciem, dum pellere leges,
Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus
Exule, te ſeries orbarum exciſa domorum
Planctibus aſſiduis, te diro horrore volantes
Quinquaginta animæ, circum nocteſque, dieſque,
Adſilient, neque enim ipſe moror. jam moverat iras
Rex ferus, & triſtes igneſcunt ſanguine vultus.
Inde ultro Phlegyas, & non cunctator iniqui
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire, manuque
Proturbare parant. ſed jam nudaverat enſem
Magnanimus vates. & nunc trucis ora tyranni,
Nunc ferrum aſpectans, nunquam tibi ſanguinis hujus
Jus erit, aut magno feries imperdita Tydeo
Pectora.

69. *Prodiga vitæ pectora.*] Quemadmodum *fortunarum prodigus* dicitur, qui patrimonium decoquit, ita & *vitæ prodigus*, qui non terretur exitio, ſed vitam prodigere vult, id eſt, effundere. Pectora autem dicit nil horreſcentia. *Idem.*

71. *Cunctiſque negatam.*] Sic fecerunt ex *omnibusque*, quod in vetuſtis etiam reperimus, cum deberent, *ominibusque*, quod & habent optimi & erat proclive conjicere. Ex Virgilii ſeptimo: *Ilicet infandum cuncti contra omina bellum.* Decebat autem hoc dicere augurem, de quo præcedente libro v. 692. *ille hæc prævideraт omina doctus Aëros.* ita enim reſtituimus è ſcriptis. Hoc lib. v. 525. *clara regione profundi Ætheros.* ubi vulgo, *Ætheris.* Sic alibi, *Heſperos, Tityos,* & plurima ejuſmodi. *Gronov.*

73. *Et conſanguineo gliſcis.*] Non prima ſua notione τὸ *gliſcis* accipiendum, pro *creſcis*, ſed pro *vehementer deſideras.* Papinius etiam alibi pro *exſultat* uſurpavit, lib. 8. *Spectat atrox hoſtile caput, gliſcitque tepentis Lumina torva videns*, — imo pro *ſævire.* Achil. 1. *Hos ubi velle acies, & dulci gliſcere ferro Dux videt.* Bernart.

77. *Neque enim ipſe moror.*] Non tanti ſe facere, neque dignari tyrannum vecordem ſua iracundia dicit. Incaute tamen, cum jam quinquaginta animarum perſecutionem indixiſſet, è quibus ſane nolentis volentis ipſius una futura erat poſt exceſſum è vita jam proximantem. *Barth.*

79. *Non cunctator iniqui.*] Quia injuſta omnia poterat ſine dubitatione complere. *Lactant.*

81. *Proturbare.*] Ne convitia faceret in regem, aut ſe injuſte percuteret. *Idem.*

82. *Trucis ora tyranni.*] Quaſi utrumque aſpiciens quid eſſet fugiendum, quid dulcius videretur, ferrum aut tyrannus.

84. *Imperdita Tydeo.*] Id eſt, quæ Tydeus noluiſſet occidere. Virgil.
Et vos ô Grajis imperdita corpora Teucrum.
Idem.

85. *Ere-*

Pectora. vado equidem exultans, ereptaque fata
Inſequor, & comites feror expectatus ad umbras.
Te Superis, fratrique, & jam media orſa loquentis
Abſtulerat plenum capulo latus. ille dolori
Pugnat, & ingentem nixu duplicatus in ictum
Corruit, extremiſque animæ ſingultibus errans
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere ſanguis.
Excuſſæ procerum mentes, turbataque muſſant
Concilia. aſt illum conjux, fidique parentes
Servantem vultus, & torvum in morte peracta,
Non longum reducem lætati, in tecta ferebant.
Sed ducis infandi rabidæ non hactenus iræ
Stare queunt. vetat igne rapi, pacemque ſepulchri
Impius, ignaris nequicquam manibus arcet.

Tu

85. *Erepta fata.*] In prælio paulo ante dilata. *Idem.*

87. *Te ſuperis fratrique.*] Ellipſis figura. deeſt enim, relinquo puniendum, quaſi feſtinus in vulnere orationem implere non potuit. ut Virgil.

Incipit effari mediaque in voce reſiſtit.
Idem.

88. *Plenum capulo latus.*] Mira locutio. Brevis videlicet fuerit & exiguus capulus, qui una cum gladio vulnus intraverit. Sed eſt, ſi non conſideratiſſima, Papiniana tamen locutio. In gloſſatore manuſcripto notario eſt, *capulo*, id eſt, *enſe uſque ad capulum.* Excuſari tamen poterit *capulum* pro gladio uſurpans, cum *enſem eburnum* pro eboreo capulo aut vagina ornatum poſuerit Virgil. lib. XI.

——*clypeumque ex ære ſiniſtræ*
Alligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum. Barth.

Dolori pugnat.] Contra dolorem repugnat, ne putaretur ſentire cum moritur. *Lactantius.*

92. *Turbataque muſſant Concilia.*] Quam ſcite ſervitutem expreſſit, quæ ſub Tyranno? verum ſibi dici non vult, & maximum regni bonum credit, quod facta ſua populus cogitur tam ferre quam laudare. Miſellus! Equidem ut nunquam eſt obſcurum quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta Principum celebrentur, ita invicta veritatis vis, in omnium animos lumen ſuum emittit, & illi ipſi qui eam opprimere nituntur, per latebras tandem quærunt. fidem fecerit vel unus Tiberius, qui *quoquo modo dicta* (Taciti veba ſunt) *vulgari malebat, veritatiſque, cui adulatio officit, per probra ſaltem gnarus fieri.* Hæc crux interna, & Nemeſis quæ in penetralibus hæret. at quanto gravior quæ imminet à tergo? enimvero

——*Quos cogit metus*
Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.

Pulchra loquentes iidem in pectore prava machinantur, adulatione ſibi fidem ſtruunt, ut eum magna mercede fallant. lubet itaque exclamate: Miſer eſt Imperator apud quem vera reticentur. *Bernartius.*

97. *Pacemque ſepulchri.*] Quia dixit inquietam illis fore animam, qui ferro pereunt, aut inſepulti remanent. *Lactantius.*

98. *Nequicquam.*] Bene *nequicquam*, quia ſecundum Epicurum nihil mortui

 ſentire

Tu tamen egregius fati, mentiſque, nec unquam
Indignum paſſure ſitum, qui cominus auſus
Vadere, contemptum regis. quaque ampla veniret
Libertas ſancire viam. quo carmine dignam,
Quo ſatis ore tuis famam virtutibus addam,
Augur amate deis? non te cœleſtia fruſtra
Edocuit, lauroque ſua dignatus Apollo eſt,
Et nemorum Dodona parens, Cyrrhæaque virgo
Audebit tacito populos ſuſpendere Phœbo.
Nunc quoque Tartareo multum diviſus Averno
Elyſias, i, carpe plagas: ubi manibus axis
Invius Ogygiis, nec fontis iniqua Tyranni
Juſſa valent. durant habitus, & membra cruentis
Inviolata feris, nudoque ſub axe jacentem
Et nemus, & triſtis volucrum reverentia ſervat.
At nuptæ exanimes, puerique, ægrique parentes
Mœnibus effuſi per plana, per invia, paſſim

Quiſque

ſentire videntur. ut Virgilius:

Facilis jactura ſepulchri.

Quorumdam enim opinio eſt animas cum corporibus interire. ut Lucret. Juſta hominis ſepultura nihil prodeſt. *Idem.*

100. *Paſſure ſitum.*] Oblivionis mala minime patieris. *Idem.*

102. *Sancire viam.*] Viam dicit, per quam contemnendo regiam poteſtatem, ad libertatis inſignia poſſimus pervenire. *Idem.*

106. *Et nemorum Dodona parens.*] In Chaonia regione, quæ pars eſt Epiri, Dodonei Jovis templum eſſe dicitur, notum numinis reverentia: ubi duæ columbæ fuiſſe dicuntur, ſedentes ſuper duas quercus, & reſponſa dantes, exprimentes in mutis animalibus quid homo adorare vellet, & poſtea una earum tranſvolavit Delphos, quæ civitas eſt in regione Bœotiæ, juxta Parnaſſum montem ejuſdem regionis. Ibique Delphici Apollinis oraculo opinionem paravit. altera Hammonis Jovis templum in Africa tenuit. Dodoneum igitur fuit oraculum Jovis in Epiro, ubi de quercu columba hominibus reſponſa dabat. *Idem.* Videat, cui operæ Strab. lib. 7. Homer. Odyſſ. ξ. Plutarch. Pyrrho & Pauſan. Achaicis, Phocicis & Arcadicis. *Cyrrhæaque virgo.*] Apollinis Oraculum in radicibus Parnaſſi montis oppido Cyrrha, à Cyrrha Nympha appellatum, cum *Criſſa* priſco nomine diceretur, & ita ab Homero vocetur, huic Circus adjacet, in quo equeſtres Pythiorum ludi celebrabantur. Conſule Pauſaniam Phocicis. *Bernart.*

109. *Elyſias.*] Hunc ſolum de Thebanis dicit Elyſios promeruiſſe campos. Cæterum pro meritis ſcelerum nullam ad Elyſios campos animam Thebanam pervenire. *Lactant.*

113. *Et nemus & triſtis volucrum reverentia.*] Aut quia mortuo exhibetur reverentia, aut quia ore prohibebantur attingere. *Idem.*

116. *Quiſ-*

Quiſque ſuas avidi ad lachrymas miſerabile currunt
Certamen: quos denſa gradu comitantur euntes
Millia ſolandi ſtudio; pars viſere flagrant
Unius acta viri, & tantos in nocte labores.
Fervet iter gemitu, & plangoribus arva reclamant.
Ut vero infames ſcopulos, ſylvamque nefandam
Perventum, ceu nulla prius lamenta, nec atri
Manaſſent imbres, ſic ore miſerrimus uno
Exoritur fragor, aſpectuque accenſa cruento
Turba furit. ſtat ſanguineo diſciſſus amictu
Luctus atrox, caſoque invitat pectore matres.
Scrutantur galeas frigentum, inventaque monſtrant
Corpora, procidua ſuper externoſque, ſuoſque,
Hæ preſſant in tabe comas, hæ lumina ſignant,
Vulneraque alta replent lachrymis. pars ſpicula dextra
Nequicquam parcente trahunt, pars molliter aptant
Brachia trunca loco, & cervicibus ora reponunt.
At vaga per dumos, vacuique in pulvere campi
Magna parens juvenum, gemini tunc funeris, Ide
Squallentem ſublata comam, liventiaque ora

Ungue

116. *Quiſque ſuas avidi.*] Ad ſuas quiſque lachrymas. id eſt, quas de ſuis habituri ſunt, & eſt verbum ſine præpoſitione. ut Sall. *radicem montis exceſſit.* Idem.

118. *Solandi ſtudio.*] Quorum licet nemo fuiſſet occiſus, tamen ſolandi gratia ſequebantur. *Idem.*

121. *Infames ſcopulos.*] Aut Sphyngos cædibus notos aut quia illic à Tydeo quinquaginta confoſſi ſunt. Ut Horatius:

Infames ſcopulos Acroceraunia.

Idem.

124. *Accenſa.*] Id eſt, ſuorum cadaveribus viſis. *Idem.*

126. *Luctus atrox.*] Hoc totum poëtice incorporavit. *Idem.*

128. *Procidua.*] Pæne cadentes. id eſt, irruentes in faciem. *Idem.*

129. *Lumina ſignant.*] Id eſt, claudunt oculos mortuorum. *Idem.*

131. *Nequicquam.*] Quia mortuis nullus doloris ſenſus eſt. *Idem.*

132. *Cervicibus ora reponunt.*] Capita abſciſſa corporibus aut ex vulneribus, vel ictibus, alioquin propendentia.

133. *Vacuiq; in pulvere campi.*] Procul ab aliis cadaveribus. *Schol. Vet.* Res geſta deſcripta eſt ſupra lib. II. ÿſ.632. &c. Neſcio tamen cur dicantur procul à reliquis inventi, ſi ſenſus is Poëtæ. *Barth.*

134. *Magna parens juvenum.*] Ibat enim ad ſepulturam duorum. *Ide.*] Nomen eſt mulieris, cujus duos filios geminos à Tydeo diximus interemptos. Ergo Græca declinatio nominativo *Ide*, hujus *Ides. Lactant.*

135. *Sublata comam.*] Squalentem comam ſublatam habens. *Idem.*

 136. Nec

Ungue premens, nec jam infelix miſerandaque, verum
Terror ineſt lachrymis, per & arma & corpora paſſim
Caniciem impexam dira tellure volutans.
Quærit inops natos, omnique in corpore plangit.
Theſſalis haud aliter bello gaviſa recenti,
Cui gentile nefas hominem revocare canendo,
Multifida attollens antiqua lumina cedro
Nocte ſubit campos. verſatque in ſanguine functum
Vulgus, & explorat manes, cui plurima buſto
Imperet ad Superos. animarum mœſta queruntur
Concilia, & nigri pater indignatur Averni.
Illi in receſſu pariter ſub rupe jacebant
Felices, quos una dies, manus abſtulit una
Pervia vulneribus media trabe pectora nexi.
Ut vidit, lachrymiſque oculi patuere profuſis:
Hoſne ego complexus, genitrix? hæc oſcula, nati,
Veſtra tuor? ſic vos extremo in fine ligavit
Ingenium crudele necis? quæ vulnera tractem,
Quæ prius ora premam? voſne illa potentia matris?

Vos

136. *Nec jam infelix, &c.*] Tetra facies mulieris jam non ad miſeriam ſpectantes, ſed in timorem rapiebat. ſic corpus tormentis laceratum Philotę, miſerationem tetro aſſpectu eximebat Macedonibus. Si tamen ejus exemplum eſt, quod memoriæ incidit. Dubito. *Barthius.*

137. *Terror ineſt lachrymis.*] Id eſt, præ dolore luctus cœperat eſſe terror. Senſus. Oblita quidem virorum fortium mater duraverat. *Lactatius.* Sed emacula ex Lindenbrogii ſcripto codice: *Sexus oblita, quæ durrum virorum fortium mater diu fuerat.*

139. *Omnique in corpore plangit.*] Omnia putans filiorum eſſe cadavera, per errorem lamentabatur per ſingula corpora. *Lactant.*

140. *Theſſalis haud aliter.*] Sic etiam in Lucan. maga videtur eſſe deſcripta, recens cadaver quærens occiſi hominis. Conſtat enim animas eorum qui olim defuncti fuerunt, evocari non poſſe. *Idem.*

141. *Cui gentile nefas.*] Id eſt, cui proprium hoc & facile eſt, quia omnimodis ſuæ gentis eſt crimen, hominem revocare. ut Virgil.

Sæpe animas imis excire ſepulchris.

Ut in corpora iterum hominum redire compelleret. *Idem.*

142. *Multifida.*] Multifarie fiſſa.

145. *Queruntur.*] Id eſt, dolent ſibi requiem tolli. *Idem.*

147. *Sub rupe.*] In antro aut ſub petra. Non enim peremti erant jactu ſaxi, ſed una haſta ambo interfecti, *Schol.*

150. *Lachrymiſque oculi.*] Obducuntur enim oculorum viſus humore lachrymarum, qui ubi profuſus fuerit reddit aſpectum. *Lactant.*

152. *Tuor.*] Pro intuor. *In fine ligavit.*] Memor poëta ſuperioris deſcriptionis. Ait enim, *Fixit & in fratrem, cognataque pectora ferro Trajicit.* Idem.

155. *Tan-*

Vos uteri fortuna mei: qua tangere divos
Rebar, & Ogygias titulis anteire parentes.
At quanto melius, dextraque in ſorte jugatæ,
Quis ſteriles thalami, nulloque ululata dolore
Reſpexit Lucina domum. mihi quippe malorum
Cauſa labor. ſed nec bellorum in luce patenti
Conſpicui factis, æternaque gentibus auſi,
Quæſiſtis miſeræ vulnus memorabile matri:
Sed mortem obſcuram, numerandaque funera paſſi.
Heu quantus furto cruor, & ſine laude jacetis?
Quin ego, non dextras miſeris complexibus auſim
Dividere, & tanti conſortia rumpere leti:
Ite diu fratres, indiſcretique ſupremis
Ignibus, & caros urna confundite manes.
Nec minus interea digeſta ſtrage ſuorum
Hinc Chthonium conjux, hinc mater Penthea clamat
Aſtyoche, puerique rudes tua, Phædime, proles
Amiſ-

155. *Tangere.*] Æquare, contingere. *Idem.*

156. *Titulis.*] Titulus eſt memoria bonorum factorum, qui ſolet ſuperponi tumulis mortuorum. *Anteire parentes.*] Nioben ſpecialiter tangit. *Idem.*

158. *Quis ſteriles thalami.*] Quibus thalami infœcundi. *Et non ululata Lucina.*] Id eſt, non invocata parturientibus præ dolore. Quanto melius, inquit, cum illis agitur quæ propter ſterilitatem ſuam non ſubjacent orbitati. *Idem.*

160. *Cauſa labor.*] Mire dixit, ut liberos cum labore genuiſſe videatur, quos nunc cernit extinctos. Laboravi ergo ut infelix fierem. *In luce patenti.*] Publice, honeſto interitu, quia nocte occubuerunt, nec luce pugnantes, ubi virtus potuiſſet videri. alia querela quod inglorii nocte perierunt. *Idem.*

161. *Æterna.*] Quæ eſſent apud omnes gentes memorabilia numerandaque, qui inter paucos nec in magno prælio concidiſtis: aut quia nocte perempti fuiſtis. *Idem.*

163. *Miſerandaque funera paſſi.*] Ingenti conſpiratione ſcripti: *numerandaque.* Nec legit aliter Lactantius, explicatque: *qui inter paucos nec in magno prælio concidiſtis.* Quaſi non poſſit & inter paucos eniteſcere virtus. Placet conjectura Gruteri: *muſſandaque funera paſſi.* Quippe ut violatores juris gentium cæſi erant. Ovid. lib. 3. Metamorph. *Eſſemus miſeri ſine crimine, ſorſque querenda, Non celanda foret.* Gronovius.

169. *Digeſta.*] Id eſt, diſpoſitis cadaveribus, urniſque jam condendis. *Lactantius.*

170. *Clamat.*] Deplorat, lamentatur. Quæ neceſſaria condendis jam cenſebant. Unde *Conclamati*, jam exurendi. *Barth.*

171. *Aſtyoches puerique.*] Gruteri eſt: *hinc mater Penthea clamat Aſtyoche, puerique.* Quod ſecutus ſum, nam & bonæ notæ ſcriptus ſic habebat. *Gronov.*

175. *Con-*

Amiſſum didicere patrem, Marpiſſaque pactum
Phyllea: ſanguineumque lavant Acamanta ſorores,
Tunc ferro retegunt ſylvas, colliſque propinqui
Annoſum truncant apicem, qui conſcius actis
Noctis, & inſpexit gemitus. ibi grandior ævo
Ante rogos, dum quiſque ſuo nequit igne revelli,
Concilium infauſtum dictis mulcebat Alethes:
Sæpe quidem infelix, variòque exercita ludo
Fatorum gens noſtra ruit, Sidonius ex quo
Hoſpes in Aonios jecit ſata ferrea ſulcos.
Unde novi fœtus, & formidata colonis
Arva ſuis. ſed nec veteris cum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Junonis iniquæ
Conſedit, neque funerea cum laude potitus
Infelix Athamas trepido de monte veniret
Semianimem heu læto referens clamore Learchum;
Hic gemitus Thebis. nec tempore clarius illo
Phœniſſæ ſonuere domus, cum laſſa furorem
Vicit, & ad comitum lachrymas expavit Agave.

Una

175. *Conſcius actis.*] Inter quas arbores cædem quinquaginta Thebanorum patraverat Tydeus. *Conſcientiam* rerum multis inanimis rebus tribui, docent exemplis alibi noſtræ Commentationes. Sic *conſcium ignem*, Herus Amorum. Lampadem alibi dicit Papinius lib. 6. & 8. ℣ſ. 206.

176. *Grandior ævo.*] Quo in loco Alethes ævo grandior lugentibus ante rogos ſuos gemitus ſolabatur. *Lactant.*

179. *Sæpe quidem infelix.*] Hæc oratio conſolationem continet, quæ conſtat exemplis. ut Virg. *O paſſi graviora.* Dicit autem, nunquam tantam ſcenam infelicitatis accidiſſe Thebanis: & ne contra præceptum faciat, ſi infelicitatem carere dicat exemplo, ideo dicit unum diem poſſe iſtis cladibus comparari, quo Niobe quatuordecim filios uno momento ira numinum perdidit. Omnes enim reliquæ hiſtoriæ de Thebanorum calamitate, præcipue ex ſuperioribus, bene jam notæ ſunt. *Idem.*

182. *Unde novi fœtus.*] Proprie *fœtus*, quia fœtus terræ partus eſt. ut Virg.
Sic quoque mutatis requieſcunt fœtibus arva. Idem.

185. *Conſedit.*] Corruit, conſumpta eſt. *Neque funera.*] Putabat ſe occiſo filio Learcho Athamas gloriam conſecuturum, quem præ furore feram putavit. Gloriabatur ergo inſana mente venationis eventu. *Idem.*

186. *De mente.*] De quo Leucothea ſe præcipitavit in fluctum cum Palæmone. *Idem.*

188. *Hic gemitus.*] Talis, qualis nunc eſt quinquaginta hominum clade peremptis. *Idem.*

189. *Furorem vicit.*] Reſipuit ad hoc ſolum, ut agnoſceret orbitatem. *Idem.*

190. *Expavit.*] Quia adhuc cauſam neſciebat. *Idem.*

191. *Una*

Una dies ſimilis fato ſpecieque malorum
Æqua fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis innumeris cum circumfuſa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quæreret ignes.
Talis erat vulgi ſtatus, & ſic urbe relicta,
Primævique ſenes, & longo examine matres
Invidiam planxere deis, miſeroque tumultu
Bina per ingentes ſtipabant funera portas.
Meque ipſum, memini (nec dum apta doloribus ætas)
Fleſſe tamen, gemituque meos æquaſſe parentes.
Illa tamen Superi. nec quod tibi Delia caſtos
Prolapſum ad fontes, ſpecula temerante profana,
Heu dominum inſani non agnovere Moloſſi

Deſlerim

191. *Una dies.*] Prope eſt ut hæc infelicitas conſolatione careat, ſi nihil unquam tale contigit, ideo ſubdidit exemplum. quia ut Ovid. ait, Niobe Latonam coli vetabat, in ſe cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque ſexu liberorum fœtibus jactabat anteire ſe. Tantalis autem Niobe, quia Tantali fuit filia. Filii Niobes hi; Archemorus, Antehorus, Tantalus, Phædimus, Siphylos, Xenarchus, Epinites. Item filiæ; Aſticratia, Pelopeia, Chloris, Cleodoxe, Ogime, Phega, Neera. *Idem.*

192. *Magniloquos.*] *Magnilocos*, Optimæ membranæ. In *Niobes* magniloquentia pœnaque deſcribendis ſeipſum vicit Ovidius, quem ſuſpicor tamen non pauca ex Tragicis ſumſiſſe hodie non exſtantibus. *Barth.*

193. *Innumeris.*] Quia innumera orbitas cinxerat matrem, ut nunc virorum fortium cæde circumvallabat orbitas civitatem. *Lactant.*

194. *Corpora tot.*] Quia pro numero filiorum rogos quoque mater extruxerat. *Raperet terra.*] Illa te raperet. Nam hodie quoque Niobe ſic pingitur gremium conferta tot natis, dum unumquemque amplecti manibus affectat. *Idem.*

196. *Longo examine.*] Id eſt, turba. *Idem.*

198. *Bina per ingentes.*] Scite. Nam cum Thebe ſeptem portas habuerit, ut oſtendat Nioben XIV. proles amiſiſſe, dicit bina funera per ſingulas portas elata. ſentit, ut video, cum Euripide, Ovidio, Sidonio, Seneca Tragico qui VII. filios, totidemque filias, Nioben habuiſſe, tradidere. Sed Homer. Iliad. ultimo, Propertius lib. II. tantum XII. fuiſſe. Sapho vero XIX. Bachillides, & Pindarus XX. alii ſolum tres, teſtatum reliquere. Conſule Agellium libro XX. cap. XXI. qui diſſenſus & noſtro aberrare manum fecit: libro ſiquidem VI. non XIV. uti hic, ſed XII. Niobes proles agnoſcit:

— quos geminis Niobe conſumpta pharetris
Squallida biſſenas Sypylon deduxerat urnas. Bernart.

202. *Specula temerante prophana.*] Scripti, *temerare.* Videtur dixiſſe ad ſacros fontes *prolapſum temerare*, ut eos temeraret ac violaret, ſpecula prophana. *Gronov.*

203. *Moloſſi.*] Actæonem dicit, qui mutatus in cervum putatur, quod Dianam nudam aſpexerat, & à ſuis dicitur canibus laniatus. *Lactant.*

205. *In*

Deſlerim magis, aut verſo quod ſanguine fluxit
In ſubitos regina lacus. ſic dira ſororum
Penſa dabant, viſumque Jovi. nunc regis iniqui
Ob noxam immeritos patriæ tot culmina cives
Exuimus, nec adhuc calcati fœderis Argos
Fama ſubit, & jam bellorum extrema dolemus.
Quantus equis, quantuſque viris in pulvere craſſo
Sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!
Viderit hæc bello viridis manus, aſt ego donec
Dum licet igne meo, terraque inſternar avita.
Hæc ſenior: multumque nefas Etheoclis acerbat,
Crudelem infandumque vocans, pœnaſque daturum.
Unde ea libertas? juxta illi finis & ætas
Tota retro, ſeraque velit decus addere morti:

Hæc

205. *In ſubitos regina lacus.*] Reſpexit fabulam, qua Dirce, Lyci Thebarum regis conjunx, ab Amphione & Zetho, Jovis & Antiopæ filiis, caudæ indomiti equi alligata & per terram diu rapta, tandem in ſui nominis fontem converſa fingitur. *Bernartius.* *Sic dura ſororum.*] Ideo inquit illa non fleo, quia patientius fertur, quod fato accidit. Nunc ergo quinquaginta iſti regis vitio ceciderunt. Sic Cicero in Philipp. *Multa autem impendere videntur, præter naturam & præter fatum.* Ideo & poëta deſcribit illud fatorum fuiſſe, hoc non: de qua re magna quæſtio eſt. Sed ſi philoſophice inveſtigemus arcana (ſi hæc talia tamen eveniſſe credamus) reperire poſſumus hoc magis fato factum, quod per Etheoclis inſidias contigit. Quod enim deorum iracundiis extra fatum? licet enim diis, quia ipſa fata ſenſerunt, facere quod velint, quia humanum genus hoc vinculo ligaverunt, ut juvit ſuas voluntates atque licentias. Attamen ſi utrumque perpendas, & hoc & illud fato eveniſſe cognoſces. Nam ut quinquaginta morerentur, per regis perfidiam contigit. & illa quæ ſuperius facta narravit de Dyrce, de Niobe, de Pentheo, de Agave, de Actæone, etiam decreti fuiſſe poterimus agnoſcere. Omne enim quodcunque, fato moritur: ut Virgilius: *Stat ſua cuique dies.* Lactantius.

209. *Extrema dolemus.*] Senſus, cum nondum bella commiſſa ſint, jam timemus extrema bellorum, quæ victi pati conſueverunt. *Idem.*

211. *Io quantum crudele rubebitis amnis.*] Omnes fere, *quanti.* quam exuberantes, quam reſtagnantes. Duo in amnibus ſigna cladium promittit: fore enim ut & creſcant & mutato colore ſint. *Grenov.*

216. *Unde ea libertas.*] Quæritis, inquit, quo vultu Alethes crimina in regem libere congerat? Videt enim ſibi vitæ finem propinquum, & omne incolumitatis ſpacium eſſe tranſlatum, & propter hoc ne moriatur inglorius, quaſi liber & conſtans, ut de illo hoc poſtea populus loquatur, optat occidi. unde Lucanus: *Unam ſpem mortis honeſta concipitis.* Lactantius.

217. *Seraque morti.*] Diu dilatæ: Vel videbatur ſerum ipſi per naturam mori, itaque volebat per virtutem properare ad mortem. Multi veterum ſapientum, ſummam auctoritatem ponebant in contemtu mortis. *Vet. Schol.*

221. *Bi-*

Hæc ſator aſtrorum jamdudum è vertice mundi
Proſpectans, primoque imbutas ſanguine gentes,
Gradivum acciri propere jubet. ille furentes
Biſtonas, & Geticas populatus cædibus urbes,
Turbidus ætherias currus urgebat ad arces.
Fulmine criſtatum galeæ jubar, armaque in auro
Triſtia, terrificis monſtrorum animata figuris
Incutiens: tonat axe polus, clypeique cruenta
Lux rubet, & ſolem longe ferit æmulus orbis.
Hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Juppiter, & tota perfuſum pectora belli
Tempeſtate videt: Talis mihi, nate, per Argos,
Talis abi. ſic enſe madens, ac nubilus ira.
Exturbent reſides frenos; & cuncta peroſi
Te cupiant, tibi præcipites animaſque, manuſque
Devoveant: rape cunctantes, & fœdera turba
Quæ dedimus. tibi fas ipſos incendere bello
Cælicolas, pacemque meam. jam ſemina pugnæ
Ipſe dedi, remeat portans immania Tydeus
Auſa ducis, ſcelus & turpis primordia belli,
Inſidias, fraudeſque, ſuis quas ultus in armis.
Adde fidem. vos ô Superi, meus ordine ſanguis,
Ne pugnate odiis, neu me tentare precando
Certetis. ſic fata mihi, nigraque ſororum
Juravere colus. manet hæc ab origine mundi

Fixa

221. *Biſthonas & Gethicas.*] Gentes Thraciæ crudeliſſimæ, ob quam cauſam Mars eſſe de Thracia dicitur: ut Virg.
Gradivumque patrem Gethicis qui præſidet arvis. Lactant.

223. *Fulmine criſtatum.*] Quod exibat de criſtà galeæ infinitum lumen habens. eratque galea in modum fulminis criſtis ornata. *Idem.*

224. *Triſtia.*] Quæ quanquam eſſent aurea; tamen triſtitia non carerent, ut eſſet terror in pretio. *Idem.*

225. *Tonat axe polus.*] Incertum utrum poli axem, an currus dixerit: ſed rectius currum axem accipimus. *Idem.*

226. *Æmulus.*] Luci radianti par magnitudine. *Idem.*

231. *Exturbent reſides frenos.*] Id eſt, vincula legis & fœdera, quibus tenentur in pace: ut Virgil. *Ni frenum accipere.* Idem.

233. *Rape cunctantes.*] Excute omnia conſilia & rape præcipites, quo te tua rabies præcipitat. In bello omnia vi. & dolo aguntur. Ubi vis non eſt, ibi dolus. *Scholiaſt.*

246. *Ar-*

Fixa dies bello, populique in prælia nati.
Quid ni me veterum pœnas ſancire malorum
Gentibus, & diros ſinitis punire nepotes,
Arcem hanc æternam, mentis ſacraria noſtra,
Teſtor, & Elyſios etiam mihi numina fontes,
Ipſe manu Thebas, correptaque mœnia fundo
Excutiam, verſaſque ſolo ſuper Inacha tecta
Effundam turres, ac ſtagna in cœrula vertam
Imbre ſuperjecto: licet ipſa in turbine rerum
Juno ſuos colles, templumque amplexa laboret.
Dixit. & attoniti juſſis (mortalia credas
Pectora) ſic cuncti vocemque, animoſque tenebant.
Non ſecus ac longa ventorum pace ſolutum
Æquor, & imbelli recubant ubi littora ſomno,
Sylvarumque comas, & abacto flumine nubes.
Mulcet iners æſtas: tunc ſtagna, lacuſque ſonori
Detumuere: tacent exhauſti ſolibus amnes.
Gaudet ovans juſſis, & adhuc temone calenti
Fervidus, in levum torquet Gradivus habenas.
Jamque iter extremum, cœlique abrupta tenebat,
Cum Venus ante ipſos, nulla formidine greſſum
Figit equos. ceſſere retro, jam jamque rigentes
Suppliciter poſuere jubas. tunc pectora ſummo
Acclinata jugo, vultumque obliqua madentem,

Inci-

246. *Arcem hanc æternam.*] Inter ortum & occaſum omne quod medium eſt, *meridies* vocatur. Et eſt ſedes deorum. *Lactant.*

247. *Etiam mihi numina fontes.*] Ordo: Teſtor Elyſios fontes, qui etiam ſunt mihi numina. Unde Virgil.

Dii cujus jurare timent, & fallere numen.

Idem.

248. *Ipſe manu Thebas.*] Ut conſoletur omnibus minatur Argivis. Conſtat enim timorem periculi accipere ſolatium, ſi hoc non ſolus quicunque patiatur. *Idem.*

250. *Vertam.*] Aut in mare traham, aut diluvio conteram. *Idem.*

253. *Mortalia credas.*] Sic præcepto Jovis cuncta ſunt territa numina, ut crederentur mortalia. *Idem.*

262. *Jamque iter extremum.*] Parte qua deficit cælum, ut Homerus, * ΠΕΙΡΑΤΑ ΓΑΙΗΣ [illegible], ſignificans intervallum, quo terra ſeparatur à cælo. ſic & *abrupta montium* dicimus, & *Olympi ardua.* Idem.

Quod cælum dixere.] Ideo, quia apex ejus omnibus inviſibilis eſt. Infra enim nubes ſunt. ut Lucan. *Nubes excedit Olympus.* Idem.

269. *Bella*

Incipit: (interea domina veſtigia juxta
Spumantem proni mandunt adamanta jugales)
Bella etiam in Thebas, ſocer ô pulcherrime, bella
Ipſe paras, ferroque tuos abolere nepotes?
Nec genus Harmiones, nec te connubia cœlo
Feſta, nec hæ quicquam lachrymæ furibunde morantur?
Criminis hæc merces? hoc fama, pudorque relictus?
Hoc mihi Lemniacæ de te meruere cathenæ?
Perge libens. at non eadem Vulcania nobis
Obſequia, & læſi ſervit tamen ira mariti.
Illum ego perpetuis mihi deſudare caminis
Si jubeam, vigileſque operi tranſmittere noctes,
Gaudeat, ornatuſque novos, ipſique laboret
Arma tibi. tu, ſed ſcopulos, & ahena precando

Flectere

269. *Bella etiam in Thebas ſocero pulcherrima bella, Ipſe paras.*] Quis vitium non videt? Socerone Mars bella parabat? nugæ. ipſe ſocer erat & filiam Hermionem Cadmo junxerat. quo magis miror nihil hic mutare veteres. tu meo periculo legas licet: *Bella etiam in Thebas ſocer ô pulcherrime, bella Ipſe paras?* Bernart.

273. *Criminis hæc merces.*] Adulterii ſcilicet: quia ſpreto Vulcano cum Marte concubuit. *Criminis hæc merces.*] Jam nec conjugii memor eſt, quæ vocat crimen. amat dolor acerbare conjugium. ut apud Virgil. hoſpitem appellavit Æneam Dido furore percuſſa,

Cui me moribundam deſeris hoſpes:
Hoc ſolum nomen quoniam de conjuge reſtat.

Lactantius.

274. *Lemniacæ de te meruere catenæ.*] Quibus in Lemno deprehenſa cum Marte vincta fuit. quamquam Veneris & Vulcani notiſſima fabula ſit, breviter tamen exinde pauca perſtringam. Poſtquam filiabus Solis Venus amores immiſit, & ſingulæ exitiali morbo detentæ interiere, Vulcanus Minervæ conſilio monile aſtu perfecit. Nam conſcia factum Minerva, indicant oculi Gorgonis: quos dicit poëta in illo monili gemmis inſertos. Fecit ergo monile pulcherrimum infauſti ominis, quod dedit Harmione, cum Cadmo nuberet. Cujus malo omine in dracones cum marito converſa eſt. Deinde hoc monile Semele geſtavit, quæ fulminibus Jovis aſſumpta eſt. Inde habuit Ino, quæ, à marito Athamante occiſo per furorem ex filiis uno Learcho, cum alio, id eſt, Palæmone ſe præcipitavit in mare, ut mariti inſequentis vitaret inſaniam. poſt hanc habuit Agave, & ipſa filium furore percuſſit. Hæ omnes filiæ Cadmi & Harmiones fuerunt. habuit & Iocaſta, quæ per errorem filio nupſit. habuit & Argia ſed Eriphilæ dedit, ut mariti proderet latebras. *Idem.*

277. *Perpetuis mihi.*] Si nihil illum agere aliud velim, quam officinam mihi ſoli ſemper omnem impendere, vel Jovis fulmina omittat, & mihi inſerviat, & omnes meos amaſios neceſſariis ferrei operis rebus inſtruat. *Scholiaſt.*

280. *Tu.*] Apoſiopeſis: ut Virg. *Quos ego.* *Ahena.*] Ærea. id eſt fortia. *Lactant.*

283. *Iur.*

Flectere corda paro. ſolum hoc tamen anxia, ſolum
Obteſtor, quid me Tyrio ſociare marito
Progeniem caram, infauſtiſque dabas Hymenaeis?
Dum fore praeclaros armis, & vivida rebus
Pectora vipereo Tyrios de ſanguine jactas,
Demiſſumque Jovis ſerie genus. ah mea quanto
Sithonia mallem nupſiſſet virgo ſub Arcto
Trans Boream, Thracaſque tuos. indigna parumne
Pertulimus? divae Veneris quod filia longum
Reptat, & Illyricas ejectat virus in herbas?
Nunc gentem immeritam. lachrymas non pertulit ultra
Bellipotens. haſtam leva tranſſumit & alto
(Haud mora) deſiluit curru: clypeoque receptam
Laedit in amplexu, dictiſque ita mulcet amicis:

O mihi,

283. *Infauſtiſque dabas Hymenaeis.*] Hymenæus puer genere Athenienſis fuit. Is cum annos puerilis ætatis excederet, neque adhuc virum poſſet implere, ea pulchritudine præditus fuiſſe dicitur, ut fœminam mentiretur. is cum unam ex civibus ſuis virginem nobilem adamaſſet, ipſe mediocribus ortus parentibus, quia nuptias deſperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, ſatis animo ſolo faciebat aſpectu. Cumque nobiles fœminæ cum virginibus ſacra Cereris Eleuſinæ celebrarent, ſubito adventu piratarum raptæ ſunt, inter quas etiam Hymenæus: qui illò amatam fuerat ſubſecutus, quod puella crederetur. Cum igitur per longinqua maria prædam piratæ vexiſſent, ad quandam regionem tandem devoluti perveniunt, ibique ſomno oppreſſi ab inſequentibus ſunt interempti. Hymenæus relictis ibi virginibus reverſus Athenas, pactus eſt à civibus dilectæ nuptias, ſi eis filias ſuas reſtituiſſet. quas ubi pro voto reſtituit, exoptatam accepit uxorem. Quod conjugium quia felix fuerat, placuit Athenienſibus nomen nuptiis Hymenæi miſcere. *Idem.*

285. *Tyrios de ſanguine.*] Suſpecta lectio vocis *Tyrios.* In optimo exemplari vox eſt nihili, *Tiros.* Unde augetur vis ſuſpicionis. Ab Adriano Behorio collati libri *Tyrio* habuere. Poteſt miſtum genus ex Tyro, hoc eſt Cadmi ſanguine & Thebano agro dicere. Vide *Barthium.*

286. *Jovis ſerie genus.*] Cadmi ſcilicet, cujus origo hoc ordine à Jove deſcendit. Jovis filius Eleus, Elei Belus, Beli & Libyæ Agenor, Danaus, & Ægiſtus. Agenoris Cadmus. Cadmi Polydorus. Polydori Labdacius. Labdacii Laius. Laii Oedipus. Oedipi & Sinenex Antigone, Etheocles, Polynices. *Lactantius.*

290. *Illyricas.*] Ubi Cadmus fugiens infortunia Thebarum, exiſtimans ſe cum loco etiam mutare fortunam, cum Harmione conjuge verſi ſunt in dracones in Illyrico. ut Lucan.

Enchelia verſi teſtantes funera Cadmi. Idem.

Ejectat virus in herbas.] Tangit fabulam qua Harmione Veneris filia, cum Cadmo marito, in ſerpentem converſa fingitur. *Bernart.*

294. *Laedit in amplexu.*] Stultiſſima lectio, quam enim gratioſum Amatorium officium, in quo *Laeſio* ulla ſit

amati

O mihi, bellorum requies, & ſacra voluptas,
Unaque pax animo; ſoli cui tanta poteſtas
Divorumque hominumque meis occurrere telis
Impune, & media quamvis in cæde frementes,
Hos aſſiſtere equos, hunc enſem avellere dextra.
Nec mihi Sidonii genitalia fœdera Cadmi,
Nec tua cara fides (ne falſa inceſſere gaude)
Exciderant. prius in patrui deus infera mergar
Stagna, & pallentes agar exarmatus ad umbras.
Sed nunc Fatorum monitus, mentemque ſupremi
Juſſus obire patris, (neque enim Vulcania tali
Imperio manus apta legi) quo pectore contra
Ire Jovem? dictaſque parem contemnere leges?
Cui modo, prô vires! terras, cœlumque, fretumque,
Attremere oranti; tantoſque ex ordine vidi
Delituiſſe deos. ſed ne mihi corde ſupremos
Concipe, cara, metus. quando hæc mutare poteſtas
Nulla datur. cum jam Tyriis ſub mœnibus ambæ
Bellabunt gentes, adero, & ſocia arma juvabo.
Tunc me ſanguineo late deſervere campo
Res ſuper Argolicas haud ſic dejecta videbis:
Hoc mihi jus, nec Fata vetant. ſic orſus aperto

Fla-

amati corporis? Nec Mars totus Adamante armatus ſic amplecti voluerit formoſiſſimam Venerem. In optimo lib. elare ſcriptum invenio, *Reddit in amplexum.* In alio eſt vulgata ſcriptura cum interpretatione *quia ferrata erant brachia.* Ex qua facias: *Illigat amplexu.* Barthius.

300. *Genitalia fœdera Cadmi.*] Lipſ. liber ſcriptus *gentilia fœdera Cadmi.* probe. nam affinitatis vinculo Cadmo adſtrictus Mars, uti jam diximus. *Bernartius.*

302. *Prius in patrui.*] Prius perdam conditionem hujus civitatis, quam aliquando mei ſanguinis obliviſcar. *Lactantius.*

303. *Exarmatus.*] Prius perdam immortalitatem, quam mei generis obliviſcar. *Idem.*

304. *Supremi.*] Summi. ut Terent. *proh ſupreme Jupiter.* Jurejurando confirmaverat ſe omnium meminiſſe, & ſupereſt ut querenti contra Thebanos aliquid moliri, per venialem ſtatum ſe excuſet. dicit enim ſe facere, ſed coactum. *Idem.*

305. *Neque enim Vulcania.*] Nunquam enim ad hæc poteſt mitti Vulcanus. Et oportune imbecillitatem objecit mariti, ut amorem Veneris in ſe transferret. *Idem.*

311. *Concipe cara metus.*] Id eſt, nolo timeas excidium Thebanorum, qui non vincentur ita, ut penitus pereant.

316. *Aperto.*] Cœlo. *Idem.*

318. *Ira*

Flagrantes immiſit equos. non ocyus alti
In terras cadit ira Jovis, ſi quando nivalem
Othryn, & Arctoa gelidum caput inſtitit Oſſæ,
Armavitque in nube manum. volat ignea moles
Sæva dei mandata ferens, cœlumque triſulca
Territat omne coma, jamdudum aut ditibus agris
Signa dare, aut ponto miſeros involvere nautas.
Jamque remenſus iter feſſo Danaëia Tydeus
Arva gradu, viridiſque legit devexa Proſymna
Terribilis viſu. ſtant fulti pulvere crines.
Squallidus ex humeris cadit alta in vulnera ſudor.
Inſomneſque oculos rubor excitat, oraque retro
Sorbet anhela ſitis. mens altum ſpirat honorem
Conſcia factorum: ſic nota in paſcua taurus
Bellator redit, adverſo cui colla, ſuoque
Sanguine, proſciſſiſque natant palearibus armi.
Tunc quoque laſſa tumet virtus, multumque ſuperbit
Pectore deſpecto. vacua jacet hoſtis arena

Turpe

318. *Ira Jovis.*] Fulmen. *Si quando.*] Quoniam hi montes tam finguntur altiſſimi, ita ut inter nubes potius deliteſcant. *Idem.*

320. *Armavitque in nube.*] Nubem dixit fulmen. *Idem.*

321. *Triſulca.*] Pro quadriſulca: quia fulmen ex quatuor conſiſtit, aqua, igni, nube, vento. *Idem.*

322. *Ditibus.*] Locupletibus. Id eſt fertilibus. *Idem.*

323. *Signa dare.*] Ut ſignum det aut perituras eſſe fruges, aut navigantibus imminere naufragia. *Idem.*

325. *Devexa Proſymna.*] Junonis templum notat, in Euboo monte. cujus area Proſymna dicitur, ab una ex Junonis nutricibus. adi Pauſaniam Corinthiacis. *Bernart.*

326. *Stant fulti pulvere crines.*] Id eſt, pleni ſunt. Siſennius lib. IX. *Cœlum caligine ſtat.* Varro Eumenidibus.

— denique avarus (orbis,
Quis ſanus? cui ſi ſtet terra & traditus
Curando tamen ac morbo ſtimulatus eodem,
Ex ſeſe ipſe aliquid quærat, cogatque peculi.

Lucillius Sat. V.

Interea ſtat ſentibus fundus.

Pro eo quod diceres, cælum plenum eſt caligine, ſi terra plena ſit, fundus plenus eſt ſentibus. *Idem.*

328. *Rubor excitat.*] Extra ſua loca ducit, profert ut emineant & expreſſi velut videantur è capite. Laboranti capiti videmus rubore oculos teſtimonium dare, ut & inſomniæ. *Vet. Gloſſæ & Scholiaſt.*

333. *Tumet virtus.*] Omne quippe gaudium quod eſt nimium noſtri nos immemores facit. ideo dicit ſuperbire virtutem: ſic ut animum virtutemque tranſcendat. *Lactant.*

334. *Vacua.*] Quod in ea ſolus jaceat, quaſi ad gloriam ſuæ virtutis ſpectet, ſuperato hoſte pectus habere confoſſum: quem laus victoriæ, & victi gemitus conſolatur. *Idem.*

337. *Aſo-*

Turpe gemens, crudoſque vetat ſentire dolores.
Talis erat. medias etiam non deſtitit urbes
Quicquid & Aſopon, vetereſque interjacet Argos
Inflammare odiis. multumque, & ubique retexens
Legatum ſeſe Graja de gente petendis
Ipſe ſuper regnis profugi Polynicis, at inde
Vim, noctem, ſcelus, arma, dolos, ea fœdera paſſum
Regis Echionii, fratri ſua jura negari.
Prona fides populis. Deus omnia credere ſuadet
Armipotens geminatque acceptos fama pavores.
Utque introgreſſus portas (& forte verendos
Concilio pater ipſe duces cogebat Adraſtus)
Improviſus adeſt, jam illinc à poſteribus aulæ,
Vociferans. arma, arma viri, tuque optime Lernæ
Ductor, magnanimûm ſi quis tibi ſanguis avorum,
Arma para. nuſquam pietas, non gentibus æquum
Fas, aut cura Jovis. melius legatus adiſſem
Sauromatas avidos, ſervatoremque cruentum
Bebrycii memoris. nec juſſa incuſo, pigetve
Officii.

337. *Aſopon.*] Fluvius eſt Bœotiæ. dicit autem ſpacium quod inter Aſopon & Argos interjacet, in bellum Tydei inflammationibus excitatum. *Idem.*

345. *Et forte verendos.*] Oeconomia opportuna: quippe hoc actum eſt occaſione conſilii, ne narranti Tydeo publicus deeſſet auditor. *Idem.*

350. *Æquum, fas.*] Quia ſcelerati hac ſpe peccant, dum ſperant deos criminum vindices non fore, unde Virgil. *Contemptorque deum Mezentius.* Nam ſunt philoſophi, qui cum videant naturæ mala neceſſitate res contrarias ac peſſimas in mundo parari, dicunt curam humanarum rerum penitus Deos non habere, unde Virg. Epicurum ſecutus ait: *Scilicet hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat.* aut ſi omnino ad deum humanarum rerum pertinet cura, crudelis eſt. ut idem: *Nec curare deum das mortalia quicquam.* Idem.

351. *Aut jura Jovis.*] Quaſi violatæ hoſpitalitatis gratia, deum hoſpitio præſulem, inviolatum eſſe dixiſſet. ut Virg. *Juppiter hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.* Idem.

352. *Sauromatas avidos.*] Sauromatæ ultra Pontum ſunt, vicini Amazonibus. Sauromatas Sarmatas dicit, genus hominum ad omne paratiſſimum ſcelus. *Idem.*

353. *Bebryci memoris.*] Pollux cum Argonautis ad Bebryciam appulſus eſt, cum eum Amycus rex Bebryciorum ad cæſtuum provocaſſet certamen (Amycus autem hanc conſuetudinem ſemper habuit, ut inſidiaretur in Bebrycio nemore, ubi ſiquis forte advena devolutus fuiſſet, ab eo cæſtibus provocatus occumberet) hunc Pollux eodem certamine ſuperatum dicitur occidiſſe. Hic autem Amycus Neptuni, & Melies filius fuit, quem Pollucem diximus proſtraviſſe.

Officii. juvat iſſe, juvat, Thebaſque nocentes
Exploraſſe manu. bello me, credite, bello,
Ceu turrim validam, aut arctam compagibus urbem
Delecti inſidiis inſtructique omnibus armis
Nocte, doloque viri, nudum, ignarumque locorum
Nequicquam clauſere. jacent in ſanguine mixti
Ante urbem vacuam. nunc ô, nunc tempus in hoſtes,
Dum trepidi, exangueſque metu, dum funera portant:
Dum capulo nondum manus excidit. ipſe ego feſſus
Quinquaginta illis heroum immanibus umbris,
Vulneraque iſta ferens putri inſiccata cruore
Protinus ire peto. Trepidi de ſedibus aſtant
Inachidæ. cunctiſque prior Cadmeius heros
Accurrit vultum dejectus, &, En ego divis
Inviſus, vitaque nocens, hæc vulnera cerno
Integer? hoſne mihi reditus, germane, parabas?
In me hæc tela dabas? prô vitæ fœda cupido!
Infelix, facinus fratri tam grande negavi.
Et nunc veſtra quidem maneant in pace ſerena
Mœnia, nec vobis tanti ſim cauſa tumultus
Hoſpes adhuc. ſcio, nec me adeo res dextra levavit
Quam

viſſe. cujus mortem vindicaturi cives cum Polluci inſtarent, Argonautæ aſſerturi commilitonem ſuum in aciem proceſſerunt, victoriamque Bebryciorum tulerunt. Bebrycia autem Bithynia dicta eſt. ut Virg. ad Daretis augendum virtutis meritum, dixit: *qui ſe Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.* Idem.

356. *Ceu turrim validam.*] Comparatio tanto bellatore digna. *Turris* omne fortius munimentum, fortior Heros. Horatius Achillem *Turres Dardanas cuſpide quatientem faciens*, cupreſſo aut pino pariter æquat. *Barthius.* *Arctam compagibus urbem.*] Muris valloque munitam: quia urbem dicere jactantis erat, ideo adjecit *arctam*, id eſt, anguſtam. *Lactantius.*

358. *Nocte doloque viri.*] Quantæ occaſiones periculorum fuerint Tydeus exponit: nox, dolus, ipſe inſcius locus, & tam aperte vicinus. *Idem.*

360. *Vacuam.*] Viris fortibus exhauſtam. *Idem.*

365. *Trepidi de ſedibus.*] Seſſum eos vocaverat, conſultaturos de Republica, Rex Adraſtus. Illi tot novis rebus auditis, relictis ſedibus aſtant trepidi. ſic *Gloſſ. Manuſcript.*

368. *Vitaque nocens.*] Meliores: *vitæque nocens.* Ut lib. 1. *Fortunatæ animi.* Lib. 4. *Ah miſeri morum.* Gronov.

369. *Parabas.*] Ut hujuſmodi mihi parares inſidias. aut certe qualis Tydeus reverſus eſt, talis & ego ad Argos redirem. *Lactantius.*

374. *Res dextra levavit.*] Nec me, inquit, tantum extollit conjugii repentina felicitas, ut neſciam quam ſit durum quietos homines ad bella compellere.

Quam durum natis, thalamo quam triſte revelli,
Quam patria. non me ullius domus anxia culpet,
Reſpectentque truces obliquo lumine matres.
Ibo libens certuſque mori. licet optima conjux,
Audituſque iterum revocet ſocer. hunc ego Thebis,
Hunc germane tibi jugulum, & tibi maxime Tydeu,
Debeo. ſic variis pratentat pectora dictis,
Obliquatque preces. commotæ queſtibus iræ
Et mixtus lachrymis caluit dolor. omnibus ultro
Non juvenum modo, ſed gelidis & inertibus ævo
Pectoribus mens una ſubit. viduare penates,
Finitimas adhibere manus. jamque ire: Sed altus
Conſiliis pater, imperiique haud flectere molem
Inſcius: Iſta quidem Superis, curæque medenda
Linquite quæſo mea (nec te germanus inulto
Sceptra geret) neque vos avidi promittere bellum.
At nunc egregium tantoque in ſanguine ovantem
Exci-

lere. hoc autem mire anticipat, ne poſtea ipſe culpetur: alioquin nullus magis bella deſiderat. Agitur quippe de ejus imperio. *Lactant.* *Nec me adeo res dextra.*] Utinam omnes non à ſupremis labiis, ſed è pectore, & ut ille ait ἐκ φρενῶν μυχῶ, hanc ſententiam uſurparemus, quàm bellè nobiſcum ageretur? vix afflavit melior quædam fortunæ aura, ſta:im æquales, dein ſuperiores, poſtremo noſtras ipſi ſpes anteire paramus. inſani, & Comici verbo *lapide ſilice ſtultiores*, enimvero, q.io *Fortuna altius*

Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere felices decet.

feri & inculti homines id ſcivere, qui animoſe apud Curtium inculcant, Regum maximo: *arbores magnas diu creſcere, una hora exturpari.* imbibes tu qui infida fiducia te extollis, niſi ſerio, ſed ſero plorare velis. quandoquidem non certius ſolem meridie lucere, quàm illud Tragici:

Sequitur ſuperbos ultor à tergo Deus.

Bernart.

376. *Ullius domus.*] Nolo domorum habere maledicta, ſi quæ fuerint viduatæ neceſſitate bellorum. *Lactantius.*

377. *Obliquo lumine matres.*] Filiorum deſiderio mihi infeſtæ. ut Horat. *Bellaque matribus deteſtanda*, id eſt, quarum filii me ſequantur ad bella. *Idem.*

379. *Auditus.*] A me ſcilicet, ut obtemperans primum, hoc dicit ut intelligamus Polyniceen ad Thebas ante ire voluiſſe, ſed prohibitum ſe ab Adraſto queritur, ut prius legatio mitteretur. Artificioſa ergo conqueſtio eſt, quæ ſic ait, ut in ultionem ſui etiam nolentes ire compellat. *Idem.*

383. *Omnibus ultro.*] Defectu orationis totius aperuit voluntatem. Nam dum aſtute repudiabat auxilia, id egit ut mereretur. *Ultro.*] Bene, quia ille ingenioſe noluerat, putans ſe ultro velle. aut *ultro* ultra accipimus. ut Virg. *& miſereſcimus ultro.* Idem.

391. *Tantoque in ſanguine.*] Qui ſummo ſuo diſcrimine nobis tot hoſtes cum magna ſua gloria occidit, ut merito illum gloriantem audimus. *Antiq. Schol.*

Excipite Oeniden, animoſque & pectora laxet
Sera quies, nobis dolor haud rationis egebit.
Turbati extemplo comites, & pallida conjux,
Tydea circum omnes ſeſſum belloque, viaque
Stipantur. latus mediis in ſedibus aulæ
Conſtitit, ingentique exceptus terga columna.
Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis
Mitior. ipſe alta ſeductus mente renarrat
Principia irarum, quæque orſus uterque viciſſim,
Quis locus inſidiis, tacito quæ tempora bello.
Qui contra, quantique duces, ubi maximus illi
Sudor, & indicio ſervatum Mæona triſti,
Exponit. cui fida manus proceresque, ſo.erque
Aſtupet oranti, Tyriuſque incenditur exul.
Solverat Heſperii devexo margine ponti
Flagrantes ſol pronus equos, rutilamque lavabat
Oceani ſub fonte comam, cui turba profundi
Nereos, & rapidis accurrunt paſſibus Horæ:
Frenaque, & auratæ textum ſublime coronæ
Deripiunt. laxant roſeis humentia loris
Pectora. pars meritos vertunt ad molle jugales

Gramen,

398. *Epidaurius.*] Civitas in Græcia, unde Æſculapius fuiſſe dicitur, medicinæ artis inventor: & bene perito medico illius civitatis tribuit gloriam, à qua inventor artis ipſius dicitur ſumpſiſſe principium. *Lactant.*

399. *Nunc velox ferro.*] Non ad aſperitatem retulit, ſed ad bene faciendum velocitate operis, dum aliquid reſecatur. *Idem.*

401. *Principia irarum.*] Id eſt, orationis ſuæ libertatem, vel quæ huic ab Etheocle reſponſa fuerunt. *Idem.*

405. *Cui fida manu Adſtupet oranti.*] Ita vulgati, corrupte ut & cæco apparet. Verum ex manuſcriptis & editione principe planiſſime emergit ſe veritas, *cui fida manus.* ſcripſiſſe ita Papinium non dubitabit qui rationem omnem nondum exuit aut ſenſum. *Bernart.*

407. *Devexo margine.*] Inclinato in eam partem mundi, quæ de cœlo in oceanum mergitur. tota enim poëtica deſcriptio tranſlata eſt de Homero. Ille enim hanc ſchemam in Neptuni deſcriptione depinxit. *Lactant.*

410. *Accurrunt Horæ.*] Quaſi Solis Horæ ſint comites. præterea deſcriptionis iſtius conſideranda eſt pictura, quemadmodum diverſa diverſis fungantur officiis. *Idem.*

413. *Meritos.*] Bene *meritos*, poſt laborem. ſ. fatigatos. *Jugales.*] Equi Solis dicuntur Xanthus & Æthon. quorum nomina ponit Martial. libro octavo. Ovid. vero omnium quatuor equorum

Gramen, & erecto currum temone ſupinant.
Nox ſubiit, curaſque hominum, motuſque ferarum
Compoſuit, nigroque polos involvit amictu,
Illa quidem cunctis, ſed non tibi mitis, Adraſte,
Labdacioque duci. nam Tydea largus habebat,
Perfuſum magna virtutis imagine ſomnus.
Et jam noctivagas inter deus armiger umbras
Deſuper Arcadiæ fines, Nemeæaque rura,
Tænariumque cacumen, Apollineaſque Therapnas
Armorum tonitru ferit, & trepidantia corda
Implet amore ſui. comunt Furor Iraque criſtas,
Frena miniſtrat equis Pavor armiger. at vigil omni
Fama ſono varios rerum ſuccincta tumultus
Ante volat currum, flatuque impulſa gementum
Alipedum, trepidas denſo cum murmure plumas
Excutit. urget enim ſtimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui, curruque infeſtus ab alto
Terga, comaſque deæ Scythica pater increpat haſta,
Qualis ubi Æolio dimiſſos carcere ventos

Dux

rum Solis nomina evidentius verſibus ſuis demonſtravit, dicens :

Interea volucres Pyrous, Eous, & Æthon,
Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibuſque repagula poſcunt.

Idem.

415. *Motuſque ferarum.*] Scite, quod enim in homine *Curæ*, *Motus* ſunt in brutis. In libris Optimo aliiſque alia vox eſt, ut cenſeas ex magis peregrina fuiſſe deturpatam *ſoltuſque ferarum.* Nihil mutamus. τὸ *motus* quidem & Behotiani libri ſollicitant. Iterum dico nihil mutandum. *Barthius.*

419. *Imagine.*] Occupant eum labores egregii. In ſomnis enim videbat ea quæ geſſerat. *Lactant.*

420. *Deus armiger.*] Rectius ſcripti, *armifer.* nam illud ſatellitibus vocabulum attributum. Lib. 4. *armiferi Getæ.* Gronovius.

422. *Theramnas.*] Civitatis nomen eſt in Lycia, Apollini ſacra. nec à ſororis ejus religione diſſentiens. ut ipſe alibi, *laſſata Theramnis.* Lactant.

423. *Armorum tonitru ferit.*] Deſuper ferit, & quomodo ferit, ut non omnia peſſumdederit. Fateor nunquam ſatis mihi probari hanc ſcripturam potuiſſe. At optime placet & vero vera eſt Papinii, quæ in optimo libro *Armorum tonitru fremit.* Cum nota, alios legere *furit.* Sed illud ut dixi Statii eſt. *Barthius.*

430. *Facta infecta loqui.*] Virgilius :

Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.

Omnes ergo terrores circa Martis currum fuiſſe poëta deſcribit. ut Virgilius:

Iræque, inſidiæque dei comitatus aguntur. Lactantius.

Dux præ ſe Neptunus agit, magnoque volantes
Injicit Ægæo, triſtis comitatus eunti
Circum lora fremunt, nimbique hyemeſque profundæ,
Nubilaque & vulſo terrarum ſordida fundo
Tempeſtas dubiæ motis radicibus obſtant
Cyclades. ipſa tua Mycono, Gyaroque revelli,
Dele, times, magnique fidem teſtaris alumni.
Septima jam nitidum terris Aurora deiſque
Purpureo vehit ore diem: Perſeius heros
Cum primum arcana ſenior ſeſe extulit aula,
Multa ſuper bello, generiſque tumentibus amens
Incertuſque animi, daret armis jura, feroſque
Gentibus incuteret ſtimulos, an frena teneret
Irarum, & motos capulis aſtringeret enſes.
Hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
Fœda quies, flectique nova dulcedine pugnæ
Difficiles populi. dubio ſententia tandem
Sera placet, vatum mentes, ac provida veri
Sacra movere deûm. ſolers tibi cura futuri,
Amphiaraë, datur, juxtaque Amythaone cretus

Jam

434. *Injicit Ægæo.*] Ægæi fabula patris Theſei, & apud Virgil. bene comperta eſt. Ex cujus nomine, quod ſe propter Theſeum in mare præcipitaverat, id pelagus Ægæum ſit appellatum. *Idem.*

438. *Tua Mycone Gyaroque revelli.*] Sic quidem & apud Virgilium edunt: *Mycone celſa Gyaroque revinxit.* Sed hic MSS. *Mycono.* eſt enim Μύκονος Græcis, atque inde proverbium πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον. Nec, opinor, aliter ſcripſit Virgilius. *Gronov.*

439. *Magnique fidem teſtaris alumni.*] Hic enim præſtitit ut ventos illa contemneret, & munere auxilii & fidei officio eſſet ſtabilis. cujus fabulæ notio apud Virgilium manifeſta eſt. *Lactantius.*

440. *Septima.*] Ex quo Tydeus reverſus erat. *Idem.*

441. *Perſeïus heros.*] Mos poëtæ hujus eſt frequenter eaſdem perſonas nondum cognitis prænominibus innovare, ut nunc Adraſtum ſignificat. Perſeus enim Argis regnavit, ut ipſe alibi:

Perſeos alter in Argos ſcinditur.

Idem.

443. *Generiſque tumentibus aniens.*] Liber optimus: *anjens.* An fuit *angens*? & dixit intellecto τοῦ *ſe*, cum & *angor animi* dicamus? Sequenti verſu meliores: *daret armis jura feroſque Gentibus incuteret ſtimulos.* non *novoſque.* Gronovius.

452. *Amphiaraë datur.*] Unus è ſeptem ducibus hujus belli, Oclei filius. quem tradunt rudem plane ac indoctum, cum in domo fatidica, quæ apud Phliaſos eſt, unam noctem obdormiviſſet, ſtatim divinare cœpiſſe. Conſule Pauſaniam Corinthiacis. *Bernart.*

453. *Sed*

Jam ſenior, ſed mente virens Phœboque Melampus
Aſſociat paſſus: dubium cui dexter Apollo,
Oraque Cyrrhæa ſatiarit largius unda.
Principio fibris pecudumque in ſanguine divos
Explorant. jam tum pavidis maculoſa bidentum
Corda negant, diraque nefas minitantia vena,
Ire tamen, vacuoque ſedet petere omina cœlo.
Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo,
(Nomine Lernæi memorant Apheſanta coloni)
Gentibus Argolicis olim ſacer: inde ferebant
Nubila, ſuſpenſo celerem temeraſſe volatu
Perſea, cum raptos pueri perterrita mater
Proſpexit de rupe gradus, ac pæne ſecuta eſt.
Huc gemini vates ſanctam canentis olivæ

Fronde

453. *Sed mente virens.*] Hic Prœtidas inſanientes, accitus à Prœto ſenex purgavit. Prœtus igitur Abantis filius, rex Argivorum, inimicam felicitatis ſuæ habuit conjugis fœcunditatem. Tres enim ſuſtulit filias, & ad tempus nuptiarum uſque perduxit: ſed incontinens virginum lingua infelicitatis edidit cauſas. hæ enim feruntur ſolemniter templum Junonis intraſſe, & ſe prætuliſſe deæ. His rebus offenſa Juno in juvencas vertit puellas, & cupiditatem injecit ſylvas petendi, credentes ſe formam induxiſſe vaccarum. Quod eo uſque paſſæ ſunt, donec Prœtus regni partem, ſi quis eas in priſtinum ſtatum mentis reſtituiſſet, propoſuit habiturum, & ex his conjugem. A Melampo ergo Prœtides ſunt inſania liberatæ: acceptamque Melampus unam ex virginibus duxit uxorem & conſors regni Prœti fuit, & gener. *Lactant.*

Phœboque Melampus.] Et hic augur magni nominis. meminit inter alios Homerus Odyſſ. λ. & ο. Apollonius Argon. α. Theocritus Idyll. γ. hic ille qui furentes Prœti filias veratro nigro vel albo purgaſſe creditur. tu adi Strabonem lib. 9. qui de utraque Anticyra atque Elleboro agens, Grammaticorum de ea re pugnam componit. *Bernartius.*

454. *Aſſociat paſſus.*] Id eſt, dedit vaticinandi ſcientiam. & eſt ſenſus. dubium erat utrum Amphiarao, an Melampo pronus Apollo magis eſſet, vel cujus ora potius ſatiaſſet unda Cyrrhæa. hoc autem, quia nobilis uterque divinandique peritus. *Lactant.*

458. *Minitantia vena.*] Divinantia exta negaverant bonum exitum futurum eſſe bellorum. *Idem.*

461. *Apheſanta.*] Mons eſt Tarſo Siciliæ, unde ſe Perſeus miſerat ad volandum, cum ad extinguendam Gorgonem Lybiam peteret. ἀπὸ τοῦ ἀφεῖναι Apheſanta nomen accepit. *Idem.*

463. *Temeraſſe.*] Violaſſe. ut ſibi vindicaret, quod homini natura non dederat. *Idem.*

464. *Pueri.*] Puerili ætate nactum eſſe eum Equum dicit. Alii ſcribunt ante Perſeum Bellerophontis fuiſſe. *Vet. Scholiaſt.* Pegaſum navem fuiſſe, cujus ope multa loca adierit Perſeus, ſuſpicantur Palæphatus & Fulgentius. *Barthius.*

465. *Pene ſecuta eſt.*] Perſeum Danaë mater. & mire temperavit ſenſum, & ſollicitudinem caræ matris expreſſit. *Lactantius.*

476. *Cha-*

Fronde comam, & niveis ornati tempora vittis
Evadunt pariter. madidos ubi lucidus agros
Ortus, & algentes laxavit ſole pruinas.
Ac prior Oeclides ſolita prece numen amicat.
Iuppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere conſilium, volucreſque implere futuri,
Ominaque, & cauſas cœlo deferre latentes
Accipimus: non Cyrrha deum promiſerit antro
Certius, aut frondes lucis quas fama Moloſſis
Chaonias ſonuiſſe tibi. licet aridus Hammon
Invideat, Lyciæque parent contendere ſortes,
Niliacumque pecus, patrioque æqualis honori
Branchus, & undoſæ qui ruſticus accola Piſæ
Pana Lyaconia nocturnum exaudit in umbra.

Ditior

476. *Chaonias ſonuiſſe tibi.*] Epyroticas quercus dicit, in quibus ſedentes columbæ ſciſcitatoribus futura dicebant. Virgilius:

Atque habitæ Grajis oracula quercus.

Aridus Hammon invideat.] Ut Juvenal.

Quicquid dixerit Aſtrologus, credunt à fonte relatum Hammonis.

Liber cum ex India veniens in deſerta & in extrema parte Libyæ teneretur, ac ſiti laboraret exercitus, dicitur rogaſſe Jovem, ut ſe patrem probaret. Unde ex arena ſubito aries apparuit, quo duce Liber aquam invenit, petitque Jovem, ut arietem in aſtra transferret. In eo autem loco in quo aqua fluxit templum conſtituit, quod Jovis Hammonis dicitur. Simulacrum autem ejus adjectis cornibus arietinis confectum eſt, de quo templo poſtea dicuntur data eſſe oracula. *Idem.*

478. *Niliacumque pecus.*] Apin dicit taurum lunatum Iſidis, qui Ægyptiis motu corporis ſui & quibuſdam ſignis futura prædicit, qui Memphis naſcitur. *Idem.*

479. *Branchus.*] Branchus Theſſalus fuit dilectus Apollini, ut Hyacinthus, quem acriter interfectum dolens templo & ſepulchro conſecravit. illic Branchiades Apollo dicitur. Hic Zoamacon opinione Metrodori Perigetici condidit * ab Æthiopia uſque in Libyam tria opinata templa. * Trajanus ſolis in Æthiopia hoc eſt ter fulgentis. Quantum per ceteram terram ardet inclinare ultimo Libyæ quod Sagittario clauditur, ſigno eſſe Hammonis templum Jovis intra Æthiopas. Indi ſunt enim & qui Pſeudo-Æthiopæ vocantur. & Libyas ultimas eſſe prope Alexandriam. Branchiades, qui Jovem Branchum colunt. poteſt * & hæc derivatio religionum currere: quod Iſthmia quæ in honorem Neptuni aguntur, finguntur Melicertia. Nam conſtat Melicertem ab Æthiope rege ſuſceptum cum Bœotiam navigio Iſthmos delatus eſſet. Nam & Archemoria in honorem Jovis celebrare volunt. credunt enim quod magnum fuerit Jovis incrementum. *Idem.*

480. *Pana Lycaonia.*] De Panis fano & oraculo vide late ſcribentem Pauſaniam Arcadicis, quem non exſcribo. illud breviter & uno verbo ſciat juventus, Lycaoniæ hic mentionem fieri, non Arcadiæ, quia olim magna Arcadiæ pars, ſeu ut alii volunt, tota Arcadia, Lycaonia dicta fuerit. Diagon vero fluvium, à meridie in Alpheum influentem,

Ditior ille animi. cui tu, Dictae, ſecundas
Impuleris manifeſtus aves. mirum unde, ſed olim
Hic honor alitibus. ſuperæ ſeu conditor aulæ
Sic dedit, effuſum Chaos in nova ſemina texens:
Seu quia mutatæ, noſtraque ab origine verſis
Corporibus ſubiere Notos: ſeu purior axis,
Amotumque nefas, & rarum inſiſtere terris
Vera docent, tibi ſumma ſator terraque deûmque
Scire licet. nos Argolicæ primordia pugnæ,
Venturumque ſinas cœlo prænoſſe laborem.
Si datur, & duris ſedet hæc ſententia Parcis
Solvere Echionias Lernæa cuſpide portas,
Signa feras, levuſque tones. tunc omnis in aſtris
Conſonet arcana volucris bona murmura lingua.
Si probibes, hic necte moras: dextriſque profundum
Alitibus prætexe diem. ſic fatus, & alto
Membra locat ſcopulo. tunc plura, ignotaque jungit
Numina, & immenſi fruitur caligine mundi.
Poſtquam rite diu partiti ſidera, cunctas
Perlegere animis, oculiſque ſequacibus auras:

Tunc

tem, contra Lynmantum montem, Piſæum agrum, ab Arcadico dividere. Unde lucem petes præcedenti verſui. *Bernartius.*

483. *Hic honor alitibus.*] Rationem redditurus eſt, unde conceſſum ſit avibus futura prædicere. Quod Virg. quaſi philoſophus explicat Epicureus, hic quaſi Platonicus. Prima opinio eſt ab Heſiodo, futura prædicere, quia ſupernus orbis conditor chaos figuraret in ſemina, hanc illis poteſtatem conceſſit. *In nova* autem *ſemina.* ut generatim omnia procrearent, quæ corpora, ut Epicurei teſtantur inania fiunt atomorum, & mutantur, ad originem verſis corporibus. hoc phyſice. Ajunt enim & apſin fieri animarum in corpora. ut lectum eſt in Horatio:

Nec te Pythagoræ fallunt arcana renati.

Primum enim anima ejus in Euphorbum migraſſe dicitur Trojano prælio, dum de clypeo ageretur Danai de poſte refixum. Secundo in Pythagoram. Tertio in pavonem. Quarto in Homerum. Quinto in Ennium poëtam. Ergo animas in quo ſunt corpore eandem tenere ſapientiam. Hæc autem ſecunda opinio eſt. *Lactant.*

486. *Seu purior axis.*] Tertia opinio dicit aves ideo futura prædicere, quia in aëre ſunt, & puriſſime vivunt. exinde, quia raro terris inſidunt quæ ſunt nefaſtæ. ergo aves vera dicere illa res facit axis purior. *Idem.*

493. *Levuſque tones.*] Ad ſuperſtitionem veterum, qui auguria ſiniſtra optima putabant, à ſinendo: dextra infauſta. Virgil. 11.

Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore
Intonuit lævum.

Bernartius.

505. *Pla-*

Tunc Amythaonius longo poſt tempore vates,
Nonne ſub excelſo ſpirantis limite cœli,
Amphiarae, vides, curſus ut nulla ſerenos
Ales agat? liquidoque polum complexa meatu
Pendeat? aut fugiens placabile planxerit omen?
Non comes obſcurus tripodum, non fulminis ardens
Vector adeſt, flavaque ſonans avis unca Minerva,
Non venit auguriis melior. quin vultur, & altis
Deſuper accipitres exultavere rapinis.
Monſtra volant, diræ ſtrident in nube volucres,
Nocturnaque gemunt ſtriges, & feralia bubo

Damna

505. *Placabile planſerit omen.*] Omnes mihi viſi, *planxerit*. Quod rejectum ſuperioribus editoribus credo tanquam male ominatum & non conveniens bono augurio. Sed & eſt verbum medium, nec ſpretum ſemper in lætarum rerum deſcriptione. Catullus in Argonauticis, ubi Bacchi comitatum deſcribit: *Plangebant alii proceris tympana palmis*. Gronov.

506. *Non comes obſcurus tripodum.*] Corvum dicit qui in tutela eſt Apollinis. Cur autem corvus Apollini ſit dicatus hæc fabula eſt: Apollo cum Coronidem gravidam feciſſet, corvum ei cuſtodem appoſuit, nequis ad eam occulte temerator accederet, cum hac Lycus occulte concubuit, quem Juppiter fulmine extinxit. ipſam Coronidem Apollo ſagittis occidit, cujus mortuæ execto utero Æſculapium produxit in lucem. Unde Virgil.

Fulmine pœnigenam Stygias detruſit ad undas.

Id eſt, per pœnam matris natum. Corvum autem ex albo nigrum fecit, unde lac album Homerus dicit aut in calice, aut in alio vitreo vaſe miſſum, in ſole umbram non facere. Unde lac digeſtum dicit. *Lactant.*

507. *Victor adeſt.*] Corrige ex codicibus ſcriptis & editione principe: *vector adeſt.* Tangit fabulam qua aquila fulmen ferre fingitur. Statius lib. IX.

Utque feri vectorem fulminis albus
Cum ſupra reſpexit olor. Bernart.

Avis unca Minervæ.] Hujus alitis talis eſt fabula. Nycteus Æthiopum Rex, felix ſi nunquam pater fuiſſet, filiam habuit Nyctæam nomine, quæ cum ſceleſtato amore patrem diligeret, amorem ſuum nutrici confeſſa eſt, infandumque petivit auxilium. ea cum mentita eſſet domino ſuo Nycteo à quadam illum extranea diligi virgine, impetravit ut filiæ ſuæ imprudens uteretur amplexibus. Sero illi cognitum facinus ſtatuit vindicare. Quapropter agnitam inter ipſos amplexus filiam cum voluiſſet extinguere, illa Minervæ imploravit auxilium, cujus protectione periculo eſt erepta, verſaque in avem, quæ ex conſcia commiſſi facinoris diei fugit aſpectum, & Minervæ tutelæ dicata eſt. Alii dicunt filiam Prœti fuiſſe, patriſque vim timentem aufugiſſe, quam Minerva mutavit in noctuam. *Lactantius.*

511. *Feralia bubo.*] Cum filiam ſuam Ceres raptam à Dite comperiſſet, conqueſta à Jove impetravit, ut ei filia redderetur, ita tamen ſi nihil apud inferos guſtaviſſet, & cum in eo fuiſſet ut matrem filia ſequeretur, Aſcalaphus, qui apud inferos erat, dixit Proſerpinam è pomario Ditis è malo punico guſtaviſſe tria grana. Indignata Ceres convertit Aſcalaphum in bubonem. de Proſer-

pina

Damna canens. quæ prima deûm portenta ſequemur?
His ne dari, Thymbræe, polum? ſimul ora recurvo
Ungue ſecant rabida, planctumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, & plumea pectora cædunt.
Ille ſub hæc: Equidem varii, pater, omina Phœbi
Sæpe tuli. jam tunc prima cum pube virentem
Semideos inter pinus me Theſſala reges
Duceret. hic caſus terræque mariſque canentem
Obſtupuere duces. nec me ventura locuto
Sæpius, in dubiis auditus Iaſone Mopſus.
Sed ſimiles non ante metus, aut aſtra notavi
Prodigioſa magis. quamquam majora parantur.
Huc adverte animum. clara regione profundi
Ætheros, innumeri ſtatuerunt agmina cygni.
Sive hos Strymonia Boreas ejecit ab Arcto,
Seu fœcunda refert placidi clementia Nili.
Fixerunt curſus, hac rere in imagine Thebas.

Nam

pina vero ſic ficta fabula eſt. Cæterum tenore philoſophiæ divina anima eſſe ſignatur, quæ indicans naturæ nefariæ cogitationes * & polluens neceſſitate hæſit tenta infernali hoc * mundo prælibans dira vi. Qua ejus fruge, id eſt, cruentis epulis. Buboni autem tale ſtudium non tam fabula, quam natura præſcripſit. *Idem.*

513. *Hiſne dari.*] Indignatio vatis ſenioris in Numina, quod patiantur regnare per apertum ætherem tam diras avium cohortes, cum meliora ſperaverint omnia, juſta, ut videbatur, cauſa bellum geſturi. *Vet. Schol.*

516. *Varii pater omina, &c.*] Tuli, inquit, varia omina Phœbi, ex quo omine inter reges ſemideos pinus duxit Theſſala. Dicit autem, ex illo tempore quo cum Argonautis vectus ſc. Jaſon Colchos petit. *Semideos reges* ait, quia filii regum omnes fuerunt, qui in illa navi impoſiti ſunt. *Theſſala* autem *pinus*, Argo, quæ in Pelio monte Theſſaliæ fabricata eſt. Peliæ igitur Neptuni filio à ſortibus præceptum erat, cum Neptuno ſacrificaret, & aliquis nudo pede ſuperveniſſet, tunc ei mortem appropinquare. Is ergo cum annua ſacra Neptuno faceret, Jaſon Æſonis filius cum veniſſet ad flumen, in limo unum ei calciamentum adhæſit. ille ut celerius veniret, neglexit. cum superveniret ſacrificio, Pelias aſpexit, & memor ſortium, juſſit eum arietis pellem inauratam à Colchis petere à rege Oeta, qui convocata Græcorum nobilium juventute Colchos profectus eſt. *Lactantius.*

521. *Auditus Iaſone Mopſus.*] Mopſus Apollinis & Himantis filius, amicitia Jaſoni fida conjunctus, divinandi peritus. Ait ergo nunc Melampus, non plus me auditus eſt Mopſus imminentibus cladibus cum ego futura prædicerem. In tantum enim magnus fuit Mopſus in augurandi peritia, ut poſt mortem ei templa dicata ſint, à quorum adytis ſæpe homines reſponſa accipiunt. *Idem.*

528. *Hac rere in imagine.*] In hac imagine eſſe finge Thebas. Reddit cauſas

Nam ſeſe immoti gyro, atque in pace ſilentes,
Ceu muris, valloque tenent. ſed fortior ecce
Adventat per inane cohors. ſeptem ordine fulvo
Armigeros ſummi Iovis exultante caterva
Intuor. Inachii ſunt hi tibi (concipe) reges.
Invaſere globum nivei gregis. uncaque pandunt
Cædibus ora novis, & ſtrictis unguibus inſtant.
Cernis inexperto rorantes ſanguine ventos,
Et plumis ſtillare diem? quam ſæva repente
Victores agitat leto Iovis ira ſiniſtri?
Hic excelſa petens ſubita face Solis inarſit,
Summiſitque animos. illum veſtigia adortum
Majorum volucrum teneræ deponitis alæ.
Hic hoſti implicitus pariter ruit, hunc fuga retro
Volvit agens ſociæ linquentem fata catervæ.
Hic nimbo glomeratus obit. hic præpete viva
Paſcitur immoriens. ſpargit cava nubila ſanguis.
Quid furtim lachrymas? illum venerande Melampu,
Qui cadit, agnoſco. trepidos ſic mole futuri,
Cunctaque jam rerum certa ſub imagine paſſos

Terror

ſas cur pro Thebis accipi debeant cygni, quia ut Thebani muris, illi ſe gyro vallabant. *Idem.*

532. *Armigeras.*] Significat aquilas, quæ in tutela Jovis erant. *Idem.*

533. *Concipe reges.*] Finge jam, inquit, tibi Argivorum reges; ſeptem enim reges contra Thebas conſpiraverunt. *Idem.*

536. *Cernis in experto.*] *Novo* alii, alii *indiſcreto*, *incerto* codices inter verſus interpretantur; ſed accedo nonnullis, qui habent, *inexpleto*. i. plurimo, abundanti. Ut lib. 8. *Ille ego inexpletis ſolus qui cædibus hauſi Quinquaginta animas.* Gronov.

537. *Plumis ſtillare diem.*] Quia excuſſæ in congreſſu plumæ, mixtæ ſanguine ex aëre cadunt. *Lactant.*

539. *Face ſolis inarſit.*] Omnes aquilæ, quas pro ſeptem ducibus interpretantur, eo genere perituræ ſunt, ut ipſos duces exitium manet, ut docebimus. *Capaneus fulmine.* Inde dixit, *inarſit face*, quod auſus ſit dei contemptu arma tollere, & cum in altum ſuſtolleret contra fas fulminatus decidit. *Idem.*

540. *Illum veſtigia.*] Parthenopeum ſignificat, qui puerili ætate majora viribus ſuis tentando, confoſſus eſt. *Idem.*

542. *Hic hoſti.*] Polynicen ſignificat, qui fratri morienti implicitus fuit. *Hunc fuga.*] Adraſtum dicit, qui ſolus evaſit. *Idem.*

544. *Hic nimbo.*] Hippomedontem ſignificat fluminis periturum eſſe vertigine. *Hic præpete.*] Tydeum dicit, qui interfectoris ſui Menalippi oblato ſibi capite, cerebrum ejus dum moreretur abſorbuit. *Idem.*

552. Mi-

Terror habet vates. piget irrupiſſe volantum
Concilia, & cœlo mentem inſertaſſe vetanti.
Auditique odêre deos. unde iſte per orbem
Primus venturi miſeris animantibus ager
Crevit amor? divum ne feras hoc munus, an ipſi
Gens avida, & parto non unquam ſtare quieti?
Eruimus quæ prima dies, ubi terminus ævi,
Quid bonus ille deûm genitor: quid ferrea Clotho
Cogitet: hinc fibræ, & volucrum per nubila ſermo,
Aſtrorumque vices, numerataque ſemita lunæ,
Theſſalicumque nefas. At non prior aureus ille
Sanguis avûm, ſcopuliſque ſatæ vel robore genteis
Mentibus hoc auſæ. ſylvas amor unus, humumque
Edomuiſſe manu. quid craſtina volveret ætas
Scire nefas homini. nos pravum, ac debile vulgus
Scru-

552. *Miſeris animantibus.*] Hominibus, qui fere miſerrimi inter animalia ſuper terram, cum ſeipſos iis rebus excruciant, quas mutare non poſſunt. *Vet. Scholiaſt.*

558. *Numerataque ſemina lunæ.*] Si *ſemina* propter ſpumam magicæ artis. Si *ſemita* propter obliquum circulum, quo curſus exercet. *numerata* autem, quia per numerum dierum flammarum ſuarum augmenta detrimentaque recipit. *Lactant.*

559. *Theſſalicumque nefas.*] Artem magicam dicit, quæ cadavera cogit futura prædicere. *Idem.*

560. *Scopuliſque ſatæ.*] Hujus fabulæ quod argumentum ſit accipe. Jupiter cum videret humanum genus relicta innocentia vitiis ſe dediſſe, emendaturus publicam mortalitatis peſtem etiam periculo naturæ, effuſione imbrium terras operuit, atque ita univerſum genus hominum delevit, communi ruina. Habuit reverentiam pietas. Deucalion namque & Pyrrha fratres, idemque conjuges, cum illibata ſanctitate meruiſſent numinum miſericordiam, navicula vecti Delphos impoſiti ſunt, ibique Themidis, quæ oraculo præerat, audierunt reſponſum, ita poſſe reparari humanum genus, ſi oſſa matris poſt terga jactarent. Obſcurata veritas errore fuit, uſque dum prudentia melior oraculo fieret. Intellexerunt enim matrem terram ſignificare, quippe rerum omnium genitricem, oſſa vero lapides ejus. Unde Virgil.

Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.

Itaque ſaxa poſt terga jacta ſunt, mirumque dictu, homines nati, atque ſolitudinem orbis replevit ingenium & pietas. *Idem.*

563. *Debile vulgus Scrutamur.*] Inveni ubique: *nos pravum ac flebile vulgus Scrutati penitus ſuperos.* Illud quidem frequens noſtro, ut in præteritis verbum ſubſtantivum omittat quacumque perſona. Quod oſtendimus ei noxæ fuiſſe ad uxorem: *ter me nitidis Albana ferentem Dona comis, ſanctoque indutum Cæſaris auro Viſceribus complexa tuis.* Sic enim omnes libri veteres: ubi fecerunt *vidiſti.* Sed *complexa*, eſt, complexa es: ut hic, *Scrutati*, eſt, ſcrutati ſumus. Lib. 7. ℣ſ. 158. *Eſto, olim invitum*

Scrutati penitus Superos. hinc pallor, & ira,
Hinc ſcelus, inſidiaque, & nulla modeſtia voti.
Ergo manu vittas, damnataque vertice ſerta
Deripit, abjectaque inhonorus fronde ſacerdos
Inviſo de monte redit. jam bella tubaque
Cominus, abſenteſque fremunt ſub pectore Theba.
Ille nec aſpectum vulgi, nec fida tyranni
Colloquia, aut cœtus procerum perferre, ſed atra
Sede tegi, & Superûm clauſus negat acta fateri.
Te pudor, & cura retinent per rura Melampu.
Biſſeno premit ora die, populumque duceſque
Extrahit incertis. & jam ſuprema Tonantis
Juſſa fremunt, agroſque viris, annoſaque vaſtant
Oppida. Bellipotens pra ſe deus agmina paſſim
Mille rapit. liquere domos, dilectaque lati
Connubia, & primo plorantes limine natos.
Tantus in attonitos cecidit deus. arma paternis
Poſtibus, & fixos Superûm ad penetralia currus
Vellere amor. tunc feſſa putri rubigine tela,
Horenteſque ſitu gladios in ſæva recurvant
Vulnera, & attrito cogunt juveneſcere ſaxo.
Hi teretes galeas, magnorumque area ſuta
Thoracum, & tunicas chalybum ſquallore crepantes
Pectoribus tentare, alii Gortynia lentant

Cor-

vitum jaculatus nubibus ignem. Credimus. Ita membranæ. i. jaculatus es, vel fueris. non *jaculatum*, ut vulgo. *Gronov.*

567. *Fronte ſacerdos.*] Placet magis ſcripta lectio Lipſiani codicis, cui aſſentitur princeps editio: *Inhonorus fronde ſacerdos.* Adhæſit haud abſimile mendum Appulejo: 11. Metam. *Equi ſudorem fronte curioſe exfrico.* Nubiloſa ſententia, & fallit me meum augurium, an inventa veritas eſt? arbitror ego emaculandum: *equi ſudorem fronde curioſe effrico.* τὸ *fronde* orationis ductus valde approbat. Vocem *effrico*, ipſe Appulejus inibi agnoſcit: *ſordium enormem eluviem effrico.* Bernart.

571. *Atra ſede tegi.*] Non admittere lucem cubilibus ſuis in loca tenebroſa correpere, lugentem futura pro jam factis facit, quia nempe norat, non mutari poſſe fatorum decreta. *Vet.Sch.*

576. *Annoſaque vaſtant.*] Id eſt, quæ juſſa ſunt implere feſtinant cupiditate pugnandi. *Lactant.*

583. *Horrenteſque ſitu gladios.*] Et optimi & plurimi: *Hærenteſque.* Nec dubitandum, quin verum ſit. Intelligit enim præ rubigine non poſſe è vaginis educi. *Gronov.*

587. *Cortynia.*] Cretenſia, ut Lucan. *Cortynia arundo tenditur in ſævam, &c.* Lactantius.

589. *Ru-*

Cornua. jam falces avidis, & aratra caminis,
Raſtraque, & incurvi ſævum rubuere ligones.
Cædere nec validas ſanctis è ſtirpibus haſtas,
Nec pudor emerito clypeum veſtiſſe juvenco.
Irrupere Argos, maſtique ad limina regis
Bella animis, bella ore fremunt, it clamor ad auras.
Quantus Tyrrheni gemitus ſalis, aut ubi tentat
Enceladus mutare latus. procul igneus antris
Mons tonat. exundant apices, fluctuſque Pelorus
Contrahit, & ſperat tellus abrupta reverti.
Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus, & longam pridem indignantia pacem
Corda tumens (huic ampla quidem de ſanguine priſco
Nobilitas. ſed enim ipſe manu progreſſus avorum
Facta, diu tuto Superum contemptor, & æqui
Impatiens, larguſque animæ, modo ſuaſerit ira.)
Unus ut è ſylvis Pholoës habitator opacæ
Inter & Ætnæos æquus conſurgere fratres.

Ante

589 *Rubuere ligones.*] Natiuam ignis expreſſit, quæ facit ferrum rubeſcere. *Idem.*

590. *Sanctis è ſtirpibus.*] Hic non pudebat illos de ſacris lucis præfixiſſe lanceis haſtilia. *Idem.*

597. *Contrahit.*] Tanta ſaxa de vertice ab Encelado volvi dicit, ut mare fieri poſſit anguſtum quod Italiam à Sicilia ſeparat: ut Lucan.

Ne rupti repetant confinia montes.

Nam olim dicit Sall. Italiam Siciliæ junctam fuiſſe: ſed medium ſpatium aut propter humilitatem abruptum eſt, aut propter anguſtiam ſciſſum, aut dum curvum ſit facit natura mollioris Italiæ, in quam altitudo & aſperitas Siciliæ æſtum relidit. *Idem.*

598. *Capaneus.*] Et hic unus ex ſeptem Ducibus hujus Thebani belli, Hipponoi filius, qui fulmine in oppugnatione urbis occiſus fingitur. Late Statius lib. xr. & Pauſanias Bœoticis. Fabulæ cauſam dedit, quod is primus fuerit, qui hoſtium muros, ſcalis admotis voluit conſcendere, & in ipſa oppugnatione ictu lapidis fuit oppreſſus. Euripides: ἐκεῖνος (Capaneus) ἐπὶ τοὺς βαθμοὺς κλιμάκων [illegible] ἀνεῖρπε δὲ καὶ ἐν τούτῳ τείχη μετρῶν. Vegetius lib. 4. *Qui ſcalis in obſidione urbium utuntur, frequenter periculum ſuſtinent exemplo Capanei, à quo primum ſcalarum propugnatio*, lego, *oppugnatio, perhibetur inventa: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus.* Bernart.

603. *Modo ſuaſerit ira.*] Quod ſi iratus eſſe poſſet, vitam ſumma facilitate contemneret. *Lactantius.*

604. *Pholoë.*] Mons Theſſaliæ. Talis ergo erat, quales gigantes aliquando fuerunt. magnitudinem ejus ex gigantibus comparavit, & Cyclopibus, de locis quibus fuerunt notans. ut Virgilius: *Cernimus Ætnæos.* Idem.

 607. *Igna-*

Ante fores, ubi turba ducum, vulgique frementis,
Amphiaraë tuas. quæ tanta ignavia, clamat
Inachidæ? voſque ô ſocio de ſanguine Achivi
Unius (heu pudeat) plebeja ad limina civis,
Tot ferro accinctæ gentes, animiſque paratæ
Pendemus? non ſi ipſe cavo ſub vertice Cyrrhæ,
Quiſquis is eſt timidis, famæque ita viſus, Apollo
Mugiat inſano penitus ſecluſus in antro,
Expectare queam, dum pallida virgo tremendas
Nuntiet ambages. Virtus mihi numen, & enſis.
Quem teneo. jamque huc timida cum fraude ſacerdos
Exeat, aut hodie volucrum quæ tanta poteſtas
Experiar. lætum fremit, aſſenſuque furentem
Implet Achæa manus. tandem prorumpere adactus
Oeclides, alio curarum agitante tumultu:
Non equidem effreno juvenis clamore profani,
Dictorumque metu, licet hic inſana minetur,
Elicior tenebris. alio mihi debita fato
Summa dies, vetitumque dari mortalibus armis.
Sed me veſter amor, nimiuſque arcana profari

Phœbus

607. *Ignavia clamat.*] Virgilius:
Quæ tanta animis ignavia venit.
Idem.

615. *Mihi numen & enſis.*] Totum hoc ex Virgiliana ſede de Capaneo ponit. Ait enim ille:
Dextra mihi deus & telum quod miſſile libro.
Idem.

617. *Quæ tanta poteſtas.*] Quæ illi præſtatur ut futura cognoſcat. *Idem.*

618. *Experiar.*] Protrahendo Vatem, & eum interficiendo. V.S. In optimo Codice *Hac* non *Huc* legitur ſuperiori verſu. Heroicum, quod ait Homer. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Vide notata Dauſqueio ad lib. 5. Silii. *Barthius.*

619. *Tandem prorumpit adactus.*] Nihil eſt, quod improbet membranarum, *tandem prorumpere adactus.* Intelligitur enim, ut frequentiſſime, hæc effatur. *Gronovius.*

621. *Non equidem effreno.*] Non me timor aut terror furioſi juvenis de ſecreto agit ad publicum, ſed amor civium & cura reipublicæ. Ordo talis. Non elicior tenebris dictorum metu, & juvenis profani effero clamore commotus. *Lactant.*

623. *Alio mihi debita fato.*] Jam cœpit pericula ſua promere, ab exitu ſuo inchoans, quoniam hiatu terræ ſe cognovere periturum. *Idem.*

624. *Vetitumque dari.*] Mihi nimirum mortem. Noverat quomodo eſſet moriturus. Et deſcribitur ſequentibus à Statio. Qua deſcriptione dicunt meliorem non exſtare apud Statium. *Vet. Scholiaſt.*

632. *Omina*

Phœbus agit. vobis ventura, atque omne; quod ultra eſt,
Pandere mœſtus eo. nam te, veſane, moneri
Ante nefas, unique ſilet tibi noſter Apollo.
Quo miſeri, Fatis Superiſque obſtantibus, arma,
Quo rapitis? quæ vos Furiarum verbera cæcos
Exagitant? adeone animarum tædet? & Argos
Exoſi? nil dulce domi? nulla omina curæ?
Quid me Perſei ſecreta ad culmina montis
Ire gradu trepido ſuperoſque irrumpere cœtus
Egiſtis? potui pariter neſcire, quis armis
Caſus, & atra dies, quæ fati exordia cunctis,
Quæ mihi. conſulti teſtor penetralia mundi,
Et volucrum affatus, & te, Thymbrae, vocanti
Non alias tam ſæve mihi, quæ ſigna futuri
Pertulerim. vidi ingentis portenta ruinæ.
Vidi hominum, divumque nefas, hilaremque Megæram,
Et Lacheſim putri vacuantem ſæcula penſo.
Projicite arma manu. deus ecce furentibus obſtat:
Ecce deus. miſeri quid pulchrum ſanguine victo
Aoniam, & diri ſaturare novalia Cadmi?

Sed

632. *Omina curæ.*] Non timori ſunt vobis deorum reſponſa, quia improſpera ſunt. *Lactant.*

633. *Quid me Perſei.*] Apheſantem ſignificat montem, in quo auguria captaverat. de hoc enim Perſeus primum volavit, quando ad caput Gorgonis auferendum profectus eſt. dicit ergo nunc Amphiaraus, ſi hoc facturi eratis, quod furor ſuadet, cur me augurandi cauſa ſollicite miſiſtis ad montem. *Idem.*

636. *Quæ fati exordia cunctis.*] Veteres omnes præter Buſl. *quæ prima*, unde prope eſt ut credam ſcribendum, *quæ priva exordia cunctis.* ut ſenſus ſit: quæ ſingularia exordia cunctis. *Priva* vetuſte quæ nobis *ſingularia.* Lucretius lib. 3.

Quod ſi forte animus extrinſecus inſinuari
Vermibus, & privas in corpora poſſe venire
Credis, ——

Lucilius Sat. 1. *Ad cœnam adducam, & primum hiſce abdomia thymi Advenientibus priva dabo.* Idem: *Culcitulæ accedunt privæ centonibus binis.* vellem vocem hanc reſtitutam Appulejo 11. Metam. *Sunt, aio, prima hujuſce divinationis experimenta: nec mirum.* cui rei hic τὸ *prima*? ſi attendas ſententiam turbare videbis, & ſcripſiſſe Appulejum: *Sunt, aio, priva.* Bern.

641. *Divumque.*] Aut propter Venerem, aut Junonem: quarum altera Thebanis, altera timebat Argivis. aut omnium, quia Capaneus animos erat elaturus in cœlum. Ut Lucan. Iliacon.

Atque Helenæ timuiſſe deos.

Lactantius.

645. *Novalia Cadmi.*] Thebanos campos ſignificat, quibus olim ſeminante Cadmo dentes draconis, ſeges nata eſt armatorum. Proprie ergo dixit,

 Nova-

Sed quid vana cano? quid fixos arceo caſus?
Ibimus. hic preſſo gemuit ſimul ore ſacerdos.
Illum iterum Capaneus. tuus ô furor augur, & uni
Iſta tibi, ut ſerves vacuos inglorius Argos:
Et tua non unquam Tyrrhenus tempora circum
Clangor eat. quid vota virûm meliora moraris?
Scilicet ut vanis avibus, nâtoque, domoque,
Et thalamis potiare jacens, ſileamus inulti
Tydeos egregii perfoſſum pectus? & arma
Fœderis abrupti? quod ſi bella effera Grajos
Ferre vetas, i Sidonias legatus ad urbes.
Hac pacem tibi ſerta dabunt. tua prorſus inani
Verba polo cauſas, abſtruſaque ſemina rerum
Eliciunt? miſeret Superum, ſi carmina curæ,
Humanaque preces. quid inertia pectora terres?
Primus in orbe deos fecit timor. & tibi tuto

Nunc

Novalia, arborum loca, quæ annis ſingulis ſitu ſervantur ad ſemina jacienda. Virgilius:

Impius hæc tam culta novalia miles habebit.

Idem.

647. *Ibimus.*] Id eſt, in bellum. mire hoc vult futurorum neceſſitatem compleri, ne quid furori ſuo Capaneus aſſignet. *Idem.*

650. *Nonnunquam Tyrrhenus.*] Repoſui ex veteribus, ſtructura orationis flagitante: *Et tua non unquam.* Mens: ita nunquam tubam audias. Tyrrheni tubam invenerunt, & ideo dixit: Tyrrhenus clangor. *Bernart.*

652. *Natoque domoque.*] Filio Alcmæone. *Gloſſ. Manuſcr.* Fuit hoc nomine filius Amphiarao. Vide Higin. cap. 73. Fuit hic *Alcmæon* poſtea Epigonorum Thebis evertendis dux & multa fortiter egit, habuitque fratrem Amphilochum. Vide Apollodor. libro 3.

657. *Hæc pacem ſerta.*] Quæ Amphiaraus gerebat in capite. *Lactant.*

658. *Abſtruſaque ſemina.*] Ut ſacrilegus dicit: quia quæcunque eveniunt, mundi vertigine, non numinum diſpoſitionibus fiunt. *Idem.*

659. *Eliciunt.*] Revera quicquid loquetis fatum eſt. Aut tuo arbitrio fata diſponis. *Miſeret Superum.*] Totum hoc ſecundum Epicurum dicit poëta. Ait enim Lucret.

Omnis enim divum per ſe natura neceſſe eſt
Immortale quidem vetum prece ſumma fruatur.
Semota à noſtris rebus disjunctaque longe,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Et Virgilius:

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat.

Miſeri inquit dii ſunt, ſi tuis precibus moventur, ad prædicanda futura mortalibus. *Idem.*

661. *Primus in orbe.*] Negat deos ulla alia re celebrari, niſi timore mortalium. ut Lucan. *Quæ finxere timent.* & Petronius Arbiter iſtum (*Lucanum*) ſecutus. *primus in orbe deos fecit timor.*

Sic

Nunc eat iſte furor. ſed prima ad claſſica cum jam
Hoſtilem Iſmenon galeis Dircenque bibemus.
Ne mihi tunc moneo lituos, atque arma volenti
Obvius ire pares, ventiſque aut alite viſa
Bellorum proferre diem. procul hæc tibi mollis
Infula, terrificique aberit dementia Phœbi.
Illic augur ego & mecum quicunque parati
Inſanire manu. rurſus fragor intonat ingens
Hortantum, & vaſto ſubter volat aſtra tumultu.
Ut rapidus torrens, animos cui verna miniſtrant
Flumina, & exuti concreto frigore colles,
Cum vagus in campos fruſtra prohibentibus exit
Objicibus, reſonant permixto turbine tecta,
Arva, armenta, viri, donec ſtetit improbus alto
Colle minor, magnoque invenit in aggere ripas.
Hac alterna ducum nox interfuſa diremit.
At gemitus Argia viri non amplius æquo
Corde ferens, ſociumque animo miſerata dolorem,
Sicut erat pridem laceris turbata capillis,
Et fletu ſignata genas, ad celſa verendi
Ibat tecta patris, parvumque ſub ubere caro

Theſ-

Sic & Mintanor muſicus, *Deum doloris quem prima compunctio Humani finxit generis.* Idem.

663. *Galeis.*] Poculum enim militis galea eſt, ut Lucan.

Concitus ira excuſſit galeam, ſufficitque omnibus unda.

Idem.

665. *Ventiſque.*] Quia ſolent augures ventorum flatibus futura cognoſcere. *Idem.*

666. *Proferre diem.*] Dilationem bello dare, ut Terent.

Saltem aliquo ad proferendum proficiſcar dies.

Idem.

667. *Aberit clementia Phœbi.*] Magis ex vero & decoro, ſi perſonam Capanei contemptoris Deorum reſpicias, ſcripta lectio: *aberit dementia Phœbi.* Nec dubium mihi ſit quin Papinius ita ſcripſerit. *Bernart.*

670. *Subtervolat aſtra.*] Hinc inde per cœlum & uſque ad aſtrorum ſedem ſpargitur. *Scholiaſt.* Omnino eleganti expoſitione. Tangere enim pene dicit & ſic ſubtervolare. Sic *ſubtexere aſtra* dicuntur globi volucrum, demunt eorum aſpectum, qui initio libri 9. Quod de fumo etiam Virgil. lib. III.

—— intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlum ſubtexere fumo. Barthius.

672. *Flumina.*] Nam Favonii flatu ſolutæ nives addunt fluminibus incrementa. ut Lucan.

Aut nunc ſole nives, nunc imbre ſolutæ Præcipitant.

Concreto frigore.] Diffinitio nivium. Quid eſt nix? concretum frigus. *Lactantius.*

 683. *Theſ-*

Theſſandrum, portabat avo. jam nocte ſuprema
Ante novos ortus, ubi ſola ſuperſtite plauſtro
Arctos ad Oceanum fugientibus invidet aſtris.
Utque fores iniit, magnoque affuſa parenti eſt:
Cur tua cum lachrymis mœſto ſine conjuge ſupplex
Limina nocte petam, ceſſem licet ipſa profari,
Scis genitor. ſed jura deûm genitalia teſtor,
Teque pater, non ille jubet; ſed pervigil angor,
Ex quo primus Hymen, movitque infauſta ſiniſtram
Juno facem, ſemper lachrymis gemituque propinquo
Exturbata quies. non ſi mihi tigridis horror,
Æquoreaque ſuper rigeant pracordia cautes,

Ferre

683. *Theſſandrum.*] Hic enim Theſſandrus Sthelenuſque duces, Polynicis & Capanei filii. *Lactant.* Hic Theſſandrus poſt ad Thebas evertendas dux fuit. Lege Herois hujus res apud Pauſan. Diodor. Apollod. Higin. &c.

685. *Ad Oceanum.*] Quia Arctos Oceano non immergitur, poſitione curſus ſpheræ circularis. * o. i. a. d. o. a. m. o. p. a. c. e. &c.* *ιλοιπυονοχιω*. Sed fabulas, quæ in ſeptentrionem ſunt fictæ à Græcis contra veri propoſitum, ediſſeramus. Calyſto, Lycaonis Arcadiæ regis filiam, in comitatu Dianæ Jupiter cum vidiſſet, in amorem ejus incidit, nactuſque à reliquis ſegregatam nymphis in Dianam mutatus, ſeductamque compreſſit, & gravidam fecit. Cujus cum crimen creſcens uterus proderet, indignata Diana comitatu ſuo eam repulit: quæ exactis decem menſibus enixa eſt parvulum, qui Arcas cognominatus eſt. Indignata Juno quod pellex ſua ex Jove etiam mater eſſet, Calyſto vertit in urſam. Cujus filius Arcas cum eſſet in adultam productus ætatem, imprudens in matrem incidit, urſamque credens miſſo telo eam perimere voluit. Non ſuſtinens Juppiter ignorantem parricidium perpetrare, ſtatim eos inter ſydera retulit. Ille Arcturus, & alio nomine Arctophylax vocatur. Illa Ἄρκτος μείζων, Latine Septentrio major appellatur. Quod ſignum loco non movetur, neque mergitur. Thetis enim uxor Oceani, nutrix Junonis fuit, quæ propter affectum nutritæ eam prohibet in Oceanum cadere: unde Virgil.

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Lactantius.

637. *Mœſto ſine conjuge.*] Melius legitur in libro: *mœſta & ſine conjuge.* Properans autem vocem omittit Poëta, *Dixit* ſcil. Omnia autem ex faſtu majorum & Adraſtum longo intervallo ſecutorum fingit Papinius, cum conſtet ex ipſo poëta, longe aliam pauperum illorum temporum principumque fuiſſe rationem. *Barthius.*

692. *Gemituque profundo.*] Eſſet, ſuſpiritu alte ducto. Meliores tamen & multi, *propinquo.* Quod videtur delicatius, inſinuatque merito frangi eam & molliri, nec durare ulterius poſſe, cui tam vicini gemitus nihil quietis concedant. *Gronov.*

693. *Tigridis horror.*] Totum Virgilianæ amantis expreſſit affectum. Dido enim ut Æneæ exprobraret duritiam cordis, ait,

Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.

Lactantius.

696. *Gene-*

Ferre queam. tu ſolus opem, tu ſumma medendi
Jura tenes. da bella pater, generique jacentis
Aſpice res humiles, atque hanc, pater, aſpice prolem
Exulis. huic olim generis pudor, obvia prima
Hoſpitia, & juncta teſtato numine dextra.
Hic certe eſt, quem Fata dabant, quem dixit Apollo.
Non egomet tacitos Veneris furata calores,
Culpatamve facem, tua juſſa verenda, tuoſque
Dilexi monitus. nunc qua feritate dolentis
Deſpiciam queſtus? neſcis pater optime, neſcis
Quantus amor cauſa miſero nupſiſſe marito.
Et nunc mœſta quidem grave & illatabile munus
Ut timeam doleamque, rogo. ſed cum oſcula rumpet
Mœſta dies, cum rauca dabunt abeuntibus armis
Signa tubæ, ſævoque genas fulgebitis auro,
Hei mihi care parens, iterum fortaſſe rogabo.
Illius humenti carpens pater oſcula vultu,
Non equidem has unquam culparim nata querelas,

Pone

696. *Generique jacentis.*] Potiores, *tacentis.* etiam non te interpellantis, aut eo miſerioris, quod ne loqui quidem rem ſuam audet. Ut de Sequanis Cæſar, eorum *hos eſſe miſeriorem graviorem que fortunam quam reliquorum, quod ſoli nec in occulto quidem queri nec auxilium implorare auderent.* Non debes exſpectare, donec ille te appellet: res ipſius humiles & exſilium & injuria ſatis pro tacente loquuntur. *Gronovius.*

697. *Aſpice prolem.*] Theſſandrum dicit, qui patietur pudoris ignominiam, ſi dicatur exulis filius. Virgil.

Idem ego nate tuum violavi crimine nomen,
Pulſus ob invidiam regno. Lactant.

698. *Generis pudor, obvia prima.*] Nihil hic mentis ſanæ. ſed ſcribendum, ut conjectura deprehendit olim Gruterus, & invenit in MS. poſtea Behotius: *huic olim generis pudor.* hæc proles tui generi, ſi perpetuo patrem habebit exſulem, pudorem habebit ſui ortus. deinde: *ô ubi prima Hoſpitia.* Recordare illius noctis, cum primum hoſpitem recepiſti maritum meum & dextra dignatus es & generum deſtinaſti. *Gronov.*

700. *Quem dixit Apollo.*] Id eſt, quem oracula tibi generum per portenta dixerant. *Lactant.*

705. *Quantus amor cauſæ.*] Suſpectum mihi hic τὸ, *cauſæ*, & profecto ſi conſiderationis oculum propius admoveris, nullam idoneam ſententiam videbis. libri non mutant. videtur tamen corrigendum, *quantus amor caſtæ.* Bernartius.

710. *Iterum fortaſſe.*] Iterum ad te improviſa veniam, ſcil. contrarium rogatura, cum jam videam ire Polynicen in bellum. *Vet. Scholiaſt.* In altero cod. eſt *iterum*, id eſt, ne permittas eum ire, pro quo nunc ſupplico ut adjuvetur ejus iter. *Humenti vultu.*] Et ipſe lacrimans in lacrimas in vultu filiæ offendens. *Vet. Expoſ.*

 714. *Sed*

Pone metus: laudanda rogas: nec digna negari.
Sed mihi multa dei (nec tu ſperare quod urges
Deſine) multa metus, regnique volubile pondus
Subjiciunt animo. veniet, qui debitus iſtis
Nata modus. nec te incaſſum fleviſſe quereris,
Tu ſolare virum, neu ſint diſpendia juſta
Dura moræ, magnos cunctamur nata paratus.
Proficitur bello. dicentem talia naſcens
Lux movet, ingenteſque jubent aſſurgere curæ.

714. *Sed mihi multa dei.*] Ordo. Sed mihi multa dei ſubjiciunt animo. *Lactantius.*

717. *Nata modus.*] Eleganter religioſus pater ſollicitæ filiæ belli pollicetur affectum. *Idem.*

719. *Dura mora.*] Nec damnum putes utiles moras. Ipſa enim tarditate bellum perficitur, ut Lucan. *Sæpe mora melior.* Idem.

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER QUARTUS.

TErtius horrentem Zephyris laxaverat annum
Phœbus, & anguſtum cogebat limite verno
Longius ire diem, cum fracta impulſaque fatis
Conſilia, & tandem miſeris data copia belli.
Prima manu rutilam de vertice Lariſſæo

Oſten-

1. *ZEphyris laxaverat.*] Eleganter, quia hyeme liquentia ſolidantur. ut Virgil. *Nam frigore mella Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.* Iterum *caduntque ſecuribus humida vina.* Quæ omnia reſolvit verna temperies. *Annum* ergo pro parte anni, per quam hyemem poëta ſignificat. Ut Virgil.
Et Zephyro putris ſe gleba reſolvit.
Lactantius.

2. *Phœbus,*] Id eſt, tertius annus ex emiſſo pacto fratrum. primus enim fuit quo imperavit Etheocles. ſecundus in quo conventus eſt à Tydeo, ut redderet regnum; quo anno itus ac reditus Tydei conſumptus eſt. tertius à quo incipitur bellum. *Idem.*

5. *De vertice Lariſſæo.*] Arx Argivorum, Lariſſa dicta à Pelaſgi filia, in qua fanum Minervæ fuit, variis ſignis exornatum, & imprimis ſimulachro Jovis nobile. enimvero hic ille Jupiter qui in Priami regia, ſub Divo poſitus, & ad cujus aram, capto Ilio Priamus confugiſſe, & à Pyrrho occiſus ſcribitur: obtigit verò in diviſione prædæ, Stheleno

Capa-

Oſtendit Bellona facem, dextraque trabalem
Haſtam intorſit agens: liquido quæ ſtridula cœlo
Fugit, & adverſa celſo ſtetit aggere Dirces.
Mox & caſtra ſubit, ferroque, auroque coruſcis
Mixta viris, turmale fremit. dat euntibus enſes.
Plaudit equos: vocat ad portas. hortamina fortes
Præveniunt, timidiſque etiam brevis addita virtus.
Dicta dies aderat. cadit ingens rite Tonanti
Gradivoque pecus. nulliſque ſecundus in extis
Pallet, & armatis ſimulat ſperare ſacerdos.
Iamque ſuos circum pueri, innuptaque, patreſque,
Funduntur mixti, ſummiſque à poſtibus obſtant.
Nec modus eſt lachrymis. rorant clypeique, jubæque
Triſte ſalutantum, & cunctis dependet ab armis

Suſpi-

Capanei filio, & hoc ipſo in loco, ab eo, in rei memoriam eſt dicatus. Quod ideo noto, quia ſimulachrum hoc duos oculos habebat, qua in parte eos homini Deus locavit, tertium verò in fronte. author Agatharcides Aſiaticis, & Pauſanias Corinthiacis, qui & cauſam reddit, dignam certe ut hic tranſcribatur. Verba hæc ſunt: *Habere autem tres oculos idcirco conjicere quis poſſit; quod communis omnium hominum ſermo regnare in cœlo Jovem prædicat. Sed & eum Deum qui ſub terra imperare dicitur, Homeri quidam verſus Jovem nominat:*

Jupiter infernus ſimul & Proſerpina Diva.

Æſchylus quidem Euphronis filius, ipſum maris etiam regem, Jovem appellat. quare hac ductus ratione, quicunque illum fecit, tres ei oculos attribuit, unum & eundem ſignificans Deum tribus, quas dii tres ſortiti inter ſe dicuntur, mundi partibus imperare. Hæc ille Chriſtiana fide deſtitutus, Chriſtianæ religioni convenientiſſima tradit. *Bernartius.*

6. *Oſtendit Bellona facem.*] Capio Poëtæ mentem: non abs re tamen fuerit monere, occaſione tam hujus arcis, quàm facis, Lynceum cum de quinquaginta Ægypti filiis, unus eſſet necis periculo liberatus, ad Lyrceum oppidum confugiſſe, atque hinc face prolata, ſignum Hypermneſtræ dediſſe: ipſam etiam viciſſim, à Lariſſa, protuliſſe facem, quo & ſe oſtenderet ſalvam, eamque ob cauſam Argivos quotannis *feſtum facularum* ſolitos celebrare. Pauſanias Corinthiacis. *Idem.* *Dextraque trabalem.*] Mos indicendi belli projecta ſc. haſta. Vide Servium ad init. lib. x. Æneid. *Trabalem* vero ingentem, ut *clavi trabales* tormenti genus, ingentes, quibus fixum ægre quid revelli poſſit. Vid. Scholiaſt. ad Horat. l. 1. Carm. 35.

15. *Simulat ſperare.*] Cum metu futuri mali ſacerdos ipſe palleret, populis tamen propicios deos eſſe fingebat, ne animus virorum fortium minueretur; quia ne armati adverſum omen accipiant, proſpera pro terribilibus nunciat. *Lactant.*

19. *Triſte.*] Pro triſtiter, nomen pro adverbio. *Idem.* *Ab armis.*] Id eſt, ab humeris & brachiis. *Armi* enim utrumque ſunt ſimul. *ſuſpiranda domus* eſt ſua cuique flebilis familia, ſuſpirans nempe ob obitum patrum familias. *Barthius.*

20. *Suſpi-*

Suſpiranda domus. galeis juvat oſcula clauſis
Inſerere, amplexuque truces deducere conos.
Illi, quîs ferrum modo, quîs mors ipſa placebat,
Dant gemitus, fractæque labant ſingultibus iræ.
Sic ubi forte viris longum ſuper æquor ituris,
Cum jam ad vela Noti, & ſciſſo redit anchora fundo,
Hæret amica manus: certant innectere collo
Brachia, mananteſque oculos. hinc oſcula turbant,
Hinc magni caligo maris: tandemque relicti
Stant in rupe tamen fugientia carbaſa viſu
Dulce ſequi, patrioſque dolent crebreſcere ventos.
Stant tamen, & notam puppem de rupe ſalutant.
Nunc mihi, fama prior, mundique arcana vetuſtas,
Cui meminiſſe ducum, vitaſque extendere cura,
Pande viros, tuque ô nemoris regina ſonori
Calliope, quas ille manus, quæ moverit arma
Gradivus, quantas populis ſolaverit urbes,
Sublata molire lyra. nec enim altior ulli
Mens hauſto de fonte venit. Rex triſtis, & æger
Pondere curarum, propiorque abeuntibus annis,
Inter adhortantes vix ſponte incedit Adraſtus,
Contentus ferro cingi latus, arma manipli

Pone

20. *Suſpiranda domus.*] *Domum* pro familia, *ſuſpiranda* pro deſiderabili poſuit. id eſt, omnes armati domus ſuæ dulcedine tangebantur. *Lactant.*

21. *Deducere conos.*] Inclinare apices galearum. *Idem.*

26. *Hæret amica manus.*] In ancipiti pietas conſtituta, quid potius faceret ignotabat. *Idem.*

27. *Oſcula turbant.*] Per oſcula fletus fiebat, qui turbabat oculos. *Idem.*

31. *De rupe ſalutant.*] Vale illis dicunt, & ut bene navigent optant. Eſt ergo *ſalutare* etiam abeuntibus vale dicere. *Idem.*

34. *Regina ſonori.*] Perſpicue rectum. & ita in manuſcriptis & editione principe reperi. Vulgati inficete, *Nemoris regina ſorori.* Bernart.

37. *Sublata molire lyra.*] Heroicum jam ardorem innectens remiſſa lyra commemorat. *Lactant.*

38. *Mens hauſto de.*] Quia illic tu donas eloquia. *Idem.*

39. *Pondere curarum.*] Sollicitudinum turba circa finem vitæ jam poſitus. *Idem.*

40. *Vix ſponte.*] Id eſt, quod ſenectutis tardaretur incommodo; vel quod ad bellum ire cogebatur invitus. *Idem.*

41. *Contentus ferro.*] Gladio tantummodo incedebat præcinctus, aut propter ſenectutem, ne armis gravaretur, aut propter poteſtatem, quæ munimini ejus poterat ſola ſufficere. *Idem.*

43. *Lucta-*

Pone ferunt: volucres portis auriga ſub ipſis
Comit equos, & jam inde jugo luctatur Arion.
Huic armat Lariſſa viros: huic celſa Proſymne,
Aptior armentis Midea, pecoroſaque Phyllos,
Quaque pavet longa ſpumantem valle Charadron
Neris, & ingenti turrita mole Cleonæ,
Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

Jungun-

43. *Luctatur Arion.*] Equus hic Adraſti, cujus in poſterum frequens fiet mentio. Poëtæ de eo varia tradidere. Nonnulli ex terra ortum aſſerunt. Vide Antimachi Thebaida. Alii ab ipſo Neptuno procreatum volunt, & huc trahunt illud Homeri:

Οὐδ' εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρείονα δῖον ἐλαύνοι·
Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν.

Virgilius Georg. I. pugnantes ſententias componere videtur, dum ait:

—— tuque ô cui prima frementem
Fudit equum, magno tellus percuſſa tridenti Neptune.

Si modo Arionem hunc intelligit, & prodiiſſe vult in certamine hoc cum Pallade. Noſter Papinius libro VI. nihil niſi domitum à Neptuno ſcribit:

Ducitur ante alios rutila manifeſtus Arion
Igne jubæ. Neptunus equo (ſi certa priorum
Fama patet) primus teneris læſiſſe lupatis
Ora, & littoreo domitaſſe in pulvere fertur.

Sed de his plus ſatis. Tu ſi otium tibi, adi Pauſaniam Arcadicis. *Bernart.*

44. *Proſymna.*] Civitas Argivorum. *Lactantius.*

45. *Phyllus.*] Arcadiæ eſt regio, quam Græci Phyllalian vocant, quam pecoroſam ferunt, quod egregio abunder pecore, unde fuit Neſtor. Hinc Perſius:

Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Idem.

46. *Spumantem valle Charadrum.*] Fluvius Achaiæ, quo (Pauſania teſte) quæ verno tempore potarunt pecudes, mares gignere creduntur fœtuum partem maximam. *Bernart.*

47. *Turrita mole Cleonæ.*] Media inter Corinthum & Argos urbs, à Cleone Pelopis filia, ſeu ut alii volunt, Aſopi filia appellata. adjacet huic urbi Leonis Nemei, ab Hercule interfecti, ſpecus. quare & idem Leo, à Poëtis Cleonæus dicitur. Lucanus:

Ille Cleonæi projecit terga Leonis.

Statius lib. I.

Illius in ſpeciem quem per Theumeſia Tempe
Amphitryoniades fractum juvenilibus armis
Ante Cleonæi veſtitur prælia monſtri.

Bernartius.

48. *Et Lacedæmonium Thyre lectura.*] Hiſtoria talis eſt. Thyre civitas, hujus populi duo quondam bello inter ſe diſſentientes, Lacedæmones & Argivi, & Lacedæmoniorum dux Othriades, cum ejus exercitus jam prope victor eſſet, tamen gravi vulnere jaceret, excepto antequam totam animam exhalaret ſanguine, trophæa juſſit attolli. quibus digito ſanguine oblito hæc ſcripſit. κτ' * aptron e prata λοϥion: hoc eſt, quod dixit: *Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.* Sive quia apud Lacedæmonios verberum & plagarum habebatur certamen, propter hoc dixit: *Lacedæmonium lectura cruorem.* Lactant. Vide Stobæum ſerm. de Fortitud. & Plut. in Parall.

49. *Trans-*

Junguntur memores tranſmiſſi ab origine regis,
Qui Drepani ſcopulos, & olivifera Sicyonis
Culta ferunt, quos pigra vado Langia tacenti
Lambit, & amfractu riparum incurvus Eliſſos.
Sævus honos fluvio: Stygias luſtrare ſeveris
Eumenidas perhibetur aquis. huc mergere ſuetæ
Ora, & anhelantes tuto Phlegethonte ceraſtas.
Seu Thracum vertere domos, ſeu tecta Mycenis
Impia, Cadmeumve larem. fugit ipſe natantes
Amnis, & innumeris liveſcunt ſtagna venenis.
It comes Inoas Ephyre ſolata querelas,
Cenchreæque manus, vatum qua conſcius amnis
Gorgoneo percuſſus equo. quaque objacet alto
Iſthmos, & terris maria inclinata repellit.
Hæc manus Adraſtum numero ter mille ſecuti
Exultant.

49. *Tranſmiſſi ab origine reges.*] Quam multi reges Drepani ſcopulos & Sicyonis culta ferunt? Parvulum mendum omnes ſcriptos editoſque libros infeſtat. Lege: *tranſmiſſi ab origine regis.* Nimirum Adraſti. Lib. 2. *Quis te ſolio Sicyonis avitæ Excitum infrenos componere legibus Argos Neſciat?* Gronov.

50. *Sicyonis.*] Corinthi municipium olivis fertile. Hanc autem primum Adraſtus civitatem regnando poſſedit, ut ipſe in ſecundo libro teſtatur. *Lactant.*

51. *Langia tacenti.*] Id eſt, quos Langia palus lambit. *Idem.*

52. *Heliſſ.s.*] Fluvius Atticæ regionis. Hunc igitur ita vocant. tractum nomen à flexibus, qui fertur ex Cocyto fluvio inferorum undarum augmenta percipere. Vel in iſto dicuntur Furiæ ſolitæ morari. *Idem.*

57. *Seu tecta Mycenis.*] Forte ſcripſit, *Mycenes.* Homero Σπάρτη καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη. Silio *Agamemnoniam grataſſima tecta Mycenen.* Gronov.

59. *Ephyre.*] Ipſa eſt quæ Corinthion, quæ Dyrrachium, in qua mater Palæmonis colitur. huic templum civitas prima Ephyre dedit, quia de Scyradibus petris ſe Ino, uxor Athamantis, præcipitavit in mare. & cum corpus filii Melicertæ Corinthum fuiſſet appulſum, de habitu contemplati regis fuiſſe filium, humaverunt. Cui humato inſtitutum fertur luſtrale certamen, quod *Iſthmicum* vocant, ut quidam volunt. Ita eſt ſolata Ephyre matris querelas. Eſt autem Corinthi civitas. *Cenchreus*, portus eſt Corinthi. *Lactant.*

61. *Gorgoneo percuſſus.*] Equo Pegaſo, cujus ungula percuſſus locus fontem effudit, qui Hippocrenes dicitur. Hoc enim fonte qui labra proluerit poëta fiet. ideo *vatum conſcium* dixit. Pegaſus autem, Neptuni & Meduſæ Gorgonis filius, volare ſolitus, cum veniſſet in montem Heliconem, qui eſt in Bœotia, ungula loco quem percuſſerat, fontem inde excuſſit. hoc dicit ſervare vatibus carmina. *Idem.*

62. *Iſthmos.*] Achajæ mons, qui Ægeum mare dividit ab Ionio. Ideo autem dixit, *Maria inclinata repellit*, quod Achajam, in qua pater regnavit Pelops, duo maria circundant, adeo ut inſulam faciant, niſi utrumque pelagus objectus Iſthmos interjaceret. *Idem.*

64. *Pars*

Exultant. pars geſa manu, pars robora flammis
Indurata diu (non unus namque maniplis
Mos, neque ſanguis ineſt) teretes pars vertere fundas
Aſſueti, vacuoque diem præcingere gyro.
Ipſe annis ſceptriſque ſubit venerabilis æque:
Ut poſſeſſa diu taurus meat arduus inter
Paſcua, jam laxa cervice, & inanibus armis,
Dux tamen. haud illum bello attentare juvencis
Sunt animi, nam trunca vident de vulnere multo
Cornua, & ingentes plagarum in pectore nodos.
Proxima longævo profert Dircæus Adraſto
Signa gener, cui bella favent: cui commodat iras
Cuncta cohors. huic & patria de ſede volentes
Advenere viri. ſeu quos movet exul, & hæſit
Triſtibus aucta fides, ſeu quis mutare potentes
Præcipuum. multi melior quos cauſa querenti
Conciliat. dederat nec non ſocer ipſe regendas
Ægion, Arenenque, & quas Theſeia Trœzen
Addit opes, ne rara movens inglorius iret

Agmi-

64. *Pars geſa.*] Geſa, haſtæ viriles. Nam & fortes viros Galli geſos vocant. *Serv. ad* VIII. *Æneid.* Suntne & *fœmineæ haſtæ?* Sed vir quandoque Heroem notat, è Gallico apparatu vox. Claud. II. Stilic.

— cum flava repexo
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque Geſa tenens. —

Barthius.

66. *Neque ſanguis.*] Ordo. Alii robora flammis indurata pro telis habent; nam quia non ipſis unus ſanguis aut origo fuit, ideo diſſimilia arma geſtabant. *Lactant.*

70. *Jam laſſa cervice.*] Veteres *jam laxa cervice*, quod non diſplicet. Senſus. cervice non pingui, ſed macie & pendenti pelle deformi. *Bernart.*

74. *Dyrcæus.*] Gener Polynices eſt, de fonte Bœotiæ ſic nominatus, qui ex Dyrcæo funere, cujus corpus juxta eum qui taurum traxit inventum eſt. Inde nomen accepit. Polynicen ergo *Dyrcæum* appellat, propter quem ab omnibus populis prodiebatur ad bellum. *Lactantius.*

78. *Aucta fides.*] In quibus eſt fides aucta calamitatibus, quia miſericordia commoti ſunt. Sive quibus præcipuum erat potentes immutare. *Idem.*

81. *Ægion Aranenque.*] Scripti Codices & quidem bene *Ægion Arenenque*, Arene ſiquidem Meſſeniæ urbs, condita ab Aphareo, filio Corphones, Perſei filiæ, qui ei ab uxore ſua Arena nomen impoſuit, ut Pauſanias Meſſenicis tradit. *Bernart.* *Theſeia Trœzen*] Theſſaliæ civitas, quam Theſeiam dicit, quod Theſeus Trœzenæ civitatis iter obſeſſum à latronibus liberum præſtitiſſet; vel quia Theſeus Æthræ filius in hac urbe natus eſt. *Lactant.*

84. *Debi-*

Agmina, neu raptos patriæ ſentiret honores.
Idem habitus, eadem arma viro, quæ debitus hoſpes
Hiberna ſub nocte tulit. Theumeſius implet
Terga leo. gemino lucent haſtilia ferro:
Aſpera vulnifico ſubter latus enſe riget Sphynx.
Jam regnum matriſque ſinus, fidaſque ſorores
Spe, votiſque tenet: tamen & de turre ſuprema
Attonitam, totoque extantem corpore longe
Reſpicit Argian. hac mentem, oculoſque reducit
Conjugis, & dulces avertit pectore Thebas.
Ecce inter medios patriæ ciet agmina gentis
Fulmineus Tydeus: jam lætus, & integer artus,
Ut primum ſtrepuere tubæ. Ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad ſpiramina ſolis
Erigitur liber ſenio, & ſquallentibus annis
Exutus, lætiſque minax interviret herbis.
Ah miſer, agreſtum ſi quis per gramen hianti
Obvius, & primo ſiccaverit ora veneno.
Huic quoque præſtantes Ætolis urbibus affert
Belli fama viros. ſenſit ſcopuloſa Pylene
Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron.
Et præceps Calydon, & quæ Iove provocat Iden
Olenos,

84. *Debitus hoſpes.*] Fatis vel reſponſo Apollinis debitus. *Idem.*

85. *Theumeſius leo.*] Pellis leonina, quam geſtaverat cum aulam Adraſti de nocte veniret. *Vet. Scholiaſt.* De *Theumeſio* leone in Herculis Fabulis omnia nota. Cauſam geſtati *Leonis* Adraſto percontanti ipſe Polynices reddit apud Higinum c.69. vide & Plutarchum Theſeo.

94. *Integer artus.*] Integros artus habens poſt vulnerum curationem. Dicit ergo Tydeum audito tubarum ſonitu nondum curatis vulneribus, tanquam integro corpore ad bellum prodiiſſe, cujus arma ita ut verno tempore anguis lubricus ſplendore radiabant. *Lactantius.*

97. *Squallentibus annis.*] Quia depoſita pelle dicuntur ſerpentes in juventutem redire. herba quædam dicitur marathros, quam cum comederint, ſenium deponunt ætatis. *Idem.*

103. *Meleagria Pleuron.*] Civitas Bœotiæ; in qua ſorores dum fratrem flerent in aves verſæ ſunt, quæ hodie *meleagrides* vocantur. Cauſa enim hæc illis fletus fuit, cum Althea mater Meleagri titionem fatalem combuſſit, dum vindictam Pleuxippi & Agenoris quærit, quos Meleager occiderat: quo facto ipſa poſt tantum nefas merito laqueo gulam fregit exoſa lucis. Secuta eſt luctum alia calamitas. Nam Meleagri germanæ in tantum fratrem fleverunt, ut deorum miſericordia in aves verterentur. *Idem.*

105. *Olenos.*]

Olenos, Ioniis & fluctibus hoſpita portu
Chalcis, & Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis. adhuc imis vix truncam attollere frontem
Auſus aquis; glaucoque caput ſummerſus in antro
Mœret, anhelantes agreſcunt pulvere ripæ.
Omnibus æratæ propugnant pectora crates,
Pilaque ſæva manu, patrius ſtat caſſide Mavors.
Undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden hilarem bello, notiſque decorum
Vulneribus. non ille minis Polynicis, & ira
Inferior, dubiumque adeo cui bella gerantur.
Major at inde novis it Doricus ordo ſub armis,

Qui

105. *Olenos.*] Arcadiæ civitas, in qua Jovem Amalthæa capra dicitur nutriſſe, quæ in cultum Jovis Idam non provocat montem Cretæ, in quo Juppiter colitur. contendit autem ut Jovem ſuum alumnum vindicet. *Idem.*

106. *Turpatus.*] Palæſtræ arte ſuperatus, ut Ovid. ait. Qui verius, hunc dicunt fluvium ante invium ab Hercule in foſſam deductum vires amiſiſſe. ut Lucanus ait,

Et ſtiſſo gurgite rivus dat pœnas majoris aquæ.

Achelous fluvius Deianiram, Oenei regis Ootholiæ filiam in conjugium petit, eo tempore prædictam etiam Hercules poſtulabat, accepta lege ab Oeneo ut qui virtute ſuperaſſet, ipſe eam acciperet: congreſſi in certamine cum vinceretur Achelous, mutatus eſt initio in juvenem, mox in draconem, tertio in fluvium, qui per Oetholiam fluens labitur in Arcadiam, ad ultimum convertit ſe in taurum. Hercules autem dicens ſe etiam tauros domuiſſe, cornu illius fregit, quod deſcendente ad inferos Cerberum rapturus ſecum tulit. illud Nymphæ omnibus bonis repleverunt, datumque eſt Copiæ, quæ eſt miniſtra Fortunæ. Unde in Boëtio legitur, *copia pleno cornu.* Hoc ideo fingitur, quoniam fortuna ditiſſima eſt omnium, & divites multos facit, cum pleno cornu: quoniam ſicut cornu carnem exuberat & ſupercreſcit, ita divitiæ foris ſtipant hominem. in cornu etiam virtus eſt animalium: & fortunæ vires in divitiis ſunt, quibus multos ad ſe pertrahit. *Idem.*

109. *Ægreſcunt.*] Dicitur Achelous duobus alveis fluxiſſe, cui Hercules unum clauſit. Ideoque dicitur cornu truncatus. Hoc etiam ſciens poëta aliud agens occulte tetigit dicens: *Anhelantes ægreſcunt pulvere ripæ. Mœrentem* ergo triſtem dixit. *Idem.*

110. *Æratæ crates.*] Ære ſeu ferro obductæ. *Vet. Scholiaſt.* Quæ mens fuit dubia tamen doctiſſimo etiam Lipſio lib. III. de Militia Romana cap. 6. Certe non alius quam de *ligneis cratibus laminis ferreis obductis*, Papinio pro illo videlicet ævo, armaturæ ad talia ſolidioris nondum vulgato uſu. *Barth.*

116. *Major at inde.*] Tranſitus ad Hippomedontem. magna arte & varietate ſermonis primo copiæ, deinde deſcribitur dux. *Lyrce.*] Fluvius Ootholiæ. *Lactant.* *Qui ripas, Lincæe, tuas.*] Scripti, *Lichie*, aut *Litie*, aut *Lircie*. Scribendum, *Lyrcie*. Strabo teſtatur Inachum fluvium habere τὰς πηγὰς ἐκ Λυρκείου τοῦ κατὰ τὴν Κυνουρίαν ὄρους τῆς Ἀργολίας. Ovidius lib. I. de Io: *jam*

Qui ripas Lyrice tuas, tua littora multo
Vomere ſuſpendunt, fluviorum ductor Achivum
Inache. Perſea neque enim violentior exit
Amnis humo, cum Taurum, aut Pliadas hauſit aquoſas
Spumeus, & genero tumuit Iove. quos celer ambit
Aſterion Dryopumque trahens Eraſinus ariſtas.
Et qui rura domant Epidauria: dexter Iaccho
Collis (at Ennæa Cereri negat) avia Dyme.
Mittit opes, denſaſque Pylos Neleia turmas,
Nondum nota Pylos, juveniſque ætate ſecunda,
Neſtor. & ire tamen peritura in caſtra negavit.
Hos agitat, pulchraque docet virtutis amorem
Arduus Hippomedon. capiti tremit ærea caſſis,
Ter nivea ſcandente juba. latus omne ſub armis
Ferrea ſuta terunt. humeros, ac pectora late

Flam-

paſcua Lernæ, Conſitaque arboribus Lyrcea reliquerat arva. Inde haud dubie & huic amni nomen. Memorat & infra in eadem vicinitate Inachi: *aret Lyrcius & ingens Inachus.* Gronov.

119. *Inache.*] Fluvius eſt maximus in Græcia, cujus Io filia à Jove compreſſa in vaccam mutata eſt. ut Virgil. *At levem clypeum ſublatis cornibus Io.*

Perſea humo.] Argiva, ubi Perſeus regnavit: *Perſea* ergo principale pro derivativo *Perſeia.* unde & longam poſuit *ſe.* Lactant.

120. *Cum Taurum aut.*] Quorum ortu pluviæ immenſæ funduntur: & optime tempus excepit. nam æſtate in torrentem degenerat. Ideo tempus adjecit quo undarum ſumit augmentum, cum ſigna ſunt pluvialia, quæ illum movent. *Idem.*

121. *Genero tumuit.*] Id eſt, gloriatur, quod cum ejus filia Io concubuerit Juppiter. Ergo elatus eſt. *Idem.*

122. *Dryopumque.*] Dryopus & Icadius duo cum de finibus contenderent, Hercule judice terminos ceperunt. *Idem.*

123. *Epidauria.*] Civitas Argivorum, ubi Æſculapius colitur, equorum fertilitate gratiſſima. *Idem. Dexter Iaccho Collis.*] Ex Homeri: καὶ ἀμπελόεντ᾽ Ἐπίδαυρον. Cujus καταλόγου νῦν operæ pretium eſt cum his conferre. Itaque interpungendum poſt *negat*: tollenda autem diſtinctio poſt *Dyme.* Gronovius.

124. *Ætnææ Cereri.*] Siculæ Proſerpinæ. oſtendit ſupradictum collem aptum vinetis eſſe, frugibus infœcundum. *Lactantius.*

125. *Pylos Neleia.*] Pylos à Neleo patre Neſtoris nuncupata Neleia. *Idem.*

126. *Ætate ſecunda.*] Quia nondum militaverat Neſtor, multumque ipſa novitate declaravit. Nam prima ætas triginta annorum eſt, ſecunda ſexaginta. Nam Neſtorem conſtat tertia ætate ad bellum veniſſe Trojanum, ideo adhuc juvenem ætate ſecunda dixit, quia poſtmodum militavit. *Idem.*

131. *Ferrea ſuta terunt.*] Loricas notari mihi compertum. locum tamen ſanum eſſe præſtare non auſim. nulla diſcrepantia in libris, fateor; nec quicquam ſollicito, ſolum moneo rectius videri: *ferrea ſuta tegunt.* Bernart.

136. *Illum*

Flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro
Nox Danai. ſontes, furiarum lampade nigra,
Quinquaginta ardent thalami: pater ipſe cruentis
In foribus laudatque nefas, atque inſpicit enſes.
Illum Palladia ſonipes Nemeæus ab arce
Devehit arma pavens. umbraque immane volanti
Implet agros, longoque attollit pulvere campum.
Non aliter ſylvas humeris, & utroque refringens
Pectore, montano duplex Hyleus ab antro
Præcipitat, pavet Oſſa vias, pecudeſque, feræque,
Procubuere metu: non ipſis fratribus horror
Abfuit, ingenti donec Peneïa ſaltu
Stagna ſubit, magnumque objectus detinet amnem.
Quis numerum ferri, genteſque, & robora dicto
Æquarit mortale ſonans? ſuus excit in arma
Antiquam Tiryntha deus. non fortibus illa
Infœcunda viris, famaque immanis alumni
Degenerat; ſed lapſa ſitu fortuna, neque addunt
Robur opes. rarus vacuis habitator in arvis
Monſtrat Cyclopum ductas ſudoribus arces.
Dat tamen hæc juvenum tercentum pectora, vulgus
Innumerum bello, quibus haud amenta, nec enſes

Triſte

136. *Illum Palladia.*] Hippomedontem dicit, qui ab Athenis, id eſt, à Capitolio Minervæ ad bella deſcendit. *Lactantius.*

137. *Arma pavens.*] Id eſt, equus novus ad bellum velocitatis inſignis. *Idem.*

138. *Attollit pulvere campum.*] Quaſi ipſe campus aſſurgat. *Idem.*

139. *Utroque pectore.*] Eleganter *utroque*, ſcilicet hominis & equi, quod bimembres ſint, id eſt, humano & equino. *Idem.*

141. *Oſſa vias.*] Mons Theſſaliæ, in quo erant Centauri. *Idem.*

143. *Peneia.*] Peneus fluvius Theſſaliæ: quaſi tam diu timeant, donec ad amnem ille perveniat. *Idem.*

147. *Tiryntha deus.*] Hercules. Jupiter mutatus in Amphitryonem concubuiſſe cum Alcmena Electrionis filia dicitur, in urbe Tirynthe, unde natus eſt Hercules, unde & Tirynthius dicitur. De qua Plautus Tragicomœdiam dixit. *Idem.*

148. *Alumni.*] Nutritus enim ibi Hercules, Thebis natus. Serv. ad Æneid. VII. *Tirynthius Hercules à Tirynthia civitate Argis vicina, in qua nutritus eſt.* Lubens in ſilvis hoc nomine Herculem notat Papinius. vid. Apollod. l. II. *Barthius.*

151. *Monſtrat Cyclopum ductas ſudoribus.*] Id eſt ædificatas. Cyclopes civitatis iſtius mœnia condiderunt, ſicut aſſerunt Græci. *Lactant.*

153. *Innumerum bello.*] Quod ſint tercen-

Triſte micant. flavent capiti tergoque Leonum
Exuviæ, gentilis honos, & pineus armat
Stipes, inexhauſtis arctantur tela pharetris.
Herculeum Pæana canunt, vaſtataque monſtris
Omnia: frondoſa longum deus audit ab Oeta.
Dat Nemea comites, & quas in prælia vires
Sacra Cleonæi cogunt vineta Molorchi.
Gloria nota caſæ, foribus ſimulata ſalignis
Hoſpitis arma dei, parvoque oſtenditur arvo.
Robur ubi & laxos qua reclinaverit arcus
Ilice, qua cubiti ſedeant veſtigia terra.
At pedes, & toto deſpectans vertice bellum,
Quattuor indomitis Capaneus erepta juvencis

Terga,

tercentum pectora, ſcilicet vulgus innumerum, quia tam fortes erant, ut multorum facta fortia ſua virtute penſarent. *Idem.*

155. *Exuviæ.*] Bene totum ad ſimilitudinem Herculis: quemadmodum ille clava, ſic iſte ſtipite. *Idem.*

156. *Tela pharetris.*] Ita erat pharetra referta ſagittis, ut exhauriri non poſſet. *Idem.*

158. *Deus audit ab Oeta.*] Decore: quoniam in Oetea ſilva crematus Hercules. Seneca Tragicus:

Ut preßit Oeten, ac ſuis oculis rogum
Luſtravit, omnes fregit impoſitus trabes.

Cicero, Tuſcul. quæſt. lib. II. *Aſpice Philoctetum: cui concedendum eſt gementi, ipſum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem.* Papinius ipſe Hercul. Surrentino.

—— ceu tædis iterum luſtratus honeſti
Ignis, ab Oetea conſcenderis æthera flamma. Bernartius.

160. *Sacra Cleonæi.*] Herculem eo loco Molorchus accepit hoſpitio, cenſu pauper, dives affectu. Ordo. Nemea dant comites, dant & Molorchi vineta. *Cleonæa* civitatis nomen eſt Nemeæ ſylvæ vicina. Lucan.

Ille Cleonæi projecit terga leonis, Antheus Libyci.

Ergo cum Hercules ad occidendum leonem iſſet ab Euriſtheo miſſus, à Molorcho ſuſceptus eſt hoſpitio, cujus leo filium interfecerat, didicitque ab eo quemadmodum adverſus feram coiret: qua ſuperata ludos inſtituit, quos à loco Nemeos appellavit. igitur Nemea dant comites, dant & Molorchi vineta. Quia ea omnia in clypeorum pictura, & quomodo filius ejus Molorchi à leone occiſus fuiſſet, & Herculis hoſpitium, auro figurata notanter deſcripſerunt. *Lactant.*

164. *Qua cubiti ſedeant.*] Ordo qua terra cubiti ſedeant veſtigia. *cubitum* poſuit pro loco cubilis. Cubiti cujus generis ſit in Captivis Plauti lectum eſt, ex perſona Ergaſili paraſiti:

Ne quis hac platea negotii conferat quidquam ſibi,
Nam meus eſt baliſta cubitus, pugnus catapulta eſt.

Sedeant.] Mire. Significat enim factam lacunam terræ Herculis mole. hanc deſcriptionem poëtæ pictam, ipſius Tirynthæ portabat exercitus. *Idem.*

165. *At pedes.*] Pedes quidem erat Capaneus, ſed omnibus eminebat. Solent enim equites altiores eſſe pedeſtribus. *Bellum* ergo pro bellatoribus poſuit. *Idem.*

167. *Injectu*

Terga, ſuperque rigens injectu molis ahenæ
Verſat onus, ſquallet triplici ramoſa corona
Hydra recens obitu. pars anguibus aſpera vivis
Argento cælata micat, pars arte reperta
Conditur, & fulvo moriens igneſcit in auro.
Circum amnis torpens, & ferro cærula Lerne.
At laterum tractus, ſpatioſaque pectora ſervat
Nexilis innumero chalybum ſubtemine thorax,
Horrendum, non matris opus, galeaque coruſca
Prominet arce gygas. atque uni miſſilis illi
Cuſpide præfixa ſtat frondibus orba cupreſſus.
Huic parere dati quos fertilis Amphigenia,
Planaque Meſſene, montanaque nutrit Ithome.
Quos Thrion, & ſummis ingeſtum montibus Æpy,

Quos

167. *Injectu molis.*] Oſtendit multis taurorum coriis, laminis etiam ferreis Capanei clypeum obductum fuiſſe. *Idem.*

169. *Hydra recens.*] Ita veritatem expreſſit pictura, ut pene recenti obitu hydra cum ſuis ſerpentibus interiret. *Idem.*

171. *Igneſcit in auro.*] Admovetur ignis vulneri. idque factum ut non pullularet. *Idem.*

172. *Cærula Lerna.*] Ferri materia facta eſt cærula. *Idem.*

175. *Horrendum non matris opus.*] Nota morem priſcum, quo invaluerat, ut matres texerent chlamydes militares filiorum. Noſter lib. 8.

—— triplici velaverat oſtro
Surgentes etiamnum humeros, & lævia mater
Pectora. Idem lib. 9.
Ipſe bis Oebalio ſaturatam murice pallam,
Lucenteſque auro tunicas (hoc neverat unum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo
Cornipedis lævo clypeum demiſerat armo.

Bernartius.

176. *Prominet arce gigas.*] Videndum an à tumoris crimine poſſit excuſari Statius, ſi *arcem* galeæ dixerit. Non incommode poſſis alioqui: *galeaque coruſco Prominet ære gigas.* Supra: *capiti tremit ærea caſſis.* Gronov. *Uni miſſilis.*] Heroibus tela dantur tanti ponderis, ut ab alio nemine torqueri poſſint, ad indicandas incredibiles eorum vires. Sic *inſulæ* finguntur jaculabiles fuiſſe Gigantibus. Sidon. Epithal. Polemii:

His Lemnon pro fratre gigas contra ægida torquet
Impulſumque quatit jaculabilis inſula cœlum.

Barthius.

178. *Amphigenia.*] Civitas eſt. Homerus quoque hujus meminit. *Lactant.*

179. *Planaque Meſſena.*] Non ipſa plana, ſed in camporum planitie conſtituta. *Meſſena.*] Civitas prope Pylum, quam admiſſus amnis interfluit. *Montanaque.*] Sic Homerus epitheton pari ſignificatu. * κραῖον εικλον ονηρπτον * quod ſignificat montuoſa ab exceſſione velocis cervi. *Idem.*

180. *Æpy.*] Oppidum Meſſenæ diſſimile. Nam ut illa in campo poſita eſt, ita hoc in montibus collocatum. *Idem.*

 181. *Getico*

Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion. hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, mutos Thamyris damnatus in annos
Ore ſimul, citharaque (quis obvia numina temnat?)
Conticuit præceps. qui non certamina Phœbi
Noſſet, & illuſtres Satyro pendente Celænas.
Jamque & fatidici mens expugnata fatiſcit

Augu-

181. *Getico vati.*] Thamirum dicit, quem Muſæ ingenti livore motæ cæcaſſe dicuntur. *Idem.*

182. *Dorion.*] Oppidum de quo hic poëta fuit. *Idem.*

183. *Aonias.*] Muſas à montis nomine nuncupatas. *Idem. Multos Thamyris damnatus.*] Homeri: καὶ Δώριον, ἔνθατε Μοῦσαι Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς. Et Lucani: *Dorion ira Flebile Pieridum.* Sed ſcribendum: *mutos Thamyris damnatus in annos.* Ita punitus, ut in reliquum viveret θεσπεσίην ἀφαιρεθεὶς καὶ ἐκλελησμένος κιθαριστύν. *Muti anni*, quibus canere deſiit neſciitque. Virgilius 12. Æneid. *Scire poteſtates herbarum uſumque medendi Maluit & mutas agitare inglorius artes.* Simpliciter eſt artes non canoras, nihil tinnientes, non Muſicas. Nec tam de medicina dicitur propriè (ut omnes acceperunt, ſollicite quærentes, quare medicina dicatur *ars muta)* quam de omnibus aliis ſtudiis artibuſque poteſt dici præter cantum, augurium & ſagittas Apollin. nam & hæ canoræ. Noſter in Herc. Surr. *ſocius tibi grande ſonabit Alcides, tenſoque modos imitabitur arcu.* Ψαλμοὶ τόξων apud Euripidem. Maluit aliam artem quam cantus vel carminum. Ea fuit ſane medicina, ſed non propterea ſingulari aliqua de cauſa muta eſt magis, quam quicquid habetur artium præter iſtas Apollineas. Sic & addit *inglorius*, non quaſi ex medicina nequeat eximium nomen comparari, ſed quia Poëtarum præcipuum eſt *otia vita ſolari cantu ventoſaque gaudia famæ Quærere*, & hi non aliunde magis quam ἐκ τῶν Μουσικῶν κλέος ἔρχεσθαι arbitrantur. Sic Cicero *mutas artes* dicit, exemplo picturæ & ſtatuariæ, omnes illas quæ ſunt præter eloquentiam. Lib. 3. de Orat. *Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum eſt quanto admirabilius in oratione atque lingua?* Mendum idem ſuſtulimus è Valerio Catone in Diris: *Muta prius fuerit, quam non mea libera avena.* Omnia prius fient quæ fieri nequeunt: denique conticeſcet prius, quam deſinat eſſe libera, Muſa mea. Plura ad rem pertinebant, ſed jam exceſſimus limites præſcriptos. Addendum tamen in melioribus eſſe, *præceps qui:* placetque ſublata interrogationis nota: homo, inquit, ſtolidus & temerarius, qui non recordatus ſit Marſyæ caſum. *Gronovius.*

184. *Ore ſimul.*] Optime poëta Homeri ambiguum verbum poſitum intellexit de hoc ipſo, quod accentus commutatione ſignificavit, non excatum lumine, ſed eum cujus ſit damnatum ingenium, ut nec chordarum gloriam, nec vocis ſonum inferret. *Lactant.*

186. *Celænas.*] Celæne Lydiæ civitas, in cujus antro Marſias victus ab Apolline eſt, & ſupplicio affectus à tortoribus: cujus de ſanguine fluvius ejus nomine natus eſt. Ut Lucan. aſſerit,

Et rectis deſcendens Marſia ripis Errantem Meandron adit.

Eſt ſenſus: temeritas Thamiri Marſiæ debuit coërceri ſuppliciis. ut Lucan.

Damnatæ Phœbo victore Celænæ.

Idem.

188. *Augu-*

Auguris. ille quidem caſus, & dira videbat
Signa, ſed ipſa manu cunctanti injecerat arma
Atropos, obrueratque deum, nec conjugis abſunt
Inſidiæ, vetitoque domus jam fulgurat auro.
Hoc aurum vati fata exitiale monebant
Argolico. ſcit & ipſe nefas, ſed perfida conjux
Dona viro mutare velit, ſpoliiſque potentis
Imminet Argia, raptoque excellere cultu.
Illa libens (nam regum animos, & pondera belli
Hac nutare videt, pariter ni providus heros
Militet) ipſa ſacros gremio Polynicis amati
Depoſuit nexus haud mœſta, atque inſuper addit:
Non hæc apta mihi nitidis ornatibus, inquit,
Tempora, nec miſeræ placeant inſignia formæ
Te ſine. ſat dubium cœtu ſolante timorem

Fallere,

188. *Auguris.*] Alcmæon hoc monile occiſa matre Apollini conſecravit, quod in fontem miſſum hodieque cerni dicitur, quod ſi quis manu attrectaverit, oſtendit offendi ſolem & tempeſtates oriri. unde Virgil.

Mœſtamque Eriphylem Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Idem.

194. *Dona viro.*] De Homero tranſtulit. Ita velit paciſci, ut malit monile habere, quam conjugem. *Idem.*

197. *Hac nutare videt.*] Hæc eſt vera ſcriptura, & ponderibus convenit *nutatio*, non *mutatio*. Sicque omnes noſtri Codices, itemque Aldus, & aliæ veterum Editiones. Illud *mutare* nimirum, videtur tueri velle Lactantius, cum ait: *Videt Argia belli totius mutari ſententiam, ſi Amphiaraus deſit auxiliis.* Sed aliter ſe res habet. *Barthius.*

202. *Sat dubium cœtu ſolante.*] Nihil hic ſcripti. aſſentio tamen viris doctis, & omnino legendum exiſtimo, *ſtat dubium calatho ſolante*, neque enim decorum pudicæ matronæ cœtus frequentare, aut tali ſolatio uti, abſente marito, Argiam decebat. Plane ut abſurdum videatur, decoris obſervantiſſimum Poëtam hoc ei adfixiſſe. Noſtram vero conjecturam veterum mos firmat, quo receptum ut etiam regum filiæ, lanificio manus admoverent. Alexander apud Curtium ad Syſigambin matrem Darii: *mater hanc veſtem qua indutus ſum, ſororum non ſolum donum ſed etiam opus vides, noſtri decepere me mores.* Seneca Hippolyto in perſona Phœdræ:

—— Palladis tela vacant
Et inter ipſas penſa labuntur manus.

Apud Romanos certe matronæ priſcæ ita lanificiis deditæ fuere, ut in fœdere inter Romanos & Sabinos (Plutarchus in Romulo auctor) lex eſſet: ut volentes nuptæ apud viros, quibus conjunctæ erant, manerent, omnium operum ac munerum vacationem, præterquam lanificii habituræ. Moris etiam erat, ut novæ nuptæ, quando ad domum mariti deducebatur, colus compta cum fuſo & ſtamine præferretur. Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. *Lanam cum colo & fuſo Tanaquil, quæ eadem Cæcilia vocata eſt, in templo Sangi duraſſe, auctor eſt M. Varro, factamque ab ea togam regiam*

 undu-

Fallere, & incultos aris advertere crines.
Scilicet (heu ſuperi) cum tu cludare minaci
Caſſide, ferratuſque ſones, ego divitis aurum
Harmoniæ dotale geram? dabit aptior iſta
Fors deus, Argolicaſque habitu præſtabo maritas.
Cum regis conjux, cum te mihi ſoſpite, templa
Votivis implenda choris: nunc induat illa,
Quæ petit, & bellante poteſt gaudere marito.
Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit, ſcelerumque ingentia ſemina movit,
Et grave Tiſiphone riſit gaviſa futuris.
Tænareis hic celſus equis, quam diſpare cœtu
Cyllarus, ignaro generarat Caſtore prolem,
Quaſſat humum. vatem cultu Parnaſia monſtrat
Vellera, frondenti crinitur caſſis oliva,

Alba-

undulatam in æde Fortunæ, qua Servius Tullus fuerat uſus. Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta cum fuſo & ſtamine. Et ſicuti Græci *Hymenæum* in nuptiis inclamare conſueverunt, ita Romani *Talaſſionem.* Unde Martialis:

Quid ſi me jubeas Talaſſionem
Verbis dicere non Talaſſionis.

Cujus vocis originem ad Lanificium refert Varro: quem ſequitur Feſtus: *Talaſſionem Varro, ait, ſignum eſſe Lanificii, τάλαρον enim, id eſt, quaſillum appellari Talaſſionem.* Aliter tamen Atilius vetus Hiſtoriarum ſcriptor, Livius lib. 1. Servius ad 1. Æneid. & Euſeb. Chronicis, qui vocem hanc ad omen referunt, & à Talaſſio deducunt, cui conjugium valde felix fuit, rapta virgine unicæ pulchritudinis. *Bernart.*

203. *Aris advertere.*] Non eſt dubium de veritate hujus ſcripturæ, quam J. Lipſius l. 11. Elect. c. 6. Franciſcus Modius Epiſt. 2. aliique reſtituerunt, nos ex Eutyche Grammatico firmavimus. Mos jam multis doctorum notatus, *in ſummo luctu proſtratis* corporibus limina templorum crinibus profuſis converrere. Vide Lipſium l. 2. Elect. 6. Heinſ. ad Sil. Ital. lib. 8. & Claud. Dauſqueium, & alios. *Barth.*

207. *Præſtabo maritas.*] Superabo. *Maritæ* dicuntur uxores maritis deditæ, ut Horat.

Nec ſit marita quæ rotundioribus onuſta baccis ambulet.

Et notandum cum Salúſtius dixerit, *præſtare cæteris animalibus.* Virgilius tamen:

Vel magnum præſtet Achillem.

Lactantius.

212. *Semina movit.*] Ideo ingentia ſemina, quia & maritum prodidit, ut periret, & in ſe excitavit filium, ut fieret parricida; ipſeque eſt correptus inſania. *Idem.*

214. *Diſpare cœtu.*] Bene *diſpare:* nec enim tanta nobilitas equi eadem ſtirpe equam potuit invenire. *cœtu* à coëundo dixit in Venerem. hunc equum Pollucis dixit Virgil. licentia poëtica:

Cyllarus & quorum Graji meminere poëtæ:

Hic Caſtoris eſt, ſed inter amabiles fratres totum decet eſſe commune. *Idem.*

220. *Inde*

Albaque puniceas interplicat infula criſtas.
Arma ſimul, prenſaſque jugo moderatur habenas.
Hinc, atque inde moræ jaculis, & ferrea curru
Sylva tremit. procul ipſe gravi metuendus in haſta
Eminet, & clypeo victum Pythona coruſcat.
Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.
Quos Pylos, & dubiis Malea vitata carinis,
Plaudentique habiles Caryæ reſonare Dianæ.
Quos Pharis, volucrumque parens Cythereïa Meſſe,
Taygetique phalanx, & oliviferi Eurota

Dura

220. *Inde moræ.*] Id eſt, impeditæ, occupatæ fuerant manus ejus ex jaculis. *Idem.*

222. *Victum Pythona.*] Quia vatis Apollinis tui gloriam & ſerpentis Pythonem dicit inſigne, viro forti religio fecerat ſacerdotis. *Idem.*

223. *Amyclæ.*] Laconiæ civitas ſacra Apollini, in qua Hyacinthus in agone celebratur in honorem pueri regis, qui cum exerceretur diſco, percuſſus zephyri vertigine, quod ſe Apollini prætuliſſet, occiſus eſt, cujus ſanguis in florem nominis ſui ob memoriæ perpetuam dignitatem converſus eſt. Virgil.

Inſcripti nomina regum Naſcuntur flores.

Idem.

224. *Malea.*] Maleæ quæ propter periculum à navigantibus circumeuntur. ut Virgil.

Maleæque ſequacibus undis.

Hiſtoria autem de hoc monte fertur hujuſmodi. Maleus Tuſculorum rex, qui primus tubam invenit, is cum piraticam exerceret, & mare tempeſtatibus eſſet infeſtum, hunc montem inſedit, qui & Apollinem Maleoticum de ſuo vocabulo, & montem ipſum Maleam nominavit. Alii dicunt hunc montem Achajæ eſſe. Bene Statius hæc dicit auxilia vatem habuiſſe, quia hi populi præcipue Deum venerantur Apollinem Cariæ. *Idem.*

225. *Cariæ.*] Templum in Laconia Dianæ ſacrum, quod etiam Carratium nominatum eſt, ex hac cauſa; cum luderent virgines, meditatus ruinam omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo ejus pependit; quam nucem Græci caram vocant. ergo de arbore, & templo, & de dea, nomen accepit. *Idem.*

226. *Volucrumque parens.*] Et hunc verſum de Homero tranſtulit. Volucrum ergo parens columbarum, unde ſe probat Cythercam eſſe, quia amat aves Veneri conſecratas. Quæ aùtem cauſa ſit quod Venus columba delectata ſit, talis eſt. Venus & Cupido cum quodam tempore voluptatis gratia in quoſdam deſcendiſſent campos, laſciva contentione certare cœperunt, qui plus ſibi gemmantes colligerent flores: quorum Cupido adjutus mobilitate pennarum, poſteaquam naturam corporis volatu ſuperavit, victus eſt numero. Periſtera enim Nympha ſubito accurrit, & adjuvando Venerem ſuperiorem effecit, cum pœna ſua. Cupido ſiquidem indignatus mutavit puellam in avem, quæ à Græcis περιστερὰ appellatur. Sed pœnam honor minuit. Venus namque conſolatura puellæ innocentis transfigurationem, columbam in tutela ſua eſſe mandavit. *Idem.*

227. *Et oliviferi Eurotæ.*] Sane & nobis in bonæ notæ membranis obvium fuit: *& oloriferi.* quod in Pariſienſi receptum. Hic eſt enim, qui in 10. Thebaidos laudatur *falſo gurges cantatus olore.* Nec aliunde in Epith.

 Stellæ:

Dura manus. deus ipſe viros in pulvere crudo
Arcas alit, nudaque modos virtutis, & iras
Ingenerat. vigor inde animis, & mortis honorata
Dulce ſacrum. gaudent natorum fata parentes:
Hortanturque mori. deflet jamque omnis ephebum
Turba, coronato contenta eſt funere mater.
Frena tenent, duplexque inſerto miſſile nodo,
Exerti ingentes humeros: chlamys horrida pendet,
Et cono Ledæus apex. non hi tibi ſolum,
Amphiaraë, merent. auget reſupina maniplos
Elis. depreſſa populus ſubit incola Piſa,
Qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis
Advena tam longo non unquam infecte profundo.
Curribus innumeris late patria arva laceſſunt:

Et

Stellæ: *Amyclæos ad frena citavit olóres.* Itaque non temere rejiciam. *Gronovius.* *Eurotæ.*] Eurotæ cur dixerit ipſe narravit. juxta hunc fluvium Lacones vapulando contendunt. glorioſior tamen ille eſt, qui juxta præſcriptum numerum plagarum animæ non pepercit, qui cum devoverit ſpiritum publice funeratur, & capite coronatur. Tanta enim crudelitas in hac gente eſt, ut mater lachrimas ſuas conſoletur funere coronati. Deum dixit hoc hortari Mercurium, qui palæſtrarum numen eſt. unde Mercurius ad virtutem & belli officia ſtudioſus palæſtræ eſt. *Lactant.*

231. *Gaudent.*] Quia cum dimicant, contra verbera patientiam dicuntur hortari. Cum autem ad bellum eunt, arma dant liberis, & hac hortatione ſubjiciunt: *Aut cum his, aut ſupra hac:* quod ſignificat vel victores debere reverti, vel mortuos. *Idem.*

233. *Funere mater.*] Senſus. Omnis quidem turba ephœbi lamentatur interitum, mater ſola negligit luctus, quia filius coronatur extinctus. *Idem.*

236. *Aut cono Ledæus.*] Aut Caſtoris pileus, aut Ledæus olorinus, quia in olorem mutatus Juppiter cum Leda concubuit. Nam hi quoque Lacones fuerunt. *Idem.*

237. *Merent.*] Militant. Virgilius *merui* quoque dixit, unde miſſos militia *emeritos* dicimus. *Lactant.* *Auget reſupina maniplo.*] Cur non cum membranis: *maniplos.* Et mox: *Qui te, flave, natant.* Si deſcriberet Siculos, ferres forte *notant*, quippe penes quos ille ſe impermixtum mari ſpectandum dare credebatur. Et decet Piſæos ſudore & pulvere è palæſtra contracto Alpheum ſuum natare, ut Spartanos Eurotan. *Gronovius.*

238. *Depreſſa.*] Quia vallibus undique Piſæ cinguntur, & Crotonio monte premuntur. *Lactant.*

239. *Alphæe.*] Sicanis. Conſtat enim hunc fluvium amore Arethuſæ Nymphæ occultas egiſſe vias ſubter mare, & in Siciliam fluctibus amatæ miſceri. *Idem.*

240. *Advena.*] Merito ſcilicet advenam, quia ab Elide in Siciliam labitur per mare, nec tamen aquæ marinæ miſcetur. *Idem.*

241. *Curribus.*] Propter Olympicum certamen, quod luſtris ſingulis Circenſibus Jovi exhibetur Olympio. *Idem.*

242. *Et*

Et bellis armenta domant. ea gloria genti
Infando de more, & fractis durat ab uſque
Axibus Oenomai. ſtrident ſpumantia morſu
Vincula, & effoſſas niveus rigat imber arenas.
Tu quoque Parrhaſias ignara matre catervas
Ah rudis annorum (tantum nova gloria ſuadet)
Parthenopae, rapis. tum ſaltus forte remotos
Torva parens (neque enim hac juveni foret ire poteſtas)
Pacabat cornu, gelidique averſa Lycei.
Pulchrior haud ulli triſte ad diſcrimen ituro
Vultus, & egregiæ tanta indulgentia formæ.
Nec deſunt animi, veniat modo fortior ætas.
Quos non ille duces nemorum, fluviiſque dicata
Numina; quas magno non impulit igne Napæas?

Ipſam,

242. *Et bellis.*] Aut in bellis domant. *Idem.*

244. *Axibus Oenomai.*] Ex quo Oenomaus hanc legem procis filiæ poſuit, ut victus interimeretur, uxorem victor acciperet, qui Myrtili aurigæ ſui fraude deceptus ipſe ſupplicia quæ proponebat expendit. quia fractis axibus, ingenio ut diximus Myrtili, qui corruptus rotam cera conjunxerat, victus eſt. dixit autem de his qui ex Piſa ſunt ingenitum eſſe, ut equis gaudeant ex illo ſtudio, quod rex Oenomaus ea arte præcellit. *Idem.*

247. *Armorum.*] Bene multi libri ex noſtris *annorum*. Ut de aliis notat Juſtus Zinzerlingus Promulſidis cap.42. Nos optimi noſtri hanc ſcripturam minime mutandam cenſemus. *Armorum* ſane *Martiorum* (quæ una hic in conſiderationem veniunt) omnino rudis erat Parthenopæus, tantum facinus aggreſſus. Quod ſi *annorum* legas, hanc illi minime demſeris, cum ante obitum multa fortiter adoleſcenti ætate fecerit. Gl. *Armorum, bellorum.* Barth.

248. *Parthenopae rapis.*] Cujus hic fuerit filius non tam in proclivi eſt quam imber cum pluit. Duæ ſiquidem apud Poëtas celebrantur Atalantæ, Arcadica una, Iaſii; Bœotica altera, Schœnei filia. Noſter Parthenopæi matrem Atalantam Arcadicam fuiſſe, diſerte tradit. Diodorus Atalantam Bœoticam, ſeu Schœnei filiam: pro noſtro ſtat Ælianus de varia Hiſtoria, & Scholiaſtes Theocriti; pro Diodoro Oppianus. Servius Grammaticus vero ad illud Virgilii:

Parthenopæus & Adraſti pallentis imago:

Non Atalantæ, ſed Menalippæ filium Parthenopæum fuiſſe, contendit. adi elegantiſſimi M. Antonii Mureti in Propertium Scholia. *Bernart.*

250. *Pacabat cornu.*] Id eſt, venationibus pacata ferarum reddebat interitu, ut Virgil.

—— *Aut Erymanthi*
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. Lactantius.

251. *Pulchrior.*] Id eſt, Parthenopæo pulchrior nullus fuit. *Idem.*

253. *Nec deſunt.*] Id eſt, in Parthenopæo animarum vigebat inſigne: ſi modo ad id ætatis robur etiam accederet. *Idem.*

255. *Quas.*] Non is nymphas aut Oreadas, aut Potamidas, aut Dryades, aut Napæas dicit. *Dryades* ſunt quæ quer-

Ipſam, Mænalia puerum cum vidit in umbra,
Dianam, tenero ſignantem gramina paſſu,
Ignoviſſe ferunt comiti, Dictæaque tela
Ipſam, & Amyclæas humeris aptaſſe pharetras.
Proſilit audaci Martis percuſſus amore,
Arma, tubas audire calens, & pulvere belli
Flaventem ſordere comam, captoque referri
Hoſtis equo. tædet nemorum, titulumque nocentem
Sanguinis humani, pudor eſt neſcire ſagittas.
Igneus ante omnes auro micat, igneus oſtro,
Undantemque ſinum nodis irrugat Iberis.
Imbelli parma pictus Calydonia matris
Prælia. trux leva ſonat arcus, & aſpera plumis
Terga, Cydonæa corytos arundine pulſat,
Electro pallens, & iaſpide clarus Eoa.
Cornipedem trepidos ſuetum prævertere cervos
Velatum gemina dejectu lyncis, & arma
Mirantem gravioris heri ſublimis agebat,

Dulce

quercubus delectantur, *Oreades* montibus, *Potamides* fluminibus, *Napææ* virgultis & floribus. *Idem.*

256. *Ipſam Mænalia.*] Dianam ſcilicet quæ Atalantæ ob amiſſam virginitatem ignovit. *Idem.*

257. *Signantem gramine.*] Eleganter infantis greſſum non calcantem, ſed ſignantem oſtendit, ut Horat.

Reddere qui voces jam ſcit puer,
Et pede certo ſignat humum.

Dicit ergo Dianam, cum tam pulchrum vidiſſet Parthenopæum, Atalantæ dediſſe veniam, cui propter concubitus fuerat irata Meleagri. *Idem.*

264. *Tædet nemorum.*] Senſus. erubeſcebat Parthenopæus, quod nondum humano ſanguine ſuas ſagittas infecerat, & quod non hac crudelitate laudis fuerat titulum conſecutus. *Idem.*

266. *Undantemque ſinum.*] Quia undantem chlamydem quaſſando facit. *Nodis Hiberis.*] Hiſpanicis, id eſt panno balthei. *Idem.*

267. *Imbelli.*] Cum qua nunquam pugnaſſet. *Matris prælia.*] Hoc eſt ſcuto picta gerens prælia. Calydonium quippe aprum comitata viros Atalanta ſagittis fixit, ut priore libro docuimus. *Idem.*

268. *Aſpera plumis.*] Loricæ ſquamas explicuit, quam alii cataphractam vocant. *Idem.*

269. *Cydonæa corythos.*] Thecam ſagittarum intelligit. Papinius lib. x.

— cæleſtibus implet corython telis.

Virgilius:

— corythique leves humeris, & lethifer arcus.

Quod notandum tyrunculis, ne à Nonio decipiantur, qui Corython non pro theca, ſed ſagitta accipit. De diſſenſu auctorum in vocis hujus orthographia, conſule eruditiſſimi M. Antonii Del Rio in Herculem Furentem Senecæ commentaria. *Bernart.*

273. *Mirantem gravioris heri.*] Armorum permutatio graviorem equo fecerat

Dulce rubens, viridique genas ſpectabilis ævo.
Arcades huic veteres aſtris Lunaque priores,
Agmina fida datis. nemorum vos ſtirpe rigenti
Fama ſatos, cum prima pedum veſtigia tellus
Admirata tulit. nondum arva, domuſque, nec urbes,
Connubiiſque modus. Quercus, laurique ferebant
Cruda puerperia, ac populos umbroſa creavit
Fraxinus, & fœta viridis puer excidit orno.
Hi lucis ſtupuiſſe vices, noctiſque feruntur
Nubila, & occiduum longe Titana ſecuti
Deſperaſſe diem. rareſcunt alta colonis
Mænala: Parthenium fugitur nemus: agmina bello
Rhipeque, & Stratie, ventoſaque donat Eniſpe.
Non Tegea, non ipſa Deo vacat alite felix
Cyllene, templumque Alea nemorale Minervæ.

Et

cerat dominum. addita enim lorica oneroſior Parthenopæus extiterat. *Lactantius.*

275. *Arcades huic.*] Cicero pro Fundanio opinionis ejus meminit, cum de nobilitate tractaret. Ajunt autem Arcades eſſe vetuſtos. denique cum Phrygibus de antiquitate certaverunt, hi ſingulos parvulos cum ſingulis nutricibus clauſerunt, quibus nutricibus ademerant linguas, ut experirentur utrum vox eſſet innata an diſceretur, & ſi eſſet innata quænam illa eſſet, Phrygum an Arcadum. producti autem pueri vere locuti eſſe dicuntur, quaſi ſignificatione Phrygum lingua panis intelligitur. Sic ergo cognitum eſt Arcades non eſſe primigenas. Item de eodem, cur ſe Arcades nobiles dicant: Thucydides libro 1. ait, hunc morem Græciæ fuiſſe, ut coacti in alienas ire terras, quas fertiles eſſe cognoverant, eaſdem vaſtabant veteribus incolis pulſis. ſed Arcades ſoli ob ſterilitatem agrorum commoti non ſunt, & ideo ſoli nobiles exiſtimantur. Ovid. de his lib. 11.

Ante Jovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & luna gens prior illa fuit. Id.

276. *Nemorum vos ſtirpe.*] Non quod de arboribus vere nati ſunt, ſed quia adhuc non erat uſus caſarum, & in morem pecorum vagabantur. Filios autem ſuos, ait, arborum caveis aut concavis ſpecubus contegebant, quos tranſeuntes arborum filios exiſtimabant: quam opinionem Virgil. aſſerit dicens:

Genſque virum truncis & duro robore nata.

Idem.

284. *Deſperaſſe diem.*] Dicit homines natos ex arboribus perpetuam noctem timuiſſe ſolis occaſu. *Rareſcunt.*] Deſolantur neceſſitate bellorum. *Idem.*

285. *Mænala: Parthenium.*] Mons & nemus Arcadiæ. *Idem.*

288. *Aleæ nemorale Minervæ.*] Ædificavit hoc templum Aleus Aphidantis filius, Arcadiæ Rex. interjecto deinde tempore, cum prius illud ſubito igne conflagraſſet aliud ipſi ſibi cives erexerunt, magnitudine & ſtructura admirabili. deſcribit late Pauſanias Arcadicis, ad quem te remitto: tantum moneo, Minervæ Aleæ ſignum ex ebore fuiſſe, & ab Auguſto Cæſare, debellato Antonio ejuſque partibus, in-

ter

Et rapidus Cliton, & qui tibi, Pythie, Ladon
Pane ſocer. candenſque jugis Lampia nivoſis,
Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan.
Parrhaſiique duces, & quæ riſiſtis, Amores,
Grata pharetrato Nonacria rura Tonanti.
Dives & Orchomenos pecorum, & Cynoſura ferarum.
Æphitios idem ardor agros, & Pſophida celſam
Vaſtat, & Herculeo vulgatos robore montes,
Monſtriferumque Erymanthon, & æriſonum Stymphalon.
Arcades hi, gens una viris, ſed diſſona cultu
Scinditur, hi Paphias myrtos à ſtirpe recurvant,
Et paſtorali meditantur prælia trunco.
His arcus, his tela ſudes, hic caſſide crines
Integit: Arcadii morem tenet ille galeri.

Ille

ter quos Arcades prope omnes fuere, exceptis Matinenſibus, Romam translatum: & aditu ejus fori, quod ab eodem Auguſto dedicatum eſt, poſitum. Minervam Aleam vocari verò etiam apud Græcos reliquos, quod diceretur in deorum cum Gigantibus pugna in Enceladem bigas immiſiſſe. *Bernart.*

290. *Pane ſocer.*] Propter Daphnen Ladonis filiam, quam Apollo dilexit. *pæne* ait, quia virginitas damnum paſſa non eſt, & in laurum ante concubitum fuiſſe converſa dicitur. *Lampia nivoſis.*] Civitas Arcadiæ, nivoſis montibus conſtituta. Ergo Lampiam à candore pruinarum dictam nominis ipſius proprietas monſtrat. λαμπρὸν enim Græce ſplendidum dicitur. *Lactant.*

291. *Styga mittere.*] Palus à qua Styx ſumit exordium. Conſtat inter prudentes Peneum undas Stygi ſubmittere & ſubminiſtrare. *Idem.*

292. *Æmulus Azan.*] *Æmulus* quia in illo monte, ut Juppiter, ita etiam Mater deorum colitur ritu: inde Azan apud Arcades Curetes hoc nomen habent, de monte Azane. unde vulgo in in ſacris Deæ magnæ dicitur *Azan.* Id.

294. *Nonacria.*] Una pars orationis eſt Nonacria, ut Trinacria. Eſt autem nomen loci vel agri Arcadiæ, in quo Jupiter in ſpeciem Dianæ verſus cum Calyſtone Lycaonis filia concubuiſſe narratur. *Idem*

295. *Cynoſura.*] Locus Arcadiæ, unde & minor urſa Cynoſura dicitur. *Æphitios*, à civitate vel monte ducis nomine nuncupatos. hi quoque Arcadiæ populi ſunt. *Idem.*

298. *Erymanthon & Stymphalon.*] Quorum in altero aprum cepit, quem vivum Euryſtheo detulit. in altero aves, quæ Stymphalides appellantur, occidit. *Erymanthon* quidam volunt locum eſſe, qui juxta Parthenios agros eſt, ubi Hercules de Auge ſuſceptum filium expoſuit Telephum, qui à cerva nutritus eſt; ſed hæc loca hic non convenit ſuſpicari. Nam montes eos dicit in quibus Hercules de apro & de avibus triumphavit. *Erymanthus* autem mons eſt, & ſylva eodem ſignata vocabulo, in Arcadiæ finibus conſtituta. Stymphalon autem æriſonum dicit, quia non ſagittis, ſed æris ſonitu Hercules Stymphalidas occidit. *Idem.*

304. *Lycao-*

Ille Lycaoniæ rictu caput aſperat urſæ.
Hos belli cœtus, jurataque pectora Marti,
Milite vicinæ nullo juvere Mycenæ.
Funereæ tum namque dapes, mediique recurſus
Solis, & hic alii miſcebant prælia fratres.

Jam-

304. *Lycaoniæ ritu.*] Potius eſt ſcribi ex manuſcriptis: *ille Lycaoniæ rictu caput aſperat urſæ*: nam alicujus feræ pellem, pro galea, capiti imponere, antiquis uſitatum: certe galeis inducere. Silius lib. III.

—— ore ferarum
Et rictu horrificant galeas. Bern.

306. *Milite vicinæ.*] Plenus enim fabulæ ita ſe continet textus. Atreus & Thyeſtes Pelopis filii, Tantali nepotes, alternis vicibus regnum regebant. Verum Thyeſtes cum inceſtaſſet Europam fratris uxorem, ab eo pulſus eſt è regno, ſed inter eos qui ſcelere certabant, videbatur pro vindicta ficta gratia reconciliationis. Atreus fratri filios ſuos appoſuit epulandos, cui poſt epulas filiorum capita, ſignum convivii feralis oſtendit. in cujus rei deteſtatione, cum Thyeſtes conſulta de oraculis poſceret, reſponſum eſt per eum illi certam poſſe venire vindictam, qui ex ipſo & filia Pelopeia natus fuiſſet. Unde illicitos filiæ amplexus invaſit, ex qua natus eſt puer, quem illa in ſylvas propter conſcientiam abjecit: hic capræ uberibus nutritus, ex eadem re Ægiſtus nomen accepit. qui Atreum in vindictam patris, cum adoleviſſet occidit. Idem autem Agamemnona, cum Clytemneſtram uxorem ejus adulteraſſet, occidit, ut ipſe Virgil.

Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achivum.

Qui poſtea ab Oreſte filio Agamemnonis cum ea quam adulteraſſet occiſus eſt. Sed ab origine irarum quæ fuerit cauſa deſcribam. Mercurius ægre ferens à Pelope Myrtillum filium ſuum in pelagus præcipitatum, ſpoliatumque vitæ lege, reperit vindictam, qua conſolaretur orbitatem. nam Pelopis filiis Atreo & Thyeſti tantum diſcordiæ injecit, ut germanitatis jura dirumperent. Thyeſtes enim cum ſciret regnum penes eum fataliter manſurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem tum Atreus regiam ingreſſus plurimum cuſtodiebar, corrumpens Europam fratris ſui uxorem, eum ad ſe transferri poſſe judicavit: quod ille poſteaquam didicit, eum cum filiis duobus ſuis expulit, & poſtea ſimulata gratia ad eum miſit, ejuſque filios interemptos epulandos appoſuit, quo facinore cum eum puniſſet, ſol dicitur ab eorum ſe regionibus avertiſſe. unde Virg. è contrario,

Nec tam averſus equos Tyria Sol jungit ab urbe.

Ergo ne Mycenæ auxilio ſint, par fuit pæne fortuna, quia & illos fratrum odia vexabant. Thyeſtes enim Atreo fratri filios epulandos appoſuit ob adulteratam uxorem ſuam Europam. ideo funeratas dapes propter epulas & recurſum ſolis, & propter offenſam affabilis dei, quia inter nulla nubila pietate tanta egit occaſum, & oblatum aurei velleris arietem, quo fato regnandi tenebatur. *Lactant.*

308. *Hic alii.*] Non minus mali & crudeles. *Scholiaſt.* Sane multo pejores & crudeliores. Quid cæde patruelium aut ex fratre Nepotum trium crudelius *Atreus* facere poterat? Invenit ut viſcera eorum Patri epulanda haberet? Hæc inter homines. Cum ſtetit in curſu cœleſti Sol, & retrogreſſus eſt, impotens aſpicere tantum facinus, vertit ridentem iram in Deos & exclamat:

Utinam quidem tenere fugientes Deos
Poſſem, & coactos trahere, ut ultricem dapem
Omnes viderent. Quod ſat eſt; videat Pater.

309. *Jam-*

Iamque Atalantæas implerat nuntius aures
Ire ducem bello, totamque impellere natum
Arcadiam. tremuere gradus, elapſaque juxta
Tela. fugit ſylvas pernicior alite vento
Saxa per, & plenis obſtantia flumina ripis.
Qualis erat, correpta ſinus, & vertice flavum
Crinem ſparſa noto. raptis velut aſpera natis
Prædatoris equi ſequitur veſtigia tigris.
Ut ſtetit, adverſiſque impegit pectora frenis:
(Ille ad humum pallens) Vnde hæc furibunda cupido,
Nate, tibi? teneroque unde improba pectore virtus?
Tu bellis aptare viros? tu pondera ferre
Martis, & enſiferas inter potes ire catervas?
Quanquam utinam vires! nuper te pallida vidi,
Dum premis obnixo venabula cominus apro,
Poplite ſuccidua reſupinum ac pæne ruentem:
Et ni curvato torſiſſem ſpicula cornu,
Nunc ubi bella tibi? nil te mea tela juvabunt,
Nec teretes arcus, maculis nec diſcolor atris,
Hic, cui fidis equus. magnis conatibus inſtas,
Vix Dryadum thalamis, Erymanthiadumque furori

309. *Jamque Atalanteas.*] Atalanta Iaſi filia fugiens concubitus in venando Dianæ comes eſt facta, ſed à Meleagro (adde & corrige *invulnerabile & adhuc inſidiante.* ex Barthio) hoc adInſinuante compreſſa puerum edidit, cujus conceptum, quia diu ſub virginitate celaverat, Parthenopæum vocavit. Is admodum puer Polynici auxiliaturus Thebas petiit. *Equum* pro equite poſuit. *Lactantius.*

318. *Ille ad humum.*] Hæc in Parentheſi poſita, *violentiam matris & pudorem* & *ſtuporem* nati egregie exhibent. Simul abrupta oratio indicat affectum loquendi præcipitem in matre, tardum in filio, velut in facinore inexcuſabili deprehenſo. Mirus talium artifex Papinius. *Barthius.*

319. *Teneroque unde.*] In duobus optimis reperi: *tenero unde improba pectore virtus?* Quod prorſus verum judico, & τὸ *que* adjectum ab iis, qui jus Poëtarum in talibus ignorabant. Virgilius lib. 6. Æn. *Nomen & arma locum ſervant: te amice nequivi Conſpicere.* Gronov.

323. *Dum premis.*] Venatores enim cum inveſtigant, errant: cum proſequuntur, premunt. *Lactantius.*

327. *Maculis nec diſcolor.*] Imitatur Maronem de Turni equo, colorem tantum macularum mutans:

— *Maculis quem Thracius albis*
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubra.

Sane mihi magis placeant atræ quam albæ maculæ. *Barthius.*

329. *Vix Dryadum thalamis.*] Venereæ voluptati ideo filium dehortatur, ut nec ſe virum credat. *Lactant.*

Nympharum mature puer, ſunt omina vera:
Mirabar cur templa mihi tremuiſſe Dianæ.
Nuper, & inferior vultu dea viſa, ſatriſque
Exuviæ cecidere tholis. hinc ſegnior arcus,
Difficileſque manus, & nullo in vulnere certæ.
Expecta dum major honos, dum firmius ævum,
Dum roſeis venit umbra genis, vultuſque recedunt
Ore mei, tunc bella tibi, ferrumque quod ardes,
Ipſa dabo, & nullo matris revocabere fletu.
Nunc refer arma domum. Vos autem hunc ire ſinetis,
Arcades? O ſaxis nimirum, & robore nati.
Plura cupit, fuſi circum natuſque, duceſque
Solantur, minuuntque metus, & jam horrida clangunt
Signa tubæ. nequit illa pio dimittere natum
Complexu, multumque duci commendat Adraſto.
At parte ex alia Cadmi Mavortia plebes,
Mœſta ducis furiis, nec molli territa famæ
(Quando his vulgatum deſcendere viribus Argos)
Tardius illa quidem, regis, cauſaque pudore,
Verum bella movet. nulli diſtringere ferrum
Impetus, aut humeros clypeo clauſiſſe paterno
Dulce. nec alipedum juga comere, qualis belli
Gaudia. dejecti trepidas ſine mente, ſine ira,
Promiſere manus. hic ægra in ſorte parentem
Vnanimum, hic dulces primævæ conjugis annos
Ingemit, & gremio miſeros accreſcere natos.

Bella-

330. *Omina vera.*] Futuri ſc. mali. id eſt, vera ſunt prodigia quæ videbam: quaſi irata, vel triſtis futura morte. *Idem.*

332. *Inferior.*] Aut humilis aut non læta. *Idem.*

333. *Hic ſegnior arcus.*] Celeres ſagittas non mittens. *Idem.*

335. *Major honos.*] Omnes vident jam te adhuc puerum eſſe: exſpecta dum majeſtatem & auctoritatem virilem adipiſcaris. Et vires tibi etiamnum deſunt & æſtimatio. Forma enim puerilis eſt, robur ad arma & res bellicas prorſus infirmum & ineptum. *Vet. Scholiaſt.*

336. *Vultuſque recedunt.*] Ne levitate vultus fœmina eſſe crederis: dum tuo ore mei vultus recedunt, id eſt, dum viri ſumis formam, nam adhuc ſimilis es matri. *Lactantius.*

340. *O ſaxis nimirum & robore.*] Ut origini conveniret animus: quia dura corda habetis, & non vos flectit miſericordia. nam male dicit illis dicendo *aſperos duroſque*; quia materno non commoventur affectu. *Idem.*

Bellator nulli caluit deus: ipſa vetuſto
Mœnia laſſa ſitu, magnæque Amphionis arces,
Jam feſſum ſenio nudant latus, & fide ſacra
Æquatos cœlo, ſurdum, atque ignobile, muros
Firmat opus. tamen & Bœotis urbibus ultrix
Aſpirat ferri rabies, nec regis iniqui
Subſidio, quantum ſocia pro gente moventur.
Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
Pectora tabenti ſanie gravis, hirtaque ſetis
Ora cruentata deformis hiantia lana,
Decedit ſtabulis, huc, iſtuc turbida verſaps
Lumina, ſi duri comperta clade ſequantur
Paſtores, magnique fugit non inſcius auſi.
Accumulat crebros turbatrix fama pavores.
Hic jam diſperſos errare Aſopide ripa
Lernæos equites: hic te, bacchate Cithæron,
Ille rapi Theumeſon ait, noctiſque per umbras
Nuntiat excubiis vigiles arſiſſe Plateas.

Nam

356. *Bellator nulli.*] Contra enim mandatum Jovis eſt, qui ſuperiorem libris Martem: tam Thebanorum quam Argivorum pectora Belli ardoribus inflammare jubet. *Vet. Scholiaſt.* Locutio alias ipſa Papiniana eſt, *nulli caluit* pro *nullius pectore* ardebat amor armorum. *Barthius.*

359. *Surdum atque ignobile.*] Surdum opus procincti. diaſtole, illa vi operis, quod canente Amphione inſtructum eſt, modo autem ſurdum eſt, quia manu, non carmine condebatur. Ad Thebarum muros cantilena Amphion dicitur ſaxa traxiſſe: ut Virgil.

Canto quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dyrcæus. Lactant.

360. *Tamen & Bœotis urbibus.*] Hoc dicit, Etheocli quoque dediſſe Bœotiæ urbes auxilia. Nullus enim regis cauſa veniet ad bellum, ſed aut vicinitate compulſæ ſunt, aut miſericordia civitatis. *Idem.*

365. *Deformis hiantia lana.*] Hyperbaton. *ora deformis*, deformia habens, & hiantia cruenta lana. *Idem.*

366. *Turbida.*] Non terribilia, ſed conturbata. *Idem.*

368. *Non inſcius.*] Occiſi pecoris, ut conſcius audacis facti. *Idem.*

370. *Aſopide ripa.*] Ut Lucan.

Et qui tauriferis ubi ſe Mevania campis
Explicat, audaces fuere in certamina turmas Afferat.

Idem.

372. *Ille rapi Theumeſon.*] *Theumeſos* mons eſt haud longe à Thebis. *Idem.*

373. *Nunciat excubiis.*] Id eſt, nunciat Argivos hoſtili more excubias agere. *Idem.* *Arſiſſe Plateas.*] Oppidum Bœotiæ, apud quod quinto quoque anno Eleutheria, maximis de curſu propoſitis præmiis, celebrari ſolent. incolis etiam hujus oppidi ſolenne, ſeptimo circiter anno, dies feſtos celebrare, quæ *Dædala* nuncupantur, à ſimulachris ligneis. originem & ritum latè deſcribit Pauſanias

Bœo-

Nam Tyrios ſudaſſe lares, & ſanguine Dircen
Irriguam, fœtuſque novos, iterumque locutam
Sphynga petris, cui non & ſcire licentia paſſim,
Et vidiſſe fuit? Novus his ſuper anxia turbat
Corda metus. ſparſis ſubito correpta caniſtris
Sylveſtris regina chori, decurrit in æquum
Vertice ab Ogygio, triſidamque huc triſtis, & illuc,
Lumine ſanguineo pinum dejectat, & ardens
Erectam attonitis implet clamoribus urbem:
Omnipotens Niſææ pater, cui gentis avitæ
Pridem lapſus amor, tu nunc horrente ſub arcto
Bellica ferrato rapidus quatis Iſmara thyrſo,
Pampi-

Bœoticis, quem adi, ſunt enim uberiora quam ut hoc transferantur. *Bern.*

374. *Jam Tyrios ſudaſſe.*] Non ſpernendum fuit ſcriptorum: *Nam Tyrios*; cum & vim eandem & elegantiam habeat. Finem hujus membri recte format Bernartius, ſed oblitus eſt addere interrogationis notam: *petris, cui non & ſcire licentia paſſim, Et vidiſſe fuit?* nam iſta, ſudaſſe Lares Thebanos, &c. quis non tantum indulſit ſibi, ut & ſe ſcire & vidiſſe diceret? Apud Ovidium l.8. Met. Oeneus *vultuſque ſeniles Fœdat humi fuſus ſpatioſumque increpat ævum. Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti Exegit pœnas.* Noſter in fine Achilleid. *Nam procul Oebalios in nubila condere diſcos,* &c. Ubi etiam vulgo fecerunt, *Jam.* Gronov. *Dyrcen.*] Dyrce fons eſt Thebanorum, utrumque monſtravit: ut Virgil. *Æraque ſudant nec puteis manare cruor ceſſavit.* Lact.

375. *Fœtuſque novos.*] Quos in Thebas Cadmus invexit. Lucan. *Matremque ſuus conterruit infans.* Solent autem ad omen publicum portenta gigni: & eſt fœtus aut bicapitis, aut biformis. *Idem.*

378. *Subito correpta caniſtris.*] *Silveſtris regina chori. Triſidamque huc triſtis & illuc Lumine ſanguineo pinum dejectat, & ardens Erectam attonitis implet clamoribus urbem.* De fonte Virgiliano hunc locum derivavit. Is enim Amatam in ſilvis eadem feciſſe deſcribit. Pathos ipſius tribus modis oſtenditur. facto, *Ipſa inter medias flagrantem fervida pinum Suſtinet.* Habitu, *ſanguineam volvens aciem.* Dicto, *matres audite.* Idem. *Caniſtris.*] Inepta lectio, nec eam agnoſcit vel unus noſtrorum librorum, in quibus conſenſu eſt *capillis*. Nec enim Cereris hic res aguntur, nec ad Bacchi pompam caniſtrorum uſus pertinet. *Capillis ſparſis* ingruere afflatos homines, omnes hiſtoriæ & fabulæ docent. Vide & Virgil. lib. VII. de Amata. *Barth.*

379. *Regina chori.*] Ut choros ducebat ſacerdos una Baccharum. Oſtendit autem antiſtitem Liberi, quæ Cithæronem incolebat. *Lact.*

380. *Triſidamque huc.*] Pathos tribus modis fit. Attendamus igitur, ut hæc complexus ſit facto. *Idem.*

383. *Niſæe Pater.*] A Niſa monte Bacchus. Virg. *Bacchumque avertere Niſa.* Schol. V. Vid Serv. in illud Æneid. VI.
— *Pampineis victor juga flectit habenis*
Liber, agens celſo Niſæ de vertice Tigres.
Mons eſt Indiæ, de quo loquitur. Et *Niſa* civitas, ubi Liber colitur, unde *Niſæus* dicitur. *Barthius. Gentis avitæ:*] Propter Semelen, Cadmi filiam, matrem Liberi. *Lactantius.*

 387. *Gan-*

Pampineumque jubes nemus irreptare Lycurgo,
Aut tumidum Gangen, aut clauſtra noviſſima rubræ
Tethyos, Eoaſque domos flagrante triumpho
Perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis.
At tua progenies, poſitis gentilibus armis
Quæ tibi feſta litat bellum, lachrymaſque, metumque
Cognatumque nefas injuſti munera regni
Pendimus. æternis potius me Bacche pruinis
Trans & Amazoniis ululatum Caucaſon armis,
Siſte ferens; quam monſtra ducum ſtirpemque profanam
Eloquar. en urges: alium tibi, Bacche, furorem
Iuravi. ſimiles video concurrere tauros.
Idem ambobus honos, unuſque ab origine ſanguis.
Ardua collatis obnixi cornua miſcent
Frontibus, alternaque truces moriuntur in ira.
Tu pejor, tu cede nocens, qui ſolus avita
Gramina, communemque petis defendere montem.
Ah miſeri morum! bellatis ſanguine tanto,
Et ſaltus dux alter habet. ſic fata gelatis
Vultibus, & Baccho jam demigrante quievit.
At trepidus monſtro, & variis terroribus impar
Longævi rex vatis opem, tenebráſque ſagaces

Tireſiæ

387. *Gangen.*] Fluvius Indiæ, per quem gentem poëta ſignificat. Hunc primus Liber, ſecundus Alexander, tertius Apollonius * Ovidius de ipſo, *Per ſeptem portas in maris exit aquas.* Idem.

393. *Pendimus.*] Invidioſe. quaſi pro ſacrificio bellum lachrymaſque tibi pendimus. *Idem.*

394. *Amazoniis ululatum Caucaſon armis.*] *Caucaſus* mons eſt Scythiæ, ideo *ululatum*, quod Amazones cum finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus *barritus*, id eſt, barbarus ritus. *Idem.*

397. *Juravi tibi.*] In furorem ſacrorum non bellicum: hoc eſt, non ut bella canerem, ſed ut ſacrorum cauſas intelligerem. & bene de more militiæ *juravi* dixit, quia militiæ ſacramentum dicitur. & ſacerdotio dixit juraſſe, non bello. *Idem.*

402. *Communemque petis defendere campum.*] Optimi, *defendere montem.* Recte, nam ibi quoque ſaltus paſcui. Virgilius 2. Æn. *ſtupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.* Gronov.

404. *Et ſaltus dux alter habet.*] Creontem ſignificat, qui poſt interitum fratrum ſolus poſſedit imperium. *Lactant.* *Gelatis vultibus.*] Pallore; nam jam depoſuerat numinis furorem. *Idem.*

406. *Terroribus impar.*] Urgente conſcientia. Solus enim cauſa erat tot malorum, de quibus per pervicaciam tamen dubitabat. *Vet. Scholiaſt.*

407. *Tenebráſque ſagaces.*] Quia cæcus,

Tireſiæ (qui mos incerta paventibus) æger
Conſulit. ille deos non larga cæde juvencûm,
Non alacri penna, aut verum ſpirantibus extis,
Nec tripode implicito, numeriſque ſequentibus aſtra,
Thurea nec ſupra volitante altaria fumo,
Tam penitus, duræ quam mortis limite manes
Elicitos patuiſſe refert, Lethæaque ſacra
Et merſum Iſmeni ſubter confinia ponto
Miſcentis, parat ante ducem circumque bidentum
Viſceribus laceris, & odori ſulfuris aura,
Graminibuſque novis, & longo murmure purgat.
Sylva capax ævi, validaque incurva ſenecta.
Æternum intonſæ frondis ſtat pervia nullis
Solibus. haud illam brumæ minuere, Notuſve
Jus habet, aut Getiça Boreas impactus ab Urſa.
Subter opaca quies, vacuuſque ſilentia ſervat
Horror, & excluſa pallet mala lucis imago.

Nec

cus, ſed divinus Tireſias. *tenebras* dicit ignorantiam futurorum. *ſagaces*, quæ totum inveſtigaverant. *Lactantius.*

409. *Conſulit ille deos.*] Immolationem hoſtiarum totam hanc de Lucano mutuatus eſt.

Non tripodas Phœbi, non Pythia conſulit antra,
Nec quæſiſſe libet primis quid frugibus altrix
Ore Jovis Dodona ſonet.

Idem.

411. *Tripode implicito.*] Obſcuro Apollinis reſponſo. *Idem. Numeriſque ſequentibus aſtra.*] Ut arithmetici, quos mathematicos dicimus, quorum in numeris eſt tota doctrina. eſt etiam ars quædam, ex fumo aræ verum providere, quia ex diviſione ipſius fumi quæ ſunt futura cognoſcunt: quos Græci *καπνομάντεις* appellant. *Idem.*

414. *Elicitos patuiſſe refert.*] Nam aliis rebus melius quam manibus elicitos. id eſt, tantum interius inferos aperire refert, quam ſint mortis dura ſpatia demerſa. *Idem.*

415. *Confinia.*] Inter juncturas Hiſmenii pelag que. *Idem.*

416. *Parat ante ducem.*] Ad futurum ſ. ſacrificium, ad Etheoclem verſus parat. Verbum figuravit à nomine. *Idem. Bidentum, &c.*] De bidentibus vide Agellium auctorem & exſcriptorem Macrobium. In luſtrationibus adhibebatur ovis, cujus corpus vivo ſulphure adurebatur, quod hic innuere Papinium arbitror. Ovid. IV. Faſtor.

Cærulei fiant puro de ſulfure fumi,
Tactaque fumanti ſulfure balet ovis.

Barthius.

419. *Capax ævi.*] Antiquitas. *Lact.*

420. *Intonſæ.*] Nunquam depoſitæ. *Idem.*

422. *Urſa.*] A ſeptentrionali plaga. *Idem.*

423. *Servat horror.*] Poſſidet quædam veneratio, quia in magno ſilentio horror naſcitur. *Idem.*

424. *Et mala.*] Id eſt, non ſimilis. *Idem.*

Nec caret umbra deo: nemori Latonia cultrix
Additur. hanc picea, cedrique, & robore in omni
Effictam, ſanctis occultat ſylva tenebris.
Hujus inaſpecta luco ſtridere ſagitta,
Nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
Effugit, inque nova melior redit ora Diana.
Aſt ubi feſſa jugis, dulceſque altiſſima ſomnos
Lux movet, hic late jaculis circum undique fixis,
Effuſam pharetra cervicem excepta quieſcit.
Extra immane patent, tellus Mavortia, campi,
Fœtus ager Cadmo, durus qui vomere primo
Poſt conſanguineas acies, ſulcoſque nocentes,
Auſus humum verſare, & putria ſanguine prata
Eruit: ingentes infelix terra tumultus
Lucis adhuc medio, ſolaque in nocte per umbras
Expirat, nigri cum vana in prælia ſurgunt
Terrigenæ. fugit incepto tremebundus ab arvo
Agricola, inſanique domum rediere juvenci.
Hic ſenior vates, (Stygiis accommoda quippe
Terra ſacris, multoque placent ſola pinguia tabo)
Velleris obſcuri pecudes armentaque ſiſti

Atra

425. *Nec caret umbra.*] Quaſi alios quoque deos habeat conſecratos. *Idem.*

427. *Effictam.*] Sculptam, quaſi in omnibus arboribus imago ejus eſſet inſculpta. *Idem.*

428. *Hujus inaſpecta.*] Omnis lucus Dianæ eſt conſecratus, ut quercus Jovi. *Idem.* *Stridere ſagittæ.*] Ut ſonus tantum ſit, viſus vero nullus. *Idem.*

429. *Nocturnique canes.*] Ut ſolent Hecate præſente. Nam formidant monſtroſum Dæmonem. Virg. lib. VI.

—— Viſæque canes ululare per umbram
Adventante Dea.

Seneca Oedipo:

Latravit Hecates turba ——

Barthius.

430. *Effugit.*] Luna cum dimidia eſt, aut plena non eſt, dicitur apud inferos degere, & Proſerpina compellari. Cum totum orbem habet, dicitur apud ſuperos eſſe, & Diana dicitur; cum ad magica excitatur, Hecate vocatur. *Scholiaſt.* *Inque nova.*] Quando inferos deſerit. Lucan. *Ad quos alio procedere vultu ficta ſoles Hecate.* Lact.

434. *Immane patens tellus.*] Extra ipſum lucum campus late diffunditur. *Idem.*

435. *Qui vomere primo.*] Quiſquis hunc primo aravit. Id eſt, Cadmus ſatis draconis dentibus. *Idem.*

438. *Terra tumultus.*] Tumultus dicit illatum animarum, quæ ſe occiderunt. id eſt, aratoris proſciſſione indignantes pugnant inter ſe. *Idem.*

439. *Solaque nocte.*] In qua ſolitudo eſt. *Idem.*

443. *Pinguia tabo.*] Satiata cruore. Deſcribitur locus, in quo hæc contendit importunos inferis facturus. *Idem.*

448. *Stu-*

Atra monet, quæcunque gregum pulcherrima cervix
Ducitur. ingemuit Dirce, mæſtuſque Citheron,
Et nova clamoſa ſtupuere ſilentia valles.
Tum fera cœruleis intexit cornua ſertis,
Ipſe manu tractans, notæque in limine ſylva,
Principio largos novies tellure cavata
Inclinat Bacchi latices, & munera verni
Lactis, & Actæos imbres, ſuadumque cruorem
Manibus: aggeritur, quantum bibit arida tellus.
Trunca dehinc nemora advolvunt, mæſtuſque ſacerdos
Tres Hecatæ, totidemque ſatis Acheronte nefaſto
Virginibus jubet eſſe focos. tibi rector averni
Quanquam infoſſus humo, ſuperat tamen agger in auras
Pineus. hunc juxta cumulo minor ara profundæ
Erigitur Cereri. frondes, atque omne cupreſſus

Intexit

448. *Stupuere ſilentia valles.*] Baccharum vocibus clamoſæ valles deſtitutæ immolatarum pecudum mugitibus. Stupuere dicit poëtica phantaſia omnem gregem in illo luco immolatum, uſque adeo ut fons de quo potabant armenta, & mons per quem errabant ingemiſcerent, cum ſe armentis deſtitutos viderent. *Idem.*

451. *Tellure cavata.*] Pro novem ſcrobibus factis, in quibus ductus aquæ, quæ ſacris eſt neceſſaria collocavit. id eſt nobiles latices fudit. *Idem.*

453. *Actæos imbres.*] Actæa dicitur regio Attica, de qua & mella quæ veniunt & liquida ſunt, & nimis dulcia. Unde Virg. & montem Atticum Aracynthum Actæum dixit, quia omnis regio maritima. *Actæum imbrem* mulſum dicit. aut *Actæos imbres*, aquam fontis illius, unde Actæon aſperſus, in cervum mutatus eſt. Sed utrum mulſum purum fontem an cruorem pecudum, quo poſſit tellus arida ſatiari incertum eſt. Nonnulli rorem marinum in Actæo Aracyntho dicunt. *Idem.*

455. *Nemora advolvit.*] Qui poteſt bonus Tireſias? Immo *advolvunt*, ut eſt in ſcriptis, ſcilicet miniſtri ſacrorum, & qui aderant. *Gronov.*

457. *Jubet eſſe focos.*] Hoc eſt ſtatui, & pertinet ad celeritatem focorum. *Vet. Scholaſt.* Optime quidem. Et ſic in ſimili re alii. Apulejus lib. VII. *Denique noluit eſſe Cæſar Hemi Latronis collegium, & confeſtim interiit, tantum poteſt nutus etiam magni principis.* Habet alioquin verbum *eſſe* rituale aliquid & pontificale ut patet ex priſcis aliquot inſcriptionibus productis avertendæ Lipſianæ in Tertullianum correctioni à Doctiſſimo Gutherio lib. IV. De jure Pontific. cap. XIII. *Semper virgines* autem Furiæ. *Barth.*

459. *Profundæ erigitur Cereri.*] Tria ſunt in ſacrificiis loca, per quæ piatiónem facimus. Scrobiculo facto inferis, terreſtribus ſupra terram ſacrificamus, cæleſtibus extructis focis. unde etiam nominata ſunt *altaria*, ad quæ ſacrificantes manus porrigimus in altum. *Lactantius.*

460. *Cupreſſus plorata.*] Luctibus apta. Cupreſſus ſpecioſus puer dum venaretur in amorem ſui Apollinem compulit, à quo accepit cervum pulcherrimum mu-

 nere

Intexit plorata latus. jamque ardua ferro
Signati capita, & frugum libamine puro
In vulnus cecidere greges. tunc innuba Mantho
Exceptum pateris prælibat ſanguinem, & omnes
Ter circum acta pyras ſancti de more parentis
Semineces fibras, & adhuc ſpirantia reddit
Viſcera. nec rapidas cunctatur frondibus atris
Subjectare faces. atque ipſe ſonantia flammis
Virgulta, & triſtes crepuiſſe ut ſenſit acervos
Tireſias (illi nam plurimus ardor anhelat,
Ante genas, impletque cavos vapor igneus orbes)
Exclamat: (tremuere rogi, & vox impulit ignem)
Tartareæ ſedes, & formidabile regnum
Mortis inexpletæ, tuque ô ſæviſſime fratrum

Cui

nere & manſuetum, quem cum diligeret, laſſus ſomnum ſub arbore capere cœpit, ſubitoque excitatus ſtrepitu, cervum longe vidit, credens ſilveſtrem, miſſa ſagitta eum interemit, agnitoque uſque eo ingemuit, ut ab omni cibo potuque abſtineret, quo tabeſcente Apollo miſertus ejus, vertit eum in arborem ſui nominis; de quo Virg. *Funeſta fronde coronat*. Hæc cauſa eſt quare cupreſſus adhibetur locupletium funeribus. Lucan. *Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus*, quia inceſtatas familias Romani hac notabant. Quidam volunt ad hoc nomen electam arborem, quia infructuoſa apta defunctis eſt: vel quod in tutelam eam dixerint inferorum. *Idem.*

462. *Signati.*] Deſignata capita habentes. prius enim ſetæ tolluntur, aut lana, & aris imponitur, & ita quaſi deſignatur immolationis victima. *Idem.*

463. *Cecidere greges.*] Sacerdotum conſuetudo talis eſt, ut aut ipſi percutiant victimas, & *agones* appellantur. Aut ſic tenentes cultrum alter impingat. ideo dicitur, *In vulnus cecidere greges*, quia *victimatores* dicuntur. *Idem.* *Mantho.*] Filia Tyreſiæ virgo. *Idem.*

464. *Prælibat.*] Primò eſt ſanguinem libare, deinde immolare, tertio reddere, quarto litare. *Idem.* *Sanguinem & omnes.*] Non mutamus hanc lectionem. Neque inepta eo loco *eliſio*, cum pares ſint in Marone, aliiſque, etiam Ovidio, & ipſo antiquorum Poëtarum perquam ſtudioſo, quod mirabuntur magiſtri, cum docebitur. Virg. lib. 1. Æneid.

Omnibus exhauſtos jam caſibus omnium egenos.

In libro tamen optimo clare eſt *Sanguen*, ut & in potiore illorum, quos contulit Lindenbrog. Quam correctionem eſſe alicujus ab veteri ævo Palæmonis exiſtimo. *Barthius.*

468. *Ipſa ſonantia flammis.*] Hoſtias, & ſic futura dicit. Ars autem aruſpicina hæc habet, ut & thuris motus & crepitus, & fumi meatus & flexus aruſpex ipſe colligat, quoniam hæc primum ſigna aut teſtantur eventorum promiſſus ſi bona ſint, aut ſi contraria refragantur. ut teſtatur liber de thuris ſignis qui ipſius Tyreſiæ ſcribitur. *Lactantius.*

469. *Senſit.*] Quia carebat oculis ſacerdos. *Idem.*

470. *Ardor anhelat.*] Hoc bene adjecit. Nam quomodo cæcus poſſet intelligere aras ardere, niſi ignis afflatu? *Idem.*

471. *Vox impulit.*] Id eſt illius precibus flamma nutrita eſt. *Idem.*

477. *Loca*

Cui ſervire dati manes, æternaque ſontum
Supplicia, atque imi famulatur regia mundi,
Solvite pulſanti loca muta, & inane ſeveræ
Perſephones, vulguſque cava ſub nocte repoſtum
Elicite, & plena redeat Styga portitor alno.
Ferte ſimul greſſus. nec ſimplex Manibus eſto
In lucem remeare modus. tu ſepare cœtu
Elyſios Perſei pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat. contra per crimina functis
Qui plures Erebo, pluresque è ſanguine Cadmi,
Angue ter excuſſo, & flagranti prævia taxo,
Tiſiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occurſu capitum retorqueat umbras.

Dixe-

477. *Loca muta.*] Silentia inferorum, & ipſi Silentum nomine ab omnibus Poëtis celebrantur. Ovid. lib. IV.

Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes. *Inane.*] Vacuum regnum, *Vet. Schol.* *Inane* dicit ſpatium immenſum, ut Poëtæ omne, quod inter cœlum & terram eſt, hoc nomine cenſent. *Inane* igitur omne regnum infernum ſonat. *Barth.*

478. *Vulguſque cava nocte.*] *Cava* patenti aut alta: ſed melius *cava nocte* eſt, vacua ab opere. *Lact.* *Repoſtum.*] Ideo quod itidem ad ſuperos ad corpus revertatur. *Idem.*

480. *Ferte ſimul greſſus.*] Nocentes inquit de tartaro, pii de Elyſio veniant. *Idem.* *Manibus.*] Manes Græcorum dicit. *Idem.*

481. *Tu ſepare cœtu.*] Ea notione dixit, *quaſi diſpare cœtu.* Genus loquendi à paucis uſurpatum, quod equidem meminerim. *Bernartius.*

483. *Potenti nubilus Arcas agat.*] *Nubilus* infernus. Imperat autem Mercurio & Libero, ut animas piorum evocent. Quare autem per ſe cate eſt ratio. Quidam enim volunt non Jovis filium eſſe Mercurium, ſed Pyrrhæ: in qua opinione & Heſiodus verſatur in his libris, quos de Theogonia ſcripſit. quidam Perſei. Corvilius quatuor Mercurios eſſe ſcribit. Unum Jovis & Majæ filium. alterum Cæli & Diei. tertium Liberi & Proſerpinæ. quartum Jovis & Cyllenes: à quo Argus occiſus eſt. quem ipſum ob hanc cauſam Græci profugum dicunt, Ægyptiis autem litteras demonſtraſſe. ergo Mercurium Liberi & Proſerpinæ filium dicunt animas evocare. De quo Virgil. *Lethæum ad fluvium deus evocat agmine magno.* Lact. *Per crimina functis.*] Tiſiphone pande diem. Senſus hic eſt. Hecate & Mercurius pias animas ducant, nocentes Tiſiphone. *Idem.*

484. *Qui plures Erebo.*] Ut Virg. *Quæ maxima turba eſt.* Sed modo aucti per ſanguinem Thebarum. *Idem.*

485. *Taxo.*] Quia de hac arbore venenoſa faces furiæ dicuntur habere. *Idem.*

486. *Tiſiphone dux.*] Tu, inquit, Tiſiphone illos reduc qui ſcelerati ſunt, plurimique de ſtirpe Thebana. *Idem.*

487. *Cerberus occurſu.*] Hujus enim officium erat, blandiri venientibus, ut triſtia loca intrarent, terrere & devorare conantes regredi. Vid. Heſiod. in Theogon. v. 769. Fingitur natus hic canis ex Typhone & Echidna. Vid. Higin. Fab. 30. & cap. 151. & Heſiod. Theog. v. 310. Paſcebatur ſanie & venenum ſpumabat. *Barth.* *Detorqueat umbras.*]

Dixerat. & pariter ſenior, Phœbeaque virgo
Erexere animos. illi formidine nulla,
(Quippe in corde deus) ſolum tremor, obruit ingens
Oedipodioniden, vatiſque horrenda canentis
Nunc humeros, nunc ille manus, & vellera preſſat
Anxius, inceptiſque velit deſiſtere ſacris.
Qualis Gætulæ ſtabulantem ad confraga ſylvæ
Venator longo motum clamore leonem
Expectat firmans animum, & ſudantia niſu
Tela premens. gelat ora pavor, greſſuſque tremiſcunt
Quis veniat, quantuſque, ſed horrida ſigna frementis
Accipit, & cæca metitur murmura cura.
Atque hic Tireſias nondum adventantibus umbris:
Teſtor, ait, divæ, quibus hunc ſaturavimus ignem,
Levaque convulſæ dedimus carcheſia terræ,
Iam nequeo tolerare moram. caſſus ne ſacerdos
Audior? an rabido jubeat ſi Theſſala cantu
Ibitis? & Scythicis quoties armata venenis
Colchis aget, trepido pallebunt tartara motu?
Noſtri cura minor, ſi non attollere buſtis
Corpora, nec plenas antiquis oſſibus urnas
Egerere, & mixtos, cœlique, Erebique ſub unum
Fune-

Avertat ad ſuperos quidem venire cupientes. *Lact.*

489. *Illi formidine nulla.*] Subaudimus, ſtabant Mantho & Tireſias. *Idem.*

492. *Vellera preſſat.*] Amplectitur, conſtringit, petens auxilium timoris. *Idem.*

493. *Confraga.*] Aſpera & deſerta. *Idem.*

496. *Et ſudantia.*] Ex manuum ſudore. Nam per timorem ſudor oritur venatori. *Idem.*

499. *Cæca metitur.*] Quæ cæcat mentem & conturbat cæca cura. *Idem.*

501. *Hunc ſacravimus.*] Lipſ. liber, *quibus hunc ſaturavimus ignem.* Victimis videlicet interjectis & combuſtis. *Bern.*

502. *Levaque convulſæ dedimus.*] Qui ſiniſtra manu funduntur, levâ manu infuderat. Inferis ſiniſtra manu immolamus pocula. *Lact.*

506. *Colchis aget.*] Civitas Scythiæ, de qua omnes veneficæ, unde Medea. *Idem.*

507. *Cura minor.*] Hoc eſt, illis obtemperatis, & noſtra præcepta contemnitis. *Idem.*

509. *Mixtos cœlique Erebique.*] Confuſis juribus. Nefas enim erat *Inferorum Deos* conſpicere Solem. Itaque & *ſpectra* & *umbra* excitæ Solem ſugere Orientem à Poëtis dicuntur. Sic jurat Plato pro inaudito penitus monſtro apud Claud. Primo de Raptu:

——— *Patefacta ciebo*
Tartara, Saturni veteres laxabo catenas,
Fulgi-

Funeſtare deos libet? aut exanguia ferro
Ora ſequi, aut ægras functorum carpere fibras?
Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ,
Spernite ne, moneo, & nobis ſævire facultas.
Scimus enim & quicquid dici, noſcique timetis,
Et turbare Hecaten, ni te, Thymbræe vererer.
Et triplicis mundi ſummum quem ſcire nefaſtum eſt,

Illum

Frigidus umbroſo miſcebitur Axis averno. Barth.

Sub unum funeſtare.] Pro in unum & in communem immolationem hominis, propter necromantiam. his enim inferi delectantur. *Lact.*

511. *Functorum carpere fibras.*] Magorum ritum tangit Appulejus lib. II. *Sed & buſtis & rogis reliquiæ quædam, & cadaverum præſegmina ad exitiabiles viventium fortunas petuntur.* Tacitus Annalium II. *reperiebantur ſolo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina & devotiones & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, ſemiuſti cineres, ac tabe obliti, aliaque maleficia, &c.* Credo crimen hoc notare Theodoſium & Valentinum Imperatores, L. VIII. C. de Repud. *Vir quoque pari fine claudetur, nec licebit ei ſine cauſis apertè deſignatis, propriam repudiare jugalem, nec ullo modo expellat, niſi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut ſepulcrorum diſſolutricem.* Bern.

514. *Dici noſcive timetis.*] Hæc de Lucano mutuatur, cum minantem Manibus Theſſalam induceret. *Lact.*

515. *Ni te Thymbræe vererer.*] Bene, licet magiam faceret, honorem ſervavit Apollini: cujus reverentia nolle ſe dicit germanæ ejus dei invocationis metu contumeliam facere. Ipſa autem Hecate *Diana* dicitur. Tetigit & philoſophicè partem ſacrorum juxta picturam, quam in inferiore ad notationem commemorat. *Idem.*

516. *Triplicis mundi.*] Juxta picturam illam veterem, in qua hæc tormenta deſcripta ſunt, & aſcenſio ad deum: dicit deum demogorgona ſummum, cujus nomen ſcire non licet. Infiniti autem philoſophorum magorum, Perſæ etiam confirmant revera eſſe, præter hos deos cognitos qui coluntur in templis, alium principem, & maxime deum ceterorum numinum ordinatorem, de cujus genere ſint ſoli, Sol atque Luna: cæteri vero qui circumferuntur aſtra nominantur, quæ ejus clareſcunt ſpiritu, maximis in hoc auctoribus, Pythagora, & Platone, & ipſo Tagete convenientibus. Sed dire ſentiunt, qui eum intereſſe nefandis artibus actibuſque magicis arbitrantur. In verſu ergo poëta ſic dixit illum, quaſi nomen ſciret. ſic repetunt, ut prodiret. ſed hoc magis ad terrorem dixit, illum, ut putaretur ſcire. ſi ergo ſcire nefas eſt, diſci à vate non potuit. licet magis frigidas habeant quas putant Dei nomine continere. ſed hoc Dei vocabulum à nullo ſciri hominum poteſt. ſed quid veritas habeat percipe. Hujuſne Dei nomen ſciri poteſt, qui nutu tantum regit & continet cuncta, cujus arbitrio deſerviunt. cujus nec æſtimari poteſt mundus, nec finibus claudi. Sed cum magi vellent virtutis ejus, ut putabant ſeſe comprehendere ſingulas appellationes, quas per naturarum poteſtates abuſive modo deſignarunt, & quaſi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati ſunt. quaſi ab effectu cujuſque rei ductis vocabulis, ſicut Orpheus fecit, & Moyſes Dei ſummi antiſtes & Eſaias, & his ſimiles. Ethruſci confirmant nympham, quæ dum non nupta fuerit, prædicaſſe maximi Dei nomen exaudiri hominem per naturæ fragilitatem, pollutionemque fas non eſſe: quod ut documentis aſſereret, in conſpectu

czic-

Illum ſed taceo. prohibet tranquilla ſenectus.
Iamque ego vos, avide ſubicit Phœbeïa Manto,
Audiris genitor, vulguſque exangue propinquat.
Panditur Elyſium Chaos, & telluris operta
Diſſilit umbra capax, ſylvæque, & nigra pateſcunt
Flumina, liventes Acheron ejectat arenas.
Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit,
Et Styx diſcretis interflua Manibus obſtat.
Ipſum pallentem ſolio, circumque miniſtras
Funeſtorum operum Eumenides, Stygiæque ſeveros
Iunonis thalamos, & mœſta cubilia cerno.
In ſpeculis Mors atra ſedet, dominiſque ſilentis
Adnumerat populos: major ſupereminet ordo.
Arbiter hos dura verſat Gortynius urna,

Vera

cæterorum ad aurem tauri Dei nomen nominaſſe, quem illico ut dementia correptum, & nimio turbine coactum, exanimaſſe: ſunt qui ſe licet ſecreto ſciſe dicunt, falſum ſciunt, quoniam res ineffabilis comprehendi non poteſt. *Lactantius.*

522. *Tartara.*]Optimus Codex, aliique & Bernartiani, *Flumina.* Quæ eſt ſcriptura vera. Silvis enim generatim flumina ſubdit, quorum quædam mox ſpeciatim nominat. *Chaos* a. jam *Tartara* indicavit. De *Acheronte* & *Phlegethonte* aliiſque notæ ſunt Mythologorum Commentationes. *Phlegethon* ignem, *Acheron* lacrimas pro undis habet. *Barthius.*

524. *Styx.*] Quæ meatu ſuo manes diſcernit à ſuperis: ut *& novies Styx interfuſa coërcet:* & ideo interfluam nominavit. *Lact.*

527. *Iunonis thalamos.*] Pythagoras dicit duo eſſe hemiſpheria, quibus proprios deos aſſignat, & facit ſuperioris regem Jovem, & reginam Junonem. Inferioris Ditem Jovem eſſe infernum, Proſerpinam Junonem infernam. Et duas Veneres unam ſupernam, & alteram Libitinam, & alios Deos binos conſtituit, Hecaten, ſicut Ditem Jovem, ita & hanc Stygiam Junonem. Ut Virg.

Junoni infernæ dictus ſacer.

Idem.

528. *Dominique ſilentis.*] Libri optimi, *ſilentes.* Recte omnino. Sed præterea collegii Magdalenſis Oxonii membrana, *dominoque.* Plutoni videlicet. Verumtamen, cum in omnibus aliis ſit *dominique*, libenter applaudo ingenio Nicolai Heinſii, ſcribentis; *dominiſque ſilentes Adnumerat populos:* ad Claudianum. Statim meliores: *major ſuperimminet ordo.* non *ſupereminet.* Quaſi diceret hoc quoque illic eſſe miraculi, ut ſemper plures numerandi reſtent quam numerati ſint. *Gronov.*

530. *Arbiter hos dura verſat* &c.]Licet de diſceptatore animarum & cenſore vitæ alia ſit ſecreta & arcana veritas, tamen quod ex opinione tranſlatum eſt in tabulis ſcribam. Cortynius arbiter, Minos Cretenſis, cui ad gloriam & titulum ſola natalium ſufficeret claritas, meruit placiditate mentis, ut plus eum moribus quam claritate generis omnes mirarentur. Fuit enim Rex Cretæ ita vita clemens; ut quod eſt mirum, gauderent eum dominum quibus imperabat. defuncto deinde quantum manſuetudo mereatur nec fato quidem hoc honore

Vera minis poſcens, adigitque expromere vitas
Vſque retro, & tandem pœnarum lucra fateri.
Quid tibi monſtra Erebi, Scyllas, & inane furentes
Centauros, ſolidoque intorta adamante gigantum
Vincula, & anguſtam centeni Ægaonis umbram?
Immo, ait, ô noſtra regimen, vireſque ſenecta,
Ne vulgato mihi. quis enim remeabile ſaxum,
Fallenteſque lacus, Tytionque alimenta volucrum,
Et caligantem longis Ixiona gyris
Neſciat? ipſe etiam melior cum ſanguis, opertas
Inſpexi ſedes Hecate ducente, priuſquam
Obruit ora Deus, totamque in pectora lucem
Detulit. Argolicas magis huc appelle precando,
Thebanaſque animas. alias avertere greſſus
Lacte quater ſparſas mœſtoque excedere luco,
Nata, jube. tum quis vultus, habituſque. quis ardor
Sanguinis adfuſi, gens utra ſuperbior adſit,

Dic

nore privatus eſt. nam dicitur apud manes de ſupremo exitu judicare mortales. Veteres enim Græci, ut impios crudeles pœnas apud inferos luere, ſic bonum quemque adeptum bonæ vitæ præmia poſt mortem eſſe dixerunt; quod eſt bonitatis exemplum. quia Minos non ut regem aut tyrannum, ſed tanquam unum de plebe ſe geſſit, quæ laus ſumma eſt. ut Seneca in Thyeſte:

Neſcitis cupidi arcium,
Regem non faciunt opes,
Non frontis nota regia, &c.

Arbiter hos.] Quaſi quæſitor, ex ſorte judex legit, quos habeat in conſilio: ut *quæſitor Minos urnam movet.* Hic Jovis & Europæ filius, cujus fuere fratres Rhadamantus & Sarpedon. *Lactant.*

535. *Anguſtam centeni Ægaonis umbram.*] *Anguſtam.* tenuatam. Nec enim in figura animæ tanta eſt magnitudo, quanta in corporis veritate. vel quem ſpatia tanta vix capiunt: vel quamvis centum manus fuerint, umbra tamen ejus memoratur anguſta, quia major eſt in umbra inani, quam in corpore magnitudo. *Idem.*

537. *Remeabile ſaxum.*] Virg. *Saxum ingens volvunt alii.* Siſyphi exemplo illi ſignantur, qui contempta vera philoſophia, ad volvendum mundi onus crebro vertuntur. *Idem.*

538. *Fallenteſque lacus.*] Tantali, cujus ab ore epulæ ſubtrahuntur. bene *lacus* pro potu poſuit. ſic Horat. *Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina.*

Tytion.] Quia Latonæ voluit vim inferre, ejus pectus lacerat vultur. *Idem.*

539. *Ixiona gyris.*] Cathimenon, quod rotæ volubilitate rapiatur. Ixion Flegiæ filius cum miſericordia Jovis in cœlum ſublatus fuiſſet Junonem de ſtupro interpellare auſus eſt, quæ de audacia ejus conqueſta Jovi, ſuadente ipſo pro ſe nubem miſit, cum qua Ixion cum coiret, geniti ſunt Centauri. Reverſus autem ad mortales Ixion gloriatus eſt cum Junone concubuiſſe, ob quam cauſam eum Juppiter fulmine percuſſit, & ad rotam volvendam ligavit. *Idem.*

549. Ne-

Dic agedum, noſtramque move per ſingula noctem.
Iuſſa facit, carmenque ſerit quo diſſipet umbras,
Quo regat & ſparſas. qualis ſi crimina demas
Colchis, & Æaeo ſimulatrix littore Circe.
Tunc his ſacrificum dictis adſuta parentem:
Primus ſanguineo ſummittit inertia Cadmus
Ora lacu, juxtaque virum Citherea proles.
Effluit amborum geminus de vertice ſerpens.
Terrigenæ comites illos, gens Martia cingunt.
His ævi menſura dies: manus omnis in armis,
Omnis & in capulo. prohibent, obſtantque, ruuntque
Spirantum rabie. nec triſti incumbere ſulco
Cura, ſed alternum cuperent haurire cruorem.

Pro-

548. *Noſtramque move per.*] Quia excæcatus fuerat à Junone Tyrheſias, qui majorem multo libidinem mulierum locutus eſſet, ideo quia antea fœmina fuiſſet. & merito: quia utriuſque ſexus fuerat expertus naturam, qua de re & ante dictum eſt. *Idem.*

549. *Carmenque ſerit.*] Senſus. & ſerit carmen, quo collectas umbras & non neceſſaria ſpargeret. neceſſarias vero ac paſſim vagantes in unum cogeret. *Idem.*

550. *Si crimina demat Colchis.*] Talis erat Mantho carminibus ademptis, qualis Medea aut Cyrce magica arte perfecta: ut collatio conveniret. Medeæ artem tulit herbarum, quia Mantho uno carmine potentiam exercet. Cyrcen autem non carminibus, ſed herbis conſtat valuiſſe, quia decipiebat poculis tranſeuntes. Equidem cum ſit naturæ ratio fingendo corpora facere homines, qui fuerant beluæ reſoluta feræ figura humanos vultos effingunt. Cyrce ergo fuit mortalis, quam ſtulti Solis filiam fuiſſe dixerunt. ſi fas eſt, ut dei filia credatur eſſe mortalis. Sed ordinem fabulæ perſtringamus. Hæc Cyrce in inſula Mæonia delatos ad ſe in feras mutabat. Ad hanc forte delatus Ulyſſes Eurilocum cum viginti & duobus ſociis miſit, quos ab humana ſpecie commutavit, ſed Eu-filocus inde fugit, & Ulyſſi nuntiavit. Is ſolus ad eam proficiſcitur, cui in itinere remedium Mercurius dedit, monſtravitque quomodo Cyrcen deciperet. Qui poſteaquam ad eam venit, ab ea poculo accepto Mercurii remedium miſcuit, & eduxit enſem, eique minatus eſt ut ſocios ſibi reſtitueret. Tunc Cyrce ſenſit ſine voluntate deorum non eſſe factum, fideque data ſocios ei reſtituit. Ipſe cum ea concubuit, ex qua Telegonum procreavit. inde proficiſcens ad Avernum delatus ad inferos deſcendit: reliquos labores ejus Tyrheſias vates edocuit. *Idem.*

553. *Primus ſanguineo.*] Eleganter cœpit à conditore Thebarum poſteriorum hiſtorias narraturus. Cadmum & Harmionen diximus in dracones eſſe converſos, quorum veniunt animæ ut bibant foſſam ſanguinis plenam. *Idem.*

556. *Terrigenæ.*] Quos ſparſis draconis dentibus terra edidit. *Idem.*

557. *Menſura dies.*] Quibus naſcendi moriendique dies fuit. *Idem.*

559. *Spirantum rabie.*] Id eſt furore viventium adhuc arma tractabant, ſuumque magis fundere ſanguinem feſtinabant, quam eum qui erat fuſus in foſſa. *Idem.*

560. *Alternum cuperent.*] Quos draconum dentibus ſatis tellus edidit: odia

vetera

Proxima natarum manus eſt, fletique nepotes.
Hic orbam Autonoen, & anhelam cernimus Ino
Reſpectantem arcus, & ad ubera dulce prementem
Pignus, & oppoſitis Semelen à ventre lacertis.
Penthea jam fractis genitrix Cadmeïa thyrſis,
Jam dimiſſa deo, pectuſque adaperta cruentum
Inſequitur planctu; fugit ille per avia Lethes,
Et Stygios, ſuperoſque lacus, ubi mitior illum
Flet pater & lacerum componit corpus Echion.
Triſtem noſco Lycum; dextrámque in terga reflexum
Æoliden, humero jactantem funus onuſto.
Nec dum ille aut habitus, aut verſa crimina formá
Mutat

vetera retinentes potandi ordinem immatura feſtinatione turbarunt. *Idem.*

561. *Nepotes.*] Pentheus, Actæon, & Melicerta. *Idem.*

562. *Orbam Autonoen.*] Quia Actæonem filium perdidit. *Idem.* *Anhelam Ino.*] Vel furentem, quod ei nupſit pellex: vel quod mariti Athamantis tela fugiens, cum Melicerta fluctibus ſeſe tradidit, quod Athamas Learchum occiderat. *Idem.*

564. *Semelen à ventre lacertis.*] Quia cum proximas vidiſſet fulminis flammas pia mater, non immemor pignoris, manus ventri ne perimeretur oppoſuit, quaſi fulmen non ſibi, ſed filio formidaret. Mire autem dictum eſt, *in ventre*, quod inter periculum fulminis filio timeret. *Idem.*

565. *Genitrix Cadmeia.*] Agaven dicit non Cadmi filiam, ſed quæ à Cadmo originem duceret, quæ filium furens occidit: ergo *genitrix Cadmeia* ambigue, non enim mater Cadmeia, ſed filia. ordo; Cadmei genitrix inſequitur, quæ ſcitur eſſe Cadmeia. *Idem.*

569. *Echion.*] Pater Penthei. Actæonis vero Ariſteus fuit, filius Apollinis & Cirenæ. *Idem.*

570. *Triſtem noſco Lycum.*] Hic eſt Lycus, qui Megæram filiam ſuam Herculi dedit uxorem. & ob hoc à Junone in furorem verſus eſt, & filios Herculis ex Megæra ſuſceptos, Oxea & Leontiadem occidit. *Triſtem* ergo propter mortem nepotum. Hic eſt ergo Lycus maritus Antiopæ, Nyctei regis filiæ: & triſtis ob ſtuprum conjugis quam per vim ſtupraverat Epaphus, ille eam projecit. Epaphus autem fuit ex Jove natus, quam fabulam latius aperiemus. Antiopa Nyctei regis filia, ab Epapho per dolum ſtuprata eſt, quæ ob id à viro Lyco eſt ejecta vi: qua pulſa Dyrcen duxit uxorem, cui ſuſpicio incidit virum ſuum clam cum Antiopa concubuiſſe, itaque impetravit à famulis, ut eam vinctam in tenebris clauderent, cui cum partus inſtaret, Jovis voluntate effugit vincula, & in monte Cithærone partum expoſuit. natos, Zetum & Amphionem projecit, hos paſtor pro ſuis educavit, quos poſtea mater agnovit, qui injurias ejus executi, Lycum interfecerunt: Dyrcen tauro indomito religatam, vita privaverunt. *Idem.*

571. *Æoliden.*] Athamantem dicit Æoli filium cum humero onuſto, quia ſic pingitur inſequens Ino uxorem, collo portans filii Learchi cadaver. *Idem.*

572. *Crimina formæ.*] Propter crimina, quia in Dianam nudam inciderat. *Idem.*

573. *Front*

Mutat Ariſtæo genitus. frons aſpera cornu,
Tela manu; rejicitque canes in vulnus hiantes.
Ecce autem magna ſubit invidioſa caterva
Tantalis; & tumido percenſet funera luctu,
Nil dejecta malis. juvat effugiſſe deorum
Numina, & inſanæ plus jam permittere linguæ.
Talia dum patri canit intemerata ſacerdos,
Illius elatis tremefacta adſurgere vittis
Canicies, tenuique impelli ſanguine vultus.
Nec jam firmanti baculo, nec virgine fida
Nititur, erectuſque ſolo. Deſiſte canendo,
Nata, ait, externæ ſatis eſt mihi lucis, inertes
Diſcedunt nebulæ, & vultum niger exuit aër.
Vmbriſne, an ſupero me miſſus Apolline complet
Spiritus? en video quæcunque audita. ſed ecce
Mœrent Argolici dejecto lumine manes.
Torvus Abas, Prœtuſque nocens, mitiſque Phoroneus

Trun-

573. *Frons aſpera cornu.*] Actæonem ſignificat, qui dicitur apud inferos eadem forma manſiſſe, qua apud ſuperos fuerat, habentem cornua. *Idem.*

576. *Tantalis.*] Niobe Tantali filia & Penlopes, quæ partus ſui fœcunditate elata cum filiis ſeptem à Diana & Apolline probatur extincta. *Idem.*

577. *Nil dejecta malis, &c.*] Filiis delectatur extinctis amplius ſibi non poſſe deorum injuriam nocere, cum deſint in quibus peccatorum licentia vindicetur. *Idem.*

589. *Torvus Abas.*] Acryſii pater, quem torvum dicit, quod fuerit torvus in cives. *Idem.* *Prœtuſque nocens.*] Ideo nocens, quia Bellerophontem voluit innocentem occidere. Bellerophon Glauci filius; cum ignarus ad Prœtum in hoſpitium veniſſet & uxor Prœti Sthenobea, ſive Antia, illum amaret; nec ab eo impetrare potuiſſet ut ſecum concumberet, apud ſuum virum mentita eſt, ab eo ſe compellatam fuiſſe. Prœtus ad Adjuvarcem ſocerum ſuum miſit, & de eadem re Bellerophonti dedit tabellas perferendas ſocero, quibus lectis interficere voluit talem virum: ſed cum ille prudentia ſua & caſtitatis auxilio ſe ab inſtante periculo liberaſſet, ad interficiendam Chymeram miſſus eſt, quam ille Pegaſo juvante proſtravit: demo cum miſit ut Calydonas vinceret, etiam illos cum viciſſet, & cum noviſſime ſcivit Adjuvarces, quod ipſi fuiſſet cauſa tanti mali faciendi, crimina quæ in eum confixerant abolevit, virtutemque ejus laudans alteram filiam Alchimenem ei dedit uxorem. At Sthenobea re cognita ipſa ſe interfecit. Ergo is Prœtus nocens quia innoxium juvenem periculis tantis objecit. Hæc fabula apud Homer. l. VI. eſt ipſe Prœtus cujus filias ſub contumelia læſi numinis Juno furore complevit, quo ſe factas buculas putarent. De quibus Virg. *Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.* *Phoroneus.*] Hic eſt qui primus Junoni ſacrificaſſe dicitur, ut Dardanus Jovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnavit,

Truncatuſque Pelops, & ſævo pulvere ſordens
Oenomaus, largis humectant imbribus ora.
Augurot hinc Thebis belli meliora. quid autem
Hi grege condenſo (quantum arma & vulnera monſtrant,
Pugnaces animæ) nobis in ſanguine multo
Oraque, pectoraque & falſo clamore levatas
Intendunt ſine pace manus ? rex, fallor, an hi ſunt
Quinquaginta illi ? cernis Chthoniumque Chrominque
Phegeaque, & noſtra præſignem Mæona lauro.
Ne ſævite duces. nihil hic mortalibus auſum

vit, cujus filiam Nioben, quia alia Tantali eſt, Jupiter primo mortalem dicitur compreſſiſſe. *Idem.*

593. *Hic grege condenſo.*] Sanę eſt in ſcriptis nonnullis, unde Bernartius admiſit: ſed male. Nam ejus auctores vitioſa diſtinctione ſunt decepti, cum conjungerent, *hi pugnaces animæ.* At duo iſta verba addenda ſunt in præcedentem proxime parentheſin: & ita evidens eſt & *hi* neceſſitas. *Quid autem Hi grege condenſa (quantum arma & vulnera monſtrant, Pugnaces animæ) nobis &c.* intendunt manus. Δεικτικῶς. *Gronov.*

596. *Rex fallor, an hi ſunt.*] O rex Etheocles. Eos oſtendit Etheocli, quos ipſe etiam poſſet cognoſcere. *Sine pace* autem dixit, aut bellicoſas, aut ipſi diſcordes, cujus cauſa fuerant interempti. *Lactantius.*

598. *Mæona lauro.*] Mæonem illum vatem dicit, ideo præſignem lauro, quoniam fuit ſacerdos Apollinis, & divinatione pollebat. Quem Tydeus à quinquaginta virorum cæde ſervatum remiſit Thebas incolumem. Qui ſe in conſpectu regis donatam vitam reſpuens, conſcientia virtutis occidit. *Idem.*

599. *Ne ſævite duces.*] Quaſi apud indignantes eos loquitur, qui fuerunt interempti à Tydeo, & caſum humanæ ſortis excuſat fatorum legibus eveniſſe. Omnia proſpera viderat de parte Thebana, & Argolicos duces vultu pronunciaſſe de fato belli. Sed vidit illos Thebanos quos Tydeus peremit, quos hic minantes civibus ſuis placat: dicens fatorum fuiſſe legem ut tot caderent, non virtutis alienæ. dein ſuperſtitibus Thebanis, qui Tydeum viderent eſſe paſſurum. hoc autem mihi videtur dixiſſe Statius, fretus hiſtoriæ exemplo, ut animas ſeu manes iraſci diceret, & à Tyreſia placatos. Alexander igitur cum in Aſiam traduceret exercitum, conſpexit proximam littori manum armatorum, armis Achivis candentibus, propterea tubam canere juſſit, & milites navibus egredi armatos. Sed cum abiret à conſpectu Macedonum ea ſpecies umbrarum, ante cunctis perſpecta, poſtquam attigit Thraciam terram certior à vicinis factus, quod ejuſmodi viſiones ibi frequentiſſime fierent, ſuſpicatus animas eſſe Achivorum, qui conſociati fœdere Theſſalis fuerant Hernico bello, inferias apud tumulos Achivorum dedit, precatus adverſus barbaram gentem auxiliarios ſibi fieri: opinatus eoſdem & in exceſſione claſſis apud littus ſibi viſos. Iſique in ea pugna, cum apud Granicum confligeret exercitus, multas ibidem ſpecies in prælia conſpectans, putans Macedonum exercitum, nec minus alias animas apparuiſſe barbarico habitu, ex adverſo exiſtimantes hoſtium numerum eo prælio multis ex utraque parte cæſis. locus in quo ceciderunt faba primo floreſque nati fidem veteribus præbuit, quia abſtinendum uſu fabæ ſuadent. *Id.*

Credite conſiliis. hos ferrea neverat annos
Atropos, exiſtis caſus. bella horrida nobis.
Atque iterum Tydeus, dixit, vittaque ligatis
Frondibus inſtantes abigit, monſtratque cruorem.
Stabat inops comitum Cocyti in littore maſto
Laïus, immiti quem jam deus ales Averno
Reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem,
(Noſcit enim vultu) non ille aut ſanguinis hauſtus
Catera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem,
Immortale odium ſpirans. ſed prolicit ultro
Aonius vates: Tyria dux inclyte Thebes,
Cujus ab interitu non ulla Amphionis arces
Vidit amica dies. ô jam ſatis ulte cruentum
Exitium. & multum placata minoribus umbra,
Quos miſerande fugis? jacet ille in funere longo
Quem premis, & juncta ſentit confinia mortis.
Obſitus exhauſtos pedore, & ſanguine vultus,
Ejectuſque die. ſors leto durior omni,
Crede mihi. quænam immeritum vitare nepotem
Cauſa tibi? confer vultum, & ſatiare litanti
Sanguine, venturaſque vices, & funera belli

Pande

607. *Non ille aut ſanguinis.*] Obliquus ob parricidium poſteris, horret nepotem Lajus ſcelere procreatum, nec ſacrificii oblatione miteſcit. nam cum importune inſtantes abigit, illos quinquaginta qui manu Tydei fuerant interempti, quos vittis redimitos dicit utpote reges, eoſque ſacrificii ſanguine placat oſtenſo. Illum tamen non ſanguis ſacer, non alius liquor, qui ſacrificiis conſuevit offerri mitigat. id eſt, vini, aut mellis, aut lactis, ſed immortale odium poſteris ſervans, nulla oblatione ſacrificii placatur. *Idem.*

609. *Sed proſilit ultro.*] Lindenbr. notat è ſcriptis: *proligit.* In noſtris fere omnibus clare: *prolicit.* Veriſſime: ad ſermonem invitat. Plautus Curculione: *Ejus amor cupidum me huc prolicit per tenebras.* Gronovius.

612. *Vidit amica dies.*] Proſpera, id eſt, quæ ab execrabilibus facinoribus eſt aliena: nam poſt ejus obitum uxor filii ſui Oedipodis eſt ſortita conjugium. Qui funeſtam rem ſæpiſſime fœcunditate partus incerti ſignificavit. Secutum eſt nihilominus, ut re cognita filius conjunx voluntaria ſe cæcitatis pœna damnaret, deinde voluntarium Polynicis exilium, & poſt omnia imminens bellum. *Lactantius.*

613. *Placata minoribus umbra.*] Calamitatibus poſterorum. nam & parricida filius perpetua erat cæcitate damnatus. & in regno nepotes erant diſcordes cupiditate regnandi. *Idem.*

621. *Pande*

Pande vel infenſus, vel res miſerate tuorum.
Tunc ego. te optata vetitam tranſmittere Lethen
Puppe dabo, placidumque pia tellure reponam,
Et Stygiis mandabo deis. Mulcetur honoris
Muneribus, tangitque genas. debinc talia reddit:
Cur tibi verſanti manes, æquave ſacerdos,
Lectus ego augurio? tantiſque potiſſimus umbris
Qui ventura loquar? ſatis eſt meminiſſe priorum.
Noſtrane præclari (pudeat) conſulta nepotes
Poſcitis? illum illum ſacris adhibere nefaſtis;
Qui læto fodit enſe patrem, qui ſemet in ortus
Vertit, & indignæ regerit ſua pignora matri.
Et nunc ille deos, furiarumque atra fatigat
Concilia, & noſtros rogat hæc in prælia manes.
Quod ſi adeo placui deflenda in tempora vates,
Dicam equidem, quo me Lacheſis, quo torva Megæra
Uſque ſinunt. Bellum innumero venit undique bellum
Agmine,

621. *Pande vel infenſus vel res.*] Quin jam ſi iratus es narra quod doleant; ſi placatus es, poſteris, ede, quod caveant. ut in inferorum ſqualore perpetuo poſito regi ſuaderet, quæ poſcebat edicere, ſpem ulterioris ripæ, ad quam (præter glorioſam mortem, quam belli neceſſitas ingerebat) violenter occiſi prohibebantur accedere, promittit carminibus poſſe concedere. Et deis inferis ſe commendat, quamvis eſſet contra jura prohibitum. *Idem.*

624. *Mulcetur honoris.*] Placatus muneribus ſacerdotis ſumpſit ſacra libamina, & tunc demum reddidit conſultanti reſponſum. Alii *tingitque genas*, magis intelligi volunt fletu, quam ſanguine. *Idem.*

625. *Tangitque genas.*] Paulum ſanguinis ore libat. *Gloſſ. M.ſc.* Ambiguam de lacrimis & ſanguine ſententiam facit fatuus non raro uſus *geminum* vocis, qua ſibi nec quid nec quare placuit Papinius. Agnoſcit ambiguum ſenſum & Lutatius & Scholiaſtes. Nos cum fata canat, & invitetur ad ſanguinem à Tireſia, de hoc capere malimus. *Barthius.*

626. *Verſanti manes.*] Conſideranti. *Lactantius.*

630. *Poſcitis illum.*] Schema epizeuſis, id eſt, repetitio nominis. Dicit ergo Oedipum filium ſuum hæc ſacra debuiſſe facere, qui nece patris & matris concubitu Thebanum moverat bellum. *Idem.*

631. *Læto dedit.*] Stulta lectio. Mirum enim niſi aliquo loro ex aqua. Servant vitium omnes editi. At Optimo libro noſtro conſentiunt reſtituendæ Veritati Membranæ tam Lindebrogio, quam Bebotio, olim collatæ: *Læto fodit enſe Patrem.* Cardo rei eſt: quod exſultavit in cæde paterna, ut quidem hæc maligna Umbra conviciatur. *Barth.*

633. *Atra fatigat concilia.*] Imprecando filiis laſſat. Horat.

Prece qua fatigent,
Virgines ſacræ minus audientem
Carmina Veſtam.

Lactantius.

 638. *Ler-*

Agmine, Lernæoſque trahit fatalis alumnos
Gradivus ſtimulis. hos terræ monſtra, deumque
Tela manent, pulchrique obitus, & ab igne ſupremo
Sontes lege moræ. certa eſt victoria Thebis,
Ne trepida, nec regna ferox germanus habebit.
Sed furiæ, geminumque nefas, miſeroſque per enſes
(Hei mihi) crudelis vincet pater. Hæc ubi fatus,
Labitur, & flexa dubios ambage reliquit.
Interea gelidam Nemeen, & conſcia laudis
Herculeæ dumeta, vaga legione tenebant
Inachidæ. jam Sidonias avertere prædas,
Sternere, ferre domos ardent, inſtantque. Quis iras
Flexerit, unde moræ, medius quis euntibus error
Phœbe doce: nos rara manent exordia famæ.
Marcidus edomito bellum referebat ab Hæmo
Liber, ibi armiferos geminæ jam ſydere brumæ
Orgia ferre Getas. canumque vireſcere dorſo
Othryn, & Icaria Rhodopen adſueverat umbra,

Et

638. *Lernæos.*] Græcos, à Lerna palude Arcadiæ. *Idem.*

639. *Hos terræ monſtra.*] Propter Amphiaraum, qui hiatu terræ demerſus eſt. Seu propter Tydeum, qui prodigialiter Menalippi percuſſoris cerebrum vorando defunctus eſt. *Idem.*

640. *Tela manent.*] Propter Capaneum qui eo clarior fuit, quod Jovis fulmine meruerit interire. *Idem.*

641. *Sontes lege moræ.*] Id eſt, ex lege moræ venientes ne ſontes ſepelirentur Achivi. ſontes autem moræ optime, nocentes, quia differunt ſepulturam. Sed & in primo: *tumuliſque carentia regum funera.* Idem.

642. *Ferox germanus.*] Quia armis repetit. Quam imaginariam cauſam habet Eteocles non reddendi ex pacto regni, apud Euripidem Phœniſſis. Hæc autem ita proferuntur, ut magna ſimul Thebanis infortunia prædicent. *Furiæ.*] Oedipi pars, & ipſe dirus meus filius ſuis auſpiciis per ſuas furias & peſſima facinora, victoriam tamen hic obtinebunt. *Barth.*

646. *Gelidam Nemeen.*] Sylva in qua leo ille fuit, quem Hercúles vicit. *Lact.*

648. *Sidonias.*] Thebanas, quia Thebarum conditor Cadmus. Sidonius vero Tyrius. *Idem.*

652. *Marcidus.*] Laſſus, ebrius, aut quia molles faciat per pacem. *Idem.*

653. *Sidere brumæ, &c.*] Duo hic notanda, *brumas* pro *annis* poni: eleganter ſanè, quia apud Getas: *Semper hyems, ſemper ſpirantes frigore venti.* Deinde obſervandum *Icariam Umbram* pro *vite* poſitam. *Bern.* Luctatius: *Icharus comes Liberi, qui à Libero vini uſum mortalibus ut traderet ſumpſit, quod cùm paſtoribus exhibuiſſet potandum, ebris facti, putantes ſe veneno tentatos, Icharum interemerunt. Cujus Erigone filia cum ductu canis inventum fleret cadaver, in vindictam patris Deorum imploravit auxilium; recepti ambo locantur inter ſidera, Erigone in virginem, Icharus in ſtellam Bootæ: Dicitur enim cum plauſtro ſuo receptus in cœlum.*

656. Ma-

Et jam pampineos materna ad mœnia currus
Promovet: effrenæ dextra, levaque ſequuntur
Lynces, & uda mero lambunt retinacula tigres.
Poſt exultantes ſpolia armentalia portant
Semineceſque lupos, ſciſſaſque Mimallones urſas.
Nec comitatus iners, ſunt illic Ira, Furorque,
Et Metus, & Virtus, & nunquam ſobrius Ardor,
Succiduique gradus, & caſtra ſimillima regi.
Iſque ubi pulverea Nemeen effervere nube
Conſpicit, & ſolem radiis igneſcere ferri,
Nec dum compoſitas belli in certamina Thebas:
Concuſſus viſis, quanquam ore, & pectore marcet,
Æraque tympanaque, & biforem reticere tumultum
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures.
Atque ita: Me manus iſta, meamque exſcindere gentem
Apparat: & longe recalet furor: hoc mihi ſævum
Argos, & indomitæ bellum ciet ira novercæ.

Uſque

656. *Materna ad mœnia.*] Thebas, ubi præcipue cultus Bacchus. Horatius: *vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos Inſignes.* Thebarum ſolarum gloria, omnis mundi confeſſione, Deos apud eas duos prognatos, Herculem & Bacchum. *Barthius.*

658. *Lynces.*] Cum Triptolemus beneficio Cereris fruges per omnes ſpargeret gentes ad Lycum Siciliæ regem venit, & ibi pene deceptus eſt. volens enim Lycus, id quod hoſpes attulerat, fuiſſe ſuum monſtrare, Triptolemum inſidiis finire conatus eſt, at illo periculo cognito ſtricto gladio Lycum perſequi cœpit. ille in feram ſui nominis verſus morem ſuorum colore diſtinctus eſt: ut Virg. *quid Lynces Bacchi variæ.* *Lactantius.*

659. *Armentalia.*] Equi non armenta: ut Virg. *armentalis equi mammis & lacte ferino.* Idem.

660. *Mimallones urſas.*] Lingua Macedonum, Bacchæ. Hinc Perſius: *torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.* Idem.

* 661. *Sunt illic Ira, Furorque, &c.*] Optimus Poëta ſeriò agens, quod agere non videtur, peſſimæ matris Ebrietatis, peſſimas proles indicat. poſſem ad vitæ hujus coërctionem multa adferre, ſed ne extra chorum ſaltare videar, ſolùm cum Q. Curtio dicam: *Magnum illum Alexandrum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes Reges anteceſſit, illam in ſubeundis periculis conſtantiam, in rebus moliendis efficiendiſque velocitatem, in deditis fidem, in captivis clementiam, in voluptatibus permiſſis quoque & uſitatis temperantiam, unius vini cupiditate perdidiſſe.* Bernartius.

663. *Succiduique gradus.*] Ebrietate titubantes. *Lactant.*

671. *Et longe recalet furor.*] Fortaſſe non improbandum, quod in nonnullis reperio: *ex longo.* Vetus illa ſimultas atque odium novercæ erga me recrudeſcit. *Gronov.*

672. *Argos.*] In plurali numero maſculini tantum generis eſſe Virg. docet. *ſi patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.* in ſingulari vero * *Sævos Argos.* notan-

Uſque adeone parum cineri data mater iniquo?
Nataleſque rogi? quæque ipſe micantia ſenſi
Fulgura & relliquias etiam, fuſæque ſepulchrum
Pellicis, & reſidem ferro petit improba Theben.
Nectam fraude moras: illum, illum tendite campum,
Tendite, io, comites. Hircanæ ad ſigna jugales
Intumuere jubas, dicto prius adſtitit arvis.
Tempus erat, medii cum ſolem in culmina mundi
Tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis
Stat vapor, atque omnes admittunt æthera luci.
Undarum vocat ille deas, mediuſque ſilentum
Incipit: Agreſtes fluviorum numina Nymphæ,
Et noſtri pars magna gregis, perferte laborem,
Quem damus. Argolicos paulum mihi fontibus amnes,
Stagnaque, & errantes obducite pulvere rivos.
Præcipuus Nemees, qua noſtra in mœnia bellis
Nunc iter, ex alto fugiat liquor, adjuvat ipſe
Phœbus ad hoc ſummo (ceſſet ni veſtra voluntas)

Limite:

notandum neutri generis civitatem *Argos* dictam, nam Horatius in neutro genere poſuit, *aptum equis Argos.* Lactant. *Indomitæ.*] Cujus iram in me nullum tempus, nulla pietas, nulli mei labores domare aut ſatiare poſſunt. *Vet. Schol.* Aliæ membranæ: *Indomitæ*, inſatiatæ. *Cineri data Mater.*] *Semele* combuſta, per fraudem maleſuadam Junonis zelotypæ. *Barth.*

673. *Cineri data mater iniquo*] Illud dicit tempus, quo fraude Junonis Semele mater optavit Jovem eo cultu videre, quo cum Junone concumberet, quod cum ferre non potuiſſet, divino igni apud Thebas conſumpta eſt. merito ergo eam civitatem matris ſepulchrum Liber appellat. *Lactantius.*

676. *Et reſides ferro.*] Corrige ex memb. *& reſidem ferro petit improba Theben.* Servius ad 5. Æn. *Urbe Mycena, Græce dixit: unde ſingularem numerum poſuit. Mycene autem ſicut Thebe.* Juvenal. *Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.* Gronov.

681. *Anhela dies.*] *Anhela*, id eſt, æſtuoſa, quando ſol in cancro eſt. & neceſſe eſt quando ſol medio cælo eſt omnia illuſtret. *Lactantius.*

683. *Mediuſque ſilentum.*] Cum ſilerent Nymphæ, quibus convocatis medius ipſe conticerat. *Idem.*

684. *Agreſtes fluviorum.*] Oratio Liberi ad Nymphas, ut cuncta ſiti exhauſta ſiccarent. numina autem ſunt fluviorum Nymphæ, à fontibus enim originem ducunt: unde Virgil. *Laurentes Nymphæ genus amnibus unde eſt.* Idem.

687. *Rivos.*] Id eſt vis tanta ſit ſiccitatis, ut rivorum alvei pulvere impleantur. *Idem.*

688. *Nemees.*] Paludis nomen unde erant Argivi, ex qua & campum ſignificat, quo adveniat exercitus Argivus. *Id.*

689. *Ex alto fugiat liquor.*] Penitus imperat ut humor ex alto in profundum diſcedat. *Idem.*

690 *Phœbus ad hæc ſummo.*] Optimus liber ſcriptus Lipſ. *Phœbus adhoc ſummo,*

Limite: vim cœptis indulgent aſtra, meæque
Æſtifer Erigones ſpumat canis. Ite volentes,
Ite in operta ſoli. poſt vos ego gurgite pleno
Eliciam, & quæ dona meis ampliſſima ſacris
Veſter habebit honos. nocturnaque furta licentum
Cornipedum, & cupidas Faunorum arcebo rapinas.
Dixerat. Aſt illis tenuior percurrere viſus
Ora ſitus, viridiſque comis exhorruit humor.
Protinus Inachios haurit ſitis ignea campos.
Diffugere undæ: ſqualent fonteſque, lacuſque,
Et cava ferventi dureſcunt flumina limo.
Ægra ſolo macies, tenerique in origine culmi
Inclinata ſeges. deceptum margine ripæ
Stat pecus, atque amnes quærunt armenta natatos.
Sic ubi ſe magnis refluus ſuppreſſit in antris
Nilus, & Eoæ liquentia pabula brumæ

Ore

mo, quod valde amplectimur. *adhuc* pro *præterea*. Terentius Adelphis: *Satis adhuc tua nos fruſtrata eſt fides*: Tacitus Hiſtor. I. *multi adhuc numeri*. Adi Salluſtium qui frequentiſſimus in hac phraſi. *Bernart.*

692. *Erigones ſpumat canis.*] Id eſt, quam ego vindicavi, id eſt, Erigone: ſingulis enim menſibus aliorum ſyderum ortus ingreditur. Canicularem ergo dicit ſtellam, quæ ideo inter ſidera recepta eſt, quia ſervavit cadaver Learci interempti: aut quia ipſa Erigone nunciavit interitum domini. & bene ait, *meæque*, propter Icarum patrem. Hodieque enim ſacra Liberi dantur in honorem Erigones. Virg. *oſcilla ex alto ſuſpendunt mollia pinu.* Lactant.

695. *Licentum cornipedum.*] Licenter facientium Panum: nam Fauni ſolent Nymphas ad uſum libidinis rapere. Etiam Faunos ſumpto vino in Venerem conſtat eſſe petulantes. Conſtat etiam Liberum, & Apollinem eſſe, & Solem. ideo juvenes omnes imberbes, quia ignis non ſeneſcit. *Idem.*

697. *Aſt illi tenuis percurrere.*] Bini omnium optimi: *tenuior*. Qui poſſim ſpernere? memor illius lib. 5. v. 607. *tenuia oſſa patent*. Ubi etiam mutarant, lib. 6. *O! nubit tenuis ora comis*. Lib. 10. *inſtantem cornu tenuiore videbat Luna diem*. Sed, inquis, ſufficiebat, *tenuis*. Sane: ſed & ſufficiebat *ſenex*, ubi toties dicunt *ſenior*, & *juvenes*, ubi toties *juniores*. *Illi* legit Lactant. Scripti tamen omnes, *illis*, & appingunt interpretationem, *Nymphis* vel *aquis*. Gronov.

699. *Sitis arida.*] Omnes noſtri libri habent, *Ignea*, & rectè; vox enim *protinus* ſubitam atque extraordinariam vim deſignat; Ex Virgil. Georgic. libro III.

— ubi ignea venis
Omnibus acta ſitis, miſeros adduxerat artus. Barth.

706 *Eoæ liquentia.*] Ægypti liquore naſcentia. ergo hoc facit Nilus, quod apud alias gentes bruma, id eſt, imbres, ut Lucan. *atque hyemes afferre ſuas.* *Bruma.*] Illo tempore quo bruma apud Ægyptum eſſe creditur. *Lactant.*

 708. *Hiulca*

Ore premit, fumant deſerta gurgite valles,
Et patris undoſi ſonitus expectat hiulca
Ægyptos, donec Phariis alimenta rogatus
Donet agris, magnumque inducat meſsibus annum.
Aret Lerna nocens, aret Lyrcius, & ingens
Inachus, adverrenſque natantia ſaxa Charadrus.
Et nunquam in ripis audax Eraſinus, & æquus
Fluctibus Aſterion. ille alta per avia notus
Audiri, & longe paſtorum rumpere ſomnos.
Vna tamen tacitas (ſed juſſu numinis) undas,
Hæc quoque ſecreta, nutrit Langia, ſub umbra.
Nondum illi raptus dederat lachrymabile nomen
Arche-

708. *Hiulca Ægyptos.*] Calore fiſſa. Ut Virg.
Aut ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arva. Idem.

712. *Advolvenſque natantia.*] Ut quiſque fide & ætate præcellit, exhibet: *adverrenſque natantia ſaxa Charadrus.* Scholion optimi: *trahens rapiditate ſua.* Recte: provolvens & agens ſecum, ut ſolent ſcopis purgamenta, qui verrunt. Supra: *longa ſpumantem valle Charadrum.* Gronov.

713. *Audax Eraſinus.*] Qui ripis ſuis ſe contineri non patitur, & idcirco dixit audacem, id eſt, graviter ſonantem. *Lactant.*

714. *Fluctibus Aſterion.*] Quidam *fructibus*, uti legit quoque Lactantius, hunc dicens Eraſino contrarium: nam cum ille ſit populator arborum, hunc eſſe fructibus æquum. Sed in utroque fallitur. Nam *nunquam audax in ripis* deſcribitur Eraſinus: ergo nunquam egrediens ripas, nunquam arborum populator: Aſterion autem *æquus fluctibus*, id eſt tanto rumore ac ſonitu labundus, ut mare poſſit videri. *ille alta per avia notus Audiri.* Sic enim magno conſenſu ſcripti, non *ſuetus*. Gronov. *Aſterion.*] Eraſino contrarius fluvius. Nam cum ſit ille populator arborum, hic eſt fructibus æquus: & hæc flumina in Nemea ſilva ſunt omnia. *Lactant.*

716. *Juſſu numinis.*] Ipſius Liberi. Bona vero œconomia. Nam ſi ei Langia defeciſſet periiſſent Argivi, & non eſſet bellum quod fataliter debebatur. *Idem.*

717. *Langia.*] Fons eſt qui poſtea vocatus eſt Archemorus, & huic conſecratus eſt fons & Nympha, cujus famam poſtea Argivi accepto beneficio extulerunt, quia non perdiderat aquam. juxta fontem agon celebratur in honorem Archemori conſecratus, & in Nymphæ beneficium. Archemorus eſt Lycurgi filius Græci, quem Hypſipyle acceperat nutriendum, quæ dum ſitientibus Græcis. fontem demonſtrat Langiam, regium puerum ictu ſerpentis amiſit. Is eſt puer Opheltes, qui poſt Archemorus eſt dictus; nomen enim lachrymabile ſignificat Archemorus, ἀπὸ ΘCAPXN'CINC ειρλc * eo quod primus occiſus eſt. *Idem.*

718. *Nondum illi raptus.*] A ſerpente peremtus. *Gloſſ. MS. Rapi* dicuntur à Poëtis, qui violenter occidunt & ante diem aut ordinem. *Archemorus* dictus fuit à fato, quia ab eo clades incipiebat, *Opheltes.* Ab eo deinde fons, ad quem à ſerpente idem interemtus, ut notant Lutat. Vibius & alii. *Barthius.* *Nomen.*] Fama vel gloria. Hyſipyle Lemnias fuit: quodam tempore dum Lemniadum viri in Thracia pugnantes triennio

Archemorus, nec fama deæ. tamen avia ſervat
Et nemus, & fluvium. manet ingens gloria nympham,
Cum triſtem Hypſipylen ducibus ſudatus Achais
Ludus, & atra ſacrum recolit trieteris Ophelten.
Ergo, nec ardentes clypeos vectare, nec arctos
Thoracum nexus (tantum ſitis horrida torquet)
Sufficiunt. non ora modo, anguſtiſque peruſti
Faucibus, interior ſed vis quatit: aſpera pulſu
Corda, gelant venæ, & ſiccis cruor æger adhæret
Viſceribus. tunc ſole putris, tunc pulvere tellus
Exhalat calidam nubem. non ſpumeus imber
Manat equûm: ſiccis illidunt ora lupatis,
Ora catenatas procul exertantia linguas,
Nec legem dominoſve pati, ſed perfurit arvis
Flammatum pecus. huc illuc impellit Adraſtus
Exploratores, ſi ſtagna Lycimnia reſtent,
Si quis Amymones ſuperet liquor. omnia cæcis

Igni-

triennio tenerentur, indignatæ deſiderio fœminæ necem adverſus omnes conjuraverunt, ut omnes perimerent, inter quas ſola Hypſipyle Thoanti patri pepercit. Ex quo armavit cæterarum in ſe furorem; quæ dum fulgeret capta ad Lycurgum regem Græciæ ducta eſt, in cujus ſervitio cum filium Ophelten nutriret, puer dracone periit, qua orbitate rex iratus cum in Hypſipylen jus dominii exercere vellet, eamque filio inferias mittere, à Græcis prohibitus eſt. Quibus ſitientibus fontem demonſtravit. Græcis vero poſtea reſponſum eſt, non prius eos ad Thebas pervenire, niſi placaſſent manes Archemori, pro qua re illi ludos funebres conſtituerunt, de quibus ipſe poëta plenius loquitur. *Lact.*

722. *Ophelten.*] Opheltes prius, qui poſtea Archemorus. Utrumque nomen prædictionem ejus fati habuit, qui fuit à ſerpente interfectus. *Vet. Scholiaſt.* Sepulchrum hujus pueri in cupreſſeto multis poſt ſeculis, adeoque templo ipſo Jovis Nemeæi ſuperſtes fuit, Pauſaniæ etiam ævo, lib. 11. *Barth.*

723. *Portare nec arctos Thoracum nexus.*] Quia arcti & anguſti efficiebantur per anhelitum hominum. nam anhelitu ſolet corpus intumeſcere. *Lactant.*

728. *Putris.*] Rectiſſime gloſſa *Solubilis.* Hoc enim indicatur *putris* voce, non quod fluat modo, ut vulgo loquimur & intelligimus, ſed etiam quod reſolvatur inſtar arenæ. Servius in Georgic. lib. 1. *Putres glebas* ſolubiles explicat, quas tepor efficit & aratrum. *Barth.*

731. *Catenatas.*] Frenatas.

732. *Legem Dominumve pati.*] Scripti noſtri libri, cum iis, quos contulerunt, alii *Dominoſve.* Et rectè. Una enim *ſchola* Equorum, qui ad eundem modum patientiam docentur, multi jam parentium Domini. De verbo *pati* ad paritionem pertinente Seneca Thyeſte:

Rebuſque parvis alta præſtatur quies:
Immane regnum eſt poſſe ſine regno pati.

Barth.

735. *Amymones.*] Ab Amymone Danai filia nuncupatus fons. *Cæcis.*] Latentibus, quia ignorabantur. *Lactant.*

 736. *Se-*

Ignibus hauſta ſedent. nec ſpes humentis Olympi,
Ceu flavam Libyen deſertaque pulveris Afri
Conluſtrent, nullaque umbratam nube Syenen.
Tandem inter ſylvas (ſic Evius ipſe parabat)
Errantes, ſubitam pulchro in mœrore tuentur
Hypſipylen. illi quamvis & ab ubere Opheltes
Non ſuus, Inachii proles infauſta Lycurgi
Dependet, neglecta comam nec dives amictu;
Regales tamen ore notæ, nec merſus acerbis
Extat honos. tunc hæc adeo ſtupefactus Adraſtus:
Diva potens nemorum (nam te vultuſque pudorque
Mortali de ſtirpe negant) quæ læta ſub iſto
Igne poli non quæris aquas, ſuccurre propinquis
Gentibus: arcitenens ſeu te Latonia caſto
De grege tranſmiſit thalamis, ſeu lapſus ab aſtris
Non humilis fœcundat amor (neque enim ipſe deorum
Arbiter, Argolidum thalamis novus) aſpice mœſta

Agmi-

736. *Sedent.*] Quaque incenditur & deprimitur. *Idem.*

737. *Flavam Libyen.*] Jupiter Epaphum, qui hoc periverat, in Ægyptum oppida communire, ibique regnare juſſit. Oppidum Memphin & alia plura conſtituit, & ex Caſſiopa uxore ſuſcepit filiam Libyen, quæ poſtea in Africa regnum poſſedit. cujus nomine terra Libyes eſt appellata. *Idem.*

738. *Syenen.*] Civitas quæ Æthiopiam ab Ægypto dividit: quia ibi nunquam pluit, ideo nulla nube umbratam dicit. *Idem.*

740. *Pulchro in mœrore.*] Cum ſeptem duces Thebas oppugnatum veniſſent, & aquam quærerent, Adraſtus devenit ad Hypſipylen Thoantis filiam, cujus alumnus Archemorus periit, & ludos funebres inſtituerunt, quibus ludis Hypſipyle duos filios ex Jaſone excepit, qui & ipſi matrem quærentes currendo vicerunt, quorum nomina præco eum pronuntiaſſet Jaſonis & Hypſipyles filios eſſe, mater eos agnovit, qui à rege impetrarunt, ut matrem recuperatam Lemnum revocarent. *Idem.*

742. *Inachii.*] Ad diſtinctionem aliorum dixit. Nam plurès fuerunt. Non igitur Thrax ille intelligendus, non Thebanus Bacchi inimicus. *Vet. Schol.* *Proles infauſta Lycurgi.*] Lycurgi duo fuerunt, Thracius & Nemeus, de quo loquitur poëta. Ille in mari præcipitatus dicitur, quia primum aquis vina permiſcuit & rem in hauſtu ſinceram pluribus venenis infecit. *Infauſta.*] Ideo dicit, quia peritura. *Lactant.*

749. *Latonia caſto.*] Sive te, inquit, Diana de grege ſuo uxorem dedit alicui, ſive te deus aliquis ſuo amore dignatus eſt. nam poſſe hoc fieri Jovis docemur exemplis, qui multas Græciæ fœminas amavit. *Idem.*

750. *Tranſmiſit thalamis.*] Hoc eſt in matrimonium collocavit, hoc ideo quia vidit illam infantem ferre. *Idem.*

751. *Arbiter Argolidum thalamis novus.*] Quaſi qui conſuevit cum Argolicis matribus ſæpe concumbere, an quia Inachi Argivi filiam amavit, & Danaen.

Agmina, nos ferro meritas excindere Thebas
Mens tulit. imbelli ſed nunc ſitis anxia fato,
Summittitque animos, & inertia robora carpit.
Da feſſis in rebus opem, ſeu turbidus amnis,
Seu tibi fœda palus. nihil hac in ſorte pudendum,
Nil humile eſt. Tu nunc ventis, pluvioque rogaris
Pro Iove, tu refugas vires, & pectora bello
Exanimata reple. ſic hoc tibi ſydere dextro
Creſcat onus. tantum reduces det flectere greſſus
Iuppiter, O quanta belli donabere præda!
Dircæos tibi diva greges, numerumque rependam
Plebis, & hic magna lucus ſignabitur ara.
Dixit, & orantis media inter anhelitus ardens
Verba rapit, curſuque animæ labat arida lingua.
Idem omnes pallorque viros, flatuſque ſoluti
Oris habet. reddit demiſſo Lemnia vultu:
Diva quidem vobis, & ſi cœleſtis origo eſt,
Vnde ego? mortales utinam haud tranſgreſſa fuiſſem
Luctibus! altricem mandati cernitis orbam
Pignoris, at noſtris an quis ſinus, uberaque ulla,
Scit deus. & nobis regnum tamen, & pater ingens.
Sed quid ego hæc? feſſoſque optatis demoror undis?

Mecum

maen. Item Acriſi Argivi filiam. ergo veriſimile eſt & hanc Jovis paruiſſe complexibus, quia Jupiter frequenter eſt Argivarum concubitu delectatus. *Idem.* *Aſpice mœſta agmina.*] Tot millium hominum miſerere, qui ſimul ſiti emoriuntur, & juſta arma, non petulantia ſumſerunt. *Vet. Scholiaſt.* *Meritas Thebas.*] Propter facinus Eteoclis & cædem Tydeo intentatam, contra pietatem Græcam & fraternum honorem. *Scholiaſt. V.*

757. *Fœda palus.*] Cœnoſa ſordibus: unde Lucan.

Morienſque recepit
Quas nollet victurus aquas. Lactant.

763. *Numerumque rependam.*] Id eſt omnis te plebs venerabitur, ut pro numero exercitus de Thebanis gregibus tot tibi victimas immolemus: perſeverat in opinione quam cœpit, ut tot hoſtias de grege Thebano numeret, quantus fuerat plebis numerus nominatus. *Lactantius.*

769. *Et ſi cœleſtis origo eſt.*] Nam pater ejus Thoas Liberi patris filius fuiſſe dicitur: ergo iſta neptis Liberi fuit. *Id.*

771. *Orbam.*] Hæc cum Jaſone in Lemno aliquando concubuit, ex quo eſt enixa geminos, quorum alter Thoas, alter Euneus dictus eſt, quos fugiens reliquit in Lemno. & quia viverent orbam pignoris ſe eſſe confeſſa eſt. *Idem.*

772. *An quis ſinus.*] Id eſt ſi meis filiis adhuc eſſem nutrix. *Idem.*

774. *Demoror undis.*] Voluit dicere

de ſuis

Mecum age nunc: ſi forte vado Langia perennes
Servat aquas. ſolet & rapidi ſub limite cancri
Semper, & Icarii quamvis juba fulguret aſtri,
Ire tamen. ſimul hærentem, ne tarda Pelaſgis
Dux foret, ah miſerum vicino ceſpite alumnum
(Sic Parcæ voluere) locat, ponitque negantem
Floribus aggeſtis, & amico murmure dulces
Solatur lachrymas. Qualis Berecynthia mater,
Dum circa parvum jubet exultare Tonantem
Curetas trepidos: illi certantia plaudunt
Orgia, ſed magnis reſonat vagitibus Ide.
At puer in gremio vernæ telluris, & alto
Gramine, nunc faciles ſternit procurſibus herbas
In vultum nitens: caram modo lactis egeno

Nutri-

de ſuis liberis, ſed pudore revocata noluit rem pandere, quod videbatur finem pudore fecisse: aut in media oratione conticuit, cum illi magis deſiderio audiendi ſuccenderentur. *Idem.*

776. *Sub limine.*] In aliis libris *lumine.* In præſtantiſſimo codice ſcriptum eſt, *ſub fulmine*, quod non auſim damnare. Pariter enim mox *fulguret* de Sirii vehementia dixit. *Barth.*

777. *Icarii aſtri.*] Canem Sirium dicit. Qui cum Erigone patris ejus corpus oſtendit, in ſiderum numerum Liberi beneficio collocatus eſt. *Lactant.*

779. *Alumnum*] Archemorum Lycurgi filium, quem draco interemit, cui proprium nomen eſt Opheltes. *Idem.*

780. *Ponique negantem.*] Ordo eſt: Lachrymas poni negant murmure: conſolatur & floribus. poni autem abuti ſignificat. & *ponit negantem.* id eſt invitum & recuſantem. Expreſſit enim morem infantium, quia nolunt à nutricibus ſeparari. *Idem.* *Locat ponitque negantem.*] Cuivis apparet fatuam eſſe conjunctionem verborum, *locat* & *ponit.* Itaque ſuſpicabar olim, *ponique*: quod mihi firmarunt poſtea plane exhibentes membranæ. Acceſſit unus ex optimis, qui pro varia lectione inter verſus oſtentat: vel, *ponique negantes.* Fuit igitur: *ponique negantis Floribus adgeſtis & amico murmure dulces Solatur lacrimas.* Lib. ſequente: *clamumque audire negantem.* Gronov.

784. *Curetas trepidos.*] Aut ad naturam retulit Curetum, quod ſint celeres ac feroces, aut trepidos metu Saturni intelligamus: vel quaſi jam deum formidantes Jovem. *Plaudunt Orgia.*] Ad certationem plaudunt, hoc eſt feriunt. *Orgia* id eſt tympana. *Lactant.*

785. *Reſonat vagitibus Ide.*] Poſtquam Ops Jovem ex Saturno peperit, commendaſſe dicitur in Ida monte ne à Saturno interiret, propter excluſionem regni, quod Protheus edixerat. itaque cum Opem rogaſſet ubi eſſet quod pepererat, illa lapidem ei involutum veſte monſtravit, quem Saturnus voravit. Amalthea nutrix ne vagitus pueri audiretur, Corybantes poſuit. Quia *Curetes* Latine *lares familiares* appellantur. *Idem.*

786. *Vernæ telluris.*] Vernantis, floridæ. Indicat Vere hæc geſta eſſe, maxime cum terra efflorescente. *Comm. MS.* Mirum autem calorem illum & extremam ſiccitatem nec puerum iſtum, nec nutricem ejus ſenſiſſe, &c. *Barthius.*

790. *Verba*

Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum ſtrepitus, aut obvia carpit,
Aut patulo trahit ore diem. nemoriſque malorum
Inſcius, & vitæ multum ſecurus inerrat.
Sic tener Odryſia Mavors nive, ſic puer ales
Vertice Mænalio, talis per littora reptans
Improbus Ortygiæ latus inclinabat Apollo.
Illi per dumos, & opaca virentibus umbris
Devia pars cingunt, pars arcta plebe ſequuntur,
Præcelerantque ducem. medium ſubit illa per agmen
Non humili feſtina modo. jamque amne propinquo
Rauca ſonat vallis, ſaxoſumque impulit aures
Murmur. ibi exultans conclamat ab agmine primo,
Sicut erat, levibus tollens vexilla maniplis
Argus, Aquæ. (longuſque virûm ſuper ora cucurrit
Clamor) Aquæ. ſic Ambracii per littora ponti
Nauticus in remis juvenum monſtrante magiſtro
Fit ſonus, inque vicem contra percuſſa reclamat
Terra, ſalutatus cum Leucada pandit Apollo.
Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo
Turba ſimul, primique nequit ſecernere mixtos

Æqua

790. *Verba illuctantia labris.*] Quia infanti quaſi quoddam eſt inter verba & labra certamen: nam dum conatur verba proferre, impeditur à labris immaturis. *Lactant.*

796. *Ortygiæ.*] Jupiter cum Aſterien Titani filiam amaret, & illa eum contemneret, in avem Ortygiam converſa eſt, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare dejecit. unde inſula Ortygia eſt dicta. poſtea ibi Latona enixa eſt Apollinem & Dianam, quibus natis inſula Delos eſt nominata. *Inclinabat.*] Suo ſcilicet pondere. *Idem.*

802. *Ab agmine primo.*] Expreſſi ſcripturam libri veteris, vulgati inficere, ſi ſententiam introſpicias, *ab agmine primus.* Bernart.

804. *Argus aquæ.*] Hic vexillum portabat, & ut erat in armis politus exclamavit, aquæ ſunt hic. cui tota multitudo reſpondet exercitus *aqua.* ut Virg.

Italiam Italiam primus conclamat Achates,

Italiam læto ſocii clamore ſalutant.

Lactant.

805. *Sic Ambracii ponti.*] Civitas Epyri, de qua mare nomen accepit, Lucan.

Oraque malignos Ambraciæ portus.

Idem.

808. *Leucada pandit Apollo.*] Hoc eſt, facit videri montem ipſum. *Leucada*, promontorium Epirotici maris. *Idem.*

811. *Æqua*

Æqua ſitis. frenata ſuis in curribus intrant
Armenta, & pleni dominis, armiſque feruntur
Quadrupedes. hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa. nec implicitos fluvio reverentia reges
Proterere, aut merſiſſe vado clamantis amici
Ora. fremunt undæ, longuſque à fontibus amnis
Diripitur modo lene virens, & gurgite puro
Perſpicuus, nunc ſordet aquis egeſtus ab imo
Alveus. inde toros riparum, & proruta turbant
Gramina. jam craſſus cœnoque & pulvere torrens
Quamquam expleta ſitis, bibitur tamen. agmina bello,
Decertare putes, juſtumque in gurgite Martem
Præſurere, & captam tolli victoribus urbem.
Atque aliquis regum medio circumfluus amni:
Sylvarum, Nemea, longe regina virentum,
Lecta Iovi ſedes, quam nunc, non Herculis actis
Dura magis, rabidi cum colla minantia monſtri
Angeret, & tumidos animam anguſtaret in artus.
Hac ſæviſſe tenus populorum incepta tuorum
Sufficiat: tuque ô cunctis inſuete domari
Solibus, æterna largitor corniger unda,
Lætus eas. quacunque domo gelida ora reſolvis
Immortale tumens. neque enim tibi cana repoſtas

Bruma

811. *Æqua ſitis.*] Ut omnibus æqua ſitis fuerat, ita omnibus æquam fecerat dignitatem. *In curribus.*] Pro cum curribus impliciti ut biberent. *Idem.*

817. *Diripitur.*] Populatur, bibentibus ſiccantur tori riparum. *Idem.*

819. *Toros riparum.*] Tori ſunt ceſpites craſſiores, nec tamen cum fundamentis ſolidis, ſed ad ripas. ſuccreſcentes & ripas facientes atque attollentes, quos avulſos tumultu concurrentium militum dicit. *Vet. Scholiaſtes.* Virgil. lib. VI.

Riparumque toros & prata recentia rivis.

823. *Perſurere.*] Perſpicua veritas, & ita in codicibus ſcriptis reperi. Vulgati ſine dubio depravate *præſurere*. Bernartius.

825. *Sylvarum Nemea longe.*] Poëta memor ſui laudat Nemeam ſilvam quæ inter Thebas & Argos eſt, quod in ea Jupiter colitur, cujus ſacerdos erat Lycurgus rex, pater Archemori. *Lactant.*

833. *Cana reportat*] Flumina enim quæ ex nivibus vel imbribus ſumunt vires, poſſunt ſiccari: vel hoc intelligendum, non interim effunduntur niventium verticibus montium, cum Solis calore liquantur. *Idem. Neque enim tibi cana reportat.*] Optimi quique, *repoſtas*. coacervatas & diu ſervatas. *Gronov.*

834. *Ra-*

Bruma nives, raptaſque alio de fonte refundit
Arcus aquas: gravidive indulgent nubila Cori.
Sed tuus, & nulli ruis expugnabilis aſtro.
Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus uterque,
Sperchiuſque minax, Centaureuſque Lycormas
Præſtiterint. tu pace mihi, tu nube ſub ipſa
Armorum, feſtaſque ſuper celebrabere menſas.
Ab Iove primus honos. bellis modo lætus ovantes
Accipias, feſſiſque libens iterum hoſpita pandas
Flumina, defenſaſque velis agnoſcere turmas.

834. *Raptaſque alio de fonte refundit Arcus aquas.*] Lipſ. liber ſcriptus: *portaſque.* quæ lectio etſi nec ipſa ſincera, propius tamen ad veritatem & germanam lectionem accedit. quæ ut mihi quidem videtur, eſt:

— portaſque alio de fonte refundit
Arcus aquas,

Plautus Curculione:

Ecce autem bibit arcus, pluet credo
Hercle hodie.

Propertius lib. III.

Purpureus pluvias cur bibat arcus aquas.

Bernart.

837. *Apollineus Ladon.*] Sive quod lauros habent circa ripas ſuas, quæ in tutela ſunt ipſius, propter Daphnen, cujus hic fluvius pater eſt. *Xanthus uterque.*] Quia Lyciæ & Trojæ eſt. *Lact.*

838. *Sperchius.*] Theſſaliæ fluvius Centauris vicinus. *Lycormas.*] Thebanus fluvius, quem *Centaureum* dixit, quod in eo Herculis ſagittis Centaurus Neſſus ſit interemptus; ut Lucan.

Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi.

Centaureum ideo, quia hunc Neſſus Centaurus cuſtodiebat. Herculis vero fabula omnibus eſt notiſſima. *Idem.*

841. *A Jove primus honos.*] Poſt Jovem tu ſecundus invocabere. Sic Horat. *tu ſecundo Cæſare regnes.* Idem.

843. *Defenſaſque velis.*] Nos pro tuis redeuntes domum agnoſcere velis, quos modo ab interitu præſenti defendiſti, & ſic tibi devinxiſti, ut poſt ſummum Jovem nulli amplius debeamus. *Vet. Scholiaſt.*

P. PA-

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER QUINTUS.

Pulſa ſitis fluvio, populataque gurgitis alveum
Agmina, linquebant ripas, amnemque minorem.
Acrior & campum ſonipes rapit, & pedes arva
Implet ovans. rediere viris animique, minæque,
Votaque, ſanguineis mixtum ceu fontibus ignem
Hauſiſſent belli, magnaſque in prælia mentes.
Diſpoſiti in turmas rurſus, legemque ſeveri
Ordinis, ut cuique ante locus, ductorque, monentur
Inſtaurare vias. tellus jam pulvere primo
Creſcit, & armorum tranſmittunt fulgura ſylvæ,
Qualia trans Pontum Phariis defenſa ſerenis
Rauca Paratonio decedunt agmina Nilo,

Cum

P*Ulſa ſitis fluvio, &c.*] Hunc librum Poëta extra ordinem carminis fecit, exceſſit enim œconomiam ſuam poſtquam ductu Hypſipyles Argivus exercitus, ſitis ardore ſuccenſus, vires liquore & hauſtu recuperavit, rurſus ordinatur ab bellum. In quo libro ludi funebres ſanciuntur Archemoro, qui primus in hoc bello, ut Protheſilaus in Iliaco, expertus eſt mortem. *Populata.*] Agentis hic eſt, non patientis. *Lactant.*

2. *Amnemque minorem.*] Quem per potum minorem fecit exercitus. *Idem.*

4. *Animique.*] Quia vacuantur cum exuuntur, & ubi corpus muniunt implentur: ut Lucan.

Sic gurgite puro vita redit.

Idem.

7. *Diſpoſiti in turmas.*] In duobus libris ſcriptum, *Diſpoſitum.* Videor mihi videre veritatis lucem in *itum.* Sed prior vox hæret non facilis conciliationi. Hac autem lectione pulchre indicet, licet ſevere imperatos ordines tamen ultro ſubiiſſe militem, diſciplinæ ſcilicet amantem. Sic autem non inſolentes Poëtæ. Ovid.

— itum eſt in viſcera terræ.

Sed vulgatæ ſcripturæ patrocinantur τὸ *monentur.* Barthius. *Legemque ſeveri.*] Quam confundi militaris prohibet diſciplina. *Lactant.*

8. *Monetur.*] Id eſt unuſquiſque poſt potum locum ſuum & dignitatem recipit. *Idem.*

10. *Creſcit.*] Quia dum erigitur pulvis creſcit terra in altitudinem. *Idem.*

11. *Phariis.*] Ægyptiis. *Pharos* enim civitas eſt Ægypti. *Idem.*

12. *Rauca Paratonio.*] Lætitiæ congrua comparatio. Sic Argivi poſt ſitim læti & alacres erant, ut redeuntes grues ex Ægypto in Thraciam quando fugiunt. Notum quod Ægyptus calorem aëris tempore auget æſtatis. *Idem.*

Par-

Cum fera ponit hyems, illa clangore fugaci
Umbra fretis, arviſque volant. ſonat avius æther,
Jam Borean imbreſque pati, jam nare ſolutis
Amnibus, & nudo juvat æſtivare ſub Hæmo.
Hic rurſus ſimili procerum vallante corona
Dux Talaionides, antiqua ut forte ſub orno
Stabat, & admoti nixus Polynicis in haſtam:
At tamen ô quæcunque es ait, cui gloria tanta
Venimus innumeræ fatum debere cohortes?
Quem non ipſe deûm ſator aſpernetur honorem,
Dic age (quando tuis alacres adſiſtimus undis)
Quæ domus, aut tellus, animam quibus hauſeris aſtris?
Dic quis & ille pater? neque enim tibi numina longe,
Tranſierit fortuna licet, majorque per ora
Sanguis, & adflicto ſpirat reverentia vultu.
Ingemit, & paulum fletu cunctata modeſto
Lemnias orſa refert: Immania vulnera, rector,

Inte-

Partænio.] Ægyptiaco. *Scholiaſt. Vet.* *Parætenium* vel *Parætonia* civitas olim Ammonia dicta prope Alexandriam auctore Stephano. De ingenti ibi *portu* XL. Stadiorum, Strabo lib. XVII. *Barthius.*

14. *Umbra fretis arviſque volant.*] Ut ſint umbræ fretis & arvis. Quaſi ipſæ grues umbra fretis ſint, volens multitudinem deſignare, omne qua prætervolant ſpacium pennarum denſitate inumbrantes; per Hyperbolen. *Avius æther.*] Hominibus ſcilicet. *Lactantius.*

16. *Nudo.*] Sine honore ſilvarum, & bene *nudo*, veſtiuntur enim arboribus, ut Salluſt. *Veſtitus oleaſtro, ac myrteis, aliiſque generibus arborum. Hæmus.*] Mons Thraciæ. *Idem.*

18. *Dux Thalaionides.*] Adraſtus Talai & Eurynomes filius. *Idem.*

20. *Cui gloria tanta.*] Quaſi ad gloriam Hypſipyles pertinet, quia ſaluti ſit reſtitutus exercitus. *Idem. Gloria tanta.*] Conſervatorem tot militum, Regum & Heroum. *V. S.* Servatoris appellatio etiam Romanis moribus. Vide *Dauſque.* ad Baſil. Seleucenſ. Orat. XL. & Legati Gothorum ad Francos apud Agathiam lib. I. *Barth.*

21. *Debere cohortes.*] Senſus: quia noſtram vitam tibi dedimus, ut pro ſalute, quam tot cohortibus dederat, eoſdem habeat debitores. *Lactant.*

23. *Quando.*] Pro *quoniam.* Virg. *Quando hæc te cura remordet.* Idem.

24. *Quæ domus.*] Cujus regionis eſſet, aut unde originem duceret. *Idem.*

26. *Tranſierit fortuna licet.*] Id eſt, quamvis à te fortuna emigrarit. fortunam autem dixit felicitatem. *Idem.*

28. *Fletu cunctata.*] Colligens animum & recordatione malorum ſuorum ſolitum fletum repetens. *Modeſto.*] Non indecenti, non nimio, qui formam deturparet, dignitatem ejus vilefaceret. *Vet. Scholiaſt.*

29. *Lemnias orſa.*] Lemniades, cum diis omnibus decimas frugum ſingulis annis ſolverent, ſolam Venerem eſſe prætermittendam duxerunt. Quæ irata

Integrare jubes, Furias, & Lemnon, & arctis
Arma inſerta toris, debellatoſque pudendo
Enſe mares. redit ecce nefas, & frigida cordi
Eumenis. ô miſeræ quibus hic furor additus! ô nox!
O pater! illa ego ſum (pudeat ne forte benignæ
Hoſpitis) illa, duces, raptum quæ ſola parentem
Occului. quid longa malis exordia necto?
Et vos arma vocant, magnique in corde paratus.
Hoc memoraſſe ſat eſt; claro generata Thoante,
Servitium Hypſipyle veſtri fero capta Lycurgi.
Advertere animos, majorque, & honora videri
Parque operi tanto. cunctis tunc noſcere caſus
Ortus amor. pater ante alios hortatur Adraſtus.
Imo age, dum primi longe damus agmina vulgi,
Nec facilis Nemee latas evolvere vires,
Quippe obtenta comis, & ineluctabilis umbra;
Pande nefas, laudeſque tuas, gemituſque tuorum,
Unde hos advenias regno dejecta labores.

Dulce

his odorem immiſit hircinum, quas mariti execrantes deſerta Lemno odio conjugum Thracas petiverunt, eorumque ſibi filias aſcivere conjugio. Quod ubi Lemniadibus compertum eſt, ſtimulante Venere in omne genus virile conjurant, remeanteſque ex Thracia viros omnes peremerunt: inter quas Hypſipyle patri Thoanti ſola ſubvenit, ut non ſolum parceret, verum etiam fugientem perſequeretur ad littus. Tunc Thoanti Liber occurrit, eumque in inſulam Chion proſpera navigatione perduxit. Lemnon Argonautæ pervenerunt, quos Lemniades ſuſcipientes hoſpitio, cum his concubuerunt. Hypſipyle ex Jaſone duos filios procreavit, Oeneum & Thoantem. Cum pluribus diebus detenti eſſent ab Hercule objurgati diſceſſerunt. Lemniades autem poſtquam intellexerunt Hypſipylen patrem ſuum ſervaſſe, interficere illam conatæ ſunt. Illa dum fugit à prædonibus capta, Nemeam deportata eſt, & Lycurgo regionis ejus regi in ſervitutem diſtracta. *Lactant.*

30. *Integrare.*] Implere vel renovare, ut Virg.

Miſerabile carmen integrat. Idem.

31. *Inſerta.*] Inducta, ut Virg.

Clypeoque ſiniſtram Inſertabam aptans. Ita inquit fuimus furore mutatæ, ut noſtro fœdere ſexus omnis virilis occumberet. *Idem.*

33. *Furor additus.*] Bene *additus*: cum libido jam eſſet in furia, vel quaſi naturalem haberent furorem. *Idem.*

34. *Ne forte benignæ.*] Cum audietis è Lemno eſſe, ne me includatis reliquarum ejus regni mulierum numero. Illæ vere & digne ſuis factis ſunt miſeræ, & pudeat virum honeſtum quemlibet iis colloqui. De me aliter eſt. Ego non ſum vobis benigna hoſpes, ut veſtrum colloquium ambiam; imo ego non peccavi, ſed benefeci. *V. Schol.*

33. *Thra-*

Dulce loqui miſeris, vetereſque reducere queſtus.
Incipit: Ægæo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera feſſus reſpirat ab Ætna
Mulciber. ingenti tellurem proximus umbra
Veſtit Athos, nemorumque obſcurat imagine pontum.
Thraces arant contra. Thracum fatalia nobis
Littora, & inde nefas, florebat dives alumnis
Terra, nec illa Samo fama, Delove ſonanti
Pejor, & innumeris quas ſpumifer adſilit Ægon.
Diis viſum turbare domos. nec pectora culpa
Noſtra vacant. nullos Veneri ſacravimus ignes.
Nulla deæ ſedes. movet & cœleſtia quondam
Corda dolor, lentoque irrepunt agmine pœnæ.

Illa

53. *Thracum fatalia.*] Id eſt, vicinitas Thraciæ in nos ſuum tranſtulit nefas. Nam quemadmodum Procne filium necavit, ita & nos in Lemno maritos peremimus: vel quia exemplum de cæde maritorum petitum eſt à crudelitate Tydei, qui fuit ex Thracia. *Lactantius.*

56. *Spumifer aßilit.*] Mare Ægeum, quod inſulas plurimas habet, dictum ab Ægeo patre Theſei: & eleganter inſulam inſulis comparavit. *Aßilit.*] Inſulas, id eſt, circunfluit. *Idem.*

59. *Nulla deæ ſedes.*] Quia adulterium Veneris in honorem Vulcani damnaverant, inde nulla Veneris ſedes in Lemno eſt. Unde iratum numen odorem fœminis hircinum immiſit, ob quam cauſam horruiſſe viri dicuntur uxores. Igitur pergentes ad Thraciam eorum filias ſortiti ſunt, quo dolore commotæ Lemniades reverſos viros univerſos peremerunt. Sed hanc veritatem poëta declinavit. Alii dicunt templum Veneris fuiſſe in Lemno, Græcorum opinione celebratum. Diverſa eſt odii cauſa. nam hoc alii aſſerunt, quod adulterium ejus in hac inſula videtur eſſe detectum. ut ipſa Venus, *hoc mihi Lemniaca de te meruere catenæ*: ideo etiam illas ineptas filias Solis acriter proſecuta eſt. *Idem.*

60. *Lentoque irrepunt agmine pœnæ.*] Pulcherrima & veriſſima gnoma. pœnam quam omnes improbi Deo debent: interdum omittit, ſed non remittit: ampliat quoſdam in juſto ſuo judicio, ſed non abſolvit: debitum ſtatim non exigit, ſed cum fœnore ſolvendum differt. Tibullus:

Ah miſer & ſi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Horatius:

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Quid raro? imo nunquam. Acutiſſime magnus ille Plato, v. de leg. Τιμωρεία δ' ἀδικίας ἀκόλουθος πάθης, ἧς ὅ, τε τυχὼν, καὶ μὴ τυγχάνων, ἄθλιος. ὁ μὲν, οὐκ ἰατρευόμενος, ὁ δ' ἵνα ἕτεροι πολλοὶ σώζωντ), ἀπολλύμενος. *Omni injuſtitiæ pœna comes eſt, quam & qui luit & non luit miſer eſt, hic quidem quia non ſanatur, ille autem, quia ut alii multi ſalvi ſint, interit.* Quo igitur ſolvamus nomen quo obſtricti ſumus ſupero huic Creditori, cui nemo unquam decoquet? audiamus Senecam Chriſtiane monentem, Epiſt. XXVII. *Hoc tibi citra diem mortis præſta, moriantur ante te vitia. Nam ſola virtus præſtat gaudium perpetuum, ſecurum.* Bernart.

 62. *Sol-*

Illa Paphon veterem, centumque altaria linquens
Nec vultu, nec crine prior, ſolviſſe jugalem
Ceſton, & Idalias procul ablegaſſe volucres
Fertur. erant certe media quæ noctis in umbra,
Divam alios ignes, majoraque tela gerentem
Tartareas inter, thalamis, volitaſſe ſorores
Vulgarent. utque implicitis arcana domorum
Anguibus, & ſæva formidine cuncta replevit
Limina, nec fidi populum miſerata mariti,
Protinus à Lemno teneri fugiſtis amores.
Motus Hymen, verſaque faces, & frigida juſti

Cura

62. *Solviſſe jugalem Ceſton.*] Id eſt, fuit diſſimilis omnibus deliciarum ſignis amoris, quoniam ira molles projicit habitus. *Ceſton* eſt vinculum ornamenti, quo circundatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaboratum, quo matrimonia dicitur alligare. Declinatur autem hæc *Ceſtos*, ut *Lemnos*, *Delos*. Specialiter tamen zonam Veneris debemus accipere, quæ non rutilo auro gemmiſque ſit, ſed pelle, ut probentur corporeæ voluptates. Ceſton autem dicitur, quod copulæ & matrimonio vis ſit; quia adeo quæ ad ulterio perpetrantur inceſta dicuntur, quaſi quod non vinctum fuerit ſit incaſtum. *Lact.*

63. *Ablegaſſe volucres.*] Id eſt, Columbas. Epitheton de numinis ſede, quod ſint Veneri conſecratæ. *Idem.*

65. *Ignis.*] Habet enim Venus ignes nunc cupiditatis nunc odii, ſecundum fidem ſacrorum, vel precationum Veneris Verticordiæ præcipue, quæ rogatur ut amores injiciat, rurſum ut auferat. Si enim poteſtas eſt dandi, nihilominus jus eſt tollendi, & amore ſublato, aut naturaliter odium reſidet, aut immittitur: ut Virg.

Quæ mihi reddat eum vel eo me ſolvat amantem.

Idem.

66. *Tartareas.*] Sunt qui dicerent, Venerem ſe cum furiis conjunxiſſe. Et bene philoſophi, quod obſcure hic poëta tetigit, furias amori conjunctas eſſe dixerunt, ſecundum Virg.

In furias ignemque ruunt.

Talia enim pro amore committunt, qualia per furorem ſolent. quid eſt enim voluptas Veneris, niſi mera inſania? ideo Venus ignis dicitur; ideo Vulcani & Martis conjunx, i. ignis & furoris. Idcirco furiæ ignis facibus diſtinguuntur armatæ. *Idem.*

69. *Fidi miſerata mariti.*] Ideo fidi, quia poſt adulterium dilexit uxorem. Dixerat enim ſupra: *ubi ignifera feſſus reſpirat ab Ætna.* Dicuntur ſpiramina ignis in hac inſula eſſe, quæ conſtat afflari ſemper. *Animique tegunt.*] Defendunt, id eſt, ſeparant à tali conſilio: ſive *tegunt*, à curis defendunt. *Idem.*

71. *Motus Hymen, verſaque faces.*] Alludit ad ritum priſcum; non tamen me judice, ad vulgatum illum, quo in luctu receptum, ut magiſtratuum inſignia inverſa præferrentur: quod huic loco non convenit. ſed acutiſſime more ſuo, in hac alienatione mulierum à maritis, & odio potius, quam dolore, reſpexit morem, quo transfugæ in exercitu, ſigna vertebant, & arma. Ammianus lib. XXVI. *Eiuſque ſecuti complures jam gladios quatientes & pila ad Imperatorem tranſeunt, cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes: quod defectionis ſignum eſt apertiſſimum.* Bernart.

86. *Sca-*

Cura tori. nullæ redeunt in gaudia noctes,
Nullus in amplexu ſopor eſt. odia aſpera ubique,
Et Furor, & medio recubat Diſcordia lecto.
Cura viris tumidos adverſa Thracas in ora
Eruere, & ſævam bellando frangere gentem.
Cumque domus contra, ſtanteſque in littore nati,
Dulcius Edonas hyemes, Arctonque frementem
Excipere, aut tandem tacita poſt prælia nocte
Fractorum ſubitas torrentum audire ruinas.
Illæ autem triſtes (nam me tunc libera curis
Virginitas, annique tegunt) ſub nocte, dieque
Aſsiduis ægræ lacbrymis, ſolantia miſcent
Colloquia, aut ſævam ſpectant trans æquora Thracen.
Sol operum medius ſummo librabat Olympo
Lucentes, ceu ſtaret, equos: quater axe ſereno
Intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
Exeruere apices: ventiſque abſentibus Ægon
Motus, & ingenti percuſsit littora ponto.
Cum ſubito horrendas ævi matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamiſque inſueta relictis
Evolat: inſano veluti Theumeſia Thyas
Rapta deo, cum ſacra vocant, Idæaque ſuadet

Buxus,

86. *Staret equos.*] Quia meridie curſus ſolis videtur ſtare. *Quater axe ſereno intonuit.*] De numero tonitruum ratio eſt. Nam omnis impar numerus proſpera ſignificat, & vivis adſcribitur. Id vero quod par, exit infectum: quod ergo nihil agit, defunctorum eſt. ut Virg.

numero deus impare gaudet.

Et ubique mortuis geminum, hoc eſt, parem adſcribit numerum vel dualem. quatuor juvencos inferiis Orphei immolat, quatuor tauros inferis mactat. ideo hic quater adverſum tonat; & nitide obſervavit, ut ſenæ horæ eo tempore dividerentur à ſole, ut par numerus, quia eſt vivis contrarius, poneretur. dicitur autem hic impar numerus à Pythagora repertus, & maſculinæ virtutis, & deorum ſuperum, propter trinam regulam divinæ rationis. Ergo hujuſmodi ſigna contigerant, ut *Quater ipſa in limine portæ Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.* nam occulte Virg. de numero actus equi infernam infauſtamque rem, id eſt, mortem pronunciari prædicebat. *Idem.*

88. *Ægon.*] Promontorium Lemni, id eſt, mare Ægeum. *Idem.*

91. *Inſueta.*] Hoc eſt præter ſolitum tollitur in furorem. *Idem.*

92. *Theumeſia Thyas.*] *Thyas Theumeſia* Bœotia. Theumeſus enim campus eſt juxta Thebas, prope Citheron. *Idem.*

93. *Idææque ſuadet.*] Tibiæ buxeæ, petitæ ex monte Ida. *Schol. Vet.* Videtur Berecynthiæ ſive Deorum matris

 ſacra

Buxus, & à ſummis auditus montibus Euan:
Sic erecta genas, aciemque effuſa, trementi
Sanguine, deſertam rabidis clamoribus urbem
Exagitat, clauſaſque domos, & limina pulſans,
Concilium vocat. infelix comitatus eunti
Hærebant nati. atque illæ non ſegnius omnes
Erumpunt tectis ſummaſque ad Pallados arces
Impetus huc propere ſtipamur, & ordine nullo
Congeſtæ. ſtricto mox enſe ſilentia juſſit
Hortatrix ſcelerum, & medio ſic auſa profari eſt:
Rem ſummam inſtinctu Superum, meritique doloris,
O viduæ (firmate animos & pellite ſexum)
Lemniades, ſancire paro. ſi tædet inanes
Æternum ſervare domos, turpemque juventæ

Flore

ſacra jungere Bacchicis. Sed poteſt *Idæam buxum* tibias in Bacchi ſacris uſurpatas dicere. Vid. Serv. ad Æneidos IX.

94. *Auditus montibus.*] Vocem audiebant vel fingebant audire. Et ſic in turba ſolet fieri, ut fingantur auditæ Deorum voces. *Schol.* De *Baccho* Bacchas in Cytheronem vocante, quod ex Pauſania citat Barclaius, non memini in eo legere. Nec facile crediderim, *Barthius.*

95. *Trementi ſanguine.*] Inſtabili furore. *Lactant.*

98. *Infœlix comitatus.*] Quia eos primum occiſura eſt, ut fidem faciat ceteris ſuadere. *Idem.*

100. *Summaſque ad Pallados arces.*] Oportune in templo virginis deæ in maritorum interitum fœminæ conjurant univerſæ: hæc enim dea videtur damnaſſe matrimonium virginitate contenta. *Idem.*

103. *Et medio, &c*] Hæret hic denuo oratio, quam commode explicat codex noſter, unius literæ omiſſione aliis omnibus ſapientior, deleta inſuper vocula hujus verſus ultima, hoc pacto:

— ſtricto mox enſe ſilentia juſſit
Hortatrix ſcelerum, è medio ſic auſa
profari:
Rem ſummam inſtinctum, &c.

Nihil planius, nihil Papinio dignius. *Barth.*

105. *O viduæ.*] Viduas maritatas videtur incongrue poſuiſſe, ſed ad explicandum dolorem muliebrem dixit, hoc eſt. Cum habeatis viros, illis longe à vobis poſitis, viduarum vivitis more: bene ergo viduitatis nomen appoſuit, quo vocabulo jam de conjugibus deſperarent, & ut quaſi alienos ſine affectu videantur occidere. *Sexum.*] Non dixit, ſexum pellite, id eſt, naturam mutare, quod fieri nulla poterat ratione, ſed pulſa fœminea imbecillitate, viriles ad facinus arripite animos. *Lactant.*

107. *Æternum.*] Sic ait, quaſi ſemper deſint mariti: ut Virg.

Solane perpetua mærens carpêre juventa. Idem.

Turpemque juventæ Flore ſitum.] Dubius locus, & fortean corruptus, niſi Poëtis uſitato loquendi genere τὸ *in* ſubaudias. ut ſenſus ſit, ſi tædet turpem ſitum in flore juventæ perferre. ſcriptus Lipſ. codex ſupra eadem manu & editio princeps agnoſcit: *Ferre ſitum*, mihi non diſpliceat legi, *flere ſitum*. Bernartius.

110. *Rem-*

Flore ſitum, & longis ſteriles in luctibus annos:
Inveni; promitto viam (nec numina deſunt)
Qua renovanda Venus. modo par inſumite robur
Luctibus; atque adeo primum hoc mihi noſcere detur,
Tertia canet hyems, cui connubialia vincla,
Aut thalami ſecretus honos? quod conjuge pectus
Intepuit? cujus vidit Lucina labores?
Dicite, vel juſtos cujus pulſantia menſes
Vota tument? qua pace feras, volucreſque jugari
Mos datus. heu ſegnes! potuitne ultricia Grajis
Virginibus dare tela pater, lætuſque dolorum,
Sanguine ſecuros juvenum perfundere ſomnos?
At nos vulgus iners. quod ſi propioribus actis

Eſt

110. *Renovanda Venus.*] Venerem hic pro maritis poſuit. id eſt, ut inveniamus alios viros. *Idem.*

112. *Cui connubialia.*] Interrogative, hoc eſt cui veſtrum fuit honos thalami ſecretus? *Idem.*

113. *Quod conjuge pectus.*] Placet, quod in quibuſdam ſcriptis: *quæ conjuge pectus Intepuit.* Ut quarto Thebaid.
Genas fulgebitis auro.
Ovidius lib. 2 met.
Illa ſuo toties cum pectore juncta Pectora.
Gronov.

114. *Lucina labores.*] Ab inutilibus maritis argumentatur, & docet quid habeant utilitatis ſi voluerint mutare conſilia. *Lactant.*

116. *Vota tument.*] Metaphora ab incluſis, qui pulſant ut aperiatur, & hic partus incluſus eſt, non vota tument, ſed creſcentibus menſibus tumet uterus, propter quem partum ut detumeſcant vota ſuſcipiuntur. *Idem.*

117. *Grajis Virginibus.*] Danaum dicit, qui quinquaginta filiabus ſuaſit, ut ſponſos ſuos eadem nocte qua fuerant conjunctæ perimerent. quarum omnes ſponſi filii Ægiſti fratris Danai fuerunt, & totum hoc ab exemplis poſuit. *Idem.*
Grajis Virginibus, &c.] Danai & Ægypti hiſtoriam tangit, ſcio. ſed quid, dolorum ſanguine perfundere ſomnos? nugæ. tu me audi interpungentem:
— lætuſque dolorum,
Sanguine ſecuros juvenum perfundere ſomnos.
Bernartius.

120. *Quod ſi propioribus actis.*] A recenti exemplo, ut ad tempus referatur. recentiore enim exemplo, id eſt, ſive quia prope erat Thraciæ, in qua Procne, Pandionis filia, Terei uxor, in ultionem ſuam, quod maritus cum Philomela concubuiſſet, Ityn filium, quem de Thereo ſuſceperat, interemit: ſive propter Harpalicen, quam cum pater amaſſet & compreſſiſſet, illa filium ex inceſto natum patri appoſuit comedendum: quam opinionem Virgil. ſecutus ait, *patriſque epulandum apponere menſis.* præterquam quod aptum videatur exemplum, major neceſſitas perſuaſionis erit, cum etiam vicinum dicetur. nam Thracia quæ Lemno vicina eſt, duobus maximis exemplis, id eſt Procnes & Harpalices, Lemniades matres ad perficiendum nefas hortatur. de duabus ergo hiſtoriis ſimilibuſque vis ad rem aptari poteſt, & aptata hortatur ad facinus. nam ſicut bona ſuaſio bonis debet ſuſcitari, & aſſeri exemplis, ſic & mala malis: nulla enim rei argumenta deſunt.

Eſt opus, ecce animos doceat Rhodopeïa conjux
Ulta manu thalamos, pariterque epulata marito.
Nec vos immunis ſcelerum, ſecurave cogo.
Plena mihi domus atque ingens, en cernite, ſudor.
Quattuor hos una decus, & ſolatia patris
In gremio (licet amplexu, lachrymiſque morentur)
Tranſadigam ferro, ſaniemque & vulnera fratrum
Miſcebo, patremque ſuper ſpirantibus addam.
Ecqua tot in cædes animum promittit? agebat
Pluribus, adverſo nituerunt vela profundo.
Lemnia claſſis erat. rapuit gaviſa Polyxo
Fortunam, atque iterat: Superiſne vocantibus ultro
Deſumus? ecce rates, deus hos, deus ultor in iras
Adportat, cœptiſque favet. nec imago quietis

Vana

deſunt. Et eſt in utroque pugna bona bonis, ut Virg.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Mala malis, ut Lucan. *Nec longe Fatorum exempla petantur, Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* Lactant.

121. *Rhodopeïa conjux.*] Hoc hiſtoria non habet quod Procne pariter cum Thereo filium comediſſet: ſed ut Lemniadum animos hoc ſcelere magis accenderet, Procnen quoque pariter epulatam, pro loco perſuaſionis ſuæ neceſſario, fuiſſe mentita eſt. *Idem.*

123. *Securave cogo.*] Nec vos ideo ego hortor ad ſcelus quòd minime orbitate plena mihi ſit domus filiis. & eſt figurata antipophora: ne ideo videatur hoc ipſa perſuadere, quia non habet quod ipſa perimat. Sudorem autem dixit filiorum multiplicem partum, in quo dolore nimium laboratur: ſive ſudorem occidendorum quatuor poſuit filiorum: ſive ſudorem dixit liberos, quos parturiendo & educando ſudavit. *Idem.*

126. *Lachrymiſque.*] Ut oſtenderet grandi neceſſitate ad tale compelli facinus. quo crudelior fiat, ſentire ſe dicit affectum. *Idem.*

127. *Saniemque & vulnera fratrum.*] Quomodo miſceantur vulnera non ſit facile ſpeculatu At corruptam lectionem arguit, & Veritatem palam reſtituit optimus Liber, qui longe majore energia refert, *& viſcera fratrum.* Quam reſtitutionem eatenus probat codex alter, in quo offendimus: vel *viſcera.* Nihil autem truculentius dicere poterat, truculentiſſima bellua. *Barthius.*

132. *Fortunam.*] Occaſionem temporis, ut Virg.

Si fortuna permittitis uti.

Nata perſuaſio eſt reverentium virorum. dicit enim deorum nutu factum eſſe, ut eo tempore conjuges advenirent, quo de eorum cæde tractatum eſt; probabili argumento agendi virtute neceſſarium facit, dicendo: *deus hos, deus ultor in iras.* Lactant.

134. *Nec imago quietis.*] Confirmat audaciam ſuam deos adjuvare ſomni expoſitione. & eſt ratio philoſophica, cur quæ futura ſint miſeris mortalibus, præſagiis ſomniorum demonſtrentur. Sed de multis paululum dicam. Natura rerum ex qua homines mixti ſunt, affectus ſuos ſilere non patitur. Et cur per ipſam eſſentiam corporis ſentire permittat, eſt animæ divina providentia; quæ quamvis cæco carcere & tenebris clauſa

Vana meæ, nudo ſtabat Venus enſe, videri
Clara mihi, ſomnoſque ſuper. Quid perditis ævum?
Inquit. age averſis thalamos purgate maritis.
Ipſa faces alias, melioraque fœdera jungam.
Dixit. & hoc ferrum ſtratis, hoc (credite) ferrum
Impoſuit. quin ô miſeræ, dum tempus agit rem,
Conſulite. en validis ſpumant everſa lacertis
Æquora. Biſtonides veniunt fortaſſe maritæ.
Hinc ſtimuli ingentes, magnuſque advolvitur aſtris
Clamor. Amazonio Scythiam fervere tumultu,
Lunatumque putes agmen deſcendere, ubi arma
Indulget pater, & ſævi movet oſtia belli.
Nec varius fremor, aut ſtudia in contraria rapti
Diſſenſus, ut plebe ſolet. furor omnibus idem,
Idem animus ſolare domos. juvenumque, ſenumque
Præcipitare colos, pleniſque adfrangere parvos

Uberi-

clauſa tenetur, quid è contrario natura factura ſit ſomniorum vaticinatione denunciat. *Idem.*

135. *Vana meæ.*] Id eſt, nec ſomnium meum vanum eſt, ſed verum. Ergo debet perfici, quoniam ſomnium veritatis imago eſt. *Idem.*

136. *Somnoſque ſuper.*] Super ſomnos ea notione dixit qua vulgariter diceremus, *dum dormio* vel *inter dormiendum.* Noſter lib. I.

Non ſuper hos divum tibi ſum quærendus honores.

Id eſt, *inter honores.* Juvenal. Sat. XI.

Tale ſuper cœnam facinus narraret Ulyſſes.

Id eſt *inter cœnandum.* Phraſis Suetonio uſitatiſſima. Nerone cap. XXII. *A quibuſdam ex his rogatus, ut cantaret ſuper cœnam.* & alibi. *Bernart.*

142. *Biſthonides.*] Thraciæ. dixerat enim ſuperius, mulieres omnes hoc dolere, quia omnes Lemnii juvenes odio odoris uxorum in Thraciam profecti ſunt, in eodem loco conjugiis copulari. *Biſthonides,*] Fœmininum genus poſuit, ſi de viris diceret *Biſthones* dixiſſet; ideo additum propter ſocietatem conjugii. nam maritos eorum venire notiſſimum eſt. *Lactant.*

145. *Lunatum.*] Peltatum, quod ſcuta Amazonum, quas *peltas* appellant, in modum lunæ formata ſint. *Idem.*

146. *Indulget pater.*] *Pater* aut ſecundum conſuetudinem poëtarum dixit, qui ſolent deos patres vocare. ut Virg.

Quidve pater Neptune paras.

Aut *pater*, id eſt Mars, quia Pentheſileæ, ſive omnium Amazonum propriè Mars dicitur *pater.* Idem.

Movet oſtia belli.] Ita ex ſcriptis legendum. non ut vulgati, *hoſtia.* Homerus Iliad. T.

-- σεῖν πολέμοιο στόμα δυσμόρου αἱματόεντος,

Ennius & ex eo Horatius:

Belli ferratos poſtes, portaſque refregit.

Virgilius:

Claudentur belli portæ. ——

Bernart.

150. *Pleniſque affrangere parvos uberibus.*] Id eſt, violenter & ipſis uberi-

Uberibus, ferroque omnes exire per annos.
Tunc viridis late lucus, juga celſa Minervæ
Propter, opacat humum niger ipſe, ſed inſuper ingens
Mons premit, & gemina pereunt caligine ſoles:
Hic ſanxere fidem, tu Martia teſtis Enyo,
Atque inferna Ceres, Stygiaque Acheronte recluſo
Ante preces venere deæ. ſed fallit ubique
Mixta Venus: Venus arma tenet: Venus admonet iras.
Nec de more cruor, natum Caropeïa conjux
Obtulit. accingunt ſeſe, & mirantia ferro
Pectora, congeſtiſque avidæ ſimul undique dextris,
Perfringunt, ac dulce nefas in ſanguine vivo

Conju-

bus appoſitos enecare. & hoc incongrue poëta poſuit. cum tanto tempore dicat earum maritos abfuiſſe, unde Lemniadibus lactantibus filii? purgatur objectio ſi dicatur, etiam trimos infantes lactare poſſe. ait enim ſuperius, *tertia canet hyems cui connubialia vincla.* Lactantius.

151. *Omnes exire per annos.*] Id eſt, nullam in necando ætatem excipere. *Idem.*

152. *Tunc viridis late lucus.*] Vera ſcriptura hujus loci perpetuum negaretur Papinio, ſi citra optimum illum codicem foret. Quid mirum, *lucum viridem* eſſe aut virere? Quid iſtud *Tunc.* an eo ſolum tempore, eo die virebat? Sane incongrua omnia. Oportet igitur ut ex alio omnino Archetypo hic liber fuerit transfuſus. Clare legitur in eo: *Irruitur lucus: late juga celſa Minervæ.* Barth. *Juga celſa.*] Templa Minervæ ſunt. *Lactant.*

154. *Gemina pereunt.*] *Gemina,* duplici, hoc eſt montis & nemoris. *Idem.*

155. *Sanxere fidem.*] Fidem in ſcelus firmavere. *Enyo.*] Bellona, ſoror Martis. ideo *Martiam* dixit, quæ avi nomen pro actu ipſo accepit, quaſi *bello nata.* Idem.

156. *Inferna Ceres.*] Proſerpina. *Idem.*

158. *Mixta Venus.*] Quicquid agitur, quicquid nefarie cogitatur, Venus urget infenſa; & cum hoc poëticum videatur, tamen vera eſt ratio. cuncta enim mala quæ geruntur, per Venerem fiunt, cui omnes propemodum mortales ſtudent. *Idem.*

159. *De more cruor.*] Non ſacrificium ſecundum immolantium meritum factum eſt, pecudum aut ſuum cruore, ſed humano ſanguine à matribus juratur in ſcelus, & futuri parricidii crudelitas ſancitur. Saluſtius, cum Catilinam parricidium patriæ conjuratis monſtraret ſancire, ait: *Plenum humani ſanguinis poculum circumtuliſſe, & hic omnes contra ſalutem patriæ deguſtaſſe. De more cruor.*] In ſacris enim Liberi conſuetudo talis eſt, ut occiſo capro omnes ſacrati ſanguinem ejus bibant, eſt enim animal ejus viribus infenſum. unde Virg. *Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris Caditur.* Hoc ſane animal contrarium eſt Libero. ut etiam aliis diverſis deis, & pecus quod hic vult deus ſibi mactari, alius non vult: ut Venus, *haud equidem tali me dignor honore.* Idem.

160. *Et mirantia.*] Id eſt, admiratione digna. & quæ niſi à talibus matribus violare ferro nullus videret. *Idem.*

162. *Sanguine vivo.*] Recenti vel adhuc tepido. aut certe quo vita firmatur. Ergo cum adhuc non eſſet puer emortuus. Oſtendere volens poëta furoris inſa-

Conjurant, matremque recens circumvolat umbra.
Talia cernenti mihi quantus in oſſibus horror?
Quiſve per ora color? qualis cum cerva cruentis
Circumventa lupis, nullum cui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia curſu,
Præcipitat ſuſpenſa fugam: jam jamque teneri
Credit, & eluſos audit concurrere morſus.
Illi aderant. primis jamque offendere carinæ
Littoribus. certant ſaltu contingere terram
Præcipites. miſeri quos non aut horrida virtus
Marte ſub Odryſio, aut medii inclementia ponti
Hauſerit! alta etiam Superum delubra vaporant,
Promiſſaſque trahunt pecudes. niger omnibus aris
Ignis, & in nullis ſpirat Deus integer extis.
Tardius humenti noctem dejecit Olympo
Juppiter, & verſum miti reor æthera cura
Suſtinuit, dum fata vetant. nec longius unquam
Ceſſavere novæ perfecto ſole tenebræ.
Sera tamen mundo venerunt aſtra, ſed illis
Et Paros, & nemoroſa Thaſos, crebræque relucent
Cyclades. una gravi penitus latet obruta cœlo
Lemnos, in hanc triſtes nebulæ, & plaga cæca ſuperne
Texitur, una vagis Lemnos non agnita nautis.

Jam

inſaniam, vix paſſæ emori filios in ſanguine ſemivivi conjurant. *Idem.*

175. *Niger omnibus aris.*] Hic enim color convenit morituris. Virgil. quia Dido erat quæ ſacrificium faciebat, ait, *latices nigreſcere ſacros.* Idem.

176. *Spirat Deus integer extis.*] Eſt quoddam in extis ſignum quod Deus appellatur, quod ſi integrum apparuit, propicium numen oſtendit. Sin vero dimidium, iratum ſignificat numen, aut certe non præſens. *Idem.*

178. *Verſum æthera.*] Juxta rationem, qua antipodes feruntur. Virgil.

Noſque ubi primus equis oriens afflavit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina veſper.

Ergo ordo talis eſt: & verſum æthera miti cura ſuſtinuit. *Verſum æthera,* quia nox à quibuſdam axis converſione fit. Ut Virg.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. Idem.

Miti cura.] Benigna mente diem tardavit, & curſus aëris, quo Jupiter ſolem retineret, longiores fecit, imminentia cupiens nefariæ noctis facta tardaſſe. *Idem.*

183. *Latet obruta cælo Lemnos.*] Id eſt, cum aſtris relucentibus aliæ inſulæ cernerentur, immanitate futuri ſceleris obruta ſola Lemnos latebat. *Idem.*

186. *Jam*

Jam domibus fuſi & nemorum per opaca ſacrorum
Ditibus indulgent epulis, vacuantque profundo
Aurum immane mero. dum quæ per Strymona pugnæ,
Quis Rhodope, gelidove labor ſudatus in Hæmo
Enumerare vacat. nec non manus impia, nuptæ
Serta inter, feſtaſque dapes, quo maxima cultu
Quæque jacent, dederat mites Cytherea ſuprema
Nocte viros, longoque brevem poſt tempore pacem
Nequicquam, & miſeros perituro adſlaverat igni.
Conticuere chori: dapibus, ludoque licenti
Fit modus, & primæ decreſcunt murmura noctis,
Cum conſanguinei mixtus caligine leti
Rore madens Stygio, morituram amplectitur urbem
Somnus, & implacido fundit gravia otia cornu:
Secernitque viros. vigilant nuptæque, nuruſque
In ſcelus, atque hilares acuunt fera tela ſorores.
Invaſere nefas, cuncto ſua regnat Erinnys
Pectore. non aliter Scythicos armenta per agros
Hircanæ clauſere leæ, quas exigit ortu

Prima

186. *Jam domibus.*] Omnibus, inquit, jam domibus recubuerant Lemnii viri ad epulas & convivabantur de cæſarum hoſtium carnibus. Plenitudine mox nimia viſcerum in profundos ſomnos delati. *Vet. Scholiaſt.*

188. *Aurum immane.*] Id eſt, aureas pateras, ut Virgil. *gravem gemmis auroque popoſcit, Implevitque mero pateram.* Dicit ergo hos gravibus poculis ebrios factos, ut merito crederentur à fœminis interempti. *Per Strymona.*] Per Thraciam: Strymon enim fluvius Thraciæ. *Lactantius.*

189. *Rhodope & Hæmus.*] Montes ejuſdem provinciæ. dum ergo commemorant quem laborem pertulerunt apud fluvium Strymonem, vel apud montem Hæmum. *Idem.*

192. *Mites Cytherea ſuprema.*] Et hic obſcure illud poëta tangit, & fœtoris cauſam hircini, quem dudum Venus Lemniadibus miſerat, nunc dulci odore leniſſet. *Idem.*

196. *Decreſcunt murmura.*] Paulatim vigiliæ hominibus deficiunt ut ab omnibus eatur in inſaniam. *Idem.*

200. *Secernitque viros.*] Quos ut letifero ſopore confunderet, ſeparavit. *Idem.* *Nuptæque nuruſque*] Nurus virgines dicit, ex Schol. Et fœminas ferè omnes nurus dici apud Virg. notat Servius ad Æneid. 2. Ovid. lib. 3. de Ponto Eleg. 3. ad Max.

——— & Palladis uti
Arte Tomitanæ non didicere nurus.

204. *Hyrcanæ.*] Hyrcania Indiæ regio, qua tygrides generantur. *Hyrcanæ clauſere leæ.*] Suſpecta lectio. quomodo Hyrcanæ leæ in Scythia? nuſquam factum, aut leas in Scythia alibi legi. Lipſ. liber *ſcitios* reſcribam *ſiccos armenta per agros.* De hoc ita pronuntio, ut tamen legis Valeriæ beneficium non tollam. *Bern.*

207. *Teme-*

Prima fames, avidique implorant ubera nati.
Quos tibi (nam dubito) ſcelerum de mille figuris
Expediam caſus? Helimum temeraria Gorge
Evinctum ramis, altaque in mole tapetum
Efflantem ſomno creſcentia vina, ſuperſtans
Vulnera disjecta rimatur veſte, ſed illum
Infelix ſopor admota ſub morte refugit.
Turbidus, incertumque oculis vigilantibus hoſtem
Occupat amplexu, nec ſegnius illa tenentis
Pone adigit coſtas, donec ſua pectora ferro
Tangeret. is demum ſceleri modus. ora ſupinat
Blandus adhuc, oculiſque tremens & murmure Gorgem
Quærit, & indigno non ſolvit brachia collo.
Non ego nunc vulgi, quamquam crudelia, pandam
Funera, ſed propria luctus de ſtirpe recordor.
Quod te, flave Cydon, quod te per colla refuſis
Intactum, Crenæe, comis, (quibus ubera mecum
Obliquumque à patre genus) fortemque, timebam
Quem deſponſa, Gyan, vidi lapſare cruenta
Vulnere Mirmydonis: quidque inter ſerta choroſque
Barbara ludentem fodiebat Oppea, mater?
Flet ſuper æquævum ſoror exanimata Lycaſte
Cydimon. heu ſimiles perituro in corpore vultus
Aſpiciens, floremque genæ, & quas finxerat auro,
Ipſa comas. tum ſæva parens jam conjuge fuſo

Adſti-

207. *Temeraria Gorge.*] Improba vel audax, quæ prima cœpit id ſcelus. Vide de Gorge Higin. cap. 174. Apollod. lib. 1. de Onei liberis. *Lactantius.*

217. *Indigno.*] Non indigno collo, ſed indignæ uxoris. nam amplexus eam fuerat auxilium petens. *Idem.*

219. *Propria de ſtirpe.*] Cognationis meæ ſcelera referam. *Idem.*

224. *Te flava Cydon.*] Quod te Crenæe vidi lapſare. hos ſibi dicit & lactis alimentis, & affinitate fuiſſe conjunctos. Cydon vidi lapſare quem fortem deſponſata metuebam; quia virtus pueri formidanda puellis eſt. *Idem.* *Quid te flave Cydon?*] Tolle interrogationem, & bis pro, *quid*, ſcribe, *quod*. Eſt enim ſimplex narratio: & conjungendum: *quod vidi*. Non aliter ſcripti. Sed mallem mox: *quemque inter ſerta toroſque*. Ubi ſcripti alii, *quodque*, alii *quamquam*. Grön.

222. *Obliquumque à patre genus.*] Quia collactaneus meus fuerat, & patris mei nothus. *obliquum* ergo dicit ex concubina progenitum, ut Lucan. *obliquo videntlat qui ſanguine regnum, & Numidas contingit avos.* Lactantius.

228. *Finxerat.*] Compoſuerat. *Idem.*

233. *Ja-*

Adſtitit, impellitque minis, atque inſerit enſem.
Ut fera, quæ placido rabiem deſueta magiſtro
Tardius arma movet, ſtimuliſque, & verbere crebro
In mores negat ire ſuos: ſic illa jacenti
Incidit, undantemque ſinu collapſa cruorem
Excipit, & laceros premit in nova vulnera crines.
Ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos
Ferre patris vultus, & egentem ſanguinis enſem
Conſpexi, riguere comæ, atque in viſcera ſævus
Horror iit. meus ille Thoas, mea dira videri
Dextra mihi. extemplo thalamis turbata paternis
Inferor. ille quidem dudum (quis magna tuenti
Somnus?) agit verſans ſecum (etſi lata receßit
Urbe domus) quinam ſtrepitus? quæ murmura noctis,
Cur fremebunda quies? trepido ſcelus ordine pando.
Quis dolor, unde animi. Vis nulla arcere furentes:
Hac ſequere, ô miſerande. premunt, aderuntque moranti,
Et mecum fortaſſe cades. his motus, & artus
Erexit ſtratis. ferimur per devia vaſtæ
Urbis, ubi ingentem nocturnæ cædis acervum
Paßim, ut quoſque ſacris crudelis veſpera lucis
Straverat, occulta ſpeculamur nube latentes.

Hic

233. *Jacenti incidit.*] Fratri dormienti. *Expoſ. V.* Cui aſſentior de ſorore hæc intelligenda putanti, non alterius Codicis alteri, qui ad *matrem* refert. Qua interpretatione frigida & ſuperflua erit fere hæc comparatio. non mala, ſi de ſorore ſentit. *Barth.*

234. *Incidit.*] Ordo. incidit collapſa, id eſt, à matre compulſa. *Lactantius.*

237. *Egentem ſanguinis.*] Quia ſenem occiderat & gladium cruore non tinxerat. *Idem.*

239. *Ille Thoas.*] Hic Thoas Hypſipyles pater, rex fuit Lemnius. *Idem.*

242. *Etſi lata receßit.*] Dicit occaſionem ab urbe disjunctæ domus oportunitatem liberandi patris dediſſe. *Idem.*

243. *Quinam ſtrepitus.*] Ordo, ille quidem dudum ſecum agit verſans quinam ſtrepitus, quæ murmura noctis. cæterum illæ duæ ſententiæ per parentheſin interpoſitæ ſunt, una qua generaliter dicit non eſſe quietos regnantibus ſomnos: altera in qua domus remota à civitate fuiſſe monſtratur. *Idem.*

247. *Fortaſſe cades.*] Bene de periculo ſuo dubitavit, quia de ſexu muliebri non conjuraverant occidendo Lemniades. perimenda enim hæc fuerat, ut proditrix conjurationis. *Idem.*

250. *Crudelis veſpera.*] Eo quod nox veniens eos ſomno proſtraverat. Inter *veſper* & *veſperam* hoc intereſt. *Veſper* eſt ſtella, *Veſpera* tempus quo ingreditur nox, quod hoc loco poëta deſcribit. *Idem.*

252. *Hic*

Hic impreſſa toris ora, extanteſque recluſis
Pectoribus capulos, magnarum & fragmina trunca
Haſtarum, & ferro laceras per corpora veſtes,
Crateras pronos; epulaſque in cæde natantes
Cernere erat. juguliſque modo torrentis apertis
Sanguine commixto redeuntem in pocula Bacchum.
Hic juvenum manus, & nullis violabilis armis
Turba ſenes. poſitique patrum ſuper ora gementum
Semineces pueri, trepidas in limine vitæ
Singultant animas. gelida non ſævius Oſſa
Luxuriant Lapitharum epulæ, ſi quando profundo
Nubigenæ caluere mero. Vix primus ab ira
Pallor, & impulſis ſurgunt ad prælia menſis.
Tunc primum ſeſe trepidis ſub nocte Thyoneus
Detexit, nato portans extrema Thoanti
Subſidia, & multa ſubitus cum luce refulſit.
Agnovi. non ille quidem turgentia ſertis

Tem-

252. *Hic impreſſa thoris ora.*] *Hic* pro ibi: *Impreſſa*, implicita ora adlectum. *Idem.*

260. *Non ſævius oſſa.*] Centauri, Ixyonis & Nubis filii, quam pro ſe Juno mutavit: qui cum in nuptiis Pirithoi ebrietate caluiſſent, & vellent puellæ nubentis irrumpere thalamum, à Lapithis, quorum rex fuit Pirithous, interempti ſunt. *Idem.*

263. *Nubigenæ.*] Herculis fabulam tangit: qui cum hoſpitio ad Dexaminum regem veniſſet, Deianiram filiam ejus corrupit, & fidem dedit ſe eam uxorem eſſe ducturum: poſt diſceſſum Eurytion, Jovis filius, Centaurus morem Deianiram petivit, cujus pater vim timens Eurytioni promiſit, qui conſtituto die cum fratribus ad nuptias venit. Eo forte die quo nuptiæ celebrantur ſuperveniens Alcides Centauros interfecit, Deianiramque inſperate ſuo matrimonio copulavit. Item aliter. Centauri, cum in matrimonium Pirithous Hippodamiam duceret, vino pleni Lapitharum uxores conati ſunt rapere, qui omnes à Lapithis occiſi ſunt. Unde Virg.

Bacchus & ad culpam cauſas dedit. Ille furentes
Centauros letho domuit: Rhœtumque, Pholumque,
Et magno Hyleum Lapythis cratere minantem. Idem.

263. *Vix primus ab ira.*] *Vix*, i. mox. Apparet ſcil. cum rem armata manu hoſtiliter gerunt. Iracundiam monſtrorum deſignat, quæ illico ubi læſos ſe putabant, vel aliquid cupiebant, in bellum erumpebat. Vid. Ovid. lib. XII. Metam. *Barthius.*

265. *Thyoneus.*] Sic Thyoneus, quomodo *Semeleus.* Liberi enim patris mater Thyone dicta eſt, quæ & Semele appellatur: & in hoc colore Virgilium poëta ſecutus eſt. Nam ille in perturbatione Trojani excidii dicit, Venerem Æneæ ſubveniſſe, iſte Thoanti Liberum patrem. *Lactantius.*

267. *Multa ſubitus cum luce.*] Quotienſcunque numina ſe mortalibus ingerunt, multo luminis ſe ſplendore perfundunt, *Idem.*

270. *Nubi-*

Tempora, nec flava crinem diſtinxerat uva,
Nubilus, indignumque oculis liquentibus imbrem
Alloquitur: Dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon, & externis etiam ſervare timendam
Gentibus, haud unquam juſto mea cura labori
Deſtitit. abſciderunt triſtes crudelia Parcæ
Stamina, nec dictis, ſupplex quæ plurima fudi
Ante Jovem fruſtra, lachrymiſque avertere luctus
Contigit. infandum nata conceſſit honorem.
Accelerate fugam. tuque ô mea digna propago
Hac rege, virgo, patrem, gemini qua brachia muri
Littus eunt, illa, qua rara ſilentia, porta
Stat funeſta Venus. ferroque accincta furentes
Adjuvat. (unde manus? unde hæc Mavortia divæ
Pectora?) tu lato patrem committe profundo.
Succedam curis. ita fatus in aëra rurſus
Solvitur: & noſtrûm viſus arcentibus umbris,
Mitis iter longæ claravit limite flammæ.

Qua

270. *Nubilus.*] Triſtis: pro calamitate propriæ civitatis quæ plurima fudi. ex eo quod dicitur factum intelligitur. *Idem.*

271. *Potentem.*] Alludit ad Thracenſem Lemniorum victoriam. Et nunc etſi non admodum ſpatioſam, extra urbes veteribus notas, licet altera harum peſſundata fuerit, ſeptuaginta quinque pagis habitari auctor eſt Bellonius. *Bart.*

277. *Infandum nata.*] Id eſt Veneri. nihil ergo ſine Jovis nutu numinibus conceditur facere. ut Virg. *Conceſſit in iram Ipſe deum antiquam genitor Calydona Dianæ.* Videns ergo ſine juſſu Jovis ne numinibus quidem licere ſuas injurias vindicare; ut Horat.

——— *Ni tuis Veneriſque gratæ*
Vocibus divum pater annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.

Lactantius.

282. *Mavortia Divæ.*] Pudicæ Veneri. exclamatio cum admiratione Liberi patris, ſed jucunda & vere poëtica. cum ſciamus Venerem ſemper laſcivam & delicatam, mirandum unde in delicato pectore tam repentina crudelitas. *Idem.*

284. *Succedam curis.*] Lectio hæc à libris ſcriptis & editione Principe eſt: à quibus in manifeſta veritate diſcedere religio fuiſſet. Vulgati malè præferebant *Secedam curis. Claravit.*] Id eſt *illuſtravit* ſeu *clarum fecit.* Plautus Moſtellaria: *ſpeculo claras clarorem merum.* Lucretius lib. III. *Atque animæ claranda meis jam verſibus eſſe.* idem lib. IV. *Clarandum eſt planè ſi res exponere avemus.* & lib. V. *Claricitat latè ſitientia ſæcla ferarum.* Auſonius: *Pollet Ariſtides veteres qui claras Athenas.* Bern.

285. *Et noſtrum viſus.*] Male libri Bernartiani *noſtros.* non enim refertur ad *viſus*, ſed ad *iter.* Et umbris arcentibus aliorum viſus, impedientibuſque ne nos conſpiceremur, ille longæ flammæ ductu oſtendit qua nobis eundum eſſet. *Gronov.*

287. *Curvo*

Qua data ſigna ſequor. dein curvo robore clauſum
Diis pelagi, ventiſque, & Cycladas Ægæoni
Amplexo, commendo patrem. nec fletibus unquam
Sit modus alternis: ni jam dimittat Eoo
Lucifer aſtra polo. tum demum littore rauco
Multa metu reputans, & vix confiſa Lyæo
Dividor, ipſa gradu nitens, ſed & anxia retro
Pectora, nec requies, quin & ſurgentia cœlo
Flamina, & è cunctis proſpectem collibus undas.
Exoritur pudibunda dies, cœlumque retexens
Averſum Lemno jubar, & declinia Titan
Oppoſita juga nube refert. patuere furores
Nocturni, luciſque novæ formidine cunctis,
(Quanquam inter ſimiles) habitus rubor. impia terræ
Infodiunt ſcelera, aut feſtinis ignibus urunt.
Jam manus Eumenidum, captaſque refugerat arces
Exſaturata Venus. licuit ſentire quid auſæ,
Et turbare comas, & lumina tingere fletu.
Inſula dives agris, opibuſque, armiſque, viriſque

287. *Curvo robore clauſum.*] Fluviali navigio, quod ſinu roboris incavatur: & ideo clauſum, quaſi in anguſto roboris collocatum. *Lactantius.*

289. *Amplexo.*] Participium. hoc eſt, huic Egeoni Cycladas amplexo, pro amplectenti patrem commendo. *Idem.* *Nec fletibus unquam Sit.*] Si abeſſet τὸ *unquam*, non moverem. Nam infra hoc libro: *nec iræ ſit mora.* & lib. 2. *ſit mora conſilio.* ſed nec ſimplex eſt affirmatio. Ergo ſcribe: *nec fletibus unquam Sit modus alternis, ni jam.* Finem non feciſſemus flendi, niſi inſtaret dies. *Gronov.*

296. *Pudibunda.*] Nomen eſt non participium. nam tempore caret, & patiendi ſignificatione privatur: & indicat non pudentem, ſed pudenti ſimilem, qui erubeſcit admiſſum facinus temporis alieni, & lucem etiamſi nollet nocturna cædis crudelitate fœdari. *Lact.*

297. *Jubar.*] Oſtendit poëta generis eſſe neutri. & Ovidius hoc genere declinavit: *per jubar hoc juro. Declinia.*] Quæ declinarent & fugerent. Oppoſita enim nube vultus ſuos Lemniadum crimine declinaverat ſol. *Idem.*

298. *Juga.*] Pro equis poſuit. *Refert.*] Fugit enim ſol crudelitatem aut *refert* deflectit melius intelligamus. *Idem*

300. *Habitus rubor.*] Quanquam inter ſimiles rubor non habetur, tamen conſcientia novi criminis ſe invicem formidabant. *Idem.*

301. *Feſtinis ignibus.*] Properantes comburunt cadavera. *V. Schol.* Val. Flac. adjicit adeo efferatas furore, ut proprias etiam domos incenderent:

— Diras aliæ ad faſtigia tædas
Injiciunt, adduntque domos. —

Barthius.

305. *Inſula dives agris.*] Verba plangentis: & ideo pronunciatione ſenſus eſt adjuvandus. *Lactantius.*

Nota ſitu, & Getico nuper ditata triumpho,
Non maris incurſu, non hoſte, nec æthere lævo,
Perdidit una omnes orbata, exciſaque mundo
Indigenas, non arva viri, non æquora vertunt.
Conticuere domus. cruor altus, & oblita craſſo
Cuncta rubent tabo: magnaque in mœnibus urbis
Nos tantum: & ſævi ſpirant per culmina Manes.
Ipſa quoque arcanis tecti penetralibus alto
Molior igne pyram. ſceptrum ſuper armaque patris
Injicio, & notas regum geſtamina veſtes,
Ac prope mœſta rogum confuſis ignibus adſto
Enſe cruentato, fraudemque & inania buſta
Plango metu, ſi forte premant, caſſumque parenti
Omen & hac dubios leti precor ire timores.
His mihi pro meritis, (ut falſi criminis aſtu
Parta fides) regno, & ſolio conſidere patris
Supplicium datur. anne illis obſeſſa negarem?
Acceſſi, ſæpe ante Deos teſtata, fidemque,
Immeritaſque manus. ſubeo (pro dira poteſtas!)
Exangue imperium, & mœſtam ſine culmine Lemnon.
Jam magis atque magis vigiles dolor angere ſenſus,

Et

306. *Nota ſitu.*] Corporis nobilis. *Getico triumpho.*] Thracico bello: ex quo redeuntes victores Lemniadum multas in triumpho contulerant opes. *Idem.*

307. *Non maris.*] Id eſt, non naufragio, non bello, non peſtilentia perierunt. *Idem.*

309. *Arva viri.*] Officia virorum ceſſaſſe dicit, quibus fuerat Lemnos orbata. *Idem.*

312. *Nos tantum.*] Ita veteres. Vulgati *nox tantum.* De cujus lectionis corruptione dubitari à ſobrio homine non poteſt. Quid enim malum hic τὸ *nox*? cùm paulo antè Poëta ſcripſerit: *Exoritur pudibunda dies.* Bernartius.

314. *Sceptrum ſuper arma.*] Sceptrum ad regni ornamenta, arma retulit ad virtutem. *Lactantius.*

319. *Hac dubios leti.*] Non ſollicito hanc ſcripturam. *Hac ire* in vanum ſcil. ut ego in vanum plangebam. *Timores* duos dicit, alterum de ſeſe, alterum de ambiguo vitæ parente, utpote qui fluctibus maris in exigua cymba jactetur expoſitus: Neſcio tamen an optimi libri Lectio ſit contemnenda, quæ ſane minime Librarium aliquem auctorem ſapit:

—— *& hac dubios leti tenus ire timores.*

Inter plangendum hoc precor, ut non ultra hos fictos dolores dolere habeam, vel de mea morte, vel de parentis, quem cum periculo meo ſervavi. Videant Eruditi. *Barthius.*

325. *Conjuge Lemnos.*] Id eſt ſine viris, aut ſine culmine dignitatis. *Lact.*

326. *Vigiles.*] Epitheton commune. *Vigil ſenſus.* aut quia maritorum deſiderio nocte fortius cogitatur. *Idem.*

327. *In-*

Et gemitus clati, & paulatim inviſa Polyxo,
Jam meminiſſe nefas. jam ponere Manibus aras
Conceſſum: & multum cineres jurare ſepultos.
Sic ubi ductorem trepidæ ſtabulique maritum
Quem penes & ſaltus & adulta gloria gentis,
Maſſylo frangi ſtupuere ſub hoſte juvencæ,
It truncum ſine honore pecus, regemque peremptum
Ipſe ager, ipſi amnes, & muta armenta queruntur.
Ecce autem ærata diſpellens æquora prora
Pelias intacti late ſubit hoſpita ponti
Pinus: agunt Minyæ. geminus fragor ardua canet
Per latera abruptam credas radicibus ire
Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem.
Aſt ubi ſuſpenſis ſiluerunt æquora tonſis,
Mitior & ſenibus cygnis & pectine Phœbi,
Vox media de puppe venit, maria ipſa carinæ
Accedunt (poſt noſſe datum eſt) Oeagrius ille
Acclinis malo, mediis interſonat Orpheus

Remi-

327. *Inviſa Polyxo.*]Quæ ſuaſerat ſcelus. *Idem.*

335. *Ecce autem.*] Adventum Argonautarum deſcribit ad Lemnum, qui miſſi erant à Pelia rege ad Colchos Phryxei arietis pellem auream deferendam. *Idem.*

336. *Pinus Pelias.*] Argo navim dicit, quæ in Pelio monte Theſſaliæ fabricata eſt. Cicero, *Utinam in nemore Pelio cæſæ ſecuribus ad terram cecidiſſent abiegnæ trabes.* ſive *Pelion* unum è numero Argonautarum ſignificat filium, cujus civitas eſt Phthia. cujus Virgil. meminit, *Phthiam claraſque Mycenas.* aut certe Pelion Neptuni filium, qui illius loci ſummam obtinebat. Huic enim reſponſum fuit, ut ab eo ſpoliaretur arce, qui altero ei nudo pede occurriſſet, quapropter hoc velocius ſuſtinuit, quo evitare tentavit. Jaſòn ſiquidem, natus ex Æſone fratre regis, occurſurus ſacris quæ Neptuno is faciebat, dum per Euhenum flumen tranſit, detentum limo alterum pedis calciamentum negligit, atque ita fato agente devenit ad Peliam, qui in illo timens quicquid ab oraculo fuerat dictum, ſub ſpecie gloriæ miſit ad Colchos, ad auferendam auream arietis pellem. Ergo Pelias pinus Argo navem dicit, quæ in Pelio monte Theſſaliæ fabricata eſt. *Hoſpita.*]Quaſi prima. *Intacti ponti.*] Quia ante Argo navem inviolatus fuit. *Idem.*

337. *Agunt Minyæ.*]Theſſalia Minya rege Theſſalorum, à cujus nomine omnes Argonautæ *Minyæ* appellati ſunt. *Canet.*] Spumat, id eſt, læva dextraque revulſi fluctus cano littore fervebant. *Idem.*

340. *Tonſis.*] Remis. *Idem.*

343. *Oeagrius.*] *Oenagri filius*, rex Ciconum, ut ait Onomacritus. Apollonius Pieriæ Thracenſis Regem facit. *Acclinis malo.*] Sic ſcribendum ex optimis libris & in pluribus auctoribus corruptam hanc vocem pridem reſtituerunt docti mortales. *Barthius.*

344. *Orpheus.*] Quemadmodum in navi canerent dicit, cujus dulcedinem

 morien-

Remigiis, tantoſque jubet neſcire labores.
Illis in Scythicum Borean iter, oraque primum
Cyaneis arctata vadis. nos Thracia viſu
Bella rata, vario tecta incurſare tumultu
Denſarum pecudum, aut fugientum more volucrum.
Heu ubi nunc furiæ? portus, amplexaque littus
Mœnia, qua longe pelago deſpectus aperto
Scandimus, & celſas turres. huc ſaxa, ſudeſque,
Armaque mœſta virûm, atque injectos cædibus enſes
Subvectant trepidæ. quin & ſquallentia texta
Thoracum, & vultu galeas intrare ſoluto
Non pudet. audaces rubuit mirata catervas
Pallas, & adverſo riſit Gradivus in Hæmo.
Tunc primum ex animis præceps amentia ceſſit.
Nec ratis illa ſalo, ſed divum ſera per æquor
Iuſtitia, & pœna ſcelerum adventare videntur.
Jamque aderant terræ, quantum Gortynia currunt
Spicula: cæruleo gravidam cum Iuppiter imbri

Ipſa

morientis cygni comparat cantilenæ. Dicuntur enim cygni mortis tempore dulcius ſolito canere. *Lactantius.*

345. *Neſcire labores.*] Id eſt, cantus dulcedine laborem ſentire non ſinit. *Idem.*

346. *Oraque primum.*] Symplegadas, ut aſſerit Euripides. *Idem.*

347. *Cyaneis.*] Maris. Cyane Nympha in Sicilia. Venus indignata quod Proſerpina ſuum numen contemneret conjugia ſpernens * qui territus viribus Typhei evomentis Ætnam, cui ſubjectus erat cum ab inferis emerſiſſet, intulit amorem, ut Proſerpinam circa cacumen Ætnæ flores legentem eriperet, qua compreſſa, cum properaret, curruque fugeret Cyane nympha, quam dilexerat Anapus amnis, intercedente tardatus eſt. at ille incenſus ira moræ, intercedentem ut rumperet ſceptro percuſſit, præcepſque in inferna demerſa eſt, & in liquorem converſa: cujus lacus contiguus eſt Arethuſæ. *Nos Thracia viſu.*] Nos putamus Thraces in ultionem venire navigio qui victi à viris fuerant Lemniadum. *Idem.*

350. *Portus.*] Omnino ſcribendum *portas.* Edita enim loca aſſcendiſſe ait, ut inde jactu hoſtem arcerent. Ineptum de aſcenſo portu. Et habent tamen ſic omnia exemplaria. In optimo ambiguè ſcriptum *ports. Amplexaque littus.*] Bracchia mœniorum, littus munientia. Similia ſupra hoc libro ỽſ. 280. *Barthius.*

355. *Soluto.*] Molli aut muliebri. *Idem.*

357. *Adverſo.*] Utrum ſitu adverſum poſuit. id eſt, poſitione loci, an *adverſo*, inimico. Quippe Mars merito Lemnum oderat, quia in illa inſula à Vulcano cum Venere fuerat deprehenſus. *Idem.*

361. *Cortinia.*] Tantum inquit à portu aberat navis, quantum Cretenſium ſagittarum jactus exprimitur. *Cortinia* enim dixit Cretenſia. *Idem.*

363. *Pe-*

Ipſa ſuper nubem, ratis armamenta Pelaſgæ
Siſtit agens. inde horror aquis, & raptus ab omni
Sole dies, miſcet tenebras, quis protinus unda
Concolor: obnixi lacerant cava nubila venti,
Diripiuntque fretum, nigris redit humida tellus
Vorticibus; totumque Notis portantibus æquor
Pendet, & æquato jam jam prope ſidera dorſo
Frangitur, incertæ jam nec prior impetus alno,
Sed labat, extantem roſtris modo gurgite in imo,
Nunc cœlo Tritona ferens. nec robora proſunt
Semideûm heroum, puppemque inſana flagellat
Arbor: & inſtabili procumbens pondere curvas
Raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.
Nos quoque per rupes, murorumque aggere ab omni,
Dum labor ille viris, fretaque indignantur, & Auſtri,
Deſuper invalidis fluitantia tela lacertis
(Quid non auſa manus?) Telamona, & Pelea contra
Spar-

363. *Pelaſgæ.*] Græcæ navis. id eſt Argo. *Idem.*

364. *Horror.*] Obſcuritas. *Idem.*

365. *Sole dies.*] Pro ab omni die raptus eſt ſol: nove dictum. *Idem.*

367. *Redit humida tellus.*] Harenæ funditus avulſæ impetu jactantur aquarum. *Idem.*

372. *Tritonia puppis.*] Solet enim omnis navis pictura quacunque ſignari: ut Virgil.

Hunc vehit immanis Triton.

Idem.

373. *Semideum heroum.*] Sic à Græcis etiam vocantur ſerio *Argonautæ.* Abſtinuit Valer. Flaccus contentus *Deorum natas* appellaſſe. Laudo igitur Valerium, quamvis alio loco Deos iiſdem patres claris etiam verbis aſcribentem. *Barthius.* *Inſana arbor.*] Vel magna, vel inſtabilis. Nimis poëtice dixit, *inſana arbor.* Accipimus enim mobilem, ut hi qui inſani, loco ſtare non poſſunt. *Lactant.*

377. *Fretaque indignantur & auſtri.*] Quid eſſe dicam, quod optimi quique; *& auſtros.* ut indignatio ſit Argonautarum, non maris & ventorum. An ita voluit intelligendos dare ingentes animos ſemideum regum, à quibus tam longe abfuerit rerum terribilium metus, ut periculis ad iram magis accenderentur? & ea his quoque laborum & fortitudinis cos eſt? Sane & Hippomedon potius indignatur & invidiam facit, quam precatur, quum ait lib. 9. *Fluvione (pudet!) Mars inclite, merges Hanc animam?* Gronov.

378. *Fluitantia.*] Ordo: invalidis lacertis fluitantia tela ſpargimus. & bene *invalidis,* utpote fœmineis. *Fluitantia.*] Incerta. *Lactantius.*

379. *Quid non auſa.*] Senſus: quod ſcelus non auſæ ſumus? nam cum occidiſſemus viros, etiam ſemideos bello attrectare tentavimus. *Idem.* *Telamona & Pelea.*] Poſt Herculem fortiſſimos Græcorum nominavit, reſpectu filiorum eorum. *Telamon* enim genuit Ajacem, Peleus Achillem. Peleum *haſta* opti-

Spargimus, & noſtro petitur Tirynthius arcu.
Illi quippe ſimul bello, pelagoque laborant
Pars clypeis munire ratem. pars æquora fundo
Egerere: aſt alii pugnant, ſed inertia motu
Corpora, ſuſpenſaque carent conamine vires.
Inſtamus jactu telorum, & ferrea nimbis
Certat hyems: vaſtaque ſudes, fractique molares,
Spiculaque, & multa crinitum mißile flamma.
Nunc pelago, nunc puppe cadunt. dat operta fragorem
Pinus, & abjunctis regemunt tabulata cavernis.
Talis Hyperborea virides nive verberat agros
Iuppiter. obruitur campis genus omne ferarum,
Deprenſæque cadunt volucres, & meßis amaro
Strata gelu. fragor inde jugis, inde amnibus ira.
Ut vero eliſit nubes Iove tortus ab alto
Ignis, & ingentes patuere in lumine nautæ,
Diriguere animi: manibuſque horrore remißis

Arma

optimum vocat Val. Flacc. lib. I. Qui omnis veterum fortitudo cenſetur. Et de ejus haſta ibidem, v. 400.

—— *Tantum hæc alias excelſior haſtas*
Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos. Barth.

382. *Fundo egerere.*] Hoc eſt, ſentinam facere. Ovid.

Egerit æquore fluctus,

refundit in æquor. *Lactantius.*

384. *Carent conamine vires.*] Lucan. *Incertaſque manus ictu langvente per undas Exercent.* Omne enim corpus, quod motu alterius rei commovetur, ad jaciendum ſtabilem non habet firmitatem: ſicut Saluſt. *Imbecilla eſt fortitudo dum pendet.* Lactantius.

385. *Ferrea nimbis.*] Jaculorum pluviam deſcribit. ut Virgil.

Ac ferreus ingruit imber.

Idem.

387. *Crinitum mißile.*] Lanceis per ſtuppam ignem inſertum demonſtrat. Nam quando flammam aliquis quatit, ut jaciat, quoſdam crines facit, ut Virg.

Crinemque volantia ſydera ducunt.

Idem.

489. *Abjunctis regemunt.*] *Abjunctis* ergo hyphen noli accipere. operta autem pinus pellibus ut mos eſt. Abjunctis, quidam hyphen legunt diviſis. Sic in Olympio, *abjungere luna junices.* Cui contrarium eſt *conjungere.* Idem. *Tabulata.*] Non ſollicitarem hanc lect. ſi citra indicium Optimi libri eſſet, in quo clare ſcriptum, *ſtabula alta*, & alterius ſuſpicionem, referentis *ſtabulata.* Omnino autem *ſtabula alta* Papinianum eſt. *Tabulata* enim minus dicunt, quam pro re præſente, & jam dixit, quod *tabulatis* conveniebat. *Stabulum* omne domicilium. *Stabula alta* regemunt abjunctis cavernis. *Barthius.*

390. *Hyperborea nive.*] Scythica. Hyperborei enim montes trans Aquilonem ſunt: & eſt vocabulum Græcum. ὑπὲρ enim Græce Latine *ultra* dicitur, βόρεας *aquilo* nuncupatur. *Lactantius.*

392. *Amaro.*] Noxio, unicuique enim res quæ nocet, amara eſt. *Idem.*

397. *Arma*

Arma aliena cadunt: redeunt in pectora ſexus.
Cernimus Æacidas, muriſque immane minantem
Ancæum, & longa pellentem cuſpide rupes
Iphiton. attonito manifeſtus in agmine ſupra eſt
Amphitryoniades. puppemque alternus utrinque
Ingravat, & medias ardet deſcendere in undas.
At levis, & miſera nondum mihi notus Iaſon
Tranſtra per & remos, impreſſaque terga virorum
Nunc magnum Oeniden, nunc ille hortatibus Idam,
Et Talaum, & cana rorantem aſpergine ponti
Tyndariden iterans, gelidique in nube parentis
Vela laborantem Calain ſubnectere malo
Voce, manuque rogat. quatiunt impulſibus illi
Nunc freta, nunc muros. ſed nec ſpumantia cedunt
Æquora, & incuſſæ redeunt à turribus haſtæ.
Ipſe graves fluctus, clavumque audire negantem
Laſſat agens Tiphys, palletque, & plurima mutat
Imperia. ac levas, dextraſque obtorquet in undas
Proram, navifragis avidam concurrere ſaxis.

Donec

397. *Arma aliena.*] Non maritorum ſuorum arma dixit: ſed *arma aliena*, id eſt, ſexus alterius. nam cum per timorem viſorum Argonautarum revocamur ad ſexum, repetit vires ſuas natura, cum alienas non potuiſſet implere. *Idem.*

398. *Æacidas.*] Peleum & Telamonem fratres. *Vet. Schol.* & *Lutat.* Notiſſima omnia. Ut & de *Ancæo* & cæteris. Male Anthæum legas. Lege Apollodor. Apollon. Valer. Higin. & alios. *Barth.*

400. *Iphiton. Attonito manifeſtus.*] Rectius cenſeo: *Iphiton attonitæ. manifeſtus.* Nos, quibus redierunt in pectora ſexus, cernimus heroas attonitæ & perculſæ. *Gronov.*

401. *Alternus.*] Eleganter alternus, ne in uno latere forte conſiſtens mole corporis aut virtutis verteret navem. alternus ergo nunc hic nunc illic, in neutra parte conſiſtens. *Lactantius.*

403. *At levis.*] *Levis* utrum hoc epitheton ad diſcretionem Herculis dicitur, quia ille gravis. an ad animi mobilitatem, quia nullam Jaſon firmo amore poſſedit uxorem. deſerta enim Hypſipyle Medeam duxit. relicta Medea, Glaucen ſortitus eſt uxorem. Hoc ideo dixit, quia cum Argonautæ Lemnum fuiſſent ingreſſi, hanc Jaſon ſuo matrimonio ſociavit, quam utero gravem reliquit: ex quo conceptu geminos edidit Hypſipyle. *Idem.*

405. *Oeniden.*] Meleagrum ſignificat. *Idem.*

412. *Audire negantem.*] Non obtemperantem dextræ. Audire & navis & currus dicitur. Unde Virgil.

Neque audit currus habenas.

Hic ergo Typhis gubernator navis Argo. *Idem.*

413. *Mutat imperia.*] *Mutare imperia* eſt modo huc modo illuc navem convertere. *Idem.*

 416. *De-*

Donec ab extrema cuneo ratis, Æſone natus
Palladios oleæ, Mopſi geſtamina, ramos
Extulit, & ſocium turba prohibente popoſcit
Fœdera. præcipites vocem involvere procellæ.
Tunc modus armorum, pariterque exhauſta quierant
Flamina, confuſoque dies reſpexit Olympo.
Quinquaginta illi trabibus de more revinctis
Eminus abrupto quatiunt nova littora ſaltu.
Magnorum decora alta patrum, jam fronte ſereni,
Noſcendique habitu, poſtquam timor, iraque ceſſit
Vultibus. arcana ſic fama erumpere porta
Cœlicolas, ſi quando domus, littuſque rubentum
Æthiopum, & menſas amor eſt intrare minores.
Dant fluvii monteſque locum. tum terra ſuperbit
Greſſibus & paulum reſpirat cœlifer Atlas.
Hic & ab adſerto nuper Marathone ſuperbum
Theſea

416. *Donec ab extrema cuneo.*] Meliores: *extremæ cuneo ratis.* Ut apud Terentium *prima fabula*, apud Ciceronem *prima provincia.* Et iterum ille: *eſt mihi conclave in ultimis ædibus.* Alter: *Appius ut audivit nos venire, in ultimam provinciam ſe conjecit.* Gronov.

417. *Mopſi geſtamina*] Quia Mopſus tanquam vates Argonautarum olea fuerat coronatus. Huic Mopſo ſe Amphiaraus ab Jaſone prælatum fuiſſe jactavit, ait enim, *nec me ventura locuto Sæpius in dubiis auditus Iaſone Mopſus.* Lactantius.

419. *Involvere procellæ.*] Vox enim quæ aut in ſpelunca emittitur, aut in antro, vel certe per littora ipſa involvitur: quia aut cava loca ſunt, aut curva. quæ vero in libero aëre jactatur late fuſa reſpondet. *Idem.*

427. *Rubentum.*] Quia juxta mare rubrum ſunt: ſive quia vicina ſignata eſt ſoli. Æthiopas ergo hoc loco deſcribit, quia cum gigantes * ab ipſis ſuſcepti dicuntur hoſpitio. aut certe propter juſtitiam à numinibus diliguntur. Hoc etiam Homerus in primo ſignificavit, eo quod Juppiter cum his propter juſtitiam & æquitatem morum deſerto cælo frequenter epuletur. dicuntur enim juſtiſſimi homines eſſe Æthiopes, & ideo relicto orbe frequenter eos reviſunt cælicolæ. *Idem.*

431. *Et ab aſſerto.*] Minos, Jovis & Europæ filius, cum patri ſacrificaturus ad aras accederet, oravit potentiam numinis, ut dignam aris ſuis hoſtiam ipſe præberet, itaque ſubito taurus apparuit nimio candore perfuſus: quem admiratus Minos, religionis oblitus, armenti ſui maluit eſſe ductorem, cujus ardore Paſiphaë dicitur arſiſſe. igitur contemptus à filio Juppiter indignatus, furorem tauro ſubjecit, & Cretenſium non ſolum agros, ſed etiam mœnia univerſa vaſtavit. Hunc Hercules miſſus Euriſthei imperio ſuperavit, victumque Argos uſque perduxit, ibi conſecratus Junoni ab Euriſtheo. ſed Juno exoſa munus, quod ad Herculis gloriam pertinebat, taurum in Atticam regionem expulit, ibi à monte ejus Marathonius appellatus eſt. quem poſtea Theſeus Ægei filius interemit, quo facto æternos ſibi gloriæ titulos comparavit. *Marathone.*] *Mara-*

Theſea & Iſmarios Aquilonia pignora fratres,
Utraque quîs rutila ſtridebant tempora penna,
Cernimus. hic Phœbo non indignante priorem
Admetum, & duræ ſimilem nihil Orphea Thracæ.
Tunc prolem Calydone ſatam, generumque profundi
Nereos. ambiguo viſus errore laceſſunt
Oebalidæ gemini. chlamys huic, chlamys ardet & illi:
Ambo haſtile gerunt: humeros exertus uterque,
Nudus uterque genas, ſimili coma fulgurat aſtro.
Audet iter, magnique ſequens veſtigia mutat
Herculis, & tarda quamvis ſe mole ferentem,
Vix curſu tener æquat Hylas. Lernæaque tollens
Arma, ſub ingenti gaudet ſudare pharetra.

Ergo

Marathon civitas, in qua Theſeus nutritus eſt, quam cum Perſæ invaſiſſent, ab Athenienſibus Theſeo duce, cæde magnorum virorum liberati ſunt. unde factum eſt ut ita Athenienſes jurent, *Marti & Marathoni*. Idem.

432. *Pignora fratres.*] Cales & Zethes, Boreæ & Orithyiæ filii fabulam quam Poëta hic tangit, latè explicant, Apollonius I. & Valerius Flaccus IV. Argon. vide & Pindarum Pythiis. *Bernartius.*

434. *Non indignante.*] Bene *non indignante*, quia Admeti pecus paverat, & obſequiis ejus emeritus, ei tamen favebat, apud quem paſſus videbatur injuriam: quia juxta Amphryſum fluvium pavit pecus. Unde Virg.

Et te memorande canemus Paſtor ab Amphryſo.

quia fabricatores fulminis ſagitta perculſerat, quoniam Æſcalapius Apollinis filius fuerat fulminatus. Rogatu enim Dianæ Hippolytum ad auras ſuperas revocarat. unde Virg.

Pæoniis revocatum herbis & amore Dianæ.

Idem.

436. *Generumque Nereos.*] Peleum ſignificat, qui Thetidem Nerei filiam duxit uxorem, Achillis matrem. *Idem.*

439. *Oebalidæ.*] Id eſt, Caſtor & Pollux, qui Spartani fuiſſe dicuntur, quia Oebalia urbs Spartæ eſt. *Ardet.*] Splendet. Virgil.

Tyrioque ardebat murice læna.

Idem.

443. *Curſu tener æquat Hylas.*] Virgilium imitatus hoc loco poëta eſt, dicendo,

Sequiturque patrem non paſſibus æquis.

Hercules cum acceſſiſſet comes Argonautis, Hylam Thiodamantis filium ſecum duxit armigerum, admirandæ pulchritudinis juvenem, qui remum fregit in mari, cum pro ſuis remigat viribus, cujus reparandi gratia Myſiam petens ſilvam fertur ingreſſus. Hylas vero cum aquatum perrexiſſet, conſpectus à Nymphis raptus eſt, quem dum Hercules quærit, relictus ab Argonautis in Myſia eſt. Unde Virg. *Nautæ quo fonte relictum Clamaſſent, ut littus Hyla, Hyla, omne ſonaret.* Idem. *Lernæa tela.*] *Sagittas Lernæ veneno infectas.* Hydram Lernæam Typhonis filiam cum capitibus novem ad fontem Lernæum interfecit. Hæc tantam vim veneni habuit, ut afflatu homines necaret, & ſi quis eam dormientem tranſiret, veſtigia ejus afflabat, & malo cum cruciatu moriebatur. Vide plurib. *Higin. fabula* 30.

Ergo iterum Venus, & tacitis corda aſpera flammis
Lemniadum pertentat amor. tunc regia Iuno
Arma, habituſque virum, pulchraque inſignia gentis
Mentibus inſinuat, certatimque ordine cuncta
Hoſpitibus patuere fores. tunc primus in aris
Ignis, & infandis venere oblivia curis.
Tunc epulæ, felixque ſopor, noctesque quietæ:
Nec Superûm ſine mente reor, placuere fatentes.
Forſitan & noſtræ fatum excuſabile culpæ
Noſcere cura, duces. cinerem, furiaſque meorum
Teſtor, ut externas non ſponte aut crimine tedas
Attigerim (ſcit cura deûm) etſi blandus Iaſon
Virginibus dare vincla novis. ſua jura cruentum
Phaſin habent: alios Colchi generatis amores.
Jamque exuta gelu tepuerunt ſidera longis
Solibus, & velox in terga revolvitur annus.
Jam nova progenies, partuſque in vota ſoluti,
Et non ſperatis Lemnos clamatur alumnis.

Nec

445. *Tacitis corda aſpera flammis.*] Occultis. ut Virgil.

Et tacitum vivit ſub pectore vulnus.

Ita, inquit, Lemniades conjugalia jura deſciverant, & idcirco Argonautis junguntur, ut cum abire cœperint Argonautæ, denuo ſuas relictis Lemniadibus videantur injurias vindicare. *Lactantius.*

446. *Regia Juno.*]Juno, inquit, fecit nobis mentem benignam, quia Argonautis favebat propter Jaſonem, qui cum fluvium transjecerat cum ſe in anum illa ſimilaret, ut eorum cupientiſſime thalamis jungeretur. Et ideo hic Junonem viros nitidos effeciſſe ſubjunxit, ut nuptiis, non adulterio, ſi hoc Venus efficeret, placuiſſent. *Idem.*

453. *Excuſabile culpæ.*]Fatum noſtræ culpæ, quod viros occideremus. Minuit ergo amoris invidiam cum dicit culpæ. *Idem.*

456. *Blandus Iaſon.*]Subaudimus *erat.* Jaſon blandus dare vincla virginibus novis, id eſt, qui ſolitus ſit mutare conjugia, huic ſeſe poſtea addixit Medea. tertio Glaucen vel uxorem habuit vel dimiſit. *Idem.*

458. *Phaſin.*] Fluvius quem ideo cruentum dicit, quod per eum Medea fugiens patrem inſequentem interempti dicitur fratris membra jactaſſe. ſive fluvius Scythiæ Phaſis eſt, barbarorum cædibus cruentus aſſidue. *Colchi.*] Civitas ejuſdem gentis, Medeæ patria. *Alios amores.*] Quia poſt Hypſipylen Medeam duxit uxorem. *Idem.*

462. *Lemnos celebratur alumnis.*] Nihil ſollicitare ait, Bernartius: Lipſii tamen codicem acute: *clamatur alumnis:* alluſumque haud dubie ad parientium clamorem Lucinam invocantium. Metuit tuta: nam nos illud idem, *clamatur*, in ſex ſcriptis, in quibus optimi, legimus. Sed quod extra dubium ponit, id non modo dubium, ſed & falſum eſt. Si dixiſſet alludi ad ejulatum naſcentium, dixiſſet aliquid. Epicedio in puerum: *Poſcentemque novas trepidis ululatibus auras*

Inſervi

Nec non ipſa tamen, thalami monumenta coacti,
Enitor geminos, duroque ſub hoſpite mater
Nomen avi renovo. nec qua fortuna relictis
Noſſe datum. jam plena quater quinquennia pergunt,
Si modo fata ſinunt, aluitque rogata Lycaſte.
Detumuere animi maris, & clementior Auſter
Vela vocat. ratis ipſa moram, portuſque quietos
Odit, & adſueti tendit retinacula ſaxi.
Inde fugam Minyæ, ſocioſque appellat Iaſon
Efferus, ô utinam jam tum mea littora rectis
Prætervectus aquis, cui non ſua pignora cordi,
Non promiſſa fides. certe ſtat fama remotis
Gentibus, æquorei redierunt vellera Phryxi.
Ut ſtata lux pelago, venturumque æthera ſenſit
Tiphys, & occidui rubuere cubilia Phœbi:

Heu

Inferni vitæ. In Glauciam: *at prima lucida voce Aſtra ſalutantem.* Plinius præf. lib. 7. *Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrimas, & has protinus vitæ principio.* Nondum tamen totum. Novimus patres & nimis experimur. Ad Menecraten: *dulci ſtrepit ecce tumultu Tot dominis clamata domus.* Valerius Flaccus lib. 1. *Clamantemque patri procul oſtendebat Achillen.* Gronov.

464. *Enitor.*] Pario. Unde *enixæ* dicuntur quæ generant. *Lactantius.*

446. *Quater quinquennia.*] Viginti annos oſtendit, ex quo ediderat ex Jaſone filios. *Idem.*

470. *Odit.*] Dure animavit navem dicendo, *moram odit.* Virg. colli oculos dedit dicendo, *Adverſaſque aſpectat deſuper arces*, mirabilis allocutio eſt, quotiens dura à poëtis animantur. *Idem.*

472. *O utinam jam tum.*] Hæc etiam vitiata hactenus in omnibus libris fuiſſe indicant illæ commendatiſſimæ bonitatis membranæ. Scribunt: *ô utinam primum.* Hoc eſt, utinam antequam huc appelleret, recto curſu Lemnum prætervectus eſſet. *Barthius.*

475. *Vellera Phryxi.*] Phryxus & Helle Athamantis Æolo geniti & Nepheles filii fuerunt. quos cum noverca proſequeretur infeſta, arietem velleris aurei conſcenderunt, mare ingreſſi patriam Colchos petebant. Sed enim Helle, utpote puella, ſexu infirmior in mare delapſa, nomen Helles ponto tribuit. Phryxus devenit ad Colchos, ibique immolato ariete, pellem ejus auream Marti dicavit, quam draco pervigil cuſtodiebat: ad quam repetendam Jaſon à Pelia rege miſſus, ſemideos Græciæ congregavit, qui ex navis nomine *Argonautæ* ſunt dicti, quæ à velocitate *Argo* nominata eſt, quod dicente Homero primo Iliados datur agnoſci, ait enim, καὶ κύνας ἀργούς, id eſt, *canes veloces.* quæ cum prædictis prima omnium ingreſſa eſt mare. Sed Jaſon ubi Colchos advenit, adamatus à Medea Æëtæ regis filia, anguem carminibus ſoporatum necavit, & ablatam pellem revexit in patriam. *Lact.*

476. *Ut ſtata lux.*] Statuta die, qua aſcenderant Argonautæ. *Idem.*

477. *Typhis.*] Gubernator navis Argo. *Rubuere cubilia Phœbi.*] Phyſici ſerenitatem futuram dicunt, ſi ſole occidente nubes rubeſcant. *Idem.*

479. *Reſerata*

Heu iterum gemitus, iterumque noviſſima nox eſt,
Vix reſerata dies, & jam rate celſus Iaſon
Ire jubet, primoque ferit dux verbere pontum.
Illos è ſcopulis, & ſummo vertice montis,
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Proſequimur viſu, donec laſſavit euntes
Lux oculos, longumque polo contexere viſa eſt
Æquor, & extremi preſſit freta margine cœli.
Fama ſubit portus, vectum trans alta Thoanta
Fraterna regnare Chio: mihi crimina nulla,
Et vacuos arſiſſe rogos. fremit impia plebes
Sontibus accenſæ ſtimulis, facinuſque repoſcunt.
Quin etiam occultæ vulgo increbeſcere voces.
Solane fida ſuis? nos autem in funera læta?
Non deus hæc, fatumque, quod imperat urbe nefanda.
Talibus exanimis dictis (& triſte propinquat
Supplicium) nec regna juvant, vaga littora furto
Incomitata ſequor, funeſtaque mœnia linquo:
Qua fuga nota patris, ſed non iterum obvius Euan.
Nam me prædonum manus huc appulſa tacentem
Arripit, & veſtras famulam tranſmittit in oras.
Talia Lernæis iterat dum regibus exul
Lemnias, & longa ſolatur damna querela,

Imme-

479. *Reſerata dies.*]Bene oſtendit tota nocte Jaſonem vigilaſſe. Siquidem ortum Luciferi prius aſpexit. *Idem.*

483. *Contexere.*] Æquare. Quia longè proſpicientibus videtur mare cælo conjunctum. Sic enim lumina noſtra falluntur, ut putemus maris fluctus uſque ad cæli marginem pervenire. *Idem.*

486. *Fama ſubit.*]Senſus. rumor allatus eſt Lemnum, patrem meum Thoantem in Chio regnare, nec mihi cum cæteris Lemniadibus ſcelus fuiſſe commune. *Idem.*

487. *Crimina nulla.*] Me non participaſſe crimen parricidii, ut patrem ſecundum juſſa & exempla Lemniarum mulierum occiderem, ſed vacuum rogum accendiſſe, & patrem miſiſſe in Chion ad regnum fratris ſui. *Vet. Schol.*

492. *Non deus hæc.*] Verba Lemniadum incuſantium Hypſipylen, quod ſola in patrem ſcelerata non fuerit. & acute dictum. Jam, inquit illa, fecimus nec deorum nutu, nec neceſſitate fatali. His enim defenſionibus excuſatur. Ergo cum una eſt innocens, reliqui purgationem perdiderunt. *Lactant.*

496. *Euan.*] Liber pater, qui Thoanti ſuo fuerat, cum ejiceretur, auxiliatus. *Id.*

498. *Veſtras famulam.*] Eleganter iterat. Ante enim quam inciperet ab origine Lemniadum facta narrare, dixit: *Servitium Hypſipyle veſtri fero capta Lycurgi.* Idem.

501. *Imme-*

Immemor abſentis (ſic Dii ſuaſiſtis) alumni:
Ille graves oculos, languentiaque ora comanti
Mergit humo, feſſuſque diu puerilibus actis
Labitur in ſomnos, prenſa manus hæret in herba.
Interea campis, nemoris ſacer horror Achæi,
Terrigena erigitur ſerpens, tractuque ſoluto
Immanem ſeſe vehit, ac poſt terga relinquit,
Livida fax oculis: tumidi ſtat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
Dentis, & auratæ crudelis gloria frontis
Prominet. Inachio ſanctum dixere Tonanti
Agricolæ, cui cura loci, & ſylveſtribus aris
Pauper honos. nunc ille dei circundare templa
Orbe vago labens, miſeræ nunc robora ſylvæ
Atterit, & vaſtas tenuat complexibus ornos.
Sæpe ſuper fluvios geminæ jacet aggere ripæ
Continuus, ſquamiſque inciſus adæſtuat amnis.
Sed nunc Ogygii juſſis quando omnis anhelat
Terra dei, trepidæque latent in pulvere Nymphæ,

Sævior

501. *Immemor abſentis.*] Infantuli Ophelꝛis, Lycurgi. ſcilicet filii, quem nutriendum à patre ſuſceperat. *Sic Dii ſuaſiſtis.*] Interpoſitio. id eſt, hoc diis placuit. *Alumni.*] Non filii, ſed qui alebatur. *Idem.*

502. *Comanti humo.*] Et jam dixit dicturuſque eſt ſiti & æſtu omnia exaruiſſe. Mira incogitantia tanti auctoris. In altero bono libro Gloſſa eſt, *florenti, læta.* Lutatius *herboſæ* exponit. Sane comans egregie criſtatum & capillatum ſonat, & ſic Æneid. II. *Comantem Androgei galeam* exponunt Vet. Scholia. *Barth.* *Comantem humo.*] Herboſæ. *Lactant.*

504. *Hæret.*] Dicticôs expreſſit ætatem. Nam in actus ludicros cum ſomno requieſcit, infantia quicquid tenuerit non relinquit. *Idem.*

506. *Terrigena exoritur.*] De nemore. Et eſt ordo. Interea ſacer ſerpens terrigena exoritur nemoris Achæi horror; appoſitive. *Idem.*

507. *Poſt terga.*] Aliqua parte ſui. Longitudinem ſerpentis indicat, quæ cum potiore ſui parte videtur, i.e. capite & alvo; magnam tamen partem retro trahit ab illis partibus, ut alia per longitudinem videatur beſtia. *Vet. Scholiaſt.*

512. *Silveſtribus aris.*] Non lapidibus cæſis conſtructis, ſed ex *ceſpite vivo.* De talibus Horat. lib. III. Od. VIII.

—— acerra turis plena,
Poſituſque carbo in ceſpite vivo.

Vide de talibus aris Godofred. Dionyſii illius magni filium ad cap. XII. Cod. Theodoſ. de Paganis. *Barth.*

516. *Aggere ripæ.*] Id eſt, utramque ripam longitudinis ſuæ magnitudine tangebat. *Lactant.*

519. *Ogygii.*] Thebani. hoc eſt, Liberi patris, ab uno de terrigenis, cujus voluntate aruerunt cuncta amnis flumina, & torrentes Nymphæ. *Idem.*

524. *Incer-*

Sævior anfractu laterum ſinuoſa retorquens
Terga ſolo, ſiccique nocens furit igne veneni.
Stagna per, arenteſque lacus, fonteſque repreſſos
Volvitur, & vacuis fluviorum in vallibus errat.
Incertuſque ſui liquidum nunc aëra lambit
Ore ſupinato, nunc arva gementia radens
Pronus adhæret humo, ſi quid viridantia ſudent
Gramina. percuſſæ calidis afflatibus herbæ,
Qua tulit ora, cadunt, moriturque ad ſibila campus.
Quantus ab Arctois diſcriminat æthera plauſtris
Anguis ad uſque Notos, alienumque exit in orbem.
Quantus & ille ſacri ſpiris intorta movebat
Cornua Parnaſſi, donec tibi, Delie, fixus
Vexit arundineam centeno vulnere ſylvam,
Quis tibi, parve, deus tam magni pondera fati
Sorte dedit? tune hoc vix prima ad limina vitæ
Hoſte jaces? an ut inde ſacer per ſæcula Grajis
Gentibus, & tanto dignus morerere ſepulchro?
Occidis extremæ deſtrictus verbere caudæ

Ignaro

524. *Incertuſque ſui.*] De vita deſperans, id eſt, quid agat ignarus, vel quo tendat. *Idem.*

529. *Æthera plauſtris.*] Anguis illius meminit, qui creditur locatus in cælo, per Aratum celebratus. hunc deſcribit dividentem plauſtra * occivæ uſque in auſtralem partem, hoc eſt alienum in orbem, poëtice autem dicit ſtellarum figuras, quibus plauſtrum efficitur, ut utroque ſydus accipiens: de quo Virg.

Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis. Idem.

531. *Spiris intorta movebat.*] Immanis hyperbole, *anguem colles commoviſſe*. Quæ ut tolerabilior eſſet colles ipſorum *Cornua* dixit. De iis collibus Ovid. Metamorph. 1.

Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſſus, ſuperatque cacumine nubes. Barth.

533. *Vexit harundineam.*] Ex monte Parnaſſo, Pythonem dicit ſerpentem, qui cum Latonam Jove gravidam perſequeretur Junonis juſſu, & illa fugiens ad mare uſque perveniſſet, oportune Delos inſula, quæ inſtabilis fluctibus vehebatur, admota littoribus ſuſcepit Latonam, & ingenti periculo liberavit. Ibi Apollinem edidit & Dianam. Poſt Apollo in vindictam matris Pythona occidit ſagittis, & Delon inſulam ſtabilitate donavit. *Lactant.*

535. *Sorte dedit.*] Fato. Conjunguntur enim hæc. Virg. lib. VI.

Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata
Dicta mea genti ponam. ——

Hoc.] Tam magno, ut maximi eum Heroes horrere potuerint. *Vet. Schol.* In alio codice: quia fuit generalis timor omnium incolarum, tam erat magnus. *Sacer.*] In Deos relatus. *Vet. Schol.*

549. *Amiſe-*

Ignaro ſerpente puer : fugit illicet artus
Somnus , & in ſolam patuerunt lumina mortem.
Cum tamen attonito moriens vagitus in auras
Excidit , & ruptis immutuit ore querelis ,
(Qualia non totas peragunt inſomnia voces,)
Audiit Hypſipyle , facilemque negantia curſum
Exanimis genua ægra rapit. jam certa malorum
Mentis ab augurio , ſparſoque per omnia viſu
Luſtrat humum quærens , & nota vocabula parvo
Nequicquam ingeminans. nuſquam ille , & prata recentes
Amiſere notas. viridi piger accubat hoſtis
Collectus gyro , ſpatioſaque jugera complet.
Sic etiam obliqua cervicem expoſtus in alvo :
Horruit infelix viſu , longoque profundum
Incendit clamore nemus : nec territus ille,
Sed jacet. Argolicas ululatas flebilis aures
Impulit. extemplo monitu ducis advolat ardens
Arcas eques , cauſamque refert. tum ſquammea demum
Torvus ad armorum radios , fremitumque virorum
Colla movet , rapit ingenti conamine ſaxum,
Quo diſcretus ager , vacuaſque impellit in auras
Arduus Hippomedon , quo turbine bellica quondam
Librati ſaltunt portarum in clauſtra molares.
Caſſa duci virtus. nam mollia colla refuſus
In tergum ſerpens venientem exhauſerat ictum.
Dat ſonitum tellus , nemorumque per aëra denſi

Diſſul-

549. *Amiſere notas.*] Ut etiam miſeræ ambiguitas naſceretur , quia pratorum ſigna defecerant. omnia enim perierant ſerpentis afflatu , & diſtinctum floribus campum ariditas indiſcreta confuderat. *Viridi.*] Venenoſo. Horat. *Hic virides metuunt colubras.* Lact.

550. *Jugera complet.*] Magnitudine corporis ſui terræ jugera infinita compleverat. *Idem.*

553. *Incendit.*] Omnes libri Veteres excepto Optimo noſtro habent *intendit.* Quod omnino malum eſt. In Optimo Gloſſa : *incendit , implet , quia reclamans nemus flammæ vigorem refert.* Virgil. lib. XI.

Clamore incendunt cælum Troeſque Latinique. Barth.

556. *Arcas eques.*] Parthenopæus. *Lactant.*

559. *Vacuas.*] Late diffuſas. *Idem.*

561. *Molares.*] Saxa ingentia , ex quibus molæ fiunt. *Idem.*

564. *Dat ſonitum tellus.*] Quia non reſultat vox , niſi aliqua ſoliditate oppoſita. *Idem.* *Nemorumque per avia.*]

Optimi t

Diſſultant nexus. at non mea vulnera clamat,
(Et trabe fraxinea Capaneus ſubit obvius,) unquam
Effugies. ſeu tu pavidi ferus incola luci,
Sive deis, utinamque deis conceßa voluptas.
Non ſi conſertum ſuper hæc mihi membra Giganta
Subveheres. volat haſta tremens, & hiantia monſtri
Ora ſubit, linguaque ſecat fera vincla triſulcæ.
Perque jubas ſtantes, capitiſque inſigne coruſci
Emicat, & nigri ſanie perfuſa cerebri
Figitur alta ſolo. longus vix tota peregit
Membra dolor. rapido celer ille volumine telum
Circuit, avulſumque ferens in opaca refugit
Templa dei. hic magno tellurem pondere menſus,
Implorantem animam dominis aßibilat aris.
Illum & cognata ſtagna indignantia Lernæ,

Flori-

Optimi: *nemorumque per aëra denſi Diſſultant nexus.* Quod nolim ſpernere. Implicitos inter ſe arborum fruticumve ramos mole atque impetu venientis ſaxi diſcuſſos eſſe & in vicinum aëra reſiluiſſe ait Lib. 6. de Tantalo: *non qui fallacibus undis Imminet, & refugæ ſterilem petit aëra ſilvæ.* Gronov.

567. *Pavidi ferus incola luci*] Inter *pavidum* & *paventem* hoc intereſt. *Pavidus* eſt qui pavorem incutit. *pavens* qui timet. ergo pavidi luci ſummitate arborum, ſive religionis metu incutientis pavorem. *Lactant.*

568. *Utinamque deis.*] Optat deorum eſſe ſerpentem. Eſt enim contemptor numinum, & quærit invenire facultatem calcandæ religionis. *Idem.*

569. *Super hæc tua membra.*] Scripti magno numero: *ſuper hæc mihi membra giganta.* Optime: τὸ *mihi* eleganter παρέλκει. Sic lib. 8. Tydeus: *ubi autem Egregius dux ille mihi?* Lib. 9. ℣ſ. 160. *ipſe manu Tyria tibi captus Adraſtus.* Sic enim membranæ: non *jam captus.* Lib. 2. Achil. *Nam mihi quis vatum dubiis in caſibus auſit Fata videre prior?* Ubi ſubjecerunt, *te.* Silius lib. 1. in perſona Junonis: *ſimiliſque mihi per Celtica rura Sanguine Pergameo Trebia, &c. fluat.* Gronov. *Giganta.*] Gigantes ſerpentinis pedibus eſſe dicuntur, quos *draconipedes* vocant. Ovid. in v. Faſtor.

Ille manus illis dedit, & prò cruribus angues. Laſtant.

571. *Linguaque ſecat fera vincla triſulcæ.*] Ovidius:

Martius anguis erat criſtis præſignis & auro,
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
Treſque micant linguæ.

Seneca Philoſophus Medea:

Sic fera ſerpens corpus immenſum trahit
Trifidamque linguam exertat.

Alluſit ſuo more apte uti ſemper, decima illa Muſa Plautus, taxans homines, qui aliud promptum in lingua, aliud clauſum gerunt in pectore:

Cui huc adveniſti noscaptatum mœdilybs,
Biſulcilingua, quaſi proſerpens beſtia?

Bernart.

579. *Cognatæ.*] In eadem palude Lerna & nata dicitur, & perempta, ergo cognatæ. Sive quod aliquando Lerna ſimilem habuit peſtem, ſive quia iſte anguis videatur ab hydra originem ducere. *Idem.*

581. *Harm-*

Floribus & vernis adſuetæ ſpargere Nymphæ,
Et Nemees reptatus ager, lucoſque per omnes
Sylvicolæ, fracta, gemuiſtis, arundine, Fauni.
Ipſe etiam ſumma jam tela popoſcerat æthra.
Juppiter, & dudum nimbique hyemeſque coibant,
Ni minor ira deo, gravioraque tela mereri
Servatus Capaneus. moti tamen aura cucurrit
Fulminis, & ſummas libavit vertice criſtas.
Jamque pererratis infelix Lemnia campis,
Liber ut angue locus, modico ſuper aggere longe
Pallida ſanguineis infectas roribus herbas
Proſpicit. huc magno curſum rapit effera luctu,
Agnoſcitque nefas: terræque illiſa nocenti
Fulminis in morem, non verba in funere primo,
Non lachrymas habet. ingeminat miſera oſcula tantum
Incumbens animæque fugam per membra tepentem
Quærit hians. non ora loco, non pectora reſtant.
Rapta cutis. tenuia oſſa patent nexuſque madentes
Sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.
Ac velut aligeræ ſedem, fœtuſque parentis

Cum

582. *Harundine Fauni.*] Canna & ferula coronantur Fauni. hæc ornamenta ſua hos comminuiſſe mortuo ſerpente commemorat, more lugentum. *Idem.*

583. *Summa popoſcerat æthra.*] Pro ſplendore ætheris. Virg.
Nec lucidus æthra Siderea polus.
Ergo commotus Jupiter Capanei voce ſacrilega jam popoſcerat fulmina, niſi ira moleſtior ſacrilegium diſtuliſſet. *Idem.* *Jam tela popoſcerat Ætna.*] Tardum hoc: propius quod ſcripti: *è ſumma jam tela popoſcerat æthra.* Virgil. 3. Æneid. *nec lucidus æthra Siderea polus.* Noſter libro 10. *Ipſa dato nondum cæleſtis regia ſigno Sponte tonat.* Jupiter apud Ovidium fulminaturus Phaëthonta, *ſummam petit arduus arcem, Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.* Gronov.

585. *Ni minor ira deo.*] Ideo hic Capaneus fulminatus non eſt, quia fulminandus eſt in bello, quando Jovem ipſum eſt provocaturus injuriis, tunc merito interibit. Majore enim pœna pro immanitate plectetur culpæ: ideo minor ira deo, quia juſtus, cum plus peccaverit, punietur. *Lactant.*

587. *Vertice criſtas.*] Jam quaſi fulmine conſecratus eſt. *Idem.*

588. *Pererratis.*] Participium paſſivum poſuit, cum ratio non admittat. *Idem.*

589. *Longe.*] Ipſa altitudo longitudinis magnum indicat ſpacium, quo liber pluribus foret aſpectus. *Idem.*

594. *Non lachrymas.*] Id eſt oculi ſine lachrymis patuere. *Idem.*

598. *Totumque in vulnere corpus.*] Id eſt totum corpus vulneri vix prope ſufficiet. *Idem.*

 600. Cum

Ambitioſa mea, pietas hæc magna, fideſque!
Exolvi tibi Lemne nefas. ubi letifer anguis,
Ferte duces. meriti ſi qua eſt mihi gratia duri.
Si quis bonos dictis. aut vos extinguite ferro,
Ne triſtes dominos, orbamque inimica reviſam
Eurydicen. quanquam haud illi mea cura dolendo
Ceſſerit. hocne ferens onus illætabile matris
Transfundam gremio? quam me prius ima ſub umbras
Mergat humus? ſimul hæc terraque, & ſanguine vultum
Sordida, magnorum circa veſtigia regum
Vertitur; & tacite mœrentibus imputat undas.
Et jam ſacrifici ſubitus per tecta Lycurgi
Nuncius implerat lachrymis ipſumque domumque,
Ipſum adventantem Perſei vertice ſancto
Montis, ubi averſo dederat profecta Tonanti,
Et caput iratis rediens quaſſabat ab extis.
Hic ſeſe Argolicis immunem ſervat ab armis
Haud animi vacuus, ſed templa, araque tenebant.
Nec dum etiam reſponſa deûm, monituſque vetuſti
Exciderant; voxque ex adytis accepta profundis,

Prima,

627. *Ambitioſa.*] Nullius tanta fuit cupiditas, quæ tantam extingueret religionem. *Idem.*

628. *Exolvi tibi.*] Hoc eſt quod ſuperius ait, *Noſco deos.* Idem.

631. *Ne triſtes dominos:*] Lycurgum & Eurydicen ſignificat, parentes Archemori. Dominos vero dixit ſecundum jus gentium, quia victi vel capti ſervilibus deputantur officiis. *Idem.*

634. *Quam me prius ima ſub umbras Mergat humus?*] Veteres melius: *quæ me prius*; ſimile eſt illud Sinonis apud Virgilium:

Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
— Accipere?

Bernart.

635. *Vultum ſordida.*] Sordidum habens vultum. *Lactant.*

637. *Mœrentibus.*] Quia cauſa hujus mali Argivi fuerunt, quibus dum Hypſipyle aquas oſtendit, oblita puerum expoſuit morti. *Idem.*

641. *Dederat profecta Tonanti.*] Ad morem veterum dixit, qui exta cocta ſolebant proſecare, unde & profecta dicebantur, ac partem adolebant, partem conſecrabant & ſacerdotibus dabant, partem ſibi apponebant. Suetonius Auguſto: *cum forte Marti rem divinam faceret, nunciata repente hoſtis incurſione, ſemicruda exta rapta foco proſecuit, atque ita prælium ingreſſus victor rediit.* Adi eruditiſſimum Arnobium lib. II. adverſus Gent. & Gallorum doctiſſimum Adrianum Turnebum, Adverſariorum XV. cap. 7. *Bernart.*

643. *Servat ab armis.*] Hic inquit ideo à Thebano bello ſe abſtinet ne Polynici ferat auxilium: quia conſulenti reſponſum fuerat Thebanum bellum

ipſius

Prima, Lycurge, dabis Dircæo funera bello.
Id cavet, & mœſtus vicini pulvere Martis
Angitur ad lituos, perituriſque invidet armis.
Ecce fides Superûm, laceras comitata Thoantis
Advenit exequias. contra ſubit obvia mater,
Fœmineos cœtus plangentiaque agmina ducens.
At non magnanimo pietas ignava Lycurgo,
Fortior ille malis, lachrymaſque inſana reſorbet
Ira patris. longo rapit arva morantia paſſu
Vociferans. Illa autem ubi nam? cui parva cruoris
Lætave damna mei? vivit ne? impellite raptam,
Ferte citi comites. faxo omnis fabula Lemni
Et pater, & tumidæ generis mendacia ſacri
Exciderint. ibat, letumque inferre parabat
Enſe furens rapto. venienti Oeneïus heros
Impiger objecta proturbat pectora parma.
Ac ſimul infrendens: Siſte hunc veſane furorem
Quiſquis es, & pariter Capaneus, acerque reducto
Aſſuit Hippomedon, rectoque Erymanthius enſe,
Ac juvenem multo perſtringunt lumine. at inde

Agre-

ipſius ſanguine imbuendum, quod tamen contingit per mortem filii, quem ſerpens peremit. *Lactant.*

647. *Prima, Lycurge.*] Hoc verſu tenor oraculi continetur. *Idem.*

649. *Invidet armis.*] Quod non iret ad bellum. *Idem.*

650. *Thoantis.*] Hypſipyle, patronymicum à Thoante patre: accentus in fine eſt. *Idem.*

654. *Lacrimas reſorbet.*] Tantus furor eum incendit, ut jam proditur as lacrymas iracundia reſorbeat, id eſt retroſorbeat. *Vet. Schol. Ira Patris.*] Lacrymas hominis reſorbet ira Patris. *V. S.* Paternus affectus omnia humana accidentia ſuperat. *V. Schol.*

659. *Mendacia ſacri.*] Propter Liberum patrem Thoantis, cujus filia dicitur fuiſſe Hypſipyle. *Lactant.*

662. *Proturbat pectora.*] In optimo libro eſt *protentat.* Id dictum puto ea vi, qua accepit vetus Gloſſa: *ſuſtinet, ſuſtentat.* Non inſcite. Etſi enim non fortior, conſideratior tamen Capaneo, *Tydeus* inducitur. Et Capaneo dignior proturbatio hominis inermis, mancipium ſuum perſequentis, ſuſtentatio vero Tydeo. *Barth.*

663. *Infrendens.*] *Infrendere* eſt dentes dentibus quatere. Ut Virg.

Dentibus infrendens.

Infantes enim ſine dentibus *infrendes* dicuntur. *Lactant.*

665. *Rectoque Erymanthius enſe.*] Quidam *Rectorque Erymanthius* legunt, ſed male. Erymanthium ergo Parthenopeum dicit, ab Erymantho monte Arcadiæ. *Recto enſe.*] Protenſo gladio. *Idem.*

666. *Perſtringunt.*] Obcæcant. Lucan.

Obliqua perſtringens lumina flamma:

id eſt,

Agreſtum pro rege manus. quos inter Adraſtus
Mitior, & ſociæ veritus commercia vittæ
Amphiaraus ait: Ne quæſo: abſiſtite ferro:
Unus avûm ſanguis, neve indulgete furori.
Tuque prior. ſed non ſedato pectore Tydeus

Sub-

id eſt, ant armorum lumine obcæcant, aut limis oculis intuentur. *Idem.*

668. *Commercia vitæ.*] Alii *vittæ* legunt; ergo ſi *vitæ*, quia omnes Argivi erant, ſive quia commercia vitæ communia ſunt irruentes caſus excipere. Si *vittæ*, quia ſacerdos erat Apollinis. *Idem.* *Veritus commercia vittæ.*] Ad hanc certiſſimam correctionem præiverunt libri veteres. Vulgo legitur *commercia vitæ* tranſlatitie & ſine acumine. Noſtra lectio ritum ingerit, cujus apud veteres frequens mentio, frequens uſus. ea gratia viſum mihi hoc loco (juventutis ſaltem cauſa) quæ ſparſim ad hanc rem legi collecta vulgare. Vitta, faſcia, antiquis, qua circum caput crines religabant. Capella: *Vittæ ſunt quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli & vittæ dictæ quod vinciunt.* faſcia hac, ſive vitta, matronæ imprimis diſcretæ à virginibus, caſtæ à meretricibus. Plautus milite: *Utique eam hic ornatam adducas matronarum modo: Capite comto crines vittaſque habeat, aſſimiletque ſe tuam eſſe uxorem.* Sumebant nuptiarum die. Propertius lib. 4.

Quæ mihi deducta fax omen prætulit, illa
Traxit ab everſo lumina nigra rogo:
Et Stygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis
Vitta data eſt, nupſi non comitante Deo.

Quod autem pudicæ à meretricibus diſcriminatæ vel ex uno Tertulliano diſces, de cultu mul. *Quid minus habent infeliciſſimæ illæ publicarum libidinum victimæ, quas ſi quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coërcebant, jam certe ſæculi improbitas honeſtiſſimis quibuſque feminis, uſque ad errorem dinoſcendi coæquavit.* Quid enim aliud *matronalium decoramenta*, quam vittæ, ſtola, inſtita? Mos hic ex Græcia Romam migraſſe videtur. Signatæ enim apud Athenienſes meretrices, pariter veſte à matronis diſcretæ, ut notant Suidas & Artemidorus lib. II. cap. III. Cæterum, firmam hanc opinionem, paululum concutit Valerius Flaccus, qui vittas etiam in virginibus agnoſcit. libro VIII. *Ultima virgineis tum flens dedit oſcula vittis.* Juvat Flaccum Papinius noſter, qui Achilleidos I. introducit Ulyſſem, inter dona virginibus oblata, etiam vittas offerentem: imo ſignate ornaſſe ſe vittis virgines ſcribit:

— gemmatis aut cingunt tempora vittis.

Ne turbemur: vel ſolo amictu facile vitabimus hæc tela. Virgines etiam vittam habuerunt, ſed ſimplicem, matronæ duplicem, author affirmandi Propertius lib. 4.

Mox ubi jam facibus ceſſit prætexta maritis,
Vinxit & acceptas altera vitta comas.

Vittatæ igitur matronæ; ſed nec omnes, nec ſolæ. Non omnes; quia ingenuis proprium hoc jus, non libertinis. Ita exaudio Tibullum;

Sit modo caſta doce, quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Non ſolæ; quia vittati ſacerdotes, vittati vates, & tanquam vates Poëtæ. Noſter hoc loco quem reſtituimus, de Lycurgo Jovis ſacerdote. Tacitus Annalium I. *Sacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperat vittas.* Bernart.

670. *Unus avûm ſanguis.*] A Perſeo enim, Danai filio, omnes Græci originem ducunt. *Indulgete.*] Permittite ſeu operam date; ut Virgil.

Juvat indulgere labori. Lactant.

671. *Sedato pectore.*] Patienti. Magna enim virtus eſt quæ iraſci non novit. *Idem.*

 673. *Ingra-*

Subjicit: Anne ducem, ſervatricemque cohortis
Inachiæ ingratis coram tot millibus audes
Mactare in tumulos? (quanti pro funeris ultor!)
Cui regnum, genitorque Thoas, & lucidus Euan
Stirpis avus: tumidone parum quod gentibus actis
Undique in arma ruis, inter rapida agmina pacem
Solus habes? habeaſque & te victoria Grajûm
Inveniat tumulis etiamnum hæc fata gementem.
Dixerat. & tandem cunctante modeſtior ira
Ille refert; Equidem non vos ad mœnia Thebes
Rebar, & hoſtiles huc adveniſſe catervas.
Pergite in excidium ſocii (ſi tanta voluptas)
Sanguinis, imbuite arma domi, atque hæc irrita dudum
Templa Jovis (quid enim haud licitum?) ferat impius ignis.
Si vilem, tanti premerent cum pectora luctus,
In famulam jus eſſe ratus, dominoque, ducique.
Sed videt hoc, videt ille deûm regnator, & auſis
Sera quidem, manet ira tamen. ſic fatus, & arces
Reſpicit, atque illic alio certamine belli
Tecta fremunt. volucres equitum præverterat alas

Fama

673. *Ingratis.*] Non reddentibus beneficia, aut præſtito minime gratiam relaturis. *Idem.*

676. *Stirpis avus.*] Hypſipyle dicit Liberum patrem propter Thoantem avum fuiſſe. *Idem.*

677. *Inter rapida agmina.*] Vocem repoſui ex fide ſcriptorum librorum. vulgati: *inter trepida agmina.* inepte. Qui enim convenit Tydeo fortiſſimo viro, trepidationem exercitui tribuere, jam ad hoſtem alacriter tendenti? *Bernartius.*

681. *Thebes.*] Singulariter dixit. *Lactantius.*

682. *Et hoſtiles.*] Subaudi; non rebar huc vos hoſtiliter adveniſſe, in excidium ſcilicet meum. *Idem.*

684. *Arma domi.*] Id eſt, domeſtica cæde. ſubaudis mea morte, & ſocium regni communis. *Idem.*

685. *Templa Jovis.*] Quæ coluntur fruſtra, aut nihil præſtant. *Quid enim haud licitum.*] Subaudi feceram, ſi vilis ancillæ morte luctus meos ultus eſſem. *Impius ignis.*] Incendite templa, quia parum eſt ſi famulorum jus domini perdiderunt. *Idem.*

989. *Sera quidem.*] Tibullus,

Ah, miſeret ſiquis primo perjuria cælat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Lactantius.

690. *Alio certamine*] Non culpo hanc lect. Et hic enim & illic erat pugna. Tamen melior videtur Scriptura Vetuſtiſſimi Exemplaris *alto certamine.* Profundum enim & longinquum incertumque ſonum iſta lectio magis repræſentat. *Barth.*

691 *Præverterat alas.*] Nunciatum fuerat Argivis Hypſipylen ad ſupplicium trahi. *Lactant.*

692. *Gemi-*

Fama recens, geminos alis amplexa tumultus.
Illi ad fata rapi, atque illi jam occumbere leto,
Sic meritam Hypſipylen iterant: creduntque, nec iræ
Fit mora. jamque faces, & tela penatibus inſtant.
Vertere regna fremunt, raptumque auferre Lycurgum,
Cum Jove, cumque aris. reſonant ululatibus ædes
Fœmineis, verſuſque dolor dat terga timori.
Alipedum curru ſed enim ſublimis Adraſtus
Secum ante ora virûm fremebunda, Thoantida portans
It medius turmis, &, parcite parcite, clamat.
Nil actum ſævè: meritus nec tale Lycurgus
Excidium, gratique inventrix fluminis ecce.
Sic ubi diverſis maria evertere procellis
Hinc Boreas, Euruſque, illinc niger imbribus Auſter,
Pulſa dies, regnantque hyemes, venit æquoris alti
Rex ſublimis equis, geminuſque ad ſpumea Triton
Frena natans, late pelago dat ſigna cadenti:
Et jam plana Thetis, monteſque, & littora creſcunt.
Quis Superûm tanto ſolatus funera voto
Penſavit lachrymas? inopinaque gaudia mœſtæ
Rettulit Hypſipylæ? tu gentis conditor Euan,
Qui geminos juvenes Lemni de littore vectos

Intu-

692. *Geminos tumultus.*] Quia unus erat in civitate, alter ubi Lycurgus eſt. *Idem.*

698. *Verſuſque dolor.*] Timore belli in metum verſus dolor mortis Archemori. *Idem.*

700. *Ora virum.*] Nemo non fremebat, quia metuebant Hypſipylæ aliquid mali contingere; non enim omnes audiebant loquentem Lycurgum. *Thoantida.*] Hypſipylen iterum ſic vocat à Patre. *Vet. Schol.* *Ante ora virum.*] Secum Hypſipylen ferebat, impetum furentis exercitus, Adraſtus cupiens refrenare, qui eam putabant interemptam fuiſſe. *Lactant.*

704. *Sic ubi diverſis maria.*] Virgiliana comparatio eſt, ſed contraria. Nam ille ad Neptuni comparationem virum bonum poſuit, hic ad Adraſti Neptunum. *Idem.*

706. *Venit æquoris alti.*] Ordo: Sic venit rex æquoris, ſicut ubi maria diverſis præliis evertere venti. *Idem.*

707. *Geminus Triton.*] Duobus corporibus factus. ut: *utroque refrigent Pectore montano duplex Hyleus ab antro.* Idem.

709. *Jam plana Thetis.*] Virg.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor.
Idem.

712. *Euhan.*] Invenit poëta quod primum dubitabat; Euhan Liber à quo Hypſipyle originem ducit. *Idem.*

713. *Geminos juvenes.*] Uno enim partu prognati erant. Noſter ſupra verbis

Intuleras Nemeæ, mirandaque fata parabas.
Cauſa viæ genitrix, nec inhoſpita tecta Lycurgi
Præbuerant aditus, & protinus ille tyranno
Nuncius, extinctæ miſerando vulnere prolis.
Ergo adſunt comites (pro ſors, & cæca futuri
Mens hominum!) regique favent. ſed Lemnos ad aures
Ut primum, dictuſque Thoas; per tela, manuſque
Irruerunt, matremque avidis complexibus ambo
Diripiunt flentes, alternaque pectora mutant.
Illa velut rupes immoto ſaxea viſu
Hæret, & expertis non audet credere divis.
Ut vero & vultus, & ſigna Argoa relictis
Enſibus, atque humeris amborum intextus Iaſon;
Ceſſerunt luctus, turbataque munere tanto
Corruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
Addita ſigna polo, lætoque ululante tumultu
Tergaque, & æra dei motas crepuere per auras.
Tunc pius Oeclides, ut prima ſilentia vulgi
Mollior ira dedit, placidaſque acceſſit ad aures:
Audite ô ductor Nemeæ, lectique potentes
Inachidæ, quæ certus agi manifeſtat Apollo.
Iſte quidem Argolicis haud olim indebitus armis

Luctus

bis Hypſipyles. Et ſic ipſa ſcribit ad ſuum Jaſonem:

Nunc etiam peperi, gratare ambobus Iaſon,
Dulce mihi gravidæ fecerat auctor onus.
Felix in numero quoque ſum, prolemque gemellam
Pignora Lucina bina favente dedi. Barth.

714. *Mirandaque fata.*] Quæ cogant Hypſipylen de ſervitio ad regnum redire. *Lactant.*

718. *Pro h ſors.*] Eleganter more comœdiæ contigit agnitio filiorum. *Idem.*

719. *Non audet credere.*] Incredula diu ſunt lætitiæ vota: tarde enim fidem adhibemus, cum quæ optamus eveniunt. *Idem.*

726. *Intextus Iaſon.*] Pater juvenum, ex quo hos apud Lemnum ediderat Hypſipyle. *Idem.*

728. *Atque alio.*] Quæ paulo ante luctu flebat, nunc gaudio. alio ergo fletu, ſcilicet gaudio. Terent.

Lachrymo gaudio.

Immoderata enim lætitia, & maxime parentum, habet lachrymas ſuas. *Idem.*

729. *Signa polo.*] Datum eſt ſignum cælo, velut barritus. Liber dedit ſonitum tympanorum. *Idem.*

731. *Tunc puer.*] Lycurgi filius. id eſt, qui primo Opheltes dicebatur. Sed quoniam initia Thebani belli ejus initiata ſunt morte, jure fatali poſtea Archemorus nominatus eſt, Græci pronunciatione ſermonis. ἀρχὴ enim Græce *principium* dicitur. μόρος *mors* ſermone eodem nuncupatur. *Idem.*

736. *Recte*

Luctus adeſt. recto deſcendunt limite Parcæ.
Et ſitis interitu fluviorum, & letifer anguis,
Et puer, heu noſtri ſignatus nomine fati
Archemorus. cuncta hæc Superum demiſſa ſuprema
Mente fluunt. differte animos, feſtinaque tela
Ponite. manſuris donandus honoribus infans.
Et meruit. det pulchra ſuis libamina virtus
Manibus, atque utinam plures innectere pergas
Phœbe moras, ſemperque novis bellare vetemur
Caſibus, & ſemper Thebe funeſta recedat.
At vos magnorum tranſgreſſi fata parentum
Felices, longum quibus hinc per ſæcula nomen,
Dum Lernæa palus, & dum pater Inachus ibit,
Dum Nemee tremulas campis jaculabitur umbras.
Ne fletu violate ſacrum, ne plangite divos.
Nam deus iſte, deus. Pyliæ nec fata ſenectæ
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.
Finierat, cœloque cavam nox induit umbram.

736. *Recto deſcendunt limite.*] Non interrupto ordine fatorum. *Vet. Schol.* In alio: Ut debebantur fatis recta deſcendunt omnia; Id eſt progrediuntur. Quæ retro ſunt, alta dicuntur; quæ ante nos, inferiora. Unde: ſic credidit alta Vetuſtas. *Interitu.*] Moriuntur enim flumina Poëtis, cum exa rnt.

744. *Phœbe moras.*] Sciebat adverſa denunciata ne pugnarent, ideo *necte moras.* Lactant.

748. *Dum Lernæa palus.*] Virgilius,
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ. Idem.

751. *Pyliæ nec fata ſenectæ.*] Pylias ſenex, jam annos Neſtoris dicit. *Phrygios* autem *annos*, Priami dixit: quem urbis Trojæ excidium vidiſſe, certiſſimum eſt, Virgil. *Satis una ſuperque Vidimus excidia & captæ ſuperavimus urbi.* Sed amborum annos dicit debere contemni. neuter enim poſt mortem eſt conſecratus. alii vero Tithonem eſſe dicunt Laomedontis fratrem, quem Aurora dicitur adamaſſe. & poſtea cum ille longæ vitæ fata defleret, in cicadam mutatus eſt. *Idem.*

753. *Cavam.*] Obſcuram: omne enim quod cavum, obſcurum, aut *cavam*, inanem, ut Virg.
Nox atra cavam circumvolat umbram.
Lactant.

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER SEXTUS.

Nuncia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, ſancire novo ſolennia buſto
Inachidas, ludumque ſuper, quo Martia bellis
Præſudare paret, ſeſeque accendere virtus,
Grajum ex more decus. Primus Piſæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,

Pul-

2. S*ancire novo ſolemnia buſto.*] Agon Archemori apii corona celebratur. idcirco, quia puer hic, cujus memoriæ certamen Nemeum dicatum eſt admodum parvus obierat. nam humilis herba immaturi luctus oſtendit indicium. quidam ſuper hanc herbam puerum reptantem à nutrice derelictum eſſe, & à ſerpente interemptum volunt; ex hoc creditum eſt coronæ genus indicium immaturæ mortis electum eſſe. nam in hoc agone etiam poëtæ certantes coronantur apio. unde Virgil.

Floribus atque apio crines ornatus amaro. Lactantius.

5. *Grajum ex more decus.*] De quatuor in Græcia certaminibus res nota. Quatuor in Græcia certamina ſacra fuerunt, Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemeæa, ut nemini paulum humaniori ignotum eſt: ſingulorum hic diſtinctè mentionem facit Papinius. ne ego faciam limites Scholiorum vetant præſertim. Tu ſi operæ tibi (ut novitios omittam) adi vel unum Pauſaniam, & habebis plus ſatis. Illud uno verbo juventus ſciat, qui in uno ex illis certaminibus vicerant, *Hieronicas* dictos. Suetonius Nerone cap. XXIV. *ac ne cujus alterius Hieronicarum memoria aut veſtigium extaret, ſubverti ac unco trahi, abjicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperavit.* Qui verò in quatuor hæc coronati fuerant, periodi victores. Feſtus: *Periodos dicitur & in carmine lyrico pars quædam, & in ſoluta oratione verbis circumſcripta ſententia, & in gymnicis certaminibus periodon viciſſe dicitur qui Pythia, Iſthmia, Nemeaa, Olympia vicit, à circuitu eorum ſpectaculorum.* quàm glorioſum autem fuerit viciſſe, non ex Cicerone modò diſces, qui pro Flacco aſſerit id, *apud Græcos prope majus & glorioſius, quàm Romæ triumphaſſe*, ſed ex Vitruvio, qui ſignatè lib. IX. *Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores inſtituerunt, ut non modò in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cùm revertuntur in ſuas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia, & in patrias invehantur, æquè Reipub. perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur,* Bernartius.

6. *Hunc pius Alcides.*] Primus Hercules hunc honorem manibus Pelopis exhibuit, qui erat Herculi per Alcmenam genere conjunctus, hoc ordine; Pelopis & Hippodamiæ Liſidice filia. Liſidices Alcmena. Jovis & Alcmenæ Hercules. Prima ergo certaminum genera hæc fuerunt, quæ per ordinem hoc loco poëta deſcribit. Olympia in honorem Pelopis, cujus victores oleaſtro coronantur.

Pythia

Pulvereumque fera crinem deterſit oliva.
Proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetra.
Mox circum triſtes ſervata Palæmonis aras
Nigra ſuperſtitio, quoties animoſa reſumit
Leucothoë gemitus, & amica ad littora feſta
Tempeſtate venit. planctu conclamat uterque
Iſthmos, Echioniæ reſponſant flebile Thebæ.
Et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
Connexum cœlo, quorumque ingentia tellus
Aonis, & Tyriæ ſuſpirant nomina matres,
Concurrunt, nudaſque movent in prælia vires.
Ceu primum auſuræ trans alta ignota biremes,
Seu Tyrrhenam hyemem, ſeu ſtagna Ægæa laceſſunt;
Tranquillo prius arma lacu, clavumque, leveſque
Explorant remos, atque ipſa pericula diſcunt.

At

Pythia in honorem Apollinis, cujus victores lauro coronantur. Iſthmia in honorem Palæmonis, cujus victores pinu coronantur. Nemea in honorem Archemori, cujus victores apio coronantur. Apium autem dixit, quia Hercules Pelopi in honorem conſanguinitatis id exhibuit. *Certavit honorem.*] In honorem ipſius conſecravit. *Lactan. ius.*

7. *Fera oliva*] Pro oleaſtro poſuit, quia victores ipſius certaminis hac fronde coronantur. poſſumus & *feram* pro feraci intelligere. *Idem.* *Crinem deterſit Oliva.*] Scripti codicis conſenſu, *crinem deterſit Oliva*, quidni rectè? illud aptè etiam, quod olivam exprimit, nam de Olympico certamine agit, in quo Oleaſtri frondibus victores coronati; ſicuti in Pythiis Mala ex fano Apollinis, &c. Notandum etiam non tam ipſos victores quàm patriam illorum coronatam. Plinius xvi. cap. de coronis: *Noviſſimè & in ſacris certaminibus uſurpatæ, in quibus hodieque non victori dant, ſed patriam ab eo coronari pronuntiatur.* Bernart.

8. *Celebravit libera nexu.*] Pythone enim interfecto Achæi agonem Apollini inſtituerunt, quem *Pythiacum* nominaverunt. *Lactant.*

10. *Mox circum triſtes.*] Sic vocantur. Iſthmia celebrantur apud Corynthum in honorem Palæmonis & Leucotheæ marinorum deorum. Iſthmos, terra in longum porrecta, quæ Ionium ab Ægeo dividit. Ovid.

Et ſpatio concreta brevi freta bina repellit,
Unaque pulſatur terra duabus aquis.

Idem.

16. *Connexum cœlo.*] Genus, id eſt, qui originem ducunt, propter illam opinionem, quia dicuntur dii terrenis fœminis mixti liberos procreaſſe. Diſputatio eſt, quæ dicit bonorum hominum animas ac virorum fortium à diis ſumpſiſſe principium. *Idem.*

17. *Aonis.*] Bœotiam dixit, quia ab his vaſtabatur. *Tyriæ ſuſpirant nomina matres.*] Thebanas ſignificat, à Cadmo Tyrio conditore. ſuſpirant autem nomina, quia virtute Græcorum orbabuntur, maritis omiſſis aut liberis. *Idem.*

18. *Nudas vires.*] Sine ferro. *In prælia.*] In luctamen. *Idem.*

27. *Et*

At cum experta cohors: tum pontum irrumpere freta
Longius, ereptaſque oculis non quærere terras.
Clara laboriferos cœlo Tithonia currus
Extulerat, vigileſque dea pallentis habenas
Et nox, & cornu fugiebat Somnus inani.
Jam plangore via, gemitu jam regia mugit
Flebilis, acceptos longe nemora avia frangunt,
Multiplicantque ſonos. ſedet ipſe exutus honoro
Vittarum nexu genitor, ſqualentiaque ora
Sparſus, & incultam ferali pulvere barbam.
Aſperior contra, planctuſque egreſſa viriles
Exemplo famulas premit, hortaturque volentes
Orba parens, laceraſque ſuper procumbere nati
Relliquias ardet, totieſque avulſa refertur.
Arcet & ipſe pater. mox ut mœrentia dignis
Vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
Ceu nova tunc clades, & primo ſaucius infans
Vulnere, letaliſve irrumperet atria ſerpens:
Sic alium ex alio quanquam laſſata, fragorem
Pectora congeminant, integratoque reſultant
Accenſa clamore fores. ſenſere Pelaſgi

Invi-

27. *Et cornu fugiebat Somnus.*] *Inani cornu* idcirco dixit, quia illud noctis tempore totum diffuderat, quod idem poëta ſuperius manifeſtius aſſeruit, dicens, *cornu perfuderat omni.* Nam ſic à pictoribus ſimilatur, ut liquidum ſomnium ex cornu ſuper dormientes videatur effundere. Sic Ennius: *Cum ſeſe exiceat ſomno Romana juventus.* Idem.

31. *Vittarum nexu genitor.*] De vittis ad librum quintum ſatis. Illud obiter hic nota, vittas poſitas in luctu. Noſter Epicedio in Glauciam:

Et nunc (heu) vittis & frontis honore ſoluto,
Infauſtus vates, vexo mea pectora tecum.

Noſter lacrymis Etruſci: Pietatem cum vitta ad exequias vocat:

Huc vittata comam niveoque inſignis amictu
Mitibus exequiis ades.

& ſunt præterea ſcriptorum loci, qui adſtruere videntur, vittas ſumptas, non poſitas in luctu. *Bernart.*

37. *Arcet & ipſe pater.*] Penſanda eſt in matre doloris acerbitas, cum & pater prohibeat luctum. *Dignis vultibus.*] *Dignis* dixit, pro aptis temporibus, ac per hoc lachrymantibus. *Lact.*

39. *Ceu nova tunc clades.*] Lachrymas orbitatis ingredientium Argivorum renovare ſolatia. Naturale eſt enim ut intermiſſa lamenta repetantur, cum aliquis advenerit notus. Virg.

Ut vero Æneas tectis ſeſe extulit altis,
Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt Pectoribus. Idem.

42. *Reſultant accenſa.*] Ædes reſiliunt. *Idem.*

43. *Senſere Pelaſgi.*] Id eſt, agnovere

Argivi

Invidiam, & lachrymis excuſant crimen obortis.
Ipſe datum quoties, interciſoque tumultu
Conticuit ſtupefacta domus, ſolatur Adraſtus
Alloquiis genitorem ultro. nunc fata recenſens
Reſque hominum duras, & inexorabile penſum:
Nunc aliam prolem, manſuraque numine dextro
Pignora. nondum orſis modus, & lamenta redibant.
Ille quoque affatus non mollius audit amicos,
Quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
Vota virum, aut tenues curant vaga fulmina nimbos.
Triſtibus interea ramis, teneraque cupreſſo
Damnatus flamma torus, & puerile pheretrum
Texitur: ima virent agreſti ſtramina cultu.
Proxima gramineis operoſior area ſertis,
Et picturatus morituris floribus agger.
Tertius aſſurgens Arabum ſtrue tollitur ordo
Eoas complexus opes, incanaque glebis
Thura, & ab antiquo durantia cinnama Belo.

Sum-

Argivi lamentationis argumento ſibi imputari cauſam mortis Archemori. *Idem.*

44. *Et lachrymis excuſant.*] Flendo oſtendunt interitum Archemori non ſua culpa, ſed fatorum ordine proveniſſe. *Idem.*

45. *Datum quotiens.*] Id eſt, quotiens ei flentum ſtupore permiſſum eſt. *Idem.*

48. *Penſum.*] Pro ſtatutis fatorum poſuit. *Idem.*

53. *Ac tenues.*] Sic optimus aliique omnes libri Noſtri. Vulgo *aut.* Veritatem & *Fulmina* facile arguit τὸ *tenues.* Et ſtulte *flumina nimbis* opponantur. Ex Lindebrogianis nonnemo liber totos hos tres verſ. omitrit, à quo noſtri merito diſſentiunt. Ut enim *genitorem* ſpeciatim ſupra dixit, ſic congrue hic ejus mentionem reponit. *Barthius.*

54. *Triſtibus interea ramis.*] Non ramis triſtibus, ſed ipſis triſtibus, qui pyram frondibus intexebant. *Lactantius.*

55. *Feretrum.*] Φέρετρον Græcè dicitur, unde per διὰ φέρετρον *feretrum* facit. nam Latine *capulus* dicitur, ab eo quod corpus capiat. Unde Plautus: *Capularis ſenex*, id eſt dignus feretro. *Idem.*

57. *Area.*] Locus ipſius rogi *area* dicitur. *Idem.*

58. *Morituris floribus agger.*] Compoſitus recenti thure & cynnamo: ut oſtenderet orientales partes viciſſe. *Idem.*

59. *Arabum ſtrue.*] Odoribus Arabicis. *Idem.*

60. *Incana.*] Non longa ætate corrupta. *Idem.*

61. *Ab antiquo.*] Veteris belli prædam iſtis oſtendit odoribus. Liber enim devicta India hoc unguenti genus advexit, gentibuſque dedit. & bene dixit *durantia.* conſtat enim cynnama fugere; vel ad illud magis dixiſſe videtur, quod cynnamum odorem ſuum longo tempore non amittit. Lucan.

Quod nondum evanuit aura cynnamon.
Idem.

62. *Sum-*

Summa crepant auro, Tyrioque attollitur oſtro
Molle ſupercilium, teretes; hoc undique gemmæ
Irradiant, medio Linus intertextus acantho,
Letiferique canes. opus admirabile ſemper
Oderat, atque oculos flectebat ab omine mater.
Arma etiam, & veterum exuvias circundat avorum
Gloria mixta malis, adflictaque ambitus aulæ
Ceu grande exequiis onus, atque immenſa ferantur
Membra toro: ſed caſſa tamen, ſteriliſque dolentes
Fama juvat, parvique augeſcunt munere manes.
Inde ingens lachrymis honor, & miſeranda voluptas,
Muneraque in cineres annis graviora feruntur.
Namque illi & pharetras, brevioraque tela dicarat
Feſtinus voti pater, inſonteſque ſagittas.
Jam tunc & nota ſtabulis de gente probatos

In

62. *Summa crepant auro.*] *Crepant*, id eſt ſonant. Auri enim textilis ſonus talis eſt. Aut illud quod in flexuoſas laminas cæſum eſt. Virg.

Sic leni crepitabat bractea vento.

Idem.

63. *Supercilium.*] *Supercilium* pro faſtidio poſuit. *Teretes gemmæ.*] Multi ſeparant gemmas à margaritis, ut Cicero: *nullam gemmam, aut margaritam.* & gemmas volunt dici diverſi coloris, margaritas vero albas. vel gemmas integras, margaritas pertuſas. Dicimus autem & hoc *margaritum*, & hæc *margarites*, quod Græcum eſt. *Idem.*

64. *Irradiat medio Linus.*] Hanc hiſtoriam in primo libro Adraſto narrante, cognovimus, Linum filium Apollinis & Pſamates, Crotopi filiæ, expoſitum à matre, à canibus fuiſſe diſcerptum. hæc ergo fabula cum arte eſſet intertexta, odioſa erat matri, quia miſerationem parvuli commovebat. pari enim modo etiam Archemori mors videbatur illata. *Idem.*

68. *Gloria mixta.*] Quoniam majorum ornamenta funeri adhibebantur. *Idem.*

72. *Miſeranda voluptas.*] Fletum ſcilicet, quod planctus quaſi voluptatem afferat orbitatis parentibus. *Idem.*

75. *Feſtinus voti.*] Id eſt, votis antecedens ætatem filii. figuratum nomen vel à participio *feſtinans*, vel à verbo *feſtino*. Virgil.

Tibi quam noctes feſtina dieſque.

Idem.

76. *Cinctuſque ſonantes.*] Balteum militare notat, aureis bullis diſtinctum. Virgilius lib. XII.

—— *infelix humero cum apparuit alto*
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis.

Sidonius Panegyrico Antenii:

—— *bullis hoſtilibus aſper*
Applicat à leva ſurgentem balteus enſem.

Erat & alia bulla (ut hoc obiter dicam) quam ingenui pueri, Senatorum liberi, apud Romanos gerebant. Æmilianus apud Macrobium Saturnal. III. c. XIV. *Ductus ſum in ludum ſaltatorium, plus medius fidius, in eo ludo vidi pueris virginibuſque quingentis, in his unum (quo me maximè Respubl. miſertum eſt) puerum bullatum Petitoris filium.*

Juvenalis Sat. XIV.

—— *ludit & heres*
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.

Hinc

In nomen paſcebat equos, cinctuſque ſonantes
Armaque majores expectatura lacertos.
Spes avida! quas non in nomen credula veſtes
Urgebat ſtudio? cultuſque inſignia regni
Purpureos, ſceptrumque minus. cuncta ignibus atris
Damnat atrox, ſuaque ipſe parens geſtamina ferri,
Si damnis rabidum queat exſaturare dolorem.
Parte alia gnari monitis exercitus inſtat
Auguris, aëriam truncis nemorumque ruina
Montis onus cumulare pyram. quæ crimina caſi
Anguis, & infauſti cremet atra piacula belli.
His labor acciſſam Nemeen, umbroſaque Tempe
Præcipitare ſolo, lucoſque oſtendere Phœbo.
Sternitur extemplo veteres incidua ferro
Sylva comas, largæ qua non opulentior umbræ
Argolicos inter ſaltuſque educta Lycæos
Extulerat ſuper aſtra caput. ſtat ſacra ſenecta
Numine, nec ſolos hominum tranſgreſſa veterno
Fertur avos, Nymphas etiam mutaſſe ſuperſtes,

Fauno-

Hinc bullatæ *nugæ*, pro *puerilibus*. Perſius Sat. v.

Non equidem hoc ſtudeo bullatis ut mihi nugis
Pagina turgeſcat.

Capies ab hac mente Juvenal. Sat. XIII.

— dic ſenior bulla digniſſime.

Id eſt, qui inter pueros referaris. Intelliges etiam Virgilium lib. VI. de puerili agmine ſcribentem:

— it pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Denique ſcito cùm togam virilem pueri ſumerent, bullam Laribus dicari ſolitam. Perſius Sat. v.

Cùm primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit. Bernart.

79. *Spes avida! quas non.*] Si τὸ *ſpes* accipiamus plurative, nihil eſt, cui conjungatur τὸ *credula*. Inveni in optimo codice adſcriptum ſcholion: *quia mater non credit filium pertingere ad ætatem adfectam.* Sed quemadmodum intellectu poterimus huc inſerere, *mater*? Immo & quæ præcedunt quinque verſibus, & quæ ſequuntur quatuor patris ſolius mentionem habent. Scribe: *Spes avidi, quas non, in nomen credula, veſtes.* Neque tam male ominatam rem, quam fingit Scholiaſtes, patri feſtinationis cauſam fuiſſe putandum: ſed quia bonorum parentum vota ſemper ſunt avida. *In nomen credula* eo reſpicit, quod vocabulum filii non ab incipiendis belli Thebani malis, ſed à ſuperandis fatis, quibus quaſi dominaretur, dictum ſibi finxit, & perſuaſit. *Gronov.*

85. *Auguris.*] Pater pyram filio faciebat, ſacerdos ſerpenti; quia fuiſſe Martis filius credebatur. *Lactantius.*

95 *Nymphas.*] Nymphæ diu vivunt & tamen moriuntur. Iſtam autem pyram dicit illis antiquiorem fuiſſe, & poſt mortem illorum incolumem ob honorem

Faunorumque greges. aderat miſerabile luco
Excidium. fugere feræ, nidoſque tepentes
Abſiliunt (metus urget) aves. cadit ardua fagus:
Chaoniumque nemus, brumæque inlæſa cupreſſus,
Procumbunt piceæ, flammis alimenta ſupremis,
Ornique, iliceæque trabes, metuendaque ſucco
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atque ſitu non expugnabile robur.
Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonſa cacumina terræ
Alnus amica fretis, nec inhoſpita vitibus ulmus.
Dat gemitum tellus. non ſic everſa feruntur
Iſmara, cum fracto Boreas caput extulit antro.
Non graſſante Noto citius nocturna peregit
Flamma nemus. linquunt flentes dilecta locorum
Otia,

norem numinis perduraſſe. *Veterno* autem dixit ad oſtentationem ætatis antiquæ. *Idem. Nymphas etiam mutaſſe.*]Ride hominum ſtultitiam: qui non contenti innumerabiles penè deos finxiſſe, mortales etiam quoſdam ex iis credebant. Capella: *Panes, Fauni, Satyri, Sylvani, Nymphæ, Fatui, Fatuæque, vel etiam Fanæ, à quibus fana dicta, quod ſoleant divinare, hi omnes poſt prolixum ævum moriuntur ut homines.* adi Pauſaniam Phocicis, & Apollonii Scholiaſten. imò quod magis ridiculum, præeſſe arboribus putabant Nymphas, earumve mortem ab arboris interitu dependere. Ovidius:

Naida vulneribus ſuccidit in arbore factis.
Illa perit. fatum Naidos arbor erat.

Cur enim veneratur Nymphas Æneas? niſi quia metuebat, aliquam earum ſe læſiſſe in arbore, cujus ramos vulſerat, & ex qua ſanguinem ſtillare videbat. cur *Quercum ſuam* dixit Seneca? niſi quia huic Dryas annexa, ut credebatur. pretium operæ hæc talia monere, vel ut intelligas Papinii mentem Tiburtino Manlii:

Quid te quæ mediis ſervata penatibus arbor,
Tecta per & poſtes liquidas emergis in auras, &c.

Bernartius.

99. *Chaoniumque nemus.*] Ovid. hanc enumerationem arborum epithetis ſuis decimo libro monſtravit.

Umbra loco venit, non Chaonis abſuit arbor,
Non nemus Heliadum, nec frondibus æſculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus, &c.

Chaoniumque nemus.] Arbores dicit, quæ maxime abundant in eo nemore Jovi ſacrato, ubi etiam ipſæ per columbas dabant reſponſa. Virg.

Atque habitæ Grajis oracula quercus.

dixit autem *Chaonium nemus*, à toto partem oſtendens. *Illæſa cupreſſus.*] Quæ nunquam exuitur honore foliorum. *Idem.*

109. *Citius nocturna peredit.*] Scribendum ex membr. *peregit Flamma nemus.* Lib. 5. *longus vix tota peregit Membra dolor.* Valerius Flaccus lib. 1. *peragit Clanis Actora quercu.* Eodem ſenſu, quo, confecit. *Gronov.*

111. *Arbi-*

Otia, cana Pales, Sylvanuſque arbiter umbræ,
Semideumque pecus. migrantibus adgemit illis
Sylva, nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ.
Ut cum poſſeſſas avidis victoribus arces
Dux raptare dedit, vix ſigna audita, nec urbem
Invenias. ducunt, ſternuntque, abiguntque, feruntque
Immodici. minor ille fragor quo bella geruntur.
Jamque pari cumulo geminas hanc triſtibus Umbris,
Aſt illam Superis æquus labor auxerat aras,
Cum ſignum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros ſuetum producere manes
Lege Phrygum mæſta. Pelopem monſtraſſe ferebant

Exe-

111. *Arbiter umbræ.*] Id eſt, domus nemorum. *Lactantius.*

112. *Semideumque pecus.*] Panes. tetigit hanc opinionem, ut diceret Nymphas & Faunos eſſe mortales. Virg. dixit Turnum à Venilia Nympha natum, ab Ænea monſtrat occiſum, cum ipſius auctor ſanguinis immortalis eſſet. Sunt qui dicunt illam auram numinis, quæ fontibus arboribuſque devincta eſt, caſu aut aqua ſiccata, aut exciſa arbore, æque illico emori. ſed abſurdum eſt ut numen moriatur. neque enim res poteſt in aliquo caſu occidere, * cum omnium viſibilium, & quæ incorporea ſunt mulris viſa mori opinantur. Cæterum ſucciſa arbore, aut ſiccato fonte, ille ſpiritus qui ſocietate tenebatur illius naturæ aſtrictus fugit invitus, interdum aufertur ratione divina. Cæterum nec ipſis arboribus contingit interitus. ſoluta enim figura ad naturam ſuam recidunt. unde Virgil. *Scilicet huc reddi, deinde ac reſoluta referri Omnia nec morti eſſe locum.* Lucan. in 9. lib. *Innocuos vita patientes ætheris imi Fecit, & æternos animam collegit in orbes.* quia dicit Pythagoras animas bonorum virorum in ſtellas poſſe converti. *Semideos* autem Panes dixit, qu'a partem habent deorum, partem hominum. *Idem.*

117. *Immodici. minor.*] Ille fragor immodici tumultus non erat minor eo tumultu, quo geſturi erant bella. id eſt majore clamore diripiunt urbem, quam ante pugnaverant. *Idem.*

118. *Jamque pari tumulo.*] Similibus pyris. Una pro filio Lycurgi, altera pro Amphiarai ſerpente. *Idem.*

121. *Tibia jubet.*] Jubet enim religio ut majoribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur. Perſius. *Hinc tuba, candelæ.* Homerus in funere Hectoris dicit:

Tunc pyra conſtruitur quo bis ſex corpora Grajum,
Quadrupedeſque adduntur equi, curruſque, tubæque,
Et clypei, galeæque cavæ, Argivaque tela.

Idem.

122. *Lege Phrygum mæſta.*] Ovidius:
Tibia funeribus cantabat, tibia ludis.
Statius ad puerorum funera reſtringere videtur, quod alias non obſervavi, niſi apud Luctatium, qui *jubet religio* (inquit) *ut majoribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur.* Hæc ille, nec malè de tuba, ut ex Propertio, Ovidio aliiſque notum. Suetonius tamen non in viri ſolùm, ſed virorum principis tibiam agnoſcit: *Tibicines & Scenici artifices veſtem quam ex inſtrumento triumphorum, ad præſentem uſum induerant, detractam ſibi, atque deſciſſam injecere flammæ.* niſi triumphale id fuiſſe funus dicas, & omni inſtrumento muſico ornatum, ſed oc-

Exequiale ſacrum, carmenque minoribus umbris
Utile. quo geminis Niobe conſumpta pharetris
Squallida biſſenas Sipylon deduxerat urnas.
Portant inferias, arſuraque fercula primi
Grajorum, tituliſque pios teſtantur honores
Gentis quiſque ſuæ. longo poſt tempore ſurgit
Colla ſuper juvenum (numero dux legerat omni)
Ipſe fero clamore torus. cinxere Lycurgum
Lernæi proceres, genitricem mollior ambit
Turba, nec Hypſipyle raro ſubit agmine. vallant
Inachidæ memores, ſuſtentant livida nati
Brachia, & inventa concedunt plangere matri.

Illic

cludit tibi poſticum iſtud idem Ovidius, qui Triſtium 1. ait:

Tibia funeribus convenit iſta meis.

verius itaque Papinium ad originem reſpicere, & velle apud Phryges, næniam ad tibias primùm cantari ſolitam in funere infantium. quod verum eſt, & Phrygum hoc inventum, unde Catullus *barbaram tibiam* vocavit, nam licet Latini, qui libera Repub. ſcripſere, Barbaros vocent omnes præter ſe & Græcos: & ii qui ſub Principibus, omnes qui non erant ſub imperio Romano, Poëtæ tamen ſæpe intelligunt ſolos Trojanos. ut ſciunt vel tenuiter harum litterarum periti. vetus Poëta apud Ciceronem: *aſtante ope barbarica*, id eſt, Trojana. Lucretius, Horatius, alii videntur. Morem etiam præficarum, & canendi ad tibias in funere, ex Phrygia in Italiam per comites Æneæ tranſlatum, Varro auctor, de vita populi Romani, lib. IV. *Bernart.*

124. *Niobe conſumpta pharetris.*] Id eſt, Apollinis & Dianæ. Niobe ſecundum Homerum duodecim filios habuit, Sophocles autem dicit eam quatuordecim habuiſſe. amborum opinionem ſecutus poëta diverſis locis, utrunque taxavit in hoc loco: *bina per ingentes ſtipabant funera portas.* eſt autem ordo: quo carmine Niobe ſqualida biſſenas Sipylon deduxerat urnas: quia occiſis liberis apud Thebas ad patriam Sipylon funera cuncta deduxerat. *Sipylon* mons eſt in quo Niobe in ſaxum dicitur mutata. *Lactantius.*

126. *Arſuraque fercula.*] Ad morem dixit quo amici, dona ad odorem vel guſtum pertinentia, in rogum defunctorum jaciebant. Virg. VI.

Averſi tenuere facem, congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres olivo.

Papinius Epicedio in Glauciam:

— quid ego exequias & prodiga flammis
Dona loquar? mœſtoque ardentia funera luxu? &c.

plures non laudo, ſolùm adſcribam Tertulliani de Reſurrectione carnis, abſque ritus hujus face denſa caligine preſſum locum: *At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque cùm ipſos defunctos atrociſſimè exurit, quos poſtmodùm guloſiſſimè nutrit, iiſdem ignibus & promerens & offendens. ò pietatem de crudelitate ludentem! ſacrificat an inſultat dum crematis cremat?* hæc in rogum: ſi vero anniverſariæ fierent exequiæ, ſuper aras extructas deponebant dona. Virg. V.

Nec non & ſocii, quæ cuique eſt copia, læti
Dona ferunt, onerantque aras, mactantque juvencos. Bernart.

134. *Inventæ concedunt.*] Moderatum ei planctum concedunt, non autem nimium,

Illic infauſtos ut primum egreſſa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit,
Planctuque, & longis præfata ululatibus infit:
Non hoc Argolidum cœtu circundata matrum
Speravi te nate ſequi, nec talia demens
Fingebam votis annorum elementa tuorum,
Nil ſævum reputans, etenim his in finibus ævi
Vnde ego bella tibi Thebaſque ignara timerem?
Cui ſuperûm noſtro committere ſanguine pugnas
Dulce? quis hoc armis vovit ſcelus? at tua nondum,
Cadme, domus, nullus Tyrio grege plangitur infans.
Primitias egomet lachrymarum, & cædis acerbæ
Ante tubas ferrumque tuli. dum deſide cura
Credo ſinus fidos altricis, & ubera mando.
Quid ni ego? narrabat ſervatum fraude parentem,
Inſonteſque manus. en! quam ferale putemus
Abjuraſſe ſacrum, & Lemni gentilibus unam
Immunem furiis. hæc illa, & creditis auſa?
Hæc pietate potens? ſolis abjecit in arvis
Non regem, dominumve; alienos impia partus.
Hoc tantum, ſylvæque infamis tramite liquit,

Quem

mium, ideoque brachia ejus à verberibus nimiis coërcent. *V. Schol.* Optime. Non enim jam poſſe Hyſipylem tam atrociter in planctus furere dicit, inventis nempe filiis, quam fecerat antea. Gaudia enim mentem, brachia attinebant filii. *Barthius.*

140. *Annorum.*] *Elementa* pro initiis poſuit: omnium enim humanarum rerum initia *elementa* ſunt dicta. *Lact.*

149. *Quidni ego.*] Deeſt occidi filium quem negligenti commiſi. nam dolori vox convenit interrupta. *Servatum fraude parentem.*] Illi ego parvulum crederem, quæ à ſe patrem fuiſſe ſervatum jactabat. *Idem.*

151. *Abjuraſſe ſacrum.*] Id eſt, facinus execrandum: aut quia ſacramentum fuit inter Lemniades. *Abjuraſſe.*] A ſuo animo abdicaſſe. *Idem.*

152. *Hæc illa eſt.*] Demonſtrative, id eſt, quæ fuerit auſa dominum projicere, linquere. *Idem. Hæc illa, & creditis.*] Malim: *hæc illa (& creditis auſam.) Hæc pietate potens.* Hacne inſigni eſt illa, (quis credat tantum bonæ mentis, tantum animorum ei fuiſſe!) hac, inquam, inſigni pietate clara. Effinxit ex illo Virgilii: *en dextra fideſque, Quem ſecum Iliacos ajunt portaſſe penates, Quem ſubiiſſe humeris confectum ætate parentem.* Gron.

154. *Non regem.*] Conceſſione. *Alienos.*] Deeſt *ſed.* Lactant.

155. *Infames.*] Periculoſos. ut Horatius,

Infames ſcopulos Acroceraunia.

Idem. *Tramite.*] *Trames* eſt via tranſverſa. Ergo in periculoſæ ſilvæ via, quod eſt tramite, filium dimiſit expoſitum: proprie tamen *trames* eſt via privata,

 non

Quem non anguis atrox (quid enim hac opus, hei mihi, leti
Mole fuit?) tantum cœli violentior aura.
Impulſaque Noto frondes, caſſuſque valeret
Exanimare timor. Nec vos inceſſere luctu
Orba habeo. fixum matri, immotumque manebat
Hac altrice nefas. at quin & blandus ad illam,
Nate, magis, ſolam noſſe, atque audire vocantem
Ignaruſque mei: nulla ex te gaudia matri.
Illa tuos queſtus, lachrymoſoſque impia riſus
Audiit, & vocis decerpſit murmura prima.
Illa tibi genitrix ſemper, dum vita manebat:
Nunc ego. ſed miſera mihi nec punire poteſtas
Sic meritam, quid dona, duces, quid inania fertis
Juſta rogis? illam (nil poſcunt amplius umbra)
Illam (oro) cineri ſimul, exciſaque parenti
Reddite, quæſo, duces. per ego hæc primordia belli
Cui peperi: ſic æqua gemant mihi funera matres
Ogygiæ. ſternit crines, iteratque precando,
Reddite, nec vero crudelem, avidamque vocate
Sanguinis, occumbam pariter dum vulnere juſto
Exſaturata oculos unum impellamur in ignem.
Talia vociferans alia de parte gementem
Hypſipylen (neque enim illa comas nec pectora ſervat)
Agnovit longe, & ſocium indignata dolorem.
Hoc ſaltem, ô proceres, tuque ô cui pignore noſtro
Partus honos, prohibete nefas. auferte ſupremis

Invi-

non publica, id eſt, quæ paucis cognita, unumquemque ad agrum proprium ducit. Salluſtius: *per tramites occultos exercitum Metelli antevenit.* Idem.

162. *Matre magis ſolam noſſe.*] Sane veteres, *Nate magis*; quod tamen verum eſſe non apparebit, ut ait Bernartius, propius rimanti, niſi & aliud quid vitii hic, quo laborant omnes libri, ſuſtuleris. Quorſum enim *magis ſolam*? ſi enim *magis*, non utique *ſolam*: ſin *ſolam*, non utique *magis*: hæc duo in eodem membro male conveniunt. Lege: *at quin & blandus ad illam, Nate, magis.* (ſcilicet eras, quam ad me.) *ſolam noſſe atque audire vocantem.* Hoc quoque I. Grutero in mentem venerat. *Gronovius.*

166. *Illa tibi genitrix.*] Hypſipylen dicit lætitiæ blandimenta ſenſiſſe de luctu. *Lactantius.*

171. *Primordia belli.*] Oro vos per primordia belli: per mortem filii Argivos adjurat, cujus obitu Thebanum, velut ſacro aliquo, initiatum eſt bellum. *Idem.*

188. Seu

Inviſam exequiis. quid ſe funeſta parenti
Miſcet? & in noſtris ſpectatur & ipſa ruinis?
Cui luget complexa ſuos? ſic fata repente
Concidit, abruptiſque obmutuit ore querelis.
Non ſecus ac primo fraudatum lacte juvencum
Cui trepidæ vires, & ſolus ab ubere ſanguis
Seu fera, ſeu duras avexit paſtor ad aras,
Nunc vallem ſpoliata parens, nunc flumina queſtu,
Nunc armenta movet, vacuoſque interrogat agros:
Tunc piget ire domum, mœſtoque noviſſima campo
Exit, & oppoſitas impaſta avertitur herbas.
At genitor, ſceptrique decus, cultuſque Tonantis
Injicit ipſe rogis, tergoque & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit, ſectiſque jacentis

Obnu-

188. *Seu duras evexit paſtor ad aras.*] Non *aras duras*, ſed *paſtor*. Idem.

189. *Nunc flumina queſtu.*] Ordo. non ſecus ſpoliata parens nunc vallem, nunc queſtu flumina, nunc armenta movet. *Idem.*

194. *Injicit ipſe rogis.*] Præter ea quæ ad odorem aut guſtum, etiam pretioſiſſima quæque defunctis, aut ſibi cariſſima, urebant. Homerus Iliad. ζ.

Ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κυνὲς ἦσαν.
Καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας.

Seneca Tragicus Herc. Oeteo.

Hic nodus (inquit) *nulla quem capiet manus*
Mecum per ignem flagret. ——

De Herc. furente:

—— *ipſa Lernæis frequens*
Pharetra telis in tuos ibit rogos.

Noſter lib. XII.

Accipe nate tui nova libamenta triumphi.
Accipe & hoc regimen dextræ, frontiſque ſuperbæ
Vincula, quæ patri nimium geſtanda dediſti.

Decemviri in legibus XII. tabularum, compedes (ut ſic dicam) huic ſtultitiæ injecerant, ſed pravi mores bonas leges vicerunt: Cicero de legib. II. *Jam cetera in XII. de minuendo ſumptu, tranſlata ſunt de Solonis fere legibus. Extenuato igitur ſumptu, tribus riciniis & clavis purpureis, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem.* Reſpiciunt Decemviri hunc ritum, & nolunt plus quam tres veſtes, cum mortuis uri vel condi. viri docti qui aliter exponunt, fallunt & falluntur. illud etiam dignum duxi monitu, qua apud Græcos, qua Romanos moris fuiſſe, ut morituri pulcherrimas veſtes ſumerent, in quibus moriebantur & comburebantur. Conſule Diogenem Laërtium in vita Socratis, Livium, Velleium Paterculum libro II. Plinium Epiſt. lib. II. epiſt. ult. *Bernart.*

195. *Cæſariem ferro minuit.*] Et hoc maximi doloris indicium apud priſcos, in exequiis alicujus capillos decidere, barbam radere, crines tumulo imponere, aut in rogum conjicere. Alcæus epigrammatographus:

Πασά σοι οἰχομένῳ Πυλάδη κωκύετ' Ἑλλὰς
Ἄπλεκτον χαίταν ἐν χροῒ κειραμένη.

Extinctum luget Pylades te Græcia tota
Ad vivam tonſis crinibus uſque cutem.

 Iphige-

Obnubit tenuia ora comis. ac talia fletu
Verba pio miſcens, Alio tibi perfide pacto,
Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram:
Si pariter virides nati libare dediſſes
Ad tua templa genas. ſed non ratus ore ſacerdos,

Dam-

Iphigenia in Tauris apud Euripidem:

Τύμβον τε χῶσον, κἀπίθες μνημεῖα μοι.
Καὶ δάκρυ, ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.
Tumulumque congere, & monumenta imponito,
Comas ſepulchro det ſoror cum lacrymis.

Et exempla plura ſunt, quæ non exſcribo, diluam potius loca, quæ diverſam ſententiam adſcribere videntur. Venuleius I.C. l. XXXIX. de injuriis: *Veſtem ſordidam rei nomine in publicum habere capillumve ſummittere nulli licet, niſi ita conjunctus eſt affinitate, ut invitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit.* Suetonius, Julio, cap. LXVII. & clarius de Caligula in morte Druſillæ: *Mæroris impatiens, cum repente noctuque profugiſſet ab urbe, tranſcurriſſetque Campaniam, Syracuſas petiit: rurſuſque inde rediit, barba capilloque promiſſo.* Ecce crines in luctu non poſiti ſed nutriti. nec id Principum ævo ſolum, ſed & priſca Republ. Agellius de Africano: *Eumque cum eſſet reus, neque barbam deſiſſe radi neque non candida veſte uti neque fuiſſe ſolito cultu reorum.* Quid ſtatuemus in pugna tam manifeſta? pacem quam facile componam. Exteris in luctu deponere crines uſitatum, non Romanis, excipio mulieres, qui enim poſſent viri, cum comam aut barbam non nutrirent? primuſque Hadrianus Imperator barbam Romæ reduxit, ut notat Xiphilinus, & probant nummi: ideoque barba ſummiſſa, cum alias foret raſa, luctus erat ſignum. Cæterum in exteris ipſe Suetonius morem ponendi barbam in luctu, agnoſcit. Caligulæ cap. II. in morte optimi Germanici, *Regulos quoſdam, ajunt barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus.* Pergebam. ſed à latere tragulam mihi injicit Cicero, qui barbam etiam in Romanis agnoſcit, pro Cœlio, *non hac barba qua iſta delectatur.* Evello hoc ſpiculum levi niſu: de juvenibus illi ſermo, qui barbam alebant ad vigeſimum primum ætatis annum uſque, quo plerique ponebant, ut auctor eſt Macrobius in Somnium Scipionis. Dico *plerique*, nam non omnes. Caligula XX. anno poſuit, Auguſtus demum XXI. teſtes laudo Suetonium & Dionem, quos tu cupide lector vide. Dies poſitæ barbæ ſanè lætus erat & feſtus, muneraque peti ac dari tum ſolent. quo pertinet illud Juvenalis:

Ille metit barbam, crinem hic depoſuit amati,
Plena domus libis venalibus.

Dio lib. XLVIII. Ammianus XVII. videntor. *Idem.*

197. *Alio tibi perfide pacto.*] Datur enim ſacerdoribus dolor immenſus: ut Virg. *quem non incuſavi amens hominumque, deorumque.* Lactant.

199. *Libare dediſſes.*] Libatio duabus rebus expeditur, lacte & ſanguine. unde Virgil. *duo lacte novo, duo ſanguine ſacro.* quod alterum eorum alimonium ſit vitæ retinendæ: alterum virium continendarum. quia vita hominum his rebus juvatur: eamque propterea, ſepulturæ commendare ſolent, ut ſocietate parta curationis lucis amiſſæ, poſteritas deſectionis honoretur: unde & flores ſparguntur in honorem mortuorum infantum; unde Virgil. *purpureos ſpargam flores.* Ergo numerat Jovi Lycurgus debuiſſe crinem ſuum cum primitiis filii pubeſcentis barbæ templis libare. *Idem.*

201. *Ferat*

Damnataque preces. ferat hæc, quæ dignior, umbra eſt.
Iam face ſubjecta primis in frondibus ignis
Exclamat. labor inſanos arcere parentes.
Stant juſſi Danai, atque obtentis eminus armis,
Proſpectu viſus intercluſere nefaſto.
Ditantur flammæ. non unquam opulentior illic
Ante cinis, crepitant gemmæ, atque immane liqueſcit
Argentum, & pictis exſudat veſtibus aurum,
Nec non Aſſyriis pingueſcunt robora ſuccis,
Pallentique croco ſtrident ardentia mella,
Spumanteſque mero pateræ verguntur, & atri
Sanguinis & rapti gratiſſima cymbia lactis.
Tunc ſeptem numero turmas (centenus ubique
Urget eques) verſis ducunt inſignibus ipſi.

201. *Ferat hæc quæ dignior umbra eſt.*] Id eſt, quoniam preces meæ, vel vota nihil valuerunt, quod ſervabatur aris, mittatur exequiis. *Idem.*

203. *Exclamat.*] Crepitu ſonat. omnis enim clamor ſonus eſt. *Inſanos.*] Impatienter dolentes, vel dolore furiatos. *Idem.*

205. *Intercluſere nefaſto.*] Ne ardens filii funus parentes aſpicerent. *Idem.*

210. *Pallentique croco.*] Epitheton hoc genus croci non expreſſit: neutro enim genere nuncupatur. Salluſtius: *In qua crocum gignitur.* Virgil. *crocumque rubentem*, maſculino genere dixit poëtice. *Idem.*

211. *Spumanteſque mero pateræ.*] Homerus Iliad. ξ. in funere Patroclis.

Οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε δεῦε δὲ γαῖαν
Ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο. Virgilius:

Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius ſtipante caterva.
Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho
Fudit humi, duo lacte novo, duo ſanguine ſacro. Bern.

212. *Sanguinis.*] Duas res mittit, unam quæ nutrit animam, id eſt lac: alteram qua conſtat, id eſt ſanguis. nec mirandum, quia ſanguinem ad inferos placandos intulerit: nam ſanguis proprie videtur animæ eſſe poſſeſſio, unde *exangues* mortuos dicimus. *Cymbia.*] Pocula navibus ſimilia, ut & ipſa nominis figura indicat, diminutive à *cymba* dicta. *Lactant.*

213. *Tunc ſeptem numero turmas.*] Ordo: tunc ſeptem numero turmas verſis ducunt inſignibus. *Idem.* *Centenus ubique Surgit eques.*] Multo elegantius optimi: *centenus ubique Urget eques.* Utitur verbo ſine caſu eodem modo, quo in eadem re τοῖς, *inſtat*, & *incubuit*, ſolent uti. Sed & in aliis non infrequens. Virgil. 3. Georg. *longique urgent ad litora fluctus.* Horat. lib. 1, Satyr. 2. *tanto acrius urget.* lib. 2. Sat. 2. *hac urget lupus, hac canis angit.* Valerius Flaccus libro 3. *ſic contextis umbonibus urgent.* Agit, agitat equos. *Gronov.*

214. *Verſis ducunt inſignibus.*] Et hoc proprium luctus ſignum. Ovidius, ſeu potius Pedo, elegia ad Liviam:

Quos primos vidi faſces, in funere vidi,
Et vidi verſos indiciumque mali.

Virgilius:

— tum mæſta phalanx Teucrique ſequuntur
Tyrrhenique duces & verſis Arcades armis. Bernart.

Grajugenæ reges, luſtrantque ex more, ſiniſtro
Orbe rogum, & ſtantes inclinant pulvere flammas.
Ter curvos urgere ſinus, illiſaque telis
Tela ſonant. quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.
Semianimes alter pecudes, ſpirantiaque ignis
Accipit armenta. hic luctus abolere, novique
Funeris auſpicium, vates, quanquam omina ſentit
Vera, jubet, dextri gyro, & vibrantibus haſtis
Hac redeunt, raptumque ſuis libamen ab armis
Quiſque jacit; ſeu frena libet; ſeu cingula flammis
Mergere, ſeu jaculum, ſummæ ſeu caſſidis umbram.
Multa gemunt contra rauceis concentibus agri,
Et lituis aures circum pulſantur acutis.
Terretur clamore nemus. Sic Martia vellunt
Signa tubæ, nondum ira calet, nec ſanguine ferrum
Irrubuit, primo bellorum conditur illo

Vul-

215. *Siniſtro orbe.*] Quia nihil dextrum mortuis convenit. ut funeribus abſolvantur, dextro ordine redeunt. *Lactant.*

216. *Inclinant pulvere flammas.*] Flammarum apicem vis pulveris equorum pedibus mota flectebat. *Idem.*

217. *Ter curvos egêre ſinus.*] Decurſionem funebrem reſpexit, cujus apud veteres antiquiſſimus uſus. Lucanus lib. VIII.

—— totus ut ignem
Projectus mœrens exercitus ambiat armis.

Virgilius XI.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos.

Tacitus: *Honorique patris Princeps ipſe cum legionibus decucurrit.* adi Homerum Iliad. ζ. decurſionem hanc Græcis, & Livium lib. XXV. etiam Pœnis uſitatam ſcribentes. *Bern.*

219. *Famularum brachia planctum.*] Nunc percuſſionem manuum ſignificat. *planctus* etenim dicitur omnis colliſio Varronis opinione. *Ideo mulieres ſolitas in luctu ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfiat.* Lactant.

222. *Quanquam omina ſenſit.*] Id eſt, quamvis noverit calamitatem imminere immutabilem: tamen dextro orbe redeunt milites, ut exolvant ſe; ne exequiis implicentur. *Idem.*

223. *Dextro gyro.*] Fidiſſimi: *dextri gyro.* Hoc lib. 7. *dexterque exerrat Arion.* Ut Silius: *nunc levus in orbem, Nunc dexter brevibus flexo per devia gyris.* Virgil. 9. Æn. *Lyncea tendentem contra, &c. connixus ab aggere dexter Occupat.* Gronov.

224. *Suis libamen ab armis quiſque jacit.*] Virgil. XI.

Conjiciunt igni galeas enſeſque decoros,
Frenaque, ferventeſque rotas. ——

Suetonius Julio: *Tibicines & ſcenici artifices veſtem, quam ex inſtrumento triumphorum ad præſentem uſum induerant, detractam ſibi injecere flammæ, & veteranorum militum legionarii arma ſua, quibus exculti funus celebrabant.* Bern.

234. *Putres.*]

Vultus, honoris opus. Stat adhuc incertus in alta
Nube, quibus ſeſe Mavors indulgeat armis.
Finis erat, lapſuſque putres jam Mulciber ibat
In cineres. inſtant flammis, multoque ſoporant
Imbre rogum, poſito donec cum ſole labores
Exhauſti. ſeris vix ceßit cura tenebris.
Roſcida jam novies cœlo dimiſerat aſtra
Lucifer, & totidem Lunæ prævenerat ignes
Mutato nocturnus equo. nec conſcia fallit
Sidera, & alterno deprenditur unus in ortu.
Mirum opus acceleraſſe manus, ſtat ſaxea moles,
Templum ingens, cineri, rerumque effectus in illo
Ordo docet caſus. Feßis hic flumina monſtrat
Hypſipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
Hic jacet, extremum tumuli circum aſperat orbem
Squammeus. expectes morientis ab ore cruenta
Sibila,

234. *Putres.*] Molles. *Lactant.*

235. *Multoque ſoporant.*] Id eſt aqua extinguunt. *Idem.*

238. *Roſcida jam, &c.*] Iterum ad morem Romanum alludit, quo mortuis nono demum die parentabatur. Gloſſæ veteres: *Novemdiala* ἔννατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα. Donatus Phormione: *In nuptiis ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, ut in funere nonus quo parentalia concluduntur.* à quo more Dio ſcribit, Adrianum Cæſarem, Plotina mortua, per novem funeris dies pullatum inceſſiſſe. & hinc eſt quod in novellis Juſtinianus noſter, *in nonum diem fieri* μνήμας *defunctorum* ſcribit. Vide quæ notavit ampliſſimus eruditiſſimuſque Torrentius ad Suetonium, Nerone cap. XXXIII. *Bernart.*

239. *Lucifer.*] Lucifer & mane oritur & veſpere, ſed equo mutato: quam rem ſciunt ſydera, quod unum aſtrum ſit, nec falluntur ſicuti mortales, qui putant duos eſſe. Poëtæ autem quadrigas dant ſoli, bigas lunæ, equos ſingulos ſyderibus. eundem ergo Veſperum vult haberi: ut Horatius Veſperum pro Lucifero poſuit: *nec tibi Veſpero ſurgente decedunt amores, nec rapidum fugiente ſolem.* Lactant.

242. *Accelerante manu.*] Meliores *acceleraſſe manus.* Et certe melius, modo bene interpungas: *deprenditur unus in ortu: (Mirum opus acceleraſſe manus:) ſtat ſaxea moles.* Nonus dies erat, cum ecce (res mira tam brevi tempore abſolvi potuiſſe: vel, quantum eſſe hoc miraculum operis adeo feſtinari potuiſſe.) jam erectum erat monumentum. *Gronov.*

243. *Rerumque effectus in illo.*] Sic à Bernartio. Scripti tamen omnes, *effectus.* quod eſt, artificioſe factus, elaboratus. Lib. 4. *perfectaque vivit in auro Nox Danai.* Appulejus de ſtatua Bathylli: *qua nihil videor effectius cognoviſſe.* Seneca ep. 27. *Multum reſtat operis, in quod ipſe neceſſe eſt vigilium, ipſe laborem tuum impendas, ſi effici cupis.* Ubi fruſtra nonnemo, *perfici.* Fab. præfat. lib. 6. *Tum ſi qua minus fuerint effecta iis, quæ levius adhuc adflicti cœperamus.* Lib. 8. 3. *nam quicquid in ſuo genere ſatis effectum eſt, valet.* Idem.

Sibila, marmorea ſic volvitur anguis in haſta,
Iamque avidum pugnas viſendi vulgus inermes
Fama vocat. cunctis arvis, ac mœnibus adſunt
Exciti. illi etiam quis belli incognitus horror,
Quos effœta domi, quos prima reliquerat ætas,
Conveniunt. non aut Ephyræo in littore tanta
Unquam, aut Oenomai fremuerunt agmina circo.
Collibus incurvis, viridique obſeſſa corona
Vallis in amplexu nemorum ſedet. hiſpida circum
Stant juga, & objectus geminis umbonibus agger
Campum exire vetat, longo quem tramite planum
Graminea frondes, ſinuataque ceſpite vivo
Mollia non ſubitis augent faſtigia clivis.
Illic conferti jam ſole rubentibus arvis,
Bellatrix ſedere cohors. ibi corpore mixto
Metiri numerum, vultuſque, habituſque ſuorum
Dulce viris, tantique juvat fiducia belli,
Centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
Lenta mole trahunt, idem numeruſque colorque
Matribus, & nondum lunatis fronte juvencis.
Exin magnanimum ſeries antiqua parentum

Inve-

250. *Fama vocat cunctis.*] Scripti quidam, *cunctos*, mutata diſtinctione. Forte fuit: *avidum pugnas viſendi vulgus inermes (Fama vocat) junctis arvis ac mœnibus adſunt Exciti.* Junctis, id eſt, vicinis. *Idem.*

253. *Ephyræo.*] Corinthio, ubi in honorem Palæmonis & Leucothoes ludi funebres celebrabantur, ut ait ipſe. *It Comeſinos Ephyren Solata querulas, &c.* Lactant.

255. *Collibus incurvis.*] Locum ſpectaculi deſcribit. *Idem.*

261. *Illic conferti.*] Id eſt, in cohortem denſati. *Idem.*

268. *Series antiqua parentum Invehitur.*] Et hic denuo morem Romanum notat, quo ſicuti dii quotannis Circenſium diebus in carpentis traducebantur: ita memoriæ conſervandæ cauſa, mortuorum imagines ludis illatæ, iiſque locus publicus quaſi ad ſpectandum aſſignatus, adeoque ſella poſita. De his Suetonius, *Claßibus tempeſtate perditis exclamavit, etiam invito Neptuno victoriam ſe adepturum, ac die Circenſium proximo ſollemni pompæ ſimulacrum Dei detraxit.* Recte inquit, *pompæ*, nam traductionem hanc ita indigitabant. Prudentius: *Fertur per medias ut publica pompa plateas Pilento reſidens molli.* Alluſit Plautus Milite: *Quæ me ambæ obſecrarunt, ut te hodie quaſi pompam illac præterducerem.* Appulejus: *Dum pompa Deæ moliebatur.* id eſt, incipiebat procedere. Virgilius:

— pars ducere muros, Molirique arcem, id eſt, incipiebant extruere. Terentius: *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt,* id eſt, dum incipiunt ordiri, annus eſt anteaquam abſolvant. Sed ad rem:

De

Invehitur, miris in vultum animata figuris.
Primus anhelantem duro Tirynthius angens
Pectoris attritu ſua frangit in oſſa leonem.
Haud illum impavidi, quamvis & in ære, ſuumque
Inachidæ videre decus. pater ordine juncto
Lævus arundineæ recubanſque ſub aggere ripæ
Cernitur, emiſſæque indulgens Inachus urnæ.
Io poſt tergum. jam prona, dolorque parentis
Spectat inocciduis ſtellatum viſibus Argum.
Aſt illam melior Phariis erexerat arvis
Iuppiter, atque hoſpes jam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
Imminet, aut refugæ ſterilem rapit aëra ſylvæ,
Sed pius, & magni vehitur conviva Tonantis.
Parte alia victor curru Neptunia tendit

Lora

De mortuis ſatis clare Dio libro LIII. Μαρκέλλῳ δὲ καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν ἔς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐσφέρεσθαι καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. *Marcelli* (defunctus is erat) *& imaginem auream & coronam auream & ſedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri juſſit, mediamque illam poni inter ſedes editorum.* Conſule eundem lib. XLIV. Xiphilinum Severo, & ante omnes Livium, lib. II. *Bern.*

270. *Duro Tirynthius ingens.*] Membr. *angens.* nam & ſic proprie interfecit leonem ἄτρωτον. Apollodor. καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ κατεῖχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε. Noſter lib. 4. *cum colla minantia monſtri Angeret, & tumidas animam anguſtaret in artus.* Seneca Herc. Oetæo: *Hiſne ego lacertis colla Nemeæi mali Eliſa preſſi?* Sic enim leg. non *ſpolia.* Gronov.

274. *Lætus arundineæ.*] Duplex vitium oblatum huic verſui. Quid enim ita lætus Inachus, cum ſtatim ſequatur: *jam prona dolorque parentis?* Dein *lætus & recubans* nihil ſuave ſonat. Lege, quo ducunt & membranæ: *Levus arundineæ recubans ſuper aggere ripæ. Levus recubans* eſt in levum flexus ſive inclinatus recubans. Ut Virgil. Æn. lib. 6. *adverſo recubans immanis in antro.* lib. 9. *ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus Per tacitum Ganges.* lib. 10. *pronus pendens in verbera.* lib. 11. *ſibilat ore Arduus inſurgens.* Et, *immenſus ſurgens ferit æthera clamor.* Idem.

279. *Hoſpes jam tunc Aurora, &c.*] Hoc eſt, hi qui in oriente ſunt. colitur autem in Ægypto, ubi etiam Iſis vocatur. Simul notandum quod communis generis declinavit *hoſpes*, cum legerimus: *bellum ô terra hoſpita portas.* Lactantius.

280. *Fallentibus undis.*] Hoc eſt, regali habitu, & in meliore fortuna. id eſt, qualis fuerat antequam deos offenderet. *Idem.*

281. *Sterilem rapit.*] Id eſt, qui fugientibus pomis vacuum rapit aëra. Ergo hic *ſilvam* poſuit pro arboribus. *Idem.*

283. *Tendit lora Pelops.*] Virg.
Humeroque Pelops inſignis eburno.
A Neptuno enim aptatus curuli certamine equos acceperat, quorum curſu

omnes

Lora Pelops, preſſatque rotas auriga natantes
Myrtilus, & volucri jam jamque relinquitur axe.
Et gravis Acriſius, ſpecieſque horrenda Chorœbi
Et Danaë culpata ſinus. & in amne reperto
Triſtis Amymone, parvoque Alcmena ſuperbit
Hercule, tergemina crinem circundata luna.
Iungunt diſcordes inimica in fœdera dextras
Belidæ fratres. ſed vultu mitior aſtat
Ægyptus, Danai manifeſtum agnoſcere ficto
Ore nefas, paciſque malæ, noctiſque futuræ.
Mille dehinc ſpecies, tandem ſatiata voluptas,
Præſtanteſque viros vocat ad ſua præmia virtus.
Primus ſudor equis. dic inclyte Phœbe regentum

Nomi-

omnes anteiret, ipſum quoque Oenomaum ſuperavit, quia Myrtilo ſuppoſito axe cereo ſuperatus eſt ab his. Unde Horat.

Myrthoum pavidus nauta ſecet mare.

Dicitur enim prædictus auriga præcipitatus à Pelope in mare. *Idem.*

286. *Chorœbi.*] Hic eſt Chorœbus, qui monſtrum Apollinis interemit, & pro omnibus ſe devovit. Ideo *horrenda*, id eſt venerabilis, aut *horrenda*, ſpecie terribili, quaſi contemptor vitæ mortiſque. *Idem.*

287. *Danaë culpata ſinus.*] Danaë Acryſii filia, hæc cum à patre ob cuſtodiendam virginitatem arctius ſervaretur, dicitur ejus ſpecie captus Jupiter ſeſe in imbrem aureum demutaſſe, & ita in modum pluviæ ſinum Danaës penetraſſe. Ex qua conjunctione Jupiter Perſeum edidit. unde Horatius:

Sed non Acryſium virginis abditæ
Cuſtodem pavidum Jupiter & Venus
Miſiſſet. Idem.

388. *Triſtis Amymone.*] Belus Danai pater, Danaus Amymones. Amymone à Neptuno compreſſa Nauplium generavit, Nauplius Palamedem. unde Virg.

Belidæ nomen Palamedis.

Idem.

289. *Tergemina crinem circumdata.*] Lepide, quia tribus noctibus Hercules ſatus, nec te turbet quod *tergemina* dicat, nam *tergemini* non *ſex* aut *ſeni* veteribus, ſed *tres* aut *terni*. Catullus de Cerbero: *Cui tres ſunt linguæ tergeminumque caput.* Papinius lib. VIII.

— atraque ditis
Fulmina, tergeminoſque mali cuſtodis hiatus.

Virgilius de Luna:

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Cum Luna ſit apud ſuperos, Hecate vel Proſerpina apud inferos, Diana in terris. Statius:

Si te tergeminis perhibent variare figuris.

Bern.

291. *Belidæ fratres.*] Ex Belo nati, Danaus & Ægyſtus fratres. his cum par numerus filiorum filiarumque eſſet, Danaus deprehendit oraculo ſe ab uno Ægyſti fratris filio occidendum: itaque ſimulavit ſe fratris filiis natas in matrimonii conſortium traditurum: armavitque occulte filias conjugali nocte, ut ſponſos ſuos occiderent. Univerſæ voluntatem patris ſecutæ ſponſos ſuos occiderunt, ſola Hypermneſtra Lino pepercit, à quo poſtea Danaus, ut oraculi fides impleretur, occiditur. *Inimica* ergo in *fœdera* dixit, quia dextrarum conjunctio ad diſcordiam profecit. *Lactantius.*

301. *Arion.*]

Nomina, dic ipſos (neque enim generoſior unquam
Alipedum collata acies) ceu præpete curſu
Confligant denſæ volucres, aut littore in uno
Æolus inſanis ſtatuat certamina ventis.
Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne jubæ. Neptunus equo (ſi certa priorum
Fama) pater. primus teneris læſiſſe lupatis
Ora, & littoreo domitaſſe in pulvere fertur
Verberibus parcens, etenim inſatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconſtantia ponto.
Sæpe per Ionium, Libycumque natantibus ire
Interjunctus equis, omneſque aſſuetus in oras
Cæruleum deferre patrem. ſtupuere relicta
Nubila, certantes Eurique, Notique ſequuntur.
Nec minor in terris bella Euryſthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina ſulco
Duxerat. illi etiam ferus, indociliſque teneri.
Mox divûm dono regis dignatus Adraſti
Imperia. & multum mediis manſueverat annis.
Tunc rector genero Polynici indulget agendum
Multa monens, ubi fervor equo, qua ſuetus ab arte
Mulceri, ne ſæva manus, ne liber habenis

Impe-

301. *Arion.*] Equus Adraſti, qui ex Neptuno & Cerere natus dicitur, humano veſtigio dextri pedis. *Idem.*

302. *Priorum Fama patet.*] Lege cum membr. *Neptunus equo (ſi certa priorum Fama) pater. primus teneris.* Habes inferius: *omneſque adſuetus in oras Cæruleum deferre patrem.* Virgil. 3. Georg. *Neptunique ipſa deducit origine gentem.* Hunc ei patrem, Cererem matrem finxere. Vide Pauſaniam in Arcadicis. *Gronov.*

310. *Notique ſequuntur.*] Equi velocitate etiam nubila vincebantur: quaſi & ipſe certaret. Item *Euri ſequuntur,* divine dictum: dedit illis victoriæ votum, ſed ademit effectum. *Lactant.*

311. *Euryſthea.*] Id eſt, ad quem Euryſtheus eum mittebat. Euryſtheus enim rex Græciæ, Perſa genus, qui Junonis inſtinctu imperabat Herculi, ut varia monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire. Unde Virgil. *Quis aut Euryſthea durum, durum* vocat ideo, quia potuit ad complendum novercale odium ſufficere. *Idem.*

312. *Gramina ſulco.*] Id eſt orbita illius currus quem ducebat: ideo quia ſeſſoris pondere prægravatur, altius infigebantur terræ veſtigia. *Idem.*

313. *Ille etiam ferus.*] Nihil differunt ſcripti. Legendum tamen: *ille etiam ferus.* ne ipſi quidem Herculi ſatis morigerus. Phœbus ad Phaëthontem apud Ovidium lib. 2. *Vix me patiuntur, ubi acres Incaluere animi.* Gronov.

322. *Aſtra*

Impetus, urge alios, inquit, ſtimuliſque, miniſque;
Ille ibit, minus ipſe voles. ſic ignea lora
Cum daret, & rapido Sol natum imponeret axi
Gaudentem lachrymans aſtra inſidioſa docebat,
Nolenteſque teri zonas, mediamque polorum
Temperiem. pius ille quidem, & formidine cauta,
Sed juvenem dura prohibebant diſcere Parcæ.
Oebalios ſublimis agit ſpes proxima palmæ
Amphiaraus equos. tua furto lapſa propago,
Cyllare, dum Scythici diverſus ad oſtia ponti
Caſtor, Amyclæas remo permutat habenas.
Ipſe habitu niveus. nivei dant colla jugales.
Concolor eſt albis & caſſis, & infula, criſtis.
Quin & Theſſalicis felix Admetus ab oris
Vix ſteriles compeſcit equas, Centaurica dicunt
Semina. credo, adeo ſexum indignantur, & omnis
In vires adducta Venus, noctemque, diemque
Aſſimulant, maculis internigrantibus albæ.
Tantus uterque color. credi nec degener illo

De

322. *Aſtra inſidioſa.*] Periculoſa: ideo quia ſunt ſigna viſu terribilia. Monebat ergo Phaëtontem Sol, ut non ageret currus per auſtralem, ſed ſeptentrionalem plagam. Lucanus de Phaëtonte in libro qui inſcribitur Iliacon, ita,

Haud aliter raptum tranſverſo limite cæli
Flammati Phaëtonta poli videre, Deique,
Cum vice mutata totis in montibus ardens
*Terra dedit cælo * naturaque verſa.*

Lactant.

326. *Proxima palmæ.*] Amphiaraus ſpes proxima Palmæ. Ut Virgil. Bucol. Et certamen erat Coridon cum Thyrſide magnum. Vide de hac locutione doctiſſ. JC. Albericum Gentilem capite 14. Lectionum Virgil. Quem vellem totum Maronem talibus diſſertationibus mactaſſe, ſunt enim doctæ & jucundæ. *Barth.*

328. *Cyllare.*] Equi Caſtoris, Cyllarus & Xantus. Aliter enim Virgil. *Pollucis habenis Cyllarus.* Sed non indifferenter junguntur vocabulo, qui ſunt vitæ permutatione conjuncti: & templum Caſtoris dicimus, cum ſit duorum; & legimus, *Caſtor uterque bonus.* Conſtat autem hunc Caſtorem inter Argonautas fuiſſe, & eum omiſſo equorum ſtudio remigem factum, quo tempore occaſio data eſt, ut Cyllarus vocaretur. Sed debet proprie Caſtoris dici. fuit enim hoc ſtudium huic, ut Hom. aſſerit, Κάστορά τ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Horatius enim *Caſtor gaudet equis ovo prognatus eodem pugnis.* Lactantius.

332. *Fœlix Admetus.*] Propter amicitiam Herculis, propter receptam dictus uxorem. *Idem.*

335. *Vires adducta Venus.*] Cupido libidinis migravit in vires. *Idem.*

338. *De*

De grege Caſtaliæ, ſtupuit qui ſibila cannæ
Lætus, & audito contemſit Apolline paſci.
Ecce & Iaſonidæ juvenes nova gloria matris
Hypſipyles ſubiere jugo, quo vectus uterque
Nomen avo gentile Thoas, atque omine dictus
Euneos Argoo, geminis eadem omnia, vultus,
Currus, equi, veſtes, par & concordia voti
Vincere vel ſolo cupiunt à fratre relinqui.
It Chromis, Hippodamuſque, alter ſatus Hercule magno,
Alter ab Oenomao, dubites uter effera preſſet
Frena magis. Getici pecus hic Diomedis; at ille
Piſæi juga patris habet, crudelibus ambo
Exuviis, diroque imbuti ſanguine currus.
Metarum inſtar erat hinc nudo robore quercus
Olim omnes exuta comas, hinc ſaxeus umbo
Arbiter agricolis. finem jacet inter utrumque,

Quale

338. *De grege Caſtalio.*] De Pegaſi grege, qui fontem Hippocrenem, Apollini & Muſis dicatum, ungula ſua produxit. Neptunus enim pater quorumdam equorum fertur, Pegaſi ex Meduſa, Arionis ex Cerere. Ergo quæ Admeti regis, perſeo colore fuerunt. *Lact.* Ultima tamen verba ſic reſtitue: *Ergo equæ Admeti Regis Pegaſo concolores fuerunt.*

340. *Ecce & Iaſonidæ juvenes.*] Ex Iaſone & Hypſipyle duo nati ſunt filii, Thoas & Euneus, quorum Thoas maternum avum nomine refert, Euneus vocatus alter ominis cauſa à patre navigaturo: quorum nomina oportuno tempore poëta commemorat. hi vero quia certaturi noti non eſſe debuerant, adeo fraterna contentio fuit, ut nec victus doleat, nec victor inſultet. *Lactant.*

346. *It Chromis.*] Chromin dicit Herculis filium, quem conſtat equos habuiſſe Thracas, quos Hercules extincto Diomede rege abduxerat, humanis carnibus veſci conſuetos: cum multi hoc exitio interiiſſent hoſpites, hunc Hercules, ne ab eodem circumventus periret, equorum ſuorum fecit pabulum: quos filio ſuo habendos conceſſit. *Idem.*

347. *Alter ab Oenomao.*] Hippodamum dicit Oenomai currus regentem: eorum enim equorum nôn diſſimilis eſt fama, exitio tot procorum. ideo ambigit poëta, quibus equis ab eo major crudelitas aſcribatur. Ex utroque enim ſtabulo proceſſit horrenda crudelitas. *Idem.*

348. *Frena.*] Genus pro ſpecie: equos enim ſignificat. *Idem.*

351. *Nudo robore.*] Sine foliis, ramis & cortice. *Vet. Schol.* Sententia Papinii eſt, curſus *primam metam* fuiſſe *ſtipitem* ingentem *quernum*, aut *quercum* ipſam circumacciſam, ne fronderet amplius. unde nimirum initium fieret; *ſecundam*, ingentem *lapidem terminalem*, aut plures lapides in ſtatuam aut molem rotundam compoſitos, circa quem flecteretur, emenſo ſpatio. Idque ex more, cum nondum muris aut ſepimentis eſſent loca deſignata. *Barthius.*

353. *Inter utrumque*] Agrorum, qua iſte terminatur & alterius poſſeſſio ſive hæreditas incipit, Lapide magno, in Clypei modum rotundato, notatum erat. Jacet autem dicit, quia & à Natura

Quale quater jaculo ſpatium, ter arundine vincas.
Interea cantu Muſarum nobile mulcens
Concilium, citharaque manus inſertus Apollo
Parnaſſi ſummo ſpectabat ab æthere terras,
Orſa deum (nam ſæpe Iovem, Phlegramque, ſuique
Anguis opus, fratrumque pius cantarat honores)
Tunc aperit quis fulmen agat, quis ſidera ducat
Spiritus, unde animi fluviis, quæ pabula ventis,
Quo fonte immenſum vivat mare. quæ via ſoles
Præcipitet, noctem quæ porrigat, imane tellus,
An media, & rurſus mundo ſuccincta latenti.
Finis erat, differt avidas audire ſorores:
Dumque chelyn lauro, textumque illuſtre corona
Subligat, & picto diſcingit pectora limbo,

Haud

tura taliter facti lapides his locis projiciebantur. *Vet. Scholiaſt.*

356. *Manus inſertus.*] Manus habens inſertas. *Lactantius.*

358. *Phlegram.*] Regio eſt in qua debellati Gigantes ignitis fulminibus perierunt. φλέγειν enim Græce *ignire* proprie dicitur. *Idem.*

359. *Anguis.*] Pythonis. *Idem. Fratrumque honores.*] Id eſt, ea facta quæ reliqui dii gloria ſua ſignant. *Idem.*

360. *Quis ſidera ducit.*] Secta Platonica dicit omnia ſpiritu divino gubernari. Unde Virg.

Principio cælum, ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit.

Etenim illa anima quæ vinculum mundi nectit, mens & ſpiritus vocata eſt: quæ dat mortalium animis cunctas ſpecies, motumque & vitam. ut Virgil. *mens agitat molem*, quæ Platone atteſtante affirmatur. Sed hujus tractatus ſecretæ philoſophiæ magna laus Perſis debetur, quod eam gentem horum ſecretorum primum ratio habita eſt. vel Perſes ſcilicet ille magnus præceptor hujus philoſophiæ. *Idem.*

362. *Vivat mare.*] Oſtendit poëta, vivum & viva, poſſe dici ea quæ neque anima, neque ſpiritu moventur. *Quæ via ſoles præcipitet, noctem.*] Theſis philoſophica; terra elementorum omnium ima ſit, an ſuſpenſa, ut Lucretius. Ergo utrum volvatur cælum, quod accidit ſi media eſt terra, quod ſi in imo, deſinit eſſe immobile. Sed cum diſputantium diſcordat opinio, verum nobis dicet ſi qui rite cognovit originum cauſas. unde Virgil.

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas.

Idem.

364. *Mundo ſuccincta latenti.*] *Latentem mundum* Antipodas dicit, *ſuccinctæ* autem propendenti, quia ſi media eſt, nulla ſtabilitate firmatur. Sed de his rebus pro ut ingenio meo connectere potui, ex libris ineffabilis doctrinæ Perſei præceptoris, ſeorſum libellum compoſui, Lactantius Placidus. *Idem.*

366. *Dumque chelym lauro.*] Citharœdorum diſciplinam expreſſit, quibus moris eſt finito carmine coronam detractam capiti, cytharæ ſubligare. *Idem.*

367. *Limbo.*] Zona ſeu faſcia. *limbus* enim proprie faſcia picta dicitur.

quæ

Haud procul Herculeam Nemeen clamore reductus
Aſpicit, atque illic ingens certaminis inſtar
Quadrijugi. noſcit cunctos, & forte propinquo
Conſtiterant Admetus & Amphiaraus in arvo.
Tunc ſecum, Quiſnam iſte duos, fidiſſima Phœbo
Nomina, commiſit deus in diſcrimina reges?
Ambo pii, carique ambo. nequeam ipſe priorem
Dicere. Peliacis hic cum famularer in arvis
(Sic Iovis imperia, & nigræ voluere ſorores)
Thura dabat famulo, nec me ſentire minorem
Auſus; at hic tripodum comes, & pius artis alumnus
Æthereæ. potior meritis tamen ille, ſed hujus
Extrema jam fila colo, datur ordo ſenectæ
Admeto, ſerumque mori. tibi nulla ſuperſunt
Gaudia, jam Thebæ juxta, & tenebroſa vorago.

Scis

quæ imis aſſuitur veſtibus. ut Virgil.

Sydoniam picto chlamydem circundata
limbo.

Aliter *limbus* eſt faſcia quæ ambit extremitatem veſtium, ſecundum antiquum ritum, ut victoris chlamydem auratam, habentem circum purpuram. *Id.*

369. *Certaminis inſtar.*]Speciem enim belli quadrijugum certamen adduxerat cupido vincendi. *Idem.*

375. *Peliacis hic cum famularer in arvis.*] Reſpicit fabulam, qua Jupiter Æſculapium fulmine occidiſſe fingitur, quia mortuos medendi peritia, in vitam revocarat. Apollinem vero Cyclopas, fulminis fabricatores, ſagittis confeciſſe. ob eam cauſam à Jove è cælo relegatum, omnium rerum inopia preſſum, Admeto Theſſaliæ regi paſcendis armentis operam locaſſe. Orpheus Argonauticis:

Ἄδμητος δ᾽ ἀφίκανε Φερηιόθεν ἄ-
ποτι Παίαν
Θητεύων ὑπόεικε Διὸς δ᾽ ἠλεύατο
μῆνιν,
Οὕνεκά τοι Κύκλωπας ἀμαιμακέ-
τοισιν ὀϊστοῖς
Ἐν φθιτοῖσιν ἔπευξ᾽, Ἀσκληπιοῦ εἵνε-
κα λώβης.

Pindarus Pythicis:

Καὶ ἀγνὸν Ἀπόλλων
Ἀνδρεσσι χάρμα φίλοις,
Ἄγχιστον ὀπάονα μήλων.

Bernartius.

378. *At hic tripodum comes.*] Amphiaraus ſcilicet & notandum, varietatem nominum ſolis pronominibus ſeparatam. Illic & hujus meritis, tamen ille Admetus. *Lactant.*

380. *Datur ordo ſenectæ ſerumque mori.*] Beneficio enim uxoris Alceſtæ Admetus diſtulerat mortem, cujus telis eſt fabula. Alceſtes uxor Admeti fuit. hæc cum agnoviſſet viro ſuo finem propinquare vitæ, ſeſe obtulit morti, quam cum extinctam Admetus impatienter doleret, Herculis laboribus ei reducta ab inferis dicitur. Eleganter ergo hic poëta *ſerum mori* Admeto poſuit, videlicet pro quo alter conceſſit in fata. unde Juvenalis:

Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſten.

Idem.

Scis miſer, & noſtræ pridem cecinere volucres.
Dixit, & os fletu pæne inviolabile tinctus
Extemplo Nemeen radiante per æthera ſaltu
Ocyor & patrio venit igne, ſuiſque ſagittis.
Ipſe olim in terris, cœlo veſtigia durant,
Claraque per Zephyros etiamnum ſemita lucet.
Et jam ſortitus Prothous verſarat ahena
Caßide. jamque locus cuique eſt, & liminis ordo.
Terrarum decora ampla viri, decora ampla jugales
Divûm utrumque genus. ſtant uno margine clauſi,
Speſque, audaxque una metus, & fiducia pallens:
Nil fixum cordi, pugnant exire, paventque.
Concurrit ſummos animoſum frigus in artus.
Qui dominis, idem ardor equis. face lumina ſurgunt,
Ora ſonant morſu, ſpumiſque, & ſanguine ferrum
Uritur,

383. *Et noſtræ pridem, &c.*] Senſus, etiam avium noſtrarum augurio moriturum te eſſe prævidiſti. *Idem.*

384. *Et os fletu.*] Noluit dare pathos mortali numini, philoſophice potius, quam poëtice. Ovidius idem de Apolline, Coronide occiſa:

Quæ postquam fruſtra tentata, rogumque parari
Senſit, & arſuros ſupremis ignibus artus,
Tunc vero gemitus (neque enim cæleſtia tingi
Ora decet lachrymis) alto de corde petitos
Edidit. Idem.

389. *Et jam ſortitus.*] Sortibus antiqui ſæpiſſime & maximis in rebus utebantur. Sorte judices eligebantur. Suetonius Julio: *ac ſorte judex in reum ductus.* Sorte munia magiſtratuum diſcreta. Idem Octavio cap. xxx. Provinciæ proconſulibus ſorte adſignatæ. Scriptores paſſim omnes, ſignatè Suetonius Octavio 47. Sorte legati mittebantur. Hinc Tac. Annal. 4. *Vicit pars quæ ſortiri legatos malebat, etiam mediis patribus annitentibus retinere morem.* Sorte Virgines Veſtales lectæ, Idem cap. xxxi. Denique quod ad lucem hujus loci, ſors in ludis maximè recepta. Item Suetonius Nerone xxi. *Sorticulaque in urnam cum ceteris demiſſa, intravit ordine ſuo.* ita in urbe, & inter urbanos: at in militia, *galea* pro *urna* utebantur. Quo reſpicit noſter dum ait, *verſatur ahena caßide.* & Virg. —— *dejectamque ærea ſortem Accepit galea.* & Æſchylus τρίτῳ γὰρ Ἐτεόκλῳ τρίτος πάλος ἐξ ὑπτίας πήδησεν εὐχάλκου κράνους. Denique Auguſtus ex Magiſtratibus (exceptis Conſulibus) ſingulos, ex Senatu xv. ſorte legere ſolitus erat, qui per ſex menſes ſibi in conſilio eſſent. Hinc Suetonius cap. xxxv. *Sibique inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret.* Ita initio: at poſtea & numerum auxit & authoritatem: nam xx. electi, & ſtatutum, ut quæcumque cum his & Conſulibus egiſſet, rata eſſent, non minus quàm ſi in Senatu acta fuiſſent. tempus etiam vi. menſium, annuum factum. Dio l. liii. & liv. author. *Bern.* *Protheus verſarat.*] Ignorabilis antiquis ille *Protheus.* Scribe: *Prothous.* Sic membranæ, & hoc nomine cum alibi Statius tum Homerus & paſſim Poëtæ utuntur. *Gronov.*

404. *Tyrrhe-*

Uritur, impulſi nequeunt obſiſtere poſtes,
Clauſtraque, compreſſæ transſumat anhelitus iræ.
Stare adeo miſerum eſt. pereunt veſtigia mille
Ante fugam, abſentemque ferit gravis ungula campum.
Circumſtant fidi, nexuſque, & torta jubarum
Expediunt, firmantque animos, & plurima monſtrant.
Inſonuit contra Tyrrhenum murmur, & omnes
Exiluere loco. quæ tantum carbaſa ponto?
Quæ bello ſic tela volant? quæ nubila cœlo?
Amnibus hybernis minor eſt; minor impetus igni.
Tardius aſtra cadunt. glomerantur tardius imbres.
Tardius è ſummo decurrunt flumina monte.
Emiſſos videre, atque agnovere Pelaſgi,
Et jam rapti oculis, jam cæco pulvere mixti
Una in nube latent vultuſque umbrante tumultu,
Vix inter ſeſe clamore, & nomine noſcunt.
Evolvere globum, & ſpatio quo quiſque valebat
Diducti. delet ſulcos iterata priores
Orbita. nunc avidi prono juga pectore tangunt,
Nunc pugnante genu preſſis duplicantur habenis,
Colla toris crinita tument, ſtanteſque repectit
Aura jubas. bibit albentes humus arida nimbos.
Fit ſonus, immaniſque pedum, tenuiſque rotarum.

Nulla

404. *Tyrrhenum murmur.*] Tubam ſignificat, quam Meleus Tyrrhenorum imperator primus invenit: à qua opinione nec Virg. diſcrepat, cum dicit:

Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clangor. Lactant.

407. *Minor impetus igni.*] Præit ad aliam, & ſanè veriorem lectionem Lipſ. ſcriptus liber *minor eſt, Jovis impetus igni.* lego & interpungo:

Amnibus hybernis minor & Jovis impetus igni.

optima iſta mente. Majori impetu ferebantur equi, quàm hybernis temporibus flumina, aut quàm ipſum fulmen. *Bern.*

408. *Tardius aſtra cadunt.*] Parabola per hyperbolen, quæ tunc adhibetur, cum nec illa quidem quæ comparantur ad exprimendam ſimilitudinem poſſe ſufficere ſcriptor affirmat. *Lactantius.*

413. *Vix inter ſeſe.*] Ordo: vix ſeſe internoſcunt clamore & nomine, aut enim confundit clamore ſonum ſpectantium multitudo, aut frequenter increpitat, cujus favor ante venit: utrumque autem turbationem facit. *Idem.*

414. *Evolvere globum.*] Id eſt, primam metam tranſierunt. *Idem.*

418. *Repetit.*] Diſpergit, diſſolvit. *Idem.*

419. *Albentes nimbos.*] Spumas aut ſudores. *Idem.*

 423. *Ole-*

Nulla manus requies, denſis inſibilat aër
Verberibus. gelida non crebrior exilit Arcto
Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
Senſerat adductis alium præſagus Arion
Stare ducem loris, dirumque expaverat inſons
Oedipodioniden. jam illinc à limine diſcors,
Iratuſque oneri inſolito truculentior ardet.
Inachidæ credunt accenſum laudibus. ille
Aurigam fugit. aurigæ furiale minatur
Efferus, & campo dominum circumſpicit omni.
Ante tamen cunctos ſequitur, longeque ſecundus
Amphiaraus agit, quem Theſſalus æquat eundo
Admetus. juxta gemini, nunc Euneos ante,
Et nunc ante Thoas. cedunt, vincuntque, nec unquam
Ambitioſa pios collidit gloria fratres.
Poſtremum diſcrimen erant Chromis aſper, & aſper
Hippodamus. non arte rudes, ſed mole tenentur
Cornipedum, prior Hippodamus fert ora ſequentum.
Fert gemitus, multaque humeros incenditur aura,
Speravit flexæ circum compendia metæ

Inte-

423. *Oleniis.*] *Olenium* Arcadiæ opidum, unde Oleniam capram volunt fuiſſe, Jovis nutricem. hæc cum filiis ſuis inter ſidera recepta eſt, cujus ſydus imbrïferum dicitur. Unde Virg.

Quantus ab occaſu veniens pluvialibus hædis
Verberat imber humum.

Eſt ergo ſignum hyemale Aquarium ſequens. dicit igitur verberum crebritatem aſſiduos imbres poſſe ſuperare. *Id.*

424. *Præſagus Arion.*] Divinandi ſcientia præditus. *Vet. Schol.* Equis Heroicis talia tribui notatum ad Claud. de Raptu Proſerp. lib. II. ipſo fine contra Jul. Scalig. De *Arione* ſupra. *Præſagus* prædivinator ſecundum Feſt. & Ciceron. de quo ad ℣ſ. 19. Belli Getici apud eundem Claudian.

Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces. Barth.

430. *Circumſpicit omni*] Id eſt, pro omni campo circumſpiciendo facit, huc atque illuc circumcurrendo. *Lactantius.*

436. *Chromis aſper.*] Herculis filius: Hippodamus Oenomai filius. *Idem.*

437. *Mole tenentur.*] Ut Virgil. *melior remis ſub pondere pinus Tarda tenet.* Idem.

438. *Incenditur aura.*] Id eſt equorum afflatu. *Idem.*

440. *Speravit flexæ circum, &c.*] Alludit ad morem quadrigarum curriculum agitantium. ſolent illi diligentem operam dare, quo metam attingere quidem viderentur, ſed non tangerent. Horatius:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat, metaque fervidis
Evitata rotis.

Theocritus: εἰδ. λα. ἵππως δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι καὶ περὶ νύσσαν Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι

Interius ductis Phœbeius augur habenis
Anticipaſſe viam, nec non & Theſſalus heros
Spe propiore calet. dum non cohibente magiſtro
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.
Iam prior Oeclides. & jam non tertius ibat
Admetus. laxo cum tandem ex orbe reductus
Æquoreus ſonipes premit, evaditque parumper
Gaviſos. ſubit aſtra fragor, cœlumque tremiſcit,
Omniaque excuſſo patuere ſedilia vulgo.
Sed nec lora regit, nec verbera pallidus addit
Labdacides. laſſa veluti ratione magiſter
In fluctus, in ſaxa ruit. nec jam amplius aſtra
Reſpicit, & victam projecit caſibus artem.
Rurſus præcipites in recta ac devia campi
Obliquant, tenduntque vias, iterum axibus axes
Inflicti, radiiſque rotæ. pax nulla, fideſque.
Bella geri ferro levius: bella horrida credas:
Is furor in laude eſt. trepidant, mortemque minantur,
Multaque tranſverſis præſtringitur ungula campis.
Nec jam ſufficiunt ſtimuli, non verbera. voce

Nomi-

φυλάξαι Ἀμφιτρύων ἐν' παῖδα φίλα Φρονέων ἐδίδασκεν Αὐτός. Senſus eſt, *Docuerat Amphitryon ipſe filium ſuum, ita equos currui junctos agitare, rotæque modiolum circum metam inflectere, ut eam vitaret.* Adi Homerum Iliad. ψ. & Sophoclem in Electra. *Bernart.*

444. *Exerrat Arion.*] Probiſſima vox, optimis authoribus nota, ſed imperitia librariorum ſæpius corrupta. Quadrigarius, apud Agellium: *Deinde Gallus irridere atque linguam exertare.* Buſl. codex: *exerrare* optime. pro eo quod linguam extra os projectam per irriſum reciprocare. Agellius ipſe l. xv. cap. 11. *Atque etiam hoc Plato ibidem dicit, non defugiendas eſſe, neque reſpuendas hujuſcemodi exhortationes.* adfectus locus, ſed nec Æſculapius melius fecerit medicinam, quam Lipſius noſter, qui legit; *hujuſcemodi exerrationes*; & transfert ad primas quaſi alucinationes mentis, ante plenam ebrietatem. *Idem.*

446. *Laxo cum tandem ab orbe.*] Id eſt, ab exteriore gyro. *Lactant.*

447. *Æquoreus ſonipes.*] Arionem dicit æquoreum; Ait enim ſupra,

Neptunus equo ſi certa priorum fama patet. Idem.

451. *Labdacides.*] Patronymicum, ſignificat Polynicem, cujus avus Lajus Labdacii fuit filius. *Idem.*

454. *Devia campi.*] Antiptoſis eſt, dum in directa tendunt, in devia obliquant. *Idem.*

455. *Iterum axibus axes Inflicti.*] In quibuſdam bonæ notæ libris eſt: *Inflecti:* alicubi & annotatum: *pro inflectebantur.* Forte ſcribendum: *iterum axibus axes Infligi.* Gronov.

459. *Multaque tranſverſis.*] Multacurrentes faciunt per tranſverſa camporum.

461. *Phœ-*

Nominibuſque cient Pholoën Admetus, & Irin
Funalemque Thoën, rapidum Danacius augur
Aſcheton increpitans, meritumque vocabula Cygnum.
Audit & Herculeum Strymon Chromin. Euneon audit
Igneus Æchion. tardum Calydona laceſſit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.
Solus Echionides errante ſilentia curru
Mœſta tenet, trepidaque timet ſe voce fateri.
Vixdum cœptus equis labor, & jam pulvere quarto
Campum ineunt, jamque & tepidis ſudoribus artus
Effœti, & craſſum rapit ejectatque vaporem
Cornipedum flammata ſitis. nec jam integer illis
Impetus, & longi ſuſpendunt ilia flatus.
Hic anceps fortuna diu decernere primum
Auſa venit. ruit Hæmonium, dum fervidus inſtat
Admetum ſuperare Thoas. nec prætulit ullam
Frater opem. velit ille quidem. ſed Martius ante
Obſtitit Hippodamus, mediaſque immiſit habenas.
Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis, & toto robore patris

Axe

461. *Pholoën Admetus & Irin.*] Equarum nomina ſupra. enim ſic dixit, *vix ſteeiles compeſcit equas.* Idem.

463. *Cygnum.*] De colore candenti nomen accepit, quia igneus fuit. *Idem.*

465. *Igneus Æchion.*] Jucunde Græco nomini expoſitionem adjecit, quia *Æchion* dicitur de calore, unde & Hyperion, quamvis alii Potermenii accipiant. utrumque tamen recte. *Idem.*

469. *Vixdum cœptus equis, &c.*] Nihil hærebam, ſed optimus Lipſii ſcriptus codex me ſtitit. in quo legitur: *vix perceptus.* elicio elegantem & acutam ſententiam: *vix ter cœptus.* alluſum ſine ullo dubio, ad morem certantium in Circo, qui ſeptem ſpatia decurrere debebant, priuſquam metam attingerent. Seneca epiſt. xxx. *Fateor ergo ad hominem mihi carum, ex pluribus me cauſis frequentius veniſſe, ut ſcirem an illum toties eundem invenirem, numquid cum corporis viribus minueretur animi vigor, qui ſic creſcebat illi, quomodo manifeſtior notari ſolet agitatorum lætitia, cum ſeptimo ſpatio palmæ appropinquant.* D. Hieronymus in vita D. Hilarionis: *hoc ſiquidem in Romanis urbibus, jam inde ſervatur à Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum, ab ipſo quaſi conſiliorum Deo, quadrigæ ſepteno cureant circuitu.* Propertius II.

An quiſquam in mediis perſolvit vota procellis?
Cum ſæpe in portu fracta carina natet?
Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quam metam triverit arte rota?

Qui lectionem ſpuriam hic intruſerat, quo flagro dignus fuit? *Bernart.*

482. *Rigen-*

Axe tenet prenſo, luctantur abire jugales
Nequicquam, frenoſque & colla rigentia tendunt.
Ut Siculas ſi quando rates tenet æſtus, & ingens
Auſter agit, medio ſtant vela tumentia ponto.
Tunc ipſum fracto curru deturbat, & iſſet
Ante Chromis, ſed Thraces equi ut videre jacentem
Hippodamum; redit illa fames, jam jamque trementem
Partiti furiis. ni frena, ipſoſque frementes
Oblitus palmæ, retro Tirynthius heros
Torſiſſet, victuſque, & collaudatus abiſſet.
At tibi promiſſos jamdudum Phœbus honores
Amphiaraë cupit. tandem ratus apta favori
Tempora, pulverei venit in ſpatia horrida Circi.
Cum jam in fine viæ, & ſummum victoria nutat:
Anguicomam monſtri effigiem ſæviſſima viſu
Ora movet, ſive ille Erebo, ſeu finxit in aſtu
Temporis, innumera certe formidine cultum
Tollit in aſtra nefas. non illud janitor atræ
Impavidus Lethes, non ipſæ horrore ſine alto
Eumenides vidiſſe queant. turbaſſet euntes
Solis equos, Martiſque jugum. Nam flavus Arion

Ut

482. *Rigentia tendunt.*] Quia prenſum axem revocavit, & continuit illorum curſum. *Rigentia* autem dixit conatu tenſa. *Lact.*

483. *Tenet æſtus.*] Licet ventus inflaret, tamen æſtu urgente ire non poterat. *Idem.*

486. *Sed Thraces equi.*] Dixerat enim ſupra, Chromin Herculis filium equis Diomedis Thracis uſum, (non illius qui in Trojæ excidio militavit) qui humanis carnibus veſcebantur. *Idem.*

387. *Redit illa fames.*] Mens. equi Diomedis Thraciæ regis, quos Chromis agebat, humanis carnibus veſci ſoliti, videntes Hippodamum in terram jacentem, illum dilacerare voluerunt. *Bernartius.*

490. *Victorque & collaudatus abiſſet.*] Qui hunc verſum corruptum negat, licet mero meridie lucere dicat, nihil credam. victor ne Chromis? plane falſum eſt. Amphiaraus palmam tulit, (quod ſtatim audies) quem proxime ſecutus Admetus. nihil itaque certius lectione veteris membranæ & editionis Principis: *Victuſque & collaudatus abiſſet.* recte collaudatus, quia ſpem victoriæ ſibi ipſemet præcidere maluit, quam prolapſum Hippodamum lædere. *Idem.*

491. *At tibi promiſſos.*] Oraculum enim habebat, ipſum curru victorem futurum. *Vet. Schol.* Et eventum ſic cecidiſſe canit Papinius, alii eum curru ruiſſe tradiderunt; ut ab Higino c. 250. recenſetur inter Heroas à curribus ſuis proditos. Niſi is tamen, ſepoſita fabula caſus ad inferos, curru lapſum interiſſe credidit. Vide Apollod. lib. III. *Barthius.*

 505. *Per*

Ut vidit, ſaliere jubæ, atque erectus in armos
Stat, ſociumque jugi, comiteſque utrinque laboris
Secum alte ſuſpendit equos. ruit ilicet exul
Aonius, nexuſque diu per terga volutus
Exuit, abripitur longe moderamine liber
Currus, at hunc putri præter tellure jacentem
Tænarei currus, & Theſſalus axis, & heros
Lemnius, obliqua quantum vitare dabatur
Tranſabiere fuga. tandem caligine merſum
Erigit accurſu comitum caput; ægraque tollit
Membra ſolo, & ſocero redit haud ſperatus Adraſto.
Quis mortis, Thebane, locus? niſi dura negaſſet
Tiſiphone, quantum poteras dimittere bellum?
Te Thebæ, fraterque palam, te plangeret Argos.
Te Nemea, tibi Lerna comas, Lariſſaque ſupplex
Poneret, Archemori major colerere ſepulchro.
Tunc vero Oeclides, quanquam jam certa ſequenti
Præmia, cum vacuus domino præiret Arion,
Ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currum.

Dat

505. *Per terga volutus.*] Habenarum nexum, quo involutus per terga fuerat liberavit, ne curru loris implicitus traheretur. *Lactant.*

506. *Moderamine liber.*] Id eſt, rectore: qui excuſſus curru volvebatur in pulvere. *Idem.*

507. *Putri tellure.*] Definitio pulveris. *Idem.*

508. *Tænarei currus.*] Amphiarai ſcilicet. *Theſſalus axis.*] Admeti aurigas modo demonſtravit, à locis ſive ab equis. ſic Virgil. duces navium non ſuis nominibus, ſed intelligendos fecit dicendo;

Et nunc Piſtris habet. nec victum præterit ingens
Centaurus Sergeſtum.

ſignificare volens, & Mneſtheum. *Heros Lemnius.*] Unum de geminis Hypſipyles dicit, quorum alter Thoas jam ruerat, dum Admetum præterire feſtinat, *Idem.*

511. *Erigit ad curſum comitum caput.*] Non toleraſſet, opinor, tam diu hoc vitium, ſi τὸ *comitum* intellexiſſent. Nihil tamen membranæ mutant, niſi quod optimus inter verſus: vel *accurſu.* Lege: *Erigit accurſu comitum caput. Comites* ſunt miniſtri, aulici, ſatellites. Lib. 11. *Non deſunt regi comites: ſine mœnia pulſet Irritus.* Gronov.

512. *Redit.*] Deportatur in geſtorio. *Vet. Schol.* Sane bene ad uſum ſui ſeculi Scholiaſtes iſte. *Geſtoria* ſunt lecticæ, quibus geſtantur afflicti vulneribus aut caſu aliquo. *Geſtatorium* dicunt alii. Onomaſticon Vetus: Geſtatorium Φορεῖον. Albertus Aquenſis l. 3. c. 4. Hiſtor. Palæſtin. *Quem Principes exercitus geſtatorio imponentes ad caſtra cum ingenti luctu detulerunt* Barth.

513. *Quis mortis Thebane locus.*] Verba poëtæ cum exclamatione: quaſi crudelitate fortunæ Polynices ad parricidium ſervaretur. *Lactant.*

524. *Incre-*

Dat vires, reſovetque deus. volat ocyor Euro.
Ceu modo carceribus dimiſſus in arva ſolutis
Verberibuſque jubas, & terga laceſſit habenis,
Aſcheton increpitanſque levem, Cygnumque nivalem.
Nunc ſaltem dum nemo prior, rapit igneus orbes
Axis, & effoſſa longe ſparguntur arena,
Dat gemitum tellus, & jam tunc ſava minatur.
Forſitan & victo prior iſſet Arione Cygnus,
Sed vetat æquoreus vinci pater. hinc vice juſta
Gloria manſit equo, ceſſit victoria vati.
Huic pretium palma. gemini cratera ferebant
Herculeum juvenes. illum Tirynthius olim
Ferre manu ſola, ſpumantemque ore ſupino
Vertere ſeu monſtri victor, ſeu Marte, ſolebat.
Centauros habet arte truces, aurumque figuris
Terribile, hic mixta Lapitharum cæde rotantur
Saxa, faces, aliique iterum crateres, ubique
Ingentes morientum iræ. tenet ipſe furentem
Hyleum, & torta molitur robora barba.

At

524. *Increpitans Schetumque.*] Ita Bern. è vett. cum antea legeretur: *Aſcheton increpitanſque levem.* Atqui ſupra erat dictum eodem de Amphiarao: *rapidum Danaëius augur Aſcheton increpitat.* Et apparet ratio nominis ex ἄσχετος, veloci equo congruentiſſimi. *Schetus* autem iſte unde? *Gronov.*

527. *Sæva minatur.*] Amphiarao ſcilicet, qui hiatu terræ recipiendus erat. *Lactant.*

528. *Arione cygnus.*] Equus Amphiarai. *Idem.*

529. *Hinc vice juſta.*] Quomodo juſſus ordo dictabat. *Idem.*

534. *Seu Marte ſolebat.*] Multa enim bella Hercules per exercitum geſſit: ut contra Euryſtheum, contra Echaliam, contra Trojam. unde Virgil.

Trojamque Echaliamque.

Nec non etiam in Africa, teſte Salluſt. qui ait, *Poſtquam Hercules in Africa, ſicut putant, interiit, exercitus ejus variis gentibus permixtus eſt.* Idem.

536. *Terribile.*] Declinatio à contrario, propter emphaſin, quia aurum naturaliter delectare ſolet, ut ipſe alibi, *armaque in auro triſtia.* Idem. *Notantur.*] Omnino ſcribendum *rotantur.* Ut eſt in Optimo noſtro, & nonnemine aliorum librorum. Ipſam enim rotationem præfiguratam dicit. Imitatur Sidon. Panegyr. Majorian.

—— prima cruentos
Conſummunt ad bella cibos, Bacchoque rotato
Pocula tela putant.

Barthius.

537. *Saxa, faces.*] Pugna Centaurorum & Lapytharum in cratere picta erat, qui in convivio efferati furore nec poculis pepercerunt. Unde Virgil.

Et magno Hylæum Lapythis cratere minantem. Lactant.

539. *Et torta molitur.*] Hoc declamationis genus & alibi poëta ſervavit,

 laudando

At tibi Mæonio fertur circunflua limbo,
Pro meritis Admete chlamys, repetitaque multo
Murice. Phryxei natat hic contemptor ephebus
Æquoris, & picta tranſlucet cærulus unda;
In latus ire manus, mutaturuſque videtur
Brachia, nec ſiccum ſperes in ſtamine crinem:
Contra autem fruſtra ſedet anxia turre ſuprema
Seſtias in ſpeculis. moritur prope conſcius ignis.
Has Adraſtus opes dono victoribus ire
Imperat, at generum famula ſolatur Achæa.
Sollicitat tunc ampla viros ad præmia curſu
Præceleres. agile ſtudium, & tenuiſsima virtus,
Pacis opus, cum ſacra vocant, nec inutile bellis
Subſidium, ſi dextra neget. prior omnibus Idas,

Nuper

laudando ſcilicet Adraſti pateram, qua dicit expreſſum fuiſſe Perſeum Gorgonæ caput tenentem, & ut morientis Gorgonæ expreſſius deſcriberet vultum, ait, *illa graves oculos languentiaque ora petentem Pene movet, vivoque etiam palleſcit in auro.* Idem.

541. *Repetita.*] Iterum picta. Unde Lucan.

Cujus pars maxima ſucco Cocta diu virus non uno duxit aëno.

Idem.

542. *Phryxei æquoris.*] Helleſpontiaci, ubi Helles Phryxi ſoror in mare cecidit. Dicit ergo Leandrum in chlamyde pictum fuiſſe natantem. *Idem.*

543. *Tranſlucet.*] Bene *tranſlucet*, quia à perfectis ita pinguntur natantes, ut inter undas eorum membra perluceant. Leandri autem fabula eſt Ovidio referente notiſſima. *Idem.*

547. *Seſtias in ſpeculis.*] Id eſt, Hero, cujus poëta ex loci vocabulo nomen adjecit. *Seſton* in Proponide littore locus eſt, de quo Lucan.

Conjungere Seſton Abydo.

Moritur.] Extinguitur. *Conſcius ignis.*] Lumen amoris, quod Hero ſolabatur lucendo, vel quod tenebat ipſa in turri. *Idem.*

548. *At gener.*] Secutus Virgil. præteritorum præmia poëta ſervavit, ad conſolandum enim generum Polynicen ei Adraſtus famulam dedit, ſicut ille Sergeſto ſervam. ut, *olli ſerva datur.* Id. *Solatur Achæa.*] Exptimit perpetuum ſuum auctorem Virgilium lib. v.

Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem
Victori, velatum auro vittiſque juvencum,
Enſem, atque inſignem galeam, ſolatia victo.

Mos autem certaminis, poſtremum ſive ab omnibus ſuperatum, non indonatum abire. *Barthius.*

549. *Sollicitat.*] Tranſacto curuli certamine eos poëta deſcribit, quibus curſu certandum eſt. *Lactant.*

550. *Tenuiſsima virtus.*] Definitio quid ſit curſus; id eſt, pars non ſatis admiranda virtutis & cum pleniſſime rem, quam cœperat definiret, adjecit. *Idem.*

551. *Pacis opus.*] Sunt etiam ſacra, quæ curſu celebrantur. Et ut agones declararet poëta non ſatis eſſe virtuti, adjecit. *Nec inutile Bellis.*] Id eſt ſupra neceſſarium, cum vincere non datur. *Idem.*

554. *Umbra-*

Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
Proſilit. excipiunt plauſu Piſæa juventus
Eleæque manus. ſequitur Sicyonius Alcon,
Et bis in Iſthmiaca victor clamatus arena
Phædimus. alipedumque fugam prægreſſus equorum
Ante Dymas, ſed tunc ævo tardante ſecutus.
Multi & quos varii tacet ignorantia vulgi
Hinc, atque hinc ſubiere. ſed Arcada Parthenopæum
Appellant, denſique cient vaga murmura Circi.
Nota parens curſu. quis Mænaliæ Atalantes
Neſciat egregium decus? & veſtigia cunctis
Indeprenſa procis? onerat celeberrima natum
Mater. & ipſe procul fama jam notus inermes
Narratur cervas pedes inter aperta Lycæi
Tollere, & emiſſum curſu deprendere telum.
Tandem expectatus volucri ſuper agmina ſaltu
Emicat, & torto chlamyden diffibulat auro.
Effulſere artus, membrorumque omnis aperta eſt
Lætitia, inſigneſque humeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, latuitque in corpore vultus.

Ipſe

554. *Umbratus tempora ramis.*] Id eſt, umbrata habens tempora civica corona. ſicut Virgil.
Atque umbrata gerens civili tempora quercu. Idem.

556. *Sicyonius Alcon.*] Virgilius: *Teritur Sicyonia bacca trapetis.* Idem.

557. *In Iſthmiaca.*] Id eſt, in agone, qui *Iſthmia* vocatur, in honorem Leucothoæ & Palæmonis, apud Corinthum conſecratus. *Idem.*

563. *Mænaliæ.*] Atalantæ confundit hiſtoriam. Hanc enim Atalantam Hippomenis uxorem diximus filiam Siconei fuiſſe. illam autem quæ cum procis curſu contendit Oenomai filiam, uxorem Pelopis. Sed parem hiſtoriam poſuit Virgil. ille enim ait,
Et manibus Progne pectus ſignata cruentis:
cum hoc conſtet Philomelam feciſſe. ſed mutavit hiſtoriam. *Idem.* *Mænaliæ.*] Hactenus vere. Sequentia pertinent ad aliam Atalantam errore Papinii, duas confundentis. Non tamen ſolus ſic noſter, ſed cum Muſæo, Diodoro, Sidonio, ut ad iſtum novavit Sirmond. Paneg. Majorian. v. 166. Confuſionem hanc ex Lutatio notavit jam pridem Phil. Beroaldus Comment. ad Propert. lib. 1. Eleg. 1. Exegitque amplius diſſertiſ. Muretus ad eundem Propertii locum. *Barth.*

570. *Diffibulat.*] Nove dixit: projecit à ſe. *Lactant.*

572. *Lætitia.*] Id eſt, pulchritudo ſeu venuſtas. *Idem.*

573. *Deteriora genis.*] Veſtitus pulcher videbatur, ſed pulchrior factus eſt nudus: latuit vultus membrorum comparatione. nudato enim corpore membrorum pulchritudo venuſtatem vultus obnubilat. *Idem.*

575. *Palla-*

Ipſe tamen formæ laudem aſpernatur, & arces
Mirantes. tunc Palladios non inſcius hauſtus
Incubuit, pinguique cutem fuſcatur olivo.
Hoc Idas, hoc more Dymas, aliique niteſcunt.
Sic ubi tranquillo pellucent ſidera ponto,
Vibraturque fretis cœli ſtellantis imago,
Omnia clara nitent, ſed clarior omnia ſupra
Heſperos exercet radios, quantuſque per altum
Æthera, cæruleis tantus monſtratur in undis.
Proximus & forma, nec multum ſegnior Idas
Curſibus, atque ævo juxta prior. attamen illi
Jam teuuem pingues florem induxere palæſtræ,
Deſerpitque genis, nec ſe lanugo fatetur
Intonſæ ſub nube comæ. tunc rite citatos
Explorant, acuuntque gradus, variaſque per artes
Inſtimulant docto languentia membra tumultu.
Poplite nunc flexo ſidunt, nunc lubrica forti
Pectora collidunt plauſu: nunc ignea tollunt
Crura, brevemque fugam necopino fine reponunt.
Jam ruit atque æquum ſummiſit regula limen,
Corripuere leves ſpatium, campoque refulſit

Nuda

575. *Palladios.*] Id eſt, oleum. *Idem.*

582. *Tantus monſtratur.*] Per oleum ſic candor corporis enitet. Heſperus autem quantus in cælo, hoc eſt, quam formoſus viſitur, tantus tamque pulcher apparet etiam in ſubjecta aqua maris. *Vet. Scholiaſt.*

583. *Segnior.*] Tardior. *Vet. Schol.* Sic Philoxenus tranſlationem agnoſcit in Gloſſario: *Segnis.* βραδύς. Κυρίως ὁ ὁ ἀδρανὴς καὶ Ἀργός. Cyrill. βραδύς, *Serus*, tardus. Virgilius:
Haud illo (Apolline) *ſegnior ibat*
Ætas. ———
Et ſæpe alibi. *Barth.*

584. *Juxta.*] Non longe. *Lactant.*

585. *Induxere palæſtræ.*] Rem naturalem expreſſit. cito enim genæ barbæ lanugine veſtiuntur, & ex calore palæſtræ, & exercitatione ipſa aggravantur corpora. *Idem.*

586. *Deſerpitque genis.*] Incipit à genis diſcedere. ſive *deſerpit*, *de* abundat: hæc enim præpoſitio aut addit, aut minuit, aut mutat. *Idem.* *Fatetur.*] Id eſt, non apparet. quaſi ſub intonſa coma lateat genarum lanugo. *Idem.*

587. *Citatos.*] Veloces. *Idem.*

589. *Docto.*] Non fortuito, ſed per artem meditato. *Idem.*

592. *Brevemque fugam.*] Brevi fuga fiduciam velocitatis explorat. *Nec opino.*] Sine qua incerta meta eſt, immo nulla, cum crebro ſaltu excurritur: incertus enim modus eſt currendi, cum unuſquiſque ſaltus habita voluntate præludunt. Id eſt cito redeuntes currebant, quod ſolent curſui ſe præparantes facere: ut ipſe de equis ſuperius ait, *pereunt veſtigia mille ante fugam.* Idem.

596. *Cydo-*

Nuda cohors. volucres iiſdem modo tardius arvis
Iſſe videntur equi. credas è plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exiluiſſe ſagittas.
Non aliter celeres Hircana per avia cervi,
Cum procul impaſti fremitum accepere leonis,
Sive putant, rapit attonitos fuga cæca, metuſque
Congregat, & longum dant cornua mixta fragorem.
Effugit hic oculos rapida puer ocyor aura
Mænalius, quem deinde gradu premit horridus Idas,
Inſpiratque humero. flatuque, & pectoris umbra
Terga premit. poſt ambiguo diſcrimine tendunt
Phædimus, atque Dymas. Illis celer imminet Alcon.
Flavus ab intonſo pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Triviæ paſcebat ab annis
Munus, & Ogygio victor cum Marte rediſſet.
Nequicquam patriis audax promiſerat aris.
Tunc liber nexu, lateque in terga ſolutus
Occurſu Zephyri retro fugit, & ſimul ipſum
Impedit, infeſtoque volans obtenditur Idæ.
Inde dolum juvenis, fraudique accommoda ſenſit
Tempora, jam finem juxta, dum limina victor
Parthenopæus init correpto crine reductum
Occupat, & longæ primus ferit oſtia portæ.
Arcades arma fremunt. armis defendere regem,

Ni

596. *Cydonum.*] Cretenſium. *Sive* ad puritatem cervorum rettulit. *Idem.*

600. *Sive putant.*] Referendum huc quod non ſuo loco vulgatum eſt, Lutatii ſcholium: *ſive ad puritatem cervorum retulit.* Scribendum: *ſive putant*] *Ad pavorem cervorum retulit.* De pavore cervorum omnia trita. Pulchre Oppianus lib. II. Cyneget. ἐλάφων γὰρ ὅλον ἔτρεφεν αἶα, Α'πληγὲν κραδίη καὶ θυμὸς ἔσωθεν ἄναλκις Plin. lib. XI. c. 37. *Inter animalia tumida* ponit, quibus grandia ſint corda. *Barth.*

603. *Mænalius.*] Parthenopæus Arcas, quia Mænalus mons eſt Arcadiæ. Ut ipſe inferius: *A vertice crinis Arcados.* id eſt, Parthenopæi. *Lactant.*

610. *Nequicquam.*] Quia moriturus. *Idem.*

611. *Liber nexu.*] Id eſt crinis, quia ſolutus eſt. Crinis, ſubaudi Parthenopæi. *Idem.*

617. *Ferit oſtia metæ.*] Nemo damnet, ſcripti libri tamen præferunt: *fert oſtia portæ*, quam lectionem noſter confirmare videtur hoc eodem libro, *irrupit clamore fores.* Bernart.

618. *Arma fremunt.*] Id eſt, minantur, *Idem.*

621. *Oculoſque*

Ni raptum decus, & meriti reddantur honores,
Contendunt, totoque parant decedere Circo.
Sunt & quis Idæ placeat dolus. ipſe regeſta
Parthenopæus humo vultumque oculoſque madentes
Obruit. acceſſit lachrymarum gratia formæ.
Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento
Ungue ſecat, meritamque comam. furit undique clamor
Diſſonus, ambiguumque ſenis cunctatur Adraſti
Conſilium. tandem ipſe refert: Compeſcite litem,
O pueri. virtus iterum tentanda. ſed ite
Limite non uno, latus hoc conceditur Idæ,
Tu diverſa tene: fraus curſibus omnis abeſto.
Audierant, dictoque manent. mox numina ſupplex
Affatu tacito juvenis Tegeæus adorat:
Diva potens nemorum (tibi enim hic tibi crinis honori
Debitus, eque tuo venit hæc injuria voto)
Si bene quid genitrix, ſi quid venatibus ipſe
Promerui, ne (quæſo) ſinas hoc omine Thebas
Ire, nec Arcadiæ tantum meruiſſe pudorem.
Auditum manifeſta fides; vix campus euntem
Sentit, & exilis plantis intervenit aër,

Rara-

622. *Oculoſque madentes.*] Id eſt, lachrymis plenos: ut Virg. *Tutatur favor Euryalum, lacrymæque decoræ.* Lact.

625. *Meritamque comam.*] Id eſt, male ſibi meritam, quæ cauſam mortis excepit. Retentione enim crinis ſui Parthenopæi tardata eſt victoria. *Idem.*

628. *O pueri.*] Seniorum vox & cum auctoritate Patria ſuadentium. Virgil. in pari negotio à noſtro hic expreſſus, l. 5.

Tum Pater Æneas: veſtra iſthæc munera vobis
Certa manent, pueri: ———

Et Anchiſes lib. VI.

Ne pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella. Barth.

631. *Audierant, dictoque favent.*] Variant ſcripti. Alii, *dictoque parent*: quidam, *dictoque manent*: quibus ſubſcribimus. Virgilius 2. Æneid. *Tu modo promiſſis maneas ſervataque ſerves Troja fidem.* Et alibi: *at tu dictis, Albane, maneres.* Cic. ad Attic. 7. 15. *Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum.* Cæſar 1. Gall. *ſi in eo manerent, quod convenisset, ſtipendiumque quotannis penderent.* Mela, 1, 7. *poſtquam in eo, quod convenerat, non manebatur.* Plato lib. 1. de repub. ἀλλὰ πρῶτον μὲ, ἃ ἂν εἴπῃς, ἔμμενε τούτοις. Gronov.

632. *Tegeæus.*] Arcadius. *Lactant.*

633. *Potens nemorum.*] Dianam potentem nemorum dicit. *Idem.*

634. *Injuria voto.*] Quia crinem tibi ſervabam conſecratum intonſum. *Idem.*

639. *Exilis plantis intervenit aër.*] Id eſt pene volat, & inter plantas ipſius & terram aër medius calcabatur. *Idem.*

640. *Non*

Raraque non fracto veſtigia pulvere pendent,
Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, prenſaque levat ſuſpiria palma,
Finiti curſus, operumque inſignia praſto.
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas.
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.
Tunc vocat, emiſſo ſi quis decernere diſco
Impiger, & vires velit oſtentare ſuperbas.
It juſſus Pterelas, & aëna lubrica maſſæ
Pondera, vix toto curvatus corpore juxta
Dejicit. inſpectant taciti, expenduntque laborem
Inachidæ. mox turba ruunt, duo gentis Achææ,
Tres Ephyreiadæ, Piſa ſatus unus, Acarnan
Septimus, & plures agitabat gloria, ni ſe
Arduus Hippomedon cavea ſtimulante tuliſſet
In medios, lateque ferens ſub pectore dextro
Orbem altum. hunc potius juvenes qui mœnia ſaxis
Frangere, qui Tyrias dejectum vaditis arces;
Hunc rapite. aſt illud cui non jaculabile dextra
Pondus; & abreptum nullo conamine jecit

In

640. *Non fracto.*] Hoc eſt, non depreſſo. *Pendent.*] Id eſt, non ſignant veſtigiis terram. *Idem.*

641. *Irrupit clamore.*] Lætus gaudio ob victoriam & juveniliter clamans. *Vet. Schol.* Quæ vera eſt horum verborum ſententia, non quam præſtantiſſimus Faber emeditatus eſt lib. 11. Agoniſt. cap. 13. Quod laudes ſibi ſuas occinere, de more Hieronicarum voluerit Parthenopæus. *Barth.*

642. *Suſpiria palma.*] Id eſt, anhelum laborem victrici conſolatus eſt palma. *Lactantius.*

644. *Improbus Idas.*] Propter fraudem retenti crinis. *Idem.*

648. *Pterelas.*] Diſcum adtulit ad quem certarent, non tamen unus ex certantibus fuit. *Idem.*

650. *Expendunt.*] Exiſtimant. *Idem.*

651. *Turba ruunt.*] Feſtinant. *Idem.*

653. *Niſæ.*] Inſcitiſſima & inſulſiſſima Lectio, quam merito ejecit Doctiſſimus è textu ſuo Gevartius. Stulte ſervarunt cæteri. Mirum vero neque Lindebrogium, neque Behotium aliquam Varietatem ſuorum librorum adnotaſſe, cum quatuor à nobis collatæ membranæ cum Principe codice, diſerte *ni ſe* præferant, & veram eam ſcripturam citando agnoverit pridem Jul. Cæſar Scalig. Ut notavit & doct. Sinſerlingius Promulſ. cap. 43. *Barth.*

654. *Cavea ſtimulante.*] Hortantibus ſociis, qui prope ipſum ſpectabant. *Lactantius.*

656. *Orbem.*] Diſcum. *Idem.*

658. *Nunc rapite.*] Raptim mittite. *Cui non jaculabile.*] Interrogative cum deſpectu. *Idem.*

659. *Nullo conamine.*] Facile & ſine labore. *Idem.*

661. *Vix*

In latus. abſiſtunt procul, attonitique fatentur
Cedere, vix unus Phlegyas, acerque Meneſtheus
(Hos etiam pudor, & magni tenuere parentes)
Promiſere manum. conceſſit cætera pubes
Sponte, & adorato rediit ingloria diſco.
Qualis Biſtoniis clypeus Mavortis in arvis
Luce mala Pangæa ferit, ſolemque refulgens
Territat, incuſſaque dei grave mugit ab haſta.
Piſæus Phlegyas opus inchoat, & ſimul omnes
Abſtulit in ſe oculos exhauſto corpore virtus
Promiſſa. ac primum terra, diſcumque, manumque
Aſperat. excuſſo mox circum pulvere verſat
Quod latus in digitos, mediæ quod tertius ulnæ
Conveniat. non artis egens, hic ſemper amori
Ludus erat. patriæ non tantum ubi laudis obiret
Sacra, ſed alternis Alpheon utrinque ſolebat
Metiri ripis, & qua latiſſima diſtant
Non unquam merſo tranſmittere flumina diſco.
Ergo operum fidens, non protinus horrida campi
Jugera, ſed cœlo dextram metitur, humique

Preſ-

661. *Vix unus.*] Ordo: vix permiſere manus: & notandum quare unum dixit, cum alterius etiam nomen adjecit. Sed hoc ſecutus Virgilium fecit: ille enim ait, *Vix unus Elenor, & Lycus elapſi.* Idem.

662. *Magni tenuere parentes.*] Ne parentum ſuorum viderentur minuiſſe virtutem. *Idem.*

664. *Redit illa ingloria diſco.*] Optimi: *rediit ingloria diſco.* Ut lib. 1. *& ſævæ periit injuria menſæ.* Lib. 8. ỷſ. 517. *rediit ardore remiſſo Vultus.* Sic iidem. non *rediitque.* Lib. 10, 26. *ſubiit ultricia Tydeus Tartara.* Ubi paritet vitiarant. *Gronov.*

666. *Luce mala Pangæa ferit.*] Terribilis ſplendoris ictu ferit. *Pangæa* mons eſt Thraciæ: unde Lucanus,

Video Pangæa nivoſis cana jugis. Lact.

667. *Mugit.*] Clypeus ſcilicet. *Idem.*

669. *In ſe oculos.*] Populi videlicet. *Idem.*

671. *Aſperat.*] Aſperum facit ne dum jaceret laberetur. *Verſat.*] Conſiderat. Circumverſabat enim Phlegias diſcum, ut colligeret quam partem lateris ejus haberet in digitis, quam brachio retentans alæ ſubderet. *Idem.*

675. *Sacra.*] Id eſt agonem Jovis Olympici, qui circa Alpheum fluvium Piſarum celebratur: cujus ripas ſolitus erat Phlegias diſco tranſire. Secundum autem Alpheum Olympicum exerceri certamen Virgilio teſte cognovimus: ait enim *Cuncta mihi Alpheum linquens lucoſque Molorchi.* Idem.

679. *Sed cœlum dextra metitur.*]Multo elegantius duo optimi: *ſed cœlo dextram metitur.* Id eſt, quid dextra valeat, in cœlum miſſo diſco experitur. Accedit tertius Behotii codex. *Gronov.*

480. Colle-

Preſſus utroque genu, collecto ſanguine diſcum
Ipſe ſuper ſeſe rotat, atque in nubila condit.
Ille citus ſublime petit, ſimiliſque cadenti
Creſcit in adverſum, tandemque exhauſtus ab alto
Tardior in terram redit, atque immergitur arvis.
Sic cadit, attonitis quoties avellitur aſtris
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant, fruſtraque timent. at Theſſala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.
Conlaudant Danai. ſed non tibi molle tuenti
Hippomedon, majorque manus ſperatur in æquo.
Atque illi extemplo cui ſpes infringere dulce
Immodicas, Fortuna venit. quid numina contra

Ten-

680. *Collecto ſanguine.*] Collecta virtute. *Lactant.*

682. *Similiſque cadenti.*] Ad viſum retulit. *Idem.*

683. *Creſcit in adverſum.*] Id eſt, in altitudinem, quæ aſcendenti adverſa eſt diſco. quia neceſſe eſt ut omnes res aſcendentes, altitudinis nimietate lenteſcant. *Exhauſtus ab alto.*] Id eſt, conſumpto impetu quo miſſus fuerat. *Idem.*

684. *Immergitur arvis.*] De gravitate caſus altitudinis menſura monſtratur. *Idem.*

686. *Solis opaca ſoror.*] Sic ſibi inſana hominum & ſtulta perſuaſio vindicat, quod carminibus lunam cælo eripiant: quam opinionem executus Virg. ait:

Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.

Et alibi ſignificat eam inductam eſſe velleribus, dicendo,

Munere ſic niveo lanæ, ſi credere dignum eſt,
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit.

Si credi fas eſt de tanti numinis majeſtate, ad amorem Endimyonis deſcendiſſe, quod lex ſphæræ, & curſus motuſque aſtrorum non patitur. *Procul auxiliantia.*] Ad opinionem hominum retulit, quod arbitrentur deficienti lunæ auxiliari, ſi æra percutiant. *Idem.*

689. *Molle tuenti.*] Deſpicienti, contemnenti, id eſt quaſi cum facile eſſet Phlegea jactu ſuperare. *Idem.*

690. *Majorque manus ſperatur in æquo.*] Id eſt majore virtute opus eſſe in longitudinem, quam in altitudinem jaculaturo. *Idem.*

691. *Atque illi extemplo.*] Id eſt ſubito fortuna venit, cui dulce eſt fiduciam immodicæ virtutis auferre. *Idem.*

692. *Immodicas Fortuna venit.*] Expreſſit eandem ſententiam libro 10. *& fors ingentibus auſis rara comes.* nam *fors* (ut hoc obiter dicam) pro fortuna aut *caſu*, qua Poëtis qua Hiſtoricis notum. Manilius lib. 1.

Atque ipſum eſſe Deum, nec forte coiſſe magiſtra.

Curtius lib. v. *Eludant licet, quibus forte ac temere humana negotia volvi, agique perſuaſum eſt: equidem æterna conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium, & multo ante deſtinatarum ſuum quemque ordinem immutabili lege percurrere.* Tacitus Hiſt. 11. *ſeu dolo forte ſurrexerit parum compertum.* idem lib. iv. *Apud Germanos inconſulta ira, Romanus miles periculorum gnarus, ferratas ſudes, gravia ſaxa forte jaciebat.* id eſt, non

 caſu

Tendere fas homini? ſpatium jam immane parabat,
Jam cervix converſa, & jam latus omne redibat:
Excidit ante pedes elapſum pondus, & ictus
Deſtituit, fruſtraque manum dimiſit inanem.
Ingemuere omnes, rariſque ea viſa voluptas.
Inde ad conatus timida ſubit arte Meneſtheus
Cautior, & multum te, Maja nate, rogato
Molis prægravidæ caſtigat pulvere lapſus.
Illa manu magna, & multum felicior exit,
Nec partem exiguam Circi tranſvecta quievit.
Fit ſonus, & fixa ſignatur terra ſagitta.
Tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
Molitur greſſus. namque illum corde ſub alto
Et caſus Phlegyæ monet, & fortuna Meneſthei.
Erigit adſuetum dextræ geſtamen, & alte
Suſtentans, rigidumque latus, forteſque lacertos
Conſulit, ac vaſto contorquet turbine, & ipſe
Proſequitur; fugit horrendo per inania ſaltu,

Jam-

caſu & ſine judicio aut delectu. Salluſtius de bello Jugurt. *Falſo queritur de natura ſua genus humanum, quod imbecilla atque ævi brevis ſorte* (lege *forte*) *potius, quam virtute regatur.* Bernart.

694. *Latus omne redibat.*] Jaculantem deſcribit. moris eſt enim diſco certantibus, ut niſi flexo toto corpore nequeant jaculari. *Lactant.*

697. *Rariſque ea viſa voluptas.*] Pauci ceperunt de eluſi caſibus voluptatem, quod diſcum Phlegeas muliebriter laudatus amiſerat. ſeu quoniam in rebus quoque ſeriis riſus emittitur: ideo paucos extitiſſe dicit, quibus Phlegeæ caſus lætitiam ſuſcitaret. *Lactant.*

699. *Et multum te Maia nate rogato.*] Quia palæſtris præeſt Mercurius. Arnobius adverſus Gent. III. *Mercurius ceroma pugillatibus & luctationibus præſtat, & cur invictos omnes non perficit quibus præeſt?* Bern.

700. *Caſtigat pulvere lapſus.*] Corrigitur, hoc eſt aſperſione pulveris ne ei elaberetur efficit. *Lactant.*

703. *Fixa ſignatur.*] Quouſque diſcus Meneſtei virtute fuerat miſſus. moris enim fuerat, ut locus cadentis diſci fixa ſignaretur ſagitta. *Idem.*

705. *Et fortuna Meneſtei.*] Id eſt timor alterius vel imitatio fortunati. *Id.*

707. *Aſſuetum dextræ geſtamen.*] Poterat enim una manu hunc diſcum jactare, quem magno conatu vix promovebant cæteri. *Vet. Comm.* In optimo codice non *geſtamen* ſed *certamen* ſcriptum eſt. Eam ſcripturam videtur agnoſcere Lutatius, cujus verba ſunt: Hoc eſt quod conſueverat aliis etiam certaminibus jaculari. Et quis ſano ingenio *Diſcum geſtamen* dixit, velut haſtam aliquam Nunquam enim geſtatur, nec ulli uſui ſit geſtatus diſcus. *Certamen* autem eleganter dixerit. Ut ipſos certantes Virg. Ecl.7. *Et Certamen erat Coridon cum Thyrſide magnum.* Barth.

710. *Per inania ſaltu.*] Ut jactum vigor corporis adjuvaret. *Lactant.*

711. *Servat-*

Jamque procul meminit dextræ, ſervatque tenorem
Diſcus. nec dubia junctave Meneſthea victum
Tranſabiit meta. longe ſuper æmula ſigna
Conſedit, virideſque humeros, & opaca Theatri
Culmina, ceu lata tremefecit mole ruinæ.
Quale vaporifera ſaxum Polyphemus ab Ætna
Lucis egente manu, tamen in veſtigia puppis
Auditæ, juxtaque inimicum exegit Ulyſſem.
Sic & Aloidæ, cum jam celaret Olympum
Deſuper Oſſa rigens, ipſum glaciale ferebant
Pelion, & trepido ſperabant jungere cœlo.
Tunc genitus Talao victori tigrin inanem
Ire Iubet, fulvo quæ circumfuſa nitebat
Margine, & extremos auro manſueverat ungues.

711. *Servatque tenorem.*] Manus, qua fuerat miſſus. *Tenorem.*] Jaculum. *Idem.*

712. *Meneſthea victum.*] Solet enim hoc certamine de victoria dubitari. *Idem.*

714. *Humeros.*] Extremos colles qui ſpacium theatri cingebant. *Et opaca Theatri.*] Theatrum dicit deductum utrimque vallium prona & ſupinam aſcenſu arduo lenitatem: *Opaca* autem *culmina*, quia ſylvæ ſummis montibus imminebant. *Idem.*

716. *Polyphemus.*] Homerum ſecutus eſt qui dicit, Cyclopem jeciſſe in Ulyſſis navem, quia impediente cæcitate eam tenere non poterat. *Idem.*

718. *Exegit.*] Tranſmiſit. *Idem. Exegit Ulyſſem.*] Poſt hunc verſum ſequebantur tres alii in membranaceo codice, qui olim Bil. Pircheimeri, nunc Arondeliæ Comitis eſt, viſus mihi beneficio viri omni laude excellentis Franciſci Junii. Verſus autem illos nec nimis adfirmabo Statii eſſe, quia in uno ſolo codice reperi; nec excludere omnino poſſum, quia ab ingenio ejus alieni non ſunt. Erant ibidem ſic ſcripti:

Sic & Aloidæ, cum jam calcaret Olympum
Deſuper Oſſa rigens, ipſa glaciale ferebat
Pelion, & trepido ſperabant jungere cœlo.

Apparet legendum eſſe, *celaret*, id eſt, obtegeret impoſitum, & *ipſum gl. ferebant.* Habes lib. 10. *quales mediis in nubibus æther Vidit Aloidas, cum creſceret impia tellus, nec adhuc immane veniret Pelion, & trepidum jam tangeret Oſſa Tonantem.* Eodem ordine quo apud patrem Poëtarum. Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον. Aliter collocat Ovid. lib. 1. metaph. *Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum Fulmine, & excuſſit ſubjecto Pelio Oſſam.* Ita enim legendum, & hoc velle veteres libros exiſtimo, cum *ſubjecto* habent potius quam *ſubjectum.* Virgil. 1. Georg. *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, Scilicet, atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum.* Hunc igitur ille ſecutus. *Gronov.*

722. *Victori tigrin.*] Simili modo etiam in primo libro de pelle dixit, *Tergo videt hujus inanem Impexis utrinque jubis horrere leonem.* & notandum quod metri neceſſitate *tigrin* accuſativum Græcum poſuit, pro *tigrim.* Lactant.

724. *Manſueverat ungues.*] Præciſa ſummi-

Gnoſiacos arcus habet, & vaga tela Meneſtheus.
At tibi, ait, Phlegya, caſu fruſtrate ſiniſtro,
Hunc quondam noſtri decus, auxiliumque Pelaſgi
Ferre damus (neque enim Hippomedon inviderit) enſem.
Nunc opus eſt animis infeſtos tollere cæſtus
Cominus. hac bellis & ferro proxima virtus.
Conſtitit immanis cerni, immaniſque teneri
Argolicus Capaneus. ac dum nigrantia plumbo
Tegmina cruda boum non mollior ipſe lacertis
Induitur, date tot juvenum de millibus unum
Huc ait; atque utinam potius de ſtirpe veniret
Æmulus Aonia, quem fas dimittere leto,
Nec mea crudelis civili ſanguine virtus.
Obſtupuere animi, fecitque ſilentia terror.
Tandem inſperatus nuda de plebe Laconum
Proſilit Alcidamas: mirantur Dorica regum
Agmina. ſed ſocii fretum Polluce magiſtro
Norant & ſacras inter creviſſe palæſtras.
Ipſe deus poſuitque manus, & brachia finxit
Materiam (ſuadebat amor) tunc ſæpe locavit
Cominus, & ſimili ſtantem miratus in ira

Suſtu-

ſummitate unguium, extremitas quæ nocere poterat, fuerat auro veſtiente mollita. *Idem.*

727. *Auxiliumque Pelaſgi.*] Regis Græcorum: quia gladius huic validus & acutus fuit. *Idem.*

730. *Ferro proxima virtus.*] Quia & cæſtu homines occiduntur. *Idem.*

733. *Non mollior ipſe.*] Æque duriſſimus: cujus cutis hominis erat durata in boum pelles. *Idem.*

737. *Nec mea crudelis.*] Subaudimus *eſſet.* Minatur enim ſe illum occiſurum qui contra ſteterit: ideo venire hoſtes optabat. *Idem.*

739. *Nuda de plebe Laconum.*] Sive amore ceromatis ad certamina præparata, vel fortia. *Idem.*

741. *Socii fretum.*] Id eſt Lacones. *Polluce magiſtro.*] Deus enim Pollux hoc exercitio, dum inter mortales eſſet, delectabatur: & hunc Alcidama induit. *Idem.*

744. *Materiem ſuadebat amor.*] Ut doceret quod delectabatur. *Idem.* *Materiam ſuadebat amor.*] Puto rectius diſtingui: *& brachia finxit Materiam: (ſuadebat amor) tunc ſæpe.* Per epexegeſin, ut ſit, inſtar materiæ. Plato lib. 2. de republ. τοὺς δ' ἐγκριθέντας μύθους πείσομεν τὰς τροφούς τε καὶ τὰς μητέρας λέγειν τοῖς παισί, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσίν. Virgilius lib. 6. Æneid. *fera corda domat fingitque premendo.* Ejuſdem eſt, *ſuadebat amor.* Lib. 9. *Suadet enim veſana fames.* Gronov.

746. *Nudum-*

Suſtulit exultans, nudumque ad pectora preſſit.
Illum indignatur Capaneus, ridetque vocantem
Ut miſeraus, poſcitque alium. tandemque coactus
Reſtitit, & ſtimulis jam languida colla tumeſcunt.
Fulmineas alte ſuſpenſi corpora plantis
Erexere manus. tuto procul ora receſſu
Armorum in ſpeculis, aditusque ad vulnera cluſi.
Hic quantus Stygiis Tityos conſurgat ab arvis
Si torvæ patiantur aves, tanta undique pandit
Membrorum ſpatia, & tantis ferus oſſibus extat,
Hic paulo ante puer, ſed enim maturius ævo
Robur, & ingentes ſpondet tener impetus annos,
Quem vinci haud quiſquam, ſævo nec ſanguine tingi
Malit, & erecto timeat ſpectacula voto.

Ut

746. *Nudumque ad pectora preſſit.*] Id eſt, complexus eſt fovendo. poëta morem ceromatis executus eſt deſcribendo. *nudum* hic alii fortem intelligi volunt. *Lactant.*

747. *Ridetque vocantem.*] Provocantem. *Idem.*

749. *Languida colla tumeſcunt.*] Qui languida habebat. quoniam dedignabatur certamen. *Idem.*

750. *Corpora plantis.*] Id eſt articulis. *Vet. Schol.* Plerique poëtæ hanc exaltationem ſcribunt. Valer. Flacc. de Polluce:

Semper & in digitis & ſummi pulvere campi
Porrectuſque redit. ——

Id eſt, omni modo ſeſe extendens. Inſcite vulgatur —— *Projectuſque.* Barthius.

751. *Ora receſſu.*] *Habent* ſubaudimus *manibus implicatis.* Lactant..

756. *Paulo ante puer.*] Alcidamas adoleſcens, qui ætatem corporis mole vincebat: id eſt, cujus virtus ætatem virilem præceſſerat. *Idem.*

757. *Tener impetus annos.*] Id eſt magna in eo ex impetu ætatis teneræ virtutis futuræ indoles cernebatur. *Idem.*

758. *Quem vinci.*] Aliquem ipſorum: populus enim junioribus ſolet favere. ordo ergo talis eſt. Neque quiſquam malit aliquem vinci aut tingi ſævo ſanguine. *Idem.*

759. *Erecto timeat ſpectacula voto.*] Deformata hæc à deformatis hominibus, quibus nihil bonum niſi tritum. Lipſ. ſcriptus liber: *& erecto timeant ſpectacula*, quod probe probum eſt, *Spectacula* dixit pro *Spectatoribus*, notione optimis authoribus familiari. ita *matrimonia* pro *matronis*. Livius lib. x. *& convocatis plebeis matrimoniis conqueſta de injuria patriciarum.* ſic *miniſteria* pro *miniſtris*. Juris Conſultus Ulpianus l. VII. de officio Proconſulis. *Miniſteria quoque militaria ſi opus fuerit ad curatores juvandos dare.* & *venalicia* pro *venaliciis.* l. v. de jure delib. *veluti jumenta aut venalicia.* ita *conjugium* pro *conjuge*. Propertius lib. III. eleg. x.

Uxorum fuſis ſtat pia turba comis,
Et certamen habent leti, quæ viva ſequatur
Conjugium. ——

Qua eadem notione Tacit. Annal. 12. dixit: *quod conjugium principis devotionibus petiviſſet.* ita *amicitias* pro *amicis*, & *familiaritates* pro *familiaribus*. Sueton. Tiberio cap. 51. *Teſtamentum ejus pro irrito habuit,*

Ut ſeſe permenſi oculis, & uterque priorem
Speravere locum, non protinus ira, nec ictus:
Alternus paulum timor, & permixta furori
Conſilia, inclinant tantum contraria jactu
Brachia, & explorant cæſtus, hebetantque terendo.
Doctior hic differt animum, metuenſque futuri
Cunctatus vires diſpenſat. at ille nocendi
Prodigus, incautuſque ſui, ruit omnis, & ambas
Conſumit ſine lege manus, atque irrita frendit
Inſurgens, ſeque ipſe premit. ſed providus aſtu,
Et patria vigil arte Lacon, hos rejicit ictus,
Hos cavet. interdum nutu, capitiſque citati
Integer obſequio, manibus nunc obvia tela
Diſcutiens, inſtat greſſu, vultuque recedit.

Sæpe

habuit, omneſque amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandaras intra breve tempus afflictis. ſic *neceßitudines* pro *neceßitudine junctis*, idem frequenter, ſignate Tiberio cap. 2. *odium adverſus neceßitudines, in Druſo primum fratre detexit.* & Curtius lib. IV. *crederes Alexandrum inter ſuas neceßitudines flere.* ſic *amplexus* pro *eo qui amplectitur.* Petronius Satyrico: *nec dii ſinant ut amplexus meos in crucem mittam.* ſic *convivia* pro *convivis.* Papinius ipſe Herc. Sur. — *ne quo convivia migrent.* ita *bella* pro *bellatoribus.* idem libro XI. — *nudoque ſub axe relinqui Infelix bellum* — & *regna* pro *rege.* libro 12. *Hei mihi num quis adeſt chari Polynicis ad ignes, Etſi regna vetant*, id eſt, licet prohibeat rex Creon. ſic denique *noxam* pro *reo qui nocuit*, Juriſconſulti noſtri, *odium* pro *odioſo*: comici, *præſidia* pro *præſidiariis*, *cuſtodias* pro *vinctis*, *ſervitia* pro *ſervis*, ſcriptores paſſim uſurparunt. *Bern.*

760. *Uterque priorem.*] Id eſt, utrique ſperabant quod ab alterius manu certamen inciperet. unde Lucan.

Inde manum ſpectant, tempus quo noſcere poßint
Facturi quæ monſtra ferant. Lactant.

764. *Explorant.*] Conſiderant fortitudinem cæſtuum. *Hebetantque terendo.*] Vanis ictibus cæſtuum acumen obtundunt. *Idem.*

765. *Doctior hic differt animum.*] Alcidamas differt animum, ſpiritum ſervat. *Idem. Metuenſque futuri.*] Prudentiæ effectu. Horatius lib. II. Sermon. II.

— *Contentus parvo metuenſque futuri,*
In pace, ut ſapiens aptarit idonea bello.

Barth.

766. *Vires diſpenſat.*] Paulatim erogat. *Lactant. Vires diſpenſat.*] Non ſimul profundit, ſed ordine & prudenter collocat. In optimo libro clare legitur: *Cunctatas vires.* Barthius. *At ille nocendi.*] Capaneus in adverſarii nece profuſior. *Lactant.*

768. *Sine lege.*] Sine artis lege, artis ipſius lex eſt, ut una manus reverſa alteram feriat. Conſumpſit ergo ambarum manuum ictum & perdidit. *Id.*

769. *Providus actu.*] Sagacitate. *Id.*

770. *Hos rejicit ictus.*] Refundit, eludit, evitat. *Idem.*

771. *Interdum nutu capitiſque citati.*] Velocis capitis motu. *Idem.*

773. *Inſtat greſſu.*] Ut caveret ictus certaminis anteibat pede, facie recedebat,

Sæpe etiam injuſtis collatum viribus hoſtem
(Is vigor ingenio, tanta experientia dextræ eſt)
Ultro audax animis intratque & obumbrat, & alte
Adſilit, ut præceps cumulo ſalit unda minantes
In ſcopulos, & fracta redit, ſic ille furentem
Circuit expugnans. levat ecce, diuque minatur
In latus, inque oculos. illum rigida arma caventem
Avocat, & manibus necopinum interſerit ictum
Callidus, ac mediam deſignat vulnere frontem.
Jam cruor, & tepido ſignantur tempora rivo,
Neſcit adhuc Capaneus, ſubitumque per agmina murmur
Miratur: verum ut feſſam ſuper ora reduxit
Forte manum, & ſummo maculas in vellere vidit,
Non leo, non jaculo tantum indignata recepto
Tigris, agit toto cedentem fervidus arvo
Præcipitatque retro juvenem, atque in terga ſupinat.
Dentibus horrendum ſtridens, geminatque rotatas
Multiplicatque manus. rapiunt conamina venti,
Pars cadit in cæſtus. motu Spartanus acuto
Mille cavet lapſas circum cava tempora mortes:
Auxilioque pedum. ſed, non tamen immemor artis,
Adverſus fugit, & fugiens tamen ictibus obſtat.

Et

bat, quod ipſe ait ſupra, *tuto procul ora receſſu*. Idem.

774. *Injuſtis.*] Non æquis: quia Capaneus erat fortior. ergo frequenter. quamvis enim pateretur, tamen aliquando commotus attentat. *Idem.*

775. *Experientia.*] Ars experimento collecta. *Idem.*

778. *Fracta.*] Diviſa neſcit, quia ictum furore non ſenſerat. *Idem.*

781. *Interſerit ictum.*] Medium manibus ictum fronti infert. *V. Scholiaſt.* Amare Papinium ſic compoſita verba notamus ſupra lib. IV. ✠ſ. 514. Et obſervavit duobus aut tribus exemplis Claud. Dauſquejus, ad extrem. lib. I. Silii Italici. *Serere ictum* dixit Papinius exemplo Lucretii & aliorum. Vide notata doctiſſimo Sinſerſingio Promulſ. cap. 20. qui Epulas aut Congiarium adhuc debet literato orbi. *Barth.*

786. *Summo maculas in vellere vidit.*] Quia laneos pentodactylos habent ſub cæſtibus, qui eminent ſupra brachia. Alii autem volunt poëtam de barba dixiſſe. *Lactant.*

789. *Præcipitatque retro.*] Verſo gradu cogit aufugere. *Idem.*

791. *Rapiunt conamina venti.*] Excipiunt ſive fruſtrantur, id eſt, in vacuum minarum ejus impetus perierunt. *Idem.*

793. *Mortes.*] Quaſi ſinguli ictus Capanei ſingulas mortes afferrent. *Id.*

795. *Averſus fugit.*] Ita Alcidamas averſus cedebat furori, ut nunquam

 fugiens

Et jam utrumque labor, ſuſpiriaque ægra fatigant.
Tardius ille premit. nec jam hic abſiſtere velox.
Defectique ambo genibus, pariterque quierunt.
Sic ubi longa vagos laſſarunt æquora nautas,
Et ſigno de puppe dato poſuere parumper
Brachia; vix requies, jam vox ciet altera remos,
Ecce iterum immodice venientem eludit, & exit
Sponte ruens, merſuſque humeris. effunditur ille
In caput. adſurgentem alio puer improbus ictu
Perculit, eventuque impalluit ipſe ſecundo.
Clamorem Inachidæ, quantum non littora tollunt,
Non nemora. Illum ab humo conantem ut vidit Adraſtus,
Tollentemque manus, & non toleranda parantem,
Ite, oro, ſocii, furit: ite, opponite dextras,
Feſtinate, furit, palmamque, & præmia ferte.
Non prius effracto quam miſceat ora cerebro,
Abſiſtet, video. moriturum auferte Lacona.
Nec mora, prorumpit Tydeus, nec juſſa recuſat
Hippomedon. tunc vix ambo conatibus ambas

Reſtrin-

fugiens videretur. grave enim viro forti crimen eſt terga dediſſe certamini. *Idem.* *Averſus fugit.*] Hoc timoris eſt, non artis, terga dare. Scribe: *ſed non tamen immemor artis Adverſus fugit.* Retrocedit facie obverſa. *Gronov.*

800. *De puppe.*] A gubernatore. Nam pertica eſt quædam in navi quam hortator remigum tenet, quam ſi incuſſerit, remiges non deſinunt; ſi depoſuerit, quieſcunt à labore. Hanc *caſteriam* Plautus nominavit in Aſinaria: *quin pol ſi repoſui remum ſola ego in caſteria.* Lactant.

801. *Jam vox ciet altera remos.*] Quia primo ſigno ceſſatum fuerat à labore, vox ſequens denuo remiges excitavit. *Idem.*

802. *Ecce iterum.*] Poſtquam paulum quieverunt, rurſus ineunt pugnam *Immodice.*] Violenter, quaſi qui exceſſerit modum: venientem Capaneum elidit Alcidamas. *Exit.*] Evitat, declinat. *Idem.*

803. *Merſuſque humeris.*] Diſtinctio poſt hæc verba collocanda eſt. Sequentia enim Capanei caſum indicant. *Merſus*, inclinatus uſque quo poteſt. Ut *merſa nare canes* apud Silium Ital. cujus interpretem conſulas libro x. pag.417. Pariter Papinius poſtea ✝ſ. 847. *Collaque demerſere humeris.* Barthius. *Effunditur ille.*] Capaneus. *Lactant.*

804. *Alio puer improbus ictu.*] Alcidamas improbus magnus alio ictu, quia jam ſupra illum percuſſerat. *Idem.*

805. *Impalluit ipſe ſecundo.*] Etiam ipſe eſt felici eventu perterritus, ne poſt ſecundum vulnus iratum Capaneum ferre non poſſet. *Idem.*

809. *Ite oro ſocii.*] Separatim & ſuſpenſe legenda ſunt, quæ locutio convenit attonitis, & iratis. attonitis ut hoc loco. Et Virgil.

Euge naze propinquant.

Lactant.

816. *Pul-*

Reſtringunt cohibentque manus. ac plurima ſuadent.
Vincis, abi. pulchrum eſt vitam donare minori.
Noſter & hic, bellique comes. nil frangitur heros,
Ramumque oblatumque manu thoraca repellit
Vociferans: liceat, non has ego pulvere craſſo,
Atque cruore genas, meruit quibus iſte favorem,
Semivir infodiam? mittamque informe ſepulchro
Corpus? & Oebalio donem lugere magiſtro?
Dixit. at hunc ſocii tumidum & viciſſe negantem
Avertunt. contra laudant inſignis alumnum
Taygeti, longeque minas riſere Lacones.
Jamdudum variæ laudes & conſcia virtus
Tydea magnanimum ſtimulis ingentibus angunt.
Ille quidem & diſco bonus, & contendere curſu,
Nec caſtu bellare minor. ſed corde labores
Ante alios erat uncta Pale. ſic otia Martis
Degere, & armiferas laxare adſueverat iras,
Ingentes contra ille viros, Acheloïa circum

Litto-

816. *Pulchrum eſt vitam donare minori.*] Nobilis ſententia, quam in Laudibus Heroum ſuorum non ſemel celebrat Claudianus, cui nulla virtus commendatior *Clementia.* Pertinet huc tota Deprecatio ejus Poëtæ ad Adrianum. Ovid. de Rege animalium:

Parcere ſubjectis ſcit nobilis ira Leonum.

818. *Ramum.*] Palmam. *Thoraca.*] Qui erat palmæ præmium. *Lactant.*

819. *Liceat.*] Exclamatio iraſcentis indignatione permixta. *Idem.*

823. *Et viciſſe negantem.*] Ne ab intentione occidendi Alcidamanta tardaretur, negat ſe viciſſe Capaneus. *Idem.*

824. *Laudant.*] Popularem ſuum victorem pronunciant. *Vet. Schol.*

825. *Longeque minas.*] Non audentes tumultuari ob metum Capanei, *Vel,* quia longe erant hæ minæ ab effectu & cæde Alcidamantis. *V. S.*

126. *Variæ laudes.*] Quibus eum ſtimulabant, cur non auderet pugnare. *Vet. Schol.*

827. *Angunt.*] Stimulant. *Lactant.*

829. *Laboris.*] Artis peritiam. *Idem.*

830. *Uncta Pales.*] Palæſtræ ſtudium. bene addidit *uncta*, ad diſcretionem paſtoralium certaminum, & luctationem naturalem. Virg. de palæſtra ruſticorum:

Corporaque agreſti nudant prædura palæſtra.

Alibi,

Exercent patrias oleo labente Palaſtras nudati ſocii.

Idem.

832. *Ingentes viros.*] Humana quodammodo ſorte majores. *Vet. Scholiaſt.* Plinius lib.2. *Viri ingentes*, ſupraque mortalium naturam tantorum Numinum lege deprehenſa. *Acheloia circum.*] Ubi Patria erat Tydei. *V. Schol.* *Achelous*, Calydonius amnis, Ovidio initio lib.ix. Metamorph.

833. *Feli-*

Littora, feliceſque deo monſtrante palaſtras.
Ergo ubi luctandi juvenes animoſa citavit
Gloria, terrificos humeris Ætolus amictus
Exuitur, patriumque ſuem, levat ardua contra
Membra, Cleonææ ſtirpis jactator Agylleus,
Herculea nec mole minor. ſic grandibus alte
Inſurgens humeris, hominem ſuper improbus exit.
Sed non ille rigor, patriumque in corpore robur.
Luxuriant artus, effuſaque ſanguine laxo
Membra natant. inde hæc audax fiducia tantum
Oenidæ ſuperare parem. quamquam ipſe videri
Exiguus, gravia oſſa tamen, nodiſque lacerti
Difficiles. nunquam hunc animum Natura minori
Corpore, nec tantas auſa eſt includere vires.
Poſtquam oleo gaviſa cutis, petit æquor uterque
Procurſu medium, atque hauſta veſtitur arena.
Tum madidos artus alterno pulvere ſiccant,
Collaque demerſere humeris, & brachia late
Vara tenent, jam tunc aſtu deducit in æquum

Calli-

833. *Feliceſque deo.*] Quia victor ſemper extitit, deo monſtrante. Mercurium intelligimus, ipſe enim hujus artis inventor fuit. Horat. *Et decoræ more palaſtræ.* *Felices palæſtras* dixit, ut Virgil. *Quo non felicior alter ſtringere tela manu.* id eſt peritior. *Lactant.*

836. *Patriumque ſuem.*] Calidonii apri pellem. *Levat.*] Spoliat. *Idem.*

837. *Membra Cleonææ.*] *Cleonæ* civitas Corintho vicina. *Idem.*

838. *Nec mole minor.*] Magnitudine corporis non inferior, ex proceritate corporis humanam fortunam videbatur excedere. *Idem.*

840. *Non ille rigor.*] *Herculis,* ſcil.

841. *Effuſaque membra.*] Plana, non toroſa. *Sanguine laxo.*] Cutem enim fluentem mollior ſanguis efficit. *Idem.*

842. *Inde hæc audax fiducia.*] Quia proceritati Agyllei nullum animi neque membrorum inerat robur. *Idem.*

845. *Difficiles.*] Duri, aſperi. *Idem.*

851. *Curva tenent.*] Importuniſſimum gloſſographorum genus hic iterum debacchatum eſt: exculcandum enim τὸ *curvas* male inculcatum: probum quidem verbum, ſed quod Papinius tamen non uſurpavit. poſuit ille *vara tenent.* ut ex Lipſ. bono, boni ſcriptoris libro didici. diſplicuit haud dubie magiſtellis ſpinoſis, quia vetus & vulgo non lectum, certe neglectum. at nos illud retinebimus. cum *varum*, *curvum* antiquis. Lucilius Satyr. libro XVII. *Compernem aut varum fuiſſe Amphitryonis* ἀκοίτιν. Varro II. de Re Ruſt. *cruribus rectis ac potius varis quam vatiis.* Perſius Sat. IV.

— vel cum fallit pede regula varo.

Idem Sat. V.

Varo regustatum digito terebrare ſalinum.

Hinc *obvarare* idem quod *pervertere*, *detorquere in pravum ſenſum.* Ennius:

Nam

Callidus, & celſum procurvat Agyllea Tydeus
Summiſſus tergo, & genibus vicinus arenæ.
Ille autem Alpini veluti regina cupreſſus
Verticis, urgentes cervicem inclinat in Auſtros,
Vix ſeſe radice tenens, terraque propinquat,
Jamdudum ætherias eadem reditura ſub auras.
Non ſecus ingentes artus præcelſus Agylleus
Sponte premit, parvumque gemens duplicatur in hoſtem:
Et jam alterna manus, frontemque, humeroſque, latuſque,
Collaque, pectoraque, & vitantia crura laceſſit.
Interdumque diu pendent per mutua fulti
Brachia, nunc ſævi digitorum vincula frangunt.
Non ſic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella movent, medio conjux ſtat candida prato
Victorem expectans, rumpunt obnixa furentes
Pectora, ſubdit amor ſtimulos & vulnera ſanat.
Fulminei ſic dente ſues, ſic hiſpida turpes
Prælia villoſis ineunt complexibus urſi.
Vis eadem Oenidæ. nec ſole, aut pulvere feſſa
Membra labant. riget arcta cutis, duriſque laborum
Caſtigata toris. contra non integer ille
Flatibus alternis, ægroque effœtus hiatu
Exuit ingeſtas fluvio ſudoris arenas.
Ac furtim rapta ſuſtentat pectora terra.
Inſtat agens Tydeus, fictumque in colla minatus

Crura

Nam conſiliis aberrant, quibus tamen concedit hic ordo. Bern.

Deducit in æquum.] Deflectit ut ſibi æquet, aſtu ſperantis fiduciam. *Lactantius.*

853. *Summiſſus tergo.*] Inclinans dorſum ſuum, ut ſe Tydeus inflecteret. *Idem.*

854. *Alpini veluti regina cupreſſus.*] Attigit ut videtur Papinius hic guttam è flumine Lethes. Nam in Alpibus nuſquam cupreſſi: niſi forte ſpeciem pro genere poſuit, quod non inepte affirmare poſſumus. *Idem.*

872 *Caſtigata.*] Compoſita, ſeu potius maculis aſperata. *Non integer ille.*] Agylleus, & ſubaudiendum *viribus non integris*. Idem.

873. *Effœtus.*] Viribus fatigatus. *Idem.*

874. *Harenas.*] Quas Tydeus in eum ingeſſerat. *Idem.*

876. *Ictumq́, in colla minatus.*] Lege ex optimis: *fictumque in colla minatus Crura ſubit.* Valerius Flaccus in certamine Pollucis & Amyci: *dextramque parat, dextramque minatur Tyndarides. redit huc oculis & pondere Bebryx, Sic ratus.*

Crura ſubit. cœptis non evaluere potiri
Fruſtrata brevitate manus. venit arduus ille
Deſuper, oppreſſumque ingentis mole ruinæ
Condidit. Haud aliter collis ſcrutator Iberi
Cum ſubiit, longeque diem, vitamque reliquit,
Si tremuit ſuſpenſus ager, ſubitumque fragorem
Rupta dedit tellus, latet intus monte ſoluto
Obrutus, ac penitus fractum obductumque cadaver
Indignantem animum propriis non reddidit aſtris.
Acrior hoc Tydeus, animiſque & pectore ſupra eſt.
Nec mora, cum vinclis onerique elapſus iniquo
Circumit errantem, & tergo nec opinus inhæret.
Mox latus, & firmo celer implicat ilia nexu.
Poplitibus genua inde premens evadere nodos
Nequicquam, & lateri dextram inſertare parantem

Impro-

ratus. ille autem celeri rapit ora ſiniſtra. Noſter lib. 12. *fictumque ac triſte renidens.* Gronov.

879. *Ingentis mole ruinæ.*] Sic quidem & ſcripti. Malim tamen: *ingentis more ruinæ.* Lib. 7. *properatur in hoſtem More fugæ.* Idem.

880. *Condidit.*] Cælavit quia ſub ingenti Agyllei corpore exiguitas Tydei eſt cælata. *Lactant.*

882. *Suſpenſus ager.*] Definitio ſpeluncæ. Sive ad naturam terræ retulit, quæ dicitur in medio aëre ſuſpenſa, ſive quod intrinſecus vacuant terræ venas, qui metallum aliquod quærunt. *Idem.*

885. *Indignantem animam.*] Dicunt philoſophi indignari animas, quod invitæ de hac luce diſcedant; ut Virgil.

Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Reddidit aſtris.] Ingens expoſitio eſt, quomodo vel quare animæ ad aſtra redeant, poſtquam exutæ fuerint nefando corpuſculo, ut non ſolum bene meritorum, ſed etiam ſontium illuc ferantur, ut aut pro vitæ precio optima mercede æternæ lucis donentur, aut pro male commiſſis ab ipſis aſtris ſtelliſque puniantur atque conſummentur: non quidem ut pereant, ſed affligantur. Et ideo ab his puniuntur ſecundum Pythagoram, qui ait animas bonorum virorum in ſtellas poſſe reverti. Virgil.

Scilicet huc reddi deinde ac reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locum, ſed viva volare
Syderis in numerum, atque alto ſuccedere cælo.

Lucanus in nono.

Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes.

Lactant.

886. *Animiſque & pectore ſupra eſt.*] Licet infra ſit corpore. *Idem.*

887. *Cum vinclis onerique.*] Illius ſcilicet, qui eum brachiis alligaverat. *Elapſus iniquo.*] Subductus gravi ponderi. *iniquum* enim grave dicimus. Virgilius:

Et iniquo pondere raſtri.

Idem.

889. *Et firmo.*] Ordo, mox latus firmo nexu implicat, genua premens ad alia. *Idem.*

892. *Im-*

Improbus, horrendum viſu ac mirabile pondus
Suſtulit. Herculeis preſſum ſic fama lacertis
Terrigenam ſudaſſe Libyn, cum fraude reperta
Raptus in excelſum, nec jam ſpes ulla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta.
Fit ſonus, & latos attollunt agmina plauſus.
Tunc alte librans inopinum ſponte remiſit,
Obliquumque dedit, procumbentemque ſecutus
Colla ſimul dextra, pedibus ſimul inguina vinxit.
Deficit obſeſſus, ſoloque pudore repugnat,
Tandem pectus humi, pronamque extenſus in alvum
Sternitur, ac longo mœſtus poſt tempore ſurgit,
Turpia ſignata linquens veſtigia terra.
Palmam autem dextra, levaque nitentia dono
Arma ferens Tydeus. quid ſi non ſanguinis hujus
Partem haud exiguam (ſcitis) Dircaus haberet
Campus? ubi ha nuper Thebarum fœdera plaga?
Hæc ſimul oſtentans, quæſitaque præmia laudum
Dat ſociis. ſequitur neglectus Agyllea thorax.

Sunt

892. *Improbus.*] Magnus, quia cum eſſet parva ſtatura magni ponderis alte ſuſtulerat virum; ſive quod ſe majorem nexibus implicaſſet. *Idem.*

894. *Terrigenam ſudaſſe Libyn.*] Antheum dicit, quem Hercules apud Sumentum Africæ civitatem palæſtrico certamine ſuperavit, quem cum nequiret elidere, medium corripiens brachiorum ſuorum nexu confregit, quia terræ beneficio fortior cadendo ſurgebat. *Idem.*

902. *Tandem preſſus humi.*] Meliores: *Tandem pectus humi.* Recte ſane, ſive jungas extenſus pectus & in pronam alvum, ſive extenſus in pectus & pronam alvum. *Gronov.*

905. *Palmam autem dextra.*] Illuſtravit hæc doctiſſimus Faber libro 11. Agnoſt. cap. 13. Et lib. 111. cap. 10. Cujus notis etſi infinita addi poſſint, nos tamen accudere nihil nunc præſtabilius eſt. Animadvertenda conſiderata auctoris ſcriptio, *palmam*, id eſt gloriam, *dono*, id eſt, emolumento præferentis. *Barthius.*

906. *Quod ſi non ſanguinis hujus.*] Si non exhauſtus fuiſſet viribus in Thebano campo, in quo quinquaginta inſidiantes uno relicto ſuperſtite occidit. *Lactant.*

908. *Thebarum.*] Exegeſis. quod ſi hæ plagæ Thebana fœdera. *Idem.*

909. *Hæc ſimul.*] Subaudiendum *cum diceret.* *Præmia laudum dat ſociis.*] Virtutis inſignia. *Idem.*

910. *Sequitur.*] Concedit illi, datur. Virgil. lib. 11.

— Nec parva ſequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus arvis. Vet. Scholiaſt.

Neglectus thorax.] Præ donis Tideo datis nullius pretii habendus. V. Schol. In optimo libro eſt: *Rubiginoſus & vilis & vetus.* Vetus Scholiaſtes.

Neglectus thorax.] Vetus. *Lactant.*

912. *In-*

Sunt & qui nudo ſubeant concurrere ferro.
Jamque aderant inſtructi armis Epidaurius Agreus:
Et nondum fatis Dircæus agentibus exul.
Dux vetat Iaſides; Manet ingens copia leti
O juvenes: ſervate animos, avidumque furorem
Sanguinis adverſi. tuque ô quem propter avita
Jugera, dilectas cui deſolavimus urbes,
Ne precor ante aciem, jus tantum caſibus eſſe,
Fraterniſque ſinas (abigant hoc numina) votis,
Sic ait. atque ambos aurata caſſide ditat.
Tunc genero ne laudis egens, jubet ardua necti
Tempora, Thebarumque ingenti voce citari
Victorem. diræ retinebant omina Parcæ.
Ipſum etiam proprio certamina feſta labore
Dignari, & tumulo ſupremum hunc addere honorem
Hortantur proceres. ac ne victoria deſit
Una ducum numero, fundat vel Lycia cornu
Tela rogant, tenui vel nubila tranſeat haſta.
Obſequitur gaudens, viridique ex aggere in æquum
Stipatus, ſummis juvenum deſcendit. at illi
Pone leves portat pharetras, & cornua juſſus
Armiger. ingentem jactu tranſmittere circum
Eminus, & dictæ dare vulnera deſtinat orno.

Quis

912. *Inſtructi armis.*] Modo ſagittariorum vult monſtrare certamina, id eſt, jactum velocium ſagittarum. ſed jaculatores non exhiberi permiſit. commemorationem iſtius ſpectaculi dixit, ſed ipſam non exhibuit voluptatem. *Epidaurius.*] Epidaurus civitas Peloponenſis equis nobilis, ut ipſe in catalogo: *Qui rura domitant Epidauria.* Idem.

916. *Sanguinis adverſi.*] Hoſtilis vel Thebani. *Idem.*

917. *Jugera.*] O Polynices, cujus gratia urbes civibus, agros ruſticis deſolavimus. *Vet. Schol. Deſolare*, ſpoliare frequentia. Virgil.
— *Sat funera fuſi*
Vidimus, ingentes & deſolavimus agros.
Servius: vel dum occiduntur agricultores, vel dum coguntur ad militiam. Nam legimus:
— *& latos vaſtant cultoribus agros.* Barth.
Cui deſolavimus urbes.] Propter quem reliquimus patriam. *Lactant.*

919. *Abigant hoc numina.*] Ut antequam prælium committatur moriatis. *Idem.*

921. *Nec laudis egens.*] Ne inhonoratus abiret. *Idem.*

931. *Leves pharetras.*] Non inanes, ſed in quibus ſagittæ eſſent haud pinnatæ. *Idem.*

934. *Quis*

Quis fluere occultis rerum neget omina cauſis?
Fata patent homini, piget inſervare, peritque
Venturi promiſſa fides. ſic omina caſum
Fecimus, & vires auxit Fortuna nocendi.
Campum emenſa brevi fatalis ab arbore tacta
Horrendum viſu, per quas modo fugerat auras,
Venit arundo retro. verſumque à fine tenorem
Pertulit, & nota juxta ruit ora pharetræ.
Multa duces errore ſerunt, hi nubila, & altos
Occurriſſe Notos. adverſo roboris ictu
Tela repulſa alii. penitus latet exitus ingens,
Monſtratumque nefas. uni remeabile bellum.
Et triſtes domino ſpondebat arundo recurſus.

934. *Quis fluere, &c.*] Senſus eſt: Divinitatis nobis & Fatorum omnia regentium Providentia multis indiciis, & manifeſtis ominibus oſtenditur, & eventus rerum indicantur. Tam fatua autem ſocorſque eſt humanitas, ut pigeat obſervare prædictiones. Placet pleriſque omnibus rerum arbitria Caſui & Fortunæ aſcribere. Prætereuntque omnia Deorum monita nobis Fortunæ dominatum in omnia tribuentibus. Vidit ante nos Janus Parrhaſius Commentar. in libr. II. De Raptu Proſerpinæ Claudiani pagina 151. *Barthius.* *Neget omina cauſis.*] Incuſat poëta eos qui dicunt futura non portendi mortalibus. *Lactant.*

935. *Inſervare.*] Attendere auſpicia: & eſt verbum augurum de cælo ſervatum. dicit ergo. Piget nos inſiſtere, id eſt, non quærimus futura. & ideo perit venturi fides promiſſa. *Idem.*

936. *Sic omina caſum.*] *Omina* ſunt rerum futurarum ſigna, ſive bonarum, ſive malarum. *caſus* autem ſunt ſubiti eventus. Cum enim non quærimus quæ futura ſunt, non procuramus adverſa. cum neglectu noſtro improviſa proveniunt mala, quæ accidunt caſui deputamus. *Idem.*

938. *Fatalis.*] Harundinem fatalem dixit, quæ futura monſtraret. *Idem.*

940. *Tenorem.*] Curſum, impetum. *Idem.*

941. *Notæ juxta ruit ora pharetræ.*] Ante ora ejus cecidit, qui pharetram tenebat; ut Ovid. de telo.

Revolat nullo referente cruentum.

Idem.

942. *Errore ſerunt.*] Diſſerunt, diſputant. *Idem.*

945. *Monſtratumque nefas.*] Id eſt, Prodigium, monſtrum. Vide ſupra hoc lib. v. 498. Et ſic ſæpius Papin. Ut lib. VII. ℣ſ. 48.

——— *Lavinia virgo*
Viſa, nefas, longis comprendere crinibus ignem.

Uni remeabile.] Ex ſeptem regibus ad Thebas proficiſcentibus: Omnes duces apud Thebas perierunt, præter Adraſtum Talai filium; is enim equi beneficio ereptus eſt. Vid. Higin. cap. 70.

P. PA-

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER SEPTIMUS.

ATque ea cunctantes Tyrii primordia belli
Juppiter haud æquo reſpexit corde Pelaſgos,
Concuſſitque caput, motu quo celſa laborant
Sidera, proclamatque adici cervicibus Atlas.
Tunc ita velocem Tegees affatur alumnum:
I, medium, rapido, Borean illabere ſaltu
Biſtonias ſuper uſque domus, axemque nivoſi
Sideris: Oceano vetitum qua Parrhaſis ignem
Nubibus hybernis, & noſtro paſcitur imbri.
Atque ibi ſeu poſita reſpirat cuſpide Mavors
(Quanquam inviſa quies) ſeu quod reor, arma tubaſque
Inſatiatus habet, caræque in ſanguine gentis
Luxuriat. propere monitus, iramque parentis

Ede,

1. A*Tque ea cunctantes.*] Deſcribitur Jovis iracundia. allocutio ad Mercurium, ut Jovis minas nunciet Marti, & accuſet eum quod patiatur Græcos apud tumulum Archemori voluptatibus occupari. & ut eos furoris ſtimulis Mars armet ad bellum. *Cunctantes.*] Morantes ſive manentes. *Lactantius.*

4. *Cervicibus.*] Dicit iracundia Jovis cælo pondus augeri: & hoc Atlantem queri. *Idem.*

6. *Boreamque illabere ſaltu.*] Aut male oculis uſus eſt aut alius fuit Buſlid. quo uſus eſt Bernartius: nam cujus nobis copia facta, *Borean inlabere:* ſic & duo alii optimi: cæteri quoque fere: *Borean illabere.* Nec mutari hoc verbum patitur τὸ *medium.* Bene penitus in Septentrionem. *Gronov.*

8. *Qua Parrhaſis.*] Arcas à gente dicta: unde fuit Calyſto Lycaonis filia, quæ in urſam, hoc eſt ſeptentrionem dicitur verſa. Lucan.

Parrhaſis obliquos Helice cum verteret axes.

Calyſto ergo ipſa eſt, quæ Arctophylax dicitur urſa: quæ nunquam oceano tingitur. *Lactant.*

9. *Et noſtro paſcitur imbri.*] Id eſt cæleſti liquore, non marino, ut cetera ſidera. Nam & ſol & aſtra cetera aquis paſcuntur oceani. nam ut oſtenderet Lucan. ignes ſolis aquis nutriri, ait: *Non pabula flammis.* Idem.

10. *Atque ibi ſe poſita.*] Pauxilla menda, quam alienam à Poëtæ mente ſententiam efficit! libri calamo exarati: *Atque ibi ſeu poſita reſpirat cuſpide Mavors (Quanquam inviſa quies) ſeu quod reor, &c.* quod audacter expreſſi. *Bernartius.*

15. *Iſth-*

Ede, nihil parcens. nempe olim accendere juſſus
Inachias acies, atque omne quod Iſthmius umbo
Diſtinet, & rauca circumtonat ira Maleæ.
Illi vix muros, limenque egreſſa juventus
Sacra colunt. credas bello rediiſſe, tot inſtant
Plauſibus; offenſique ſedent ad juſta ſepulchri.
Hicne tuus, Gradive, furor? ſonat orbe recuſſo
Diſcus, & Oebalii coëunt in prælia cæſtus.
At ſi ipſi rabies, ferrique inſana voluptas
Qua tumet; immeritas cineri dabit impius urbes
Ferrum, ignemque ferens, imploranteſque Tonantem
Sternet humi populos, miſerumque exhauriet orbem.
Nunc lenis belli, noſtraque remittitur ira.
Quod niſi præcipitat pugnas, dictoque jubentis
Ocyus impingit Tyriis Danaa agmina muris,
(Nil

15. *Iſthmius umbo.*] *Iſthmos* eſt terra inter duo maria in longum porrecta. hæc enim duo maria orientem occidentemque diſcriminant. Ionium oriente, Ægæum occidente dividit. omne ergo quod Iſthmius umbo diſtinet, id eſt Achaiam, in cujus parte Pelops regnavit, duo maria circundant, adeo ut inſulam facerent, niſi utrumque pelagus interjecta terra divideret. ideo autem *umbonem montis* dixit, quia ejus pars erectior imminet mari. *Lactant.*

16. *Detinet.*] Melius libri: *Diſtinet.* dividit ac ſeparat. Virgil. *dum diſtinet hoſtem Agger murorum.* Ut, *tranſtinet commeatus trans parietem*, Plauto, & *continet*, hoc eſt, patet, extenditur, continuatur, & *pertinere* frequens Cæſari pro extendi, porrigi: ſic in contrarium, *diſtinere.* Nam & iſta licet ἀδέτιρως efferantur, tamen ſic dici cœpta ſunt per intellectum ℞ *ſe.* Notavit & Bernartius. *Gronovius.* *Maleæ.*] *Malea* promontorium Græciæ, quod intrat mare, & per quinquaginta miliaria intenditur: ubi unda ita ſæva eſt, ut navigantes videatur perſequi. Unde Virgil.
Maleæque ſequacibus undis.
Hoc autem promontorium à Maleo Græciæ rege nomen accepit: quod intra ſe Peloponeſum includit ac tenet. *Lactantius.*

17. *Illi vix muros.*] Id eſt fines patriæ. figura, qui ſunt illi, id eſt juventus Argiva. Græci inquit ſic litant, quaſi jam victores revertantur ad patriam. *Idem.*

19. *Offenſique ſedent.*] Irati quod eorum gratia periiſſet Archemorus: ſive *Offenſi* occupari, novo ſermone dixit. *Id.* *Sedent ad buſta ſepulcri.*] Immo *juſta*, ut in melioribus eſt. Ludorum funebrium ſolennia. Erat idem vitium libro 4. & correxeramus, ſed præventi à Cujacio. *Gronov.*

20. *Orbe recuſſo.*] Furore tuo hæc Gradive feciſti certamina, ut aut diſco certarent, aut cæſtibus. *Lactant.*

21. *Oebalii.*] Pollucis, ut ſupra,
Oebalio donem ſugere magiſtro.
Idem.

22. *Inſana voluptas.*] Deeſt *fuerit.* Idem.

26. *Nunc lenis.*] Quaſi ideo nunc Mars lenis ſit, nec noſtra iracundia flectatur. *Idem.*

(Nil equidem crudele minor) ſit mite, bonumque
Numen, & effreni laxentur in otia mores.
Reddat equos, enſemque mihi, nec ſanguinis ultra
Jus erit. aſpiciam terras, pacemque jubebo
Omnibus, Ogygio ſat erit Tritonia bello.
Dixerat, & Thracum Cyllenius arva ſubibat;
Atque illum Arctoæ labentem cardine portæ
Tempeſtas æterna plagæ, prætentaque cœlo
Agmina nimborum, primique Aquilonis hiatus
In diverſa ferunt. crepat aures grandine multa
Palla, nec Arcadii bene protegit umbra galeri.
Hic ſteriles delubra notat Mavortia ſylvas
Horreſcitque tuens. ubi mille furoribus illi
Cingitur adverſo domus immanſueta ſub Æmo.
Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur
Limina, ferratis incumbunt tecta columnis,
Læditur adverſum Phœbi jubar, ipſaque ſedem
Lux timet, & dirus contriſtat ſidera fulgor.

Digna

29. *Nil equidem crudele minor.*] Nil minor illi quod crudele ſit, id eſt Marri. ſed bonum & mite numen efficiam. Minatur Jupiter ſe Martem mitem efficere, quod ſcit cruento numini eſſe contrarium, ut mores illi, qui infreni eſſe conſueverant, ocii languore torpeſcant, & ſit numen ejus mite: grave enim malum eſt. facit enim bonum à ſuo inſtituto traducere. *Idem.*

30. *Numen.*] Veram hanc Papinii lectionem eſſe, ne Carneades quidem dubitaverit, qui dubitare in omnibus ſolet. Vulgata ſine dubio depravate, *ſic mite.* Bernart.

35. *Labentem.*] Intrantem portas ſeptentrionis. *Lactant.*

36. *Prætenta.*] Circumfuſa, adjacentia. *Idem.*

37. *Agmina nimborum.*] Infinitus numerus nubium. *Hiatus.*] Principium flatus: quia venti pinguntur hiantes. *Id.*

39. *Protegit.*] Tuetur, *Galeri.*] Pilei. *Idem.*

40. *Hic ſteriles.*] Epexegeſis eſt: qui deus ſterilis ſylvæ. *Delubra Mavortia notat.*] Aſpicit avium more, quæ volando aſpiciunt, vel notant in quibus inſideant locis. *Idem.*

41. *Mille furoribus.*] Mille miniſteriis Martis. *Idem.*

42. *Cingitur.*] Multatur. *Immanſuetæ.*] Irrequieta, ſine quiete. *Idem.*

43. *Laterum.*] Parietum, id eſt, ab ea parte qua mutata eſt. *Idem.*

44. *Tecta domus.*] Ad deſcriptionem cruentæ domus adjecit, omnia ferro fuiſſe conſtructa, ut ubicunque adſpiceres mortalem domum ex ipſius ædificii fabricatione cognoſceres: cujus terroris ſpeciem ut Virgilium explicaret, ait,

Porta adverſa ingens, ſolidoque adamante columna.

Idem.

45. *Læditur adverſum Phœbi jubar.*] Offuſcatur Phœbi jubar. id eſt ſolis ſplen-

Digna loco ſtatio. primis ſalit Impetus amens
E foribus, cæcumque Nefas, Iraque rubentes,
Exangueſque Metus, occultiſque enſibus aſtant
Inſidiæ, geminumque tenens Diſcordia ferrum.
Innumeris ſtrepit aula minis. triſtiſſima Virtus
Stat medio, lætuſque Furor, vultuque cruento
Mors armata ſedet: bellorum ſolus in aris
Sanguis, & incenſis qui raptus ab urbibus ignis.
Terrarum exuviæ circum, & faſtigia templi
Captæ inſignibant gentes, cælataque ferro
Fragmina portarum, bellatriceſque carinæ,
Et vacui currus protritaque curribus ora.
Pæne etiam gemitus. adeo vis omnis, & omne
Vulnus. ubique ipſum, ſed non uſquam ore remiſſo
Cernere erat. talem divina Mulciber arte
Ediderat. nondum radiis monſtratus adulter

Fœda

ſplendor læditur, id eſt ſplendore ferri repercutitur. *Idem.*

47. *Impetus.*] Præceps audacia ſine ratione. Claudian. De curſu Romæ, Pan. Prob.

—famuli currum junxere volantes
Impetus, horribiliſque Metus, qui ſemper agentes
Prælia, cum fremitu Romam comitantur anhelo.

Barthius.

50. *Geminumque tenens diſcordia ferrum.*] Mirum; geminum dixit: ferrum tenere diſcordiam, quæ ſemper ſolet duorum inimicitia vel mortibus gratulari. Sive propter fratres: quia in hoc bello maxime fratrum diſcordia præliatur. *Lact.*

51. *Innumeris.*] Mire infinitum numerum finxit, quippe pro peccatorum genere jam minatur ſupplicia diverſorum. *Triſtiſſima virtus.*] Non religionis aut pietatis cauſa commota, ſed ideo in hoc bello triſtem dixit eſſe virtutem, quia parricidiis militavit. *Idem.*

53. *Mors armata ſedet.*] Quia ſemper eripit vitam. *Idem.*

56. *Inſignibant.*] Ornabant, ſive inſignia faciebant. *Idem.*

59. *Pene etiam gemitus.*] Egregie, ut in cruenta domo omnia ingemiſcentia cernerentur. *Idem.*

60. *Ubique ipſum.*] Subaudis, *Martem putares:* ubique ſimulat, nuſquam tamen hilariore vultu conſpicitur. *Idem.*

61. *Mulciber arte.*] Vulcani Architectura omnium domuum divinarum tribuitur. De Regia Solis Ovidius lib. II.

Materiam ſuperabat opus; Nam Mulciber illic
Æquora cælarat, Medias cingentia terras
Terrarumque orbem, cælumque quod imminet Orbi.

De *Veneris*, Claudianus, Nuptiis Honorii:

Mulciber, ut perhibent, his oſcula conjugis emit
Mœnibus, & tales uxorius obtulit Arces.

62. *Nondum radiis.*] Quæſtionem, quæ poteſt commoveri quare adulterio Marti Vulcanus habitaculum fundaſſet,

 arguriſſi-

Fœda catenato luerat connubia lecto.
Quærere templorum regem vix cœperat ales
Manalius, tremit ecce ſolum, & mugire refractis
Corniger Hebrus aquis. tunc quod pecus utile bellis
Vallem infeſtabat, trepidas ſpumare per herbas,
Signa adventantis, clauſæque adamante perenni
Diſsiluere fores. Hircano in ſanguine pulcher
Ipſe ſubit curru, diraque aſpergine latos
Mutat agros, ſpolia à tergo, flenteſque catervæ
Dant ſylvæ, nixque alta locum. regit atra jugales
Sanguinea Bellona manu, longaque fatigat
Cuſpide, diriguit viſu Cyllenia proles.
Summiſitque genas. ipſi reverentia patri,
Si prope ſit, dematque minas, nec talia mandet.
Quod Jovis Imperium? magno quid ab æthere portas?

Occu-

argutiſſime divinus hoc loco poëta diſſolvit. dicit enim ante domum Marti Vulcanum ædificaſſe, quam injuriam pateretur: quia ſol radiis ſuis magnifici flagitii detector fuiſſe narratur. ſed ſi ideo res male commiſſa diſplicuit, ſupereſt ut inveniatur cariſſimum numen. *Lactantius.*

63. *Fœda catenato.*] Hæc inquit limina prius Vulcanus extruxit, qui Martis & Veneris de Solis indicio adulterium cognoviſſet: quo comperto, utrumque ſubtiliſſimis devinxit catenis, atque in conventum numinum adduxit adulteros. *Idem.*

65. *Mugire refractis.*] Eleganter ſonus rei indicatur. Cornua autem fluvio de more Poëtarum tribuuntur, quia nempe ubi oriuntur, flumina pluribus rivis confluentibus confluere ſolent. Id indicat Ovid. lib. XIII. de Aci:

Fitque color primo turbati fluminis imbre,
Vrvaque per rimas, &c. Barth.

66. *Hebrus.*] De Hebri planitie, Equis apta, quod Papin. hic innuit, vide Petr. Bellon. cujus Obſervationes magnæ jucunditatis lectionem habent. lib. 1. cap. 63. *Idem.*

70. *Subit currum.*] Ingreditur ſeu advenit. *Aſpergine.*] *Aſpergo* gutta eſt terræ cruore permixta. *Lactant.*

71. *Mutat Argos.*] Sanguine inficit, *Maculat*, variat ſive diſtinguit. *Flenteſque catervæ.*] Captivorum ſcilicet. *Idem.*

72. *Nix alta locum.*] Adveniente deo omnia quæ in medio ſunt, locum dare neceſſe eſt. *Idem.*

73. *Sanguinea manu.*] Sanguinarium numen ſanguine ubique gaudebat. Ut in ſacris Mos ſervabatur, elicito ſanguine eam colendi. Lactant. l. 1. c. 20. Eandem Bellonam vocant, in quibus ſacris ipſi Sacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant. Sectis namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exſerentes currunt, efferuntur, inſaniunt. De *Bellona* & *Marte* lege Speculationem Cornuti cap. 21. *Barthius.*

76. *Nec talia mandat.*] Si adventum Martis talem juxta Jovem caſus afferret, multa de ira ſua, & mandatorum acerbitate minuiſſet. *Lactant.*

77. *Quod Jovis imperium.*] Allocutio Martis interrogantis Mercurium, qualia ad ſe Jovis mandata portaret. *Id.*

78. *Occu-*

Occupat Armipotens. neque enim hunc germane ſub axem
Sponte venis, hyemeſque meas, cui roſcida juxta
Manala, & æſtivi clementior aura Lycai.
Ille refert conſulta patris. nec longa moratus,
Sicut anhelabant juncto ſudore volantes
Mars impellit equos, reſideſque in prælia Grajos.
Ipſe etiam indignans vidit pater altus, & ira
Jam levior, tardo flectebat pondere vultum.
Ut ſi quando ruit, debellataſque reliquit
Eurus aquas, pax ipſa tumet, pontumque jacentem
Exanimis jam volvit hyems. nondum arma carinis
Omnia, nec toto reſpirant pectore nautæ.
Finierat pugnas honor exequialis inermes,
Nec dum aberant cœtus, cunctiſque ſilentibus Heros
Vina ſolo fundens, cinerem placabat Adraſtus
Archemori. Da, parve, tuum trieteride multa
Inſtaurare diem, nec ſaucius Arcadas aras
Malit adire Pelops, Elæaque pulſet eburna
Templa manu, nec Caſtaliis altaribus anguis,

Nec

78. *Occupat armipotens.*] Interrogando Mars prævenit. *Idem.*

80. *Manala.*] Mænalus & Lycæus montes Arcadiæ amœniſſimi. *Idem.*

81. *Moratus.*] Nulla mora diſcit patris præcepta. *Idem.*

82. *Sicut anhelabant.*] De bello Scythico remeantes. *Juncto ſudore.*] Iteratio prioris & ſequentis laboris. *Idem.*

86. *Ruit.*] Cadit vel deſinit flare. *Idem.*

87. *Pax ipſa tumet.*] Ipſa tranquillitas inquieta. *Idem.*

88. *Exanimis.*] Sine vento, id eſt, reliquiæ tempeſtatis licet ſint ſine flatu ventorum, tamen adhuc exagitant mare. *Idem.*

92. *Vina ſolo fundens.*] Inferias defuncto Adraſtus Archemoro vinum profundebat. Vide interpretes ad illa Maronis lib. v.

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho,
Fundit humi ——

Fundit autem Archemoro vinum ut Deo non ut mortuo. *Mortuis* enim non licebat vinum libare, teſte Servio ad Virgil. *Barthius.*

93. *Trieteride multa.*] *Trieterica* ſacra ſunt, quæ intermiſſo triennio celebrantur. *Lactant.*

94. *Nec ſaucius Arcades aras.*] Pelops ſcilicet, qui à patre Tantalo numinibus epulandus eſt appoſitus. *Idem.*

95. *Elæaque pulſet.*] Id eſt Græciæ: ubi ludi funebres & Olympicus inſtitutus eſt agon, in quo certamine oleaſtro victores coronari conſueverunt. *Eburna manu.*] Ut, *Humeroque Pelops inſignis eburno.* Idem.

96. *Nec Caſtaliis.*] Pythii agonis. Apollinem dicit, in cujus honorem extincto ſerpente agon celebratur Pythius, cujus victores lauro coronantur. *Idem.*

97. *Umbra*

Nec ſua pinigero magis adnatet umbra Lechæo.
Nos te lugenti puer inficiamur Averno,
Mæſtaque perpetuis ſolennia jungimus aſtris
Nunc feſtina cohors. at ſi Bœotia ferro
Vertere tecta dabis, magnis tunc dignior aris,
Tunc deus. Inachias nec tantum culta per urbes
Numina, captivis etiam jurabere Thebis.
Dux ea pro cunctis. eadem ſibi quiſque vovebat.
Jam pronis Gradivus equis Ephyræa premebat
Littora, qua ſummas caput Acrocorinthus in auras
Tollit, & alterna geminum mare protegit umbra.
Inde unum dira comitum de plebe Pavorem
Quadrupedes anteire jubet. non alter anhelos
Inſinuare metus, animumque avertere veris
Aptior, innumera monſtro voceſque, manuſque,
Et facies quæcunque libet. bonus omnia credi
Auctor, & horrificis lymphare incurſibus urbes.
Si geminos ſoles, ruituraque ſuadeat aſtra,
Aut nutare ſolum, aut veteres deſcendere ſilvas,
Ah miſeri vidiſſe putent. tunc acre novabat

Inge-

97. *Umbra Lechæo.*] Licet alibi *undam* legamus, tamen melius *umbram* accipimus, propter Melicerten, qui ſe de Lechæo monte præcipiravit in mare, in cujus honotem agon celebratur Iſthmiacus, cujus victores pinu coronantur. *Idem.*

98. *Inficiamur Averno*] Id eſt, cum deum colimus inficiamur te mortuum. id eſt mentimur vel negamus. *Averno.*] Inferis, lugenti infernali. *Idem.*

99. *Jungimus*] Ludos tuos cæleſtium agonibus conferimus. *Idem.*

102. *Per urbes.*] Promittit Adraſtus ſe numen Archemori omnibus Græciæ civitatibus indicaturum: non ſolum liberis, verum etiam bello victis. *Idem.*

104. *Sibi quiſque volebat.*] Cum ſententiam conſidero, melius judico, certe clarius: *eadem ſibi quiſque vovebat.* Bernartius.

106. *Acrocorinthus.*] Mons eſt circa Corinthum immenſæ altitudinis, cujus umbra utrumque mare tegi poëta deſcribit. *Lactant.*

112. *Facies quæcunque libet.*] Poſt hæc verba collocanda diſtinctio: Ait enim aſſumere quamcunque faciem velit. *In Optimo libror. Quaſcunque* diſerte ſcriptum invenio. Deſcriptioni huic componenda quæ IV. Æn. de Fama Virg. Secundo Argonautico de eadem Valer. Flaccus. *Barthius.* *Bonus omnia credi.*] Ad omnia credenda idoneus eſt auctor timor: quo faciente, interdum etiam impoſſibilia credimus. Nihil eſt enim quod credere hominem non ſuadeat timor. *Lactant.*

113. *Lymphare.*] Furiare. *Idem.*

116. *Vidiſſe pavent.*] Ad augendam credulitatem novarum rerum ita dicta confirmant, ut quæ timore mentiuntur,

ſe

Ingenium. falſo Nemeaum pulvere campum
Erigit. attoniti tenebroſam à vertice nubem
Reſpexere duces. falſo clamore tumultum
Auget, & arma virûm, pulſuſque imitatur equorum,
Terribilemque vagas ululatum ſpargit in auras.
Exiluere animi, dubiumque in murmure vulgus
Pendet. ubi iſte fragor? ni fallimur aure. ſed unde
Pulvereo ſtant aſtra globo? num Iſmenius ultro
Miles? ita eſt. veniunt. tanta autem audacia Thebis.
An dubitent? agedum inferias, & buſta colamus.
Hæc Pavor attonitis. varioſque per agmina vultus
Induitur, nunc Piſæis è millibus unus,
Nunc Pylius, nunc ore Lacon, hoſteſque propinquos
Adjurat, turmaſque metu conſternat inani.
Nil falſum trepidis. ut vero amentibus ipſe
Incidit, & ſacra circum faſtigia vallis
Turbine prævectus rapido, ter ſuſtulit haſtam:
Ter concuſſit equos, clypeum ter pectore plauſit,
Arma, arma inſani, ſua quiſque, ignotaque nullo
More

ſe vidiſſe confirment. *Tunc aere novabat.*] Si deorum aliquis mentiatur, facile poteſt falſa ſuadere mortalibus. *Idem.*

123. *Ni fallimur aure. ſed unde.*] *Aure* hic poſuit, pro auditu: & eſt oratio ſe invicem interrogantis. *Ni fallimur.*] Id eſt, niſi decipimur auditu. & videntur interpoſita verba pavoris, & quaſi reſpondentis, ut docet ipſa commatica pronunciatio. denique concluſit *Hæc pavor attonitis.* Idem.

125. *Tanta eſt audacia Thebis.*] Optimi: *tanta autem audacia Thebis?* Eleganti ἰδιωτισμῷ, quem ſervaverunt Comici. Terentius Hecyra: *Tamen pol eundem injurium eſt eſſe omnibus.* Sy. *Injurium autem eſt ulciſci adverſarios?* Quaſi eſſet: *itane injurium eſt? itane tanta audacia Thebis?* Gronov.

126. *An dubitent.*] Cur non audeant nos aggredi, adeo diu hic deſidentes? Nonne ſatis eis audaciæ facimus, quod non pergimus? *Vet. Schol.* Optimo ſenſu. Simplicitas autem priſtina bellandi hinc apparet. Quomodo enim non per exploratores hoſtium motum aut quietem cognitam haberent, ſi ſaperent, hæc loquentes? *Barth.*

127. *Varioſque per agmina vultus.*] Ut manifeſtius quæ velit timor affirmet, diverſarum gentium indutus vultibus, ſe exercitibus miſcet. *Lactant.*

129. *Nunc Pylius.*] Ex illa civitate. Horat. *Neſtora Pylius.*
Idem.

130. *Adjurat.*] Jurejurando confirmat. *Idem.*

131. *Nil falſum.*] Argivis omnia credentibus nil falſum videbatur. *Idem.*

132. *Faſtigia vallis.*] In qua ſacra fuerant celebrata in honorem Archemori. *Idem.*

135. *Inſani.*] Fortes. *Nullo more rapit.*] Raptim facit invadere præter conſuetudinem. *Idem.*

More rapit. mutant galeas, alienaque cogunt
Ad juga cornipedes. ferus omni in pectore ſævit
Mortis amor, cædiſque. nihil flagrantibus obſtat.
Præcipitant, redimuntque moras. ſic littora vento
Incipiente fremunt, fugitur cum portus ubique,
Vela fluunt, laxi jactantur ubique rudentes.
Jamque natant remi, natat omnis in æquore ſummo
Anchora. jam dulcis medii de gurgite ponti
Reſpicitur tellus, comiteſque à puppe relicti.
Viderat Inachias rapidum glomerare cohortes
Bacchus iter. gemuit Tyriam converſus ad urbem,
Altricemque domum, & patrios reminiſcitur ignes.
Purpureum triſti turbatus pectora vultum,
Non crines, non ſerta loco, dextramque reliquit
Thyrſus, & intactæ ceciderunt cornibus uvæ.
Ergo ut erat lachrymis, lapſoque inhonorus amictu
Ante Jovem (& tunc forte polum ſecretus habebat)
Conſtitit, haud unquam facie conſpectus in illa,
(Nec cauſæ latuere patrem) ſupplexque profatur.
Exſcindiſne tuas divûm ſator optime Thebas?
Sæva adeo conjux? nec te telluris amatæ,

Decepti-

139. *Præcipitant.*] Feſtinant, accelerant, ut tarditatis moras celeritate compenſent. *Idem.*

140. *Incipiente fremunt.*] Vociferatione præparantium navigium perſtrepunt littora. *Idem.*

141. *Vela fluunt.*] Sola deſcendunt. *Idem.*

142. *Natat omnis, &c.*] Sic alligata enim, ut unda eas alluat, Natura enim ferri non fert, ut natet ſuper aquas. *Dulcis tellus.*] Non ſentitur ejus dulcedo, niſi cum eam reliquimus. *Vet. Scholiaſt.*

145. *Glomerare cohortes.*] Præter ordinem feſtinanter impingere. *Lactant.*

147. *Reminiſcitur ignes.*] In mentem veniunt patris fulmina, quibus ſe utero matris excuſſit. *Idem.*

148. *Purpureum.*] Pulchrum. *Idem.*

150. *Thyrſus.*] Haſta. *Cornibus uvæ.*] Dicit mœſticia Liberum ornatum capitis poſuiſſe. ubique enim uvis decoratus oſtenditur. Ovid. lib. Faſtorum VI.

Bacche racemiferos hedera diſtincte capillos,
Si domus illa tua eſt, dirige vatis opus.
Arſerat obſequio Semele Jovis, accipit Ino
Te, puer, & ſumma ſedula nutrit ope.
Intumuit Juno rapta quod pellice natum
Educet, at ſanguis ille ſororis erat.
Hinc igitur, furiis Athamas in imagine falſus,
Tuque cadens patria, parve Learche, manu.

Idem.

155. *Exſcindiſne tuas.*] Liber optimus: *Exſcindeuſne.* Forte: *Exſcindine tuas.* Intellige, patieris. *Gronov.*

157. *De-*

Deceptique laris miſeret: cinerumque meorum?
Eſto, olim invitum jaculatus nubibus ignem,
Credimus. en iterum atra refers incendia terris,
Nec Styge jurata, nec pellicis arte rogatus,
Quis modus? an nobis pater iratuſque bonuſque
Fulmen habes: ſed non Danaeïa limina talis,
Parrhaſiumque nemus, Ledaaſque ibis Amyclas.
Scilicet è cunctis ego neglectiſsima natis
Progenies? ego nempe tamen qui dulce ferenti
Pondus eram. cui tu dignatus limina vita
Prareptumque iter, & maternos reddere menſes.
Adde quod imbellis, rariſque exercita caſtris
Turba meas acies, mea tantum pralia norunt:
Nectere fronde comas, & ad inſpirata rotari
Buxa, timent thyrſos nuptarum, & pralia matrum.

Unde

157. *Deceptique laris.*] Dolo Junonis dicit morte matris ſuæ Semeles viduatos penates. *Lactant.*

158. *Olim invitum.*] Synæreſis, ut hoc enim Semele pateretur. *Extorſit.*] Petiit ut ad ſe fulminibus armatus intraret. dicit enim nunc Liber, ſi ante invitus dum amatæ nil negas in Thebas fulmen ejeciſti: nunc inquit quis compulit ut bellum eis juberes inferri. *Idem.*

162. *Daneia.*] Id eſt, quando ad Danaen veniſti. *Idem.*

163. *Parrhaſiumque nemus.*] Silva ubi Calyſto à Jove compreſſa eſt, quæ poſtea *Helice* nomen accepit. *Ledaamque.*] Id eſt, cum ad Ledam veniſti. *Idem.*

164. *E cunctis ego.*] Se dicit Liber à multis mortalibus ſæpe fuiſſe neglectum, ut Lycurgo atque Pentheo. Nam Ovid. quodam loco verba Penthei injuriantis Liberum ita deſcripſit:

Quis furor anguigena proles Mavortia veſtras
Attonuit mentes Pentheus ait: arane tantum,
Ære repulſa valent, & adunco tibia cornu,
Et magica fraudes, ut quos non bellicus enſis,
Non tuba terruerit, non ſtrictis agmina telis,
Fœminea voces, & mota inſania vino,
Obſcenique greges & inania tympana vincant,
Vos ne ſenes miſeri, qui longa per æquora vecti,
Hac Tyron, hac profugos poſuiſtis ſede penates,
Nunc finitis ſine Marte capi.

Idem.

166. *Pondus eram.*] Quoniam fulminata matre fœmori Jovis eſt inſitus. Unde Liber *Bimater* appellatus eſt, quod duas veluti matres habuit. *Dithyrambus* dictus eſt, quod velut per duas portas exierit: ſed hoc fabuloſum intelligitur. ſub hac autem figura myſticum philoſophiæ ſecretum eſt. nam & illud falſiſſimum eſt quod Tireſias ſubir * * * *Idem.* Ingens hæc lacuna, quæ hic in Luctatii comm. conſpicitur, ex nullo exemplarium ſuppleri poteſt.

171. *Buxa.*] Tibia vel ſcabellum, quod in ſacris tibicines pede ſonare conſueverunt. *Timent thyrſos.*] Quomo-

do The-

Unde tubas, Martemque pati? quin fervidus ecce
Quanta parat? quid ſi ille tuos Curetas in arma
Ducat? & innocuis jubeat decernere peltis?
Quin etiam inviſos (ſic hoſtis defuit?) Argos
Elicis. ô ipſis genitor graviora periclis
Juſſa, novercales ruimus ditare Mycenas.
Cedo equidem. quo ſacra tamen, rituſque peremptæ
Gentis? & in tumulos ſi quid male fœta reliquit
Mater, abire jubes? Thracen, ſylvaſque Lycurgi?
An ne triumphatos fugiam captivus ad Indos?
Da ſedem profugo. potuit Latonia, frater
Saxa (nec invideo) defigere Delon, & imis
Commendare fretis. cara ſubmovit ab arce
Hoſtiles Tritonis aquas. vidi ipſe potentem
Gentibus Eois Epaphum dare jura, nec ullas

Cyllene

do Thebani bella non timeant, qui bacchantium matrum Thyrſos horreſcunt. & ut bellandi inter illos monſtraret ſpeciem, ait: *Timent nuptarum prælia matrum.* Lactant.

174. *Peltis.*] Lunatis ſcutis, quibus utuntur Amazones. *Idem.*

175. *Sic hoſtis defuit.*] Interpoſitio narrationis. *Idem.*

177. *Ditare Mycenas.*] Inimicos Argos Thebanorum ſpoliis ditare. Senſus, melius iratus alios hoſtes eliceret, ne vos inimicorum faceret prædam. *Idem.*

180. *Thracem, ſilvaſque Lycurgi.*] Notat fabulam, qua Lycurgus Rex Thraciæ Dryantis filius, nutrices Bacchi urbe Niſa latitantes perſecutus, ipſum Bacchum fugaſſe fingitur. *Bernartius.*

181. *Anne triumphatos.*] Liber enim dicitur deinde egiſſe triumphum. Unde Virg. *Nec qui pampineis victor juga flectit habenis Liber, agens celſo Niſæ de vertice tigres.* Lactant. *Anne triumphatos*] Id eſt, per triumphum ductos. Virgilius Georg. III.

Biſque triumphatas utroque ab littore gentes.

Horatius Car. III.

Triumphatiſque poſſit
Roma ferox dare jura Medis.

Ovidius de Pont. II. eleg. II.

Adde triumphatos modo Pæones.

Bernart.

182. *Latonia frater.*] Apollinem dicit, qui Delon inſulam in honorem materni partus ſtabilem fecit. *Lactant.*

184. *Commendare fretis.*] Id eſt, duabus inſulis alligare. *Freta* enim proprie maria dicuntur, quæ æſtu rapidò vicinas terras interfluunt. de qua inſula ait Virgil. *Mycone celſa Gyaroque revinxit.* Hoſtiles Athenas dicit, quas cum inundaſſet Neptunus, Minerva eas diluvio liberavit: pro qua urbe contendiſſe dicitur cum Neptuno inventis muneribus: Neptunus ſc. equum, Minerva olivam, quam fabulam tetigit Virgil. dicens,

— Cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridente. Item:
— Oleæque Minerva inventrix.

Idem.

186. *Epaphum.*] Jovis & Io filium, qui regnavit in Ægypto. cujus mater verſa

Cyllene ſecreta tubas, Minoave curat
Ida. quid heu tantum noſtris offenderis aris?
Hic tibi (quando minor jam noſtra potentia) noctes
Herculeæ, placituſque vaga Nycteïdos ardor,
Hic Tyrium genus, & noſtro felicior igne
Taurus, Agenoreos ſaltem tutare nepotes.
Invidiam riſit pater, & jam poplite flexum,
Sternentemque manus tranquillus ad oſcula tollit.
Inque vicem placida orſa refert. Non conjugis iſta
Conſiliis (ut rere) puer, nec ſæva roganti
Sic expoſtus ego. immoto deducimur orbe
Fatorum, veteres, ſeraque in prælia cauſæ.
Nam cui tanta quies irarum? aut ſanguinis uſus
Parcior humani? videt axis, & iſta per ævum
Mecum æterna domus, quoties jam torta reponam

Ful-

verſa eſt in juvencam, unde Virg. *At levem clypeum ſublatis cornibus Io.* Idem.

187. *Cyllene.*] Arcadia, in qua Mercurius dicitur natus. *Minoave curat.*] Minos & Rhadamantus Jovis & Europæ filii, Cretenſium reges. ſed ut conciliet Jovem in amorem Thebarum, commemorat quos mortalium amare dignatus ſit fœminarum; Alcmenam, Antiopam, Nicteidem, poſtremo Europam, cujus frater Cadmus condidit Thebas. *Idem.*

189. *Hic tibi quando.*] Quoniam. ordo eſt, hic tibi noctes Herculeæ, & ardor Anthiopæ filiæ Nictei, quæ à Lyco expulſa per Dyrcen à Jove in taurum verſo corrupta eſt. unde Zetus & Amphion progeniti feruntur. *Idem.*

190. *Placiduſque tuæ Nycteidos ardor.*] Scripti, rectius: *placituſque.* Nec velim aliter. lib. 10. vſ. 764. *ſi vos placita hoſtia jurvi:* etſi & ſcripti *placida*, & interpretentur, *quæ non repugnavi. Placita* eſt probata, placens litanſque. Silius lib. 1. *placitam temerando rumpere pacem.* Ubi etiam fecerant *placidam.* Lib. 12. eodem: *Integrare acies placitum.* Virg. 10. Æn. *& placitum læti componite fœdus.* 2. Georg. *placitam paci nutritur olivam.* Gronov. *Nicteidos ardor.*] Amor Antiopæ Nyctei filiæ. *Lactant.*

191. *Hic Tyrium genus.*] Propter Europam & Cadmum, quod Cadmus Tyrii Agenoris filius fuit, qui Thebas condidit, frater Europæ. cujus rei neceſſitudine Thebanis conciliare vult Jovem. *Felicior igne.*] Amore. felicior ergo Europa Semele, quippe quæ fulmen pro amore perpeſſa eſt. Ideo noſtro igne felicior. *Idem.*

193. *Invidiam riſit pater.*] Invidioſam orationem Jupiter mitiorem effecit, ut Virgil.
Olli ſubridens hominum ſator atque deorũ.
Poplite plexum.] Id eſt, genibus inclinatum. *Idem.*

197. *Sic expoſtus ego.*] Sic fatis ſum ſubditus, ut imminentia mutare non poſſim. dicit ergo non Junonis gratia Thebis indicimus bellum, ô puer, ut putas, neque enim mutabilis eſſe poteſt Jupiter, qui immoto fatorum ordine ea, quæ ſemel ſunt decreta complere non differt. Iſti vero populi, id eſt, Argivi ſive Thebani ad hoc fataliter nati ſunt, ut bellis intereant. *Idem.*

201. *Reponam.*] Revocem, reprimam, cohibeam. *Idem.*

204. *Vete-*

Fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis.
Quin etiam invitus magna, ulciſcendaque paſſis
Aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianæ
Expugnare dedi. meaque eſt jactura, pigetque
Tot mutare animas, tot reddere corpora vitæ.
Labdacios vero, Pelopiſque à ſtirpe nepotes
Tardum, abolere mihi. ſcis ipſe ut crimina mittam
Dorica, quam promptæ Superos inceſſere Thebæ.
Te quoque, (ſed quoniam vetus excidit ira) ſilebo.
Non tamen aut patrio reſperſus ſanguine Pentheus,
Aut matrem ſceleraſſe toris, aut crimine fratres
Progenuiſſe reus, lacero tua luſtra replevit
Funere. ubi fletus? ubi tunc ars tanta precandi?
Aſt ego non proprio diros impendo dolori
Oedipodionidas. rogat hoc telluſque, poluſque,
Et pietas, & læſa fides, naturaque, & ipſi
Eumenidum mores. ſed tu ſuper urbe moveri
Parce tua. non hoc ſtatui ſub tempore rebus
Occaſum Aoniis. veniet ſuſpectior ætas,
Ultoreſque alii, nunc regia Juno queretur.

His

204. *Veterem Calydona, &c.*] Virgilius:

> —— *Conceſſit in iras*
> *Ipſe Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.*

Servius: *Oeneus, Calydonis rex de primitiis omnibus numinibus ſacrificavit, excepta Diana, quæ irata aprum immiſit, qui cuncta vaſtabat.* Sequitur autem in hoc etiam mentem Maronis Papinius, quod nocere *minora numina* non poſſe putata ſint, niſi poteſtatem à majoribus acciperent. Vide Serv. ibidem.

208. *Tardum abolere mihi.*] Id eſt, ſero illis irrogo digna ſupplicia. *Crimina Dorica.*] Græca propter injurias Tantali: qui extincto filio Pelope, ei humanos artus appoſuit epulandos. *Lactantius.*

211. *Sanguine Pentheus.*] Commemorando quod Pentheus innocens crudeliter punitus eſt, & Liberum in Thebas vindicem ſeverum eſſe. Comparavit enim Oedipi Pentheique facinora, qui nec parricidium fecit, nec cum matre concubuit. cum Pentheus iſta non fecerit, tamen lacero funere tua luſtra complevit. ergo tu qui tam ſæviſſime parvæ culpæ reos punire conſueviſti, non debes tam flebiliter pro nefandiſſimis ſupplicare. *Idem.*

212. *Fratres progenuiſſe reus.*] Quia Oedipus maritus & filius matris, & patris filii fratres ſunt. nullus igitur ibi pietatis ordo ſervatus eſt, ubi fuit Iocaſta & uxor & mater. *Idem.*

219. *Non hoc ſtatu.*] Ordo non hoc tempore ſtatui Thebas evertere. & hoc dicendo ſpes aliqua poſtulatæ veniæ promittitur. dicit enim Jupiter ſe, ut cætera numina, imminentia mala poſſe differre, in totum vero mutare non poſſe. *Idem.*

221. *Ultoreſque alii.*] Theſeum dicit,

qui

His ille auditis, mentemque habitumque recepit.
Ut cum ſole malo, triſtique roſaria pallent
Uſta Noto, ſi clara dies, Zephyrique refecit
Aura polum, redit omnis honos, emiſſaque lucem
Germina, & informes ornat ſua gloria virgas.
Nuncius attonitas jamdudum Etheoclis ad aures
Explorata ferens, longo docet agmine Grajos
Ire duces. nec jam Aoniis procul abſore campis.
Quacunque ingreſſi tremere, ac miſereſcere cunctos
Thebarum, qui ſtirpe refert, qui nomine, & armis.
Ille metum condens audire, expoſcit, & odit

Narran-

qui ſecundo bello Thebas evertit. *Idem.* *Tunc regia Juno queretur.*]. Reformavi in germanum ſententiæ habitum ex veteribus & editione principe, in queis: *nunc regia*, optimo ſenſu. Juno enim Adraſto, ejuſque exercitui favens, merito conqueri debebat, quandóquidem victoria penes Thebanos erat futura. *Bernart.*

222. *Mentemque animumque recepit.*] Ferri poteſt. ſed an germanum? negant ſcripti qui præferunt, *mentemque habitumque recepit.* ſcriptis vero libris ſubſcribit ipſe orationis nexus: Probe itaque nunc dictum *habitum* ipſum recepiſſe. *habitum* ſiquidem pro *cultu* Papinius ſolet uſurpare, lib. XI.

Non habitu quo nota prius, non ore ſereno
Sed vittis exuta comam. ——

Ut etiâm Suetonius frequenter, ſignate Caligula cap. IX. *Quia manipulario habitu inter milites educabatur.* Aliter Iſidorus, qui lib. IX. cap XXII. deſcernit habitum à cultu, *habitus enim ad naturam pertinet*, inquit; & hac notione uſurpat Livius lib. IX. *viſus illi habitus*, id eſt, qualitas. atqueadeo etiam Salluſtius, Bello Jugurthino: *cujus de natura & habitu diximus.* Alii Scriptores fere ſemper *habitum*, pro *forma rei cujuſque* accipiunt. Exempla cuivis obvia. Appuleius *habitum* ad cultum, *habitudinem* ad qualitatem refert, lib. I. *Vir ut habitus & habitudo demonſtrant ornatiſſimus.* Plautus etiam pro cultu agnoſcit interdum, qui & diverſa, ſed eleganti notione dixit Pœnulo:

Modus omnibus in rebus optimus eſt habitu ſoror,

id eſt, optimus qui habeatur. *Bern.*

223. *Sole malo.*] Torrido ſeu igneo. *Triſti notho.*] Nubilo auſtro. eſt autem floribus inimicus. Ut Virgil.

Floribus auſtrum perditus. Idem.

225. *Redit omnis honos.*] Sic inquit lætitia Liberi mutatus eſt vultus è grandi triſtitia, quemadmodum flores flante auſtro. Et ſolis nimio calore palleſcunt, perduntque gratiam aſpectus ſui. ac rurſus ſi placidi Favonii ſpiraverit flatus, & virentes herbas frigidior ventus erexerit, & odorem recipiunt & colorem. *Idem.*

228. *Explorata.*] Certa. *Longo agmine.*] Ordinibus compoſitis. *Idem.*

229. *Ire.*] Pro venire. Ut Virgil.

Vos nunc à navibus itis.

Idem.

230. *Miſereſcere.*] Tremebant cuncti & terrebantur Argivorum adventu, qui Thebanis conſanguinitate conjuncti fuerant. qui vero erant extranei miſerabantur, cum in memoriam reducerent perituras Thebas. *Idem.*

231. *Nomine & armis.*] Subaudiendum, *ceteros anteibat.* Idem.

232. *Ille metum condens.*] Etheocles metum diſſimulans. *Idem.*

237. *Teſ-*

Narrantem. hinc dictis ſocios ſtimulare, ſuaſque
Metiri decernit opes. exciverat omnem
Aoniam, Eubœamque, & Phocidos arva propinqua
Mars, ita dulce Jovi. longo fugit ordine velox
Teſſera. propellunt acies, ſeſeque ſub armis
Oſtentant, ſubeunt campo, qui proximus urbi
Damnatus bellis patet, expectatque furores.
Nondum hoſtis circa, trepido tamen agmine matres
Conſcendunt muros, inde arma nitentia natis
Et formidandos monſtrant ſub caſſide patres.
Turre procul ſola nondum conceſſa videri
Antigone populis, teneras defenditur atra
Veſte genas, juxtaque comes, quo Laïus ibat
Armigero, tunc virgo ſenem regina veretur.
Quæ ſic orſa prior; Speſne obſtatura Pelaſgis
Hæc vexilla, pater? Pelopis deſcendere totas
Audimus gentes. dic ô precor extera regum
Agmina. nam video, quæ noſter ſigna Menœceus,
Quæ noſter gerat arma Creon, quam celſus aëna
Sphyn-

237. *Teſſera.*] Bellorum ſignum eſt. Ut *hoſpitalem teſſeram* dicimus. Veteres enim, quoniam non poterant omnes hoſpites ſuos noſcere, teſſeram illis dabant, quam illi ad hoſpitia reverſi oſtendebant præpoſito hoſpiti: unde intelligebant hoſpites. hic tamen proprie *teſſeram* ſignum belli poſuit. *Idem.*

238. *Campo qui proximus urbi.*] Campum ſubeunt qui patet ante urbem, qui eſt ad ſiſtenda bella damnatus, id eſt, deſtinatus. *Idem.*

240. *Nondum hoſtis contra.*] Quid opus fuit, cum in ſcriptis eſſet: *Nondum hoſtis circa.* Urbem videlicet, aut in vicinia. *Gronov.*

243. *Nondum conceſſa videri.*] Pudicarum virginum morem deſcripſit. quia nunquam virgines facile videntur à populo. *Lactant.*

244. *Antigone.*] Oedipi filia, Polynicis ſoror. *Defenditur.*] Occultatur. *Idem.*

246. *Armigero.*] Qui Lai ante fuit armiger, eo nunc Antigone utebatur cuſtode. *Idem.*

247. *Spes-ne.*] Hanc œconomiam tranſtulit juxta Homerum per inquiſitionem catalogi. inducit hic per Antigonem. ut illic per inquiſitionem Priami, & relationem Helenæ. *Idem.*

248. *Hæc vexilla.*] Hoc eſt, Thebanorum militum manus poterit tam immenſum Argivorum exercitum ſuperare, & parva multitudo contra hoſtium copias hæc valebit. de auxiliaribus quærit catervis; nam ſuos cives agnoſcit. *Pater.*] Non patrem genuinum Oedipum dicit, ſed ut blandiretur nutritoribus, Phorbantem patrem vocavit. *Idem.*

250. *Menœceus.*] Hic ſe pro patria ex reſponſo de muro præcipitem dedit, filius Creontis, qui poſt fratris Etheoclis interitum accepit imperium. *Idem.*

251. *Ahena Sphynge.*] Caſſide, cujus

Sphynge per ingentes Homoloïdas exeat Hamon.
Sic rudis Antigone. ſenior cui talia Phorbas;
Mille ſagittiferos gelidæ de colle Tanagræ
Promovet ecce Dryas. hic cui nivea arma tridentem,
Atque auro rude fulmen habent, Orionis alti,
Non falſus virtute nepos. procul, oro, paternum
Omen, & innuptæ vetus excidat ira Dianæ.
Jungunt ſe caſtris, regiſque in nomen adoptant
Ocaleæ, Medeonque, & confertiſſima lucis
Nyſa, Dionæiſque avibus circumſona Thisbe.
Proximus Eurymedon, cui paſtoralia Fauni

Arma

jus altitudinem in ſummitate adjecta auxerat ſphynge: ſive ſigna Thebanorum *ſphyngas* eſſe monſtravit. ut enim apud Romanos aquilæ habebantur ſignis appoſitæ, ſic Thebanorum ſphyngos vultus ornabat. *Idem.*

252. *Homoloidas.*] Homoloidæ portæ ſunt Thebanæ appellatæ, quæ erant ſeptem. Unde Thebana civitas Heptapylos dicta eſt. *Idem.*

254. *Tanagra.*] Civitas Eubœæ, quæ nunc Penanoria nuncupatur. *Idem.*

255. *Dryas.*] Hic eſt quem Diana ſagittis, propter interfectum Parthenopæum, occidit. *Idem. Tridentem.*] Cauſa cur tridentem in clypeo geſſerit Dryas, erat quod Orionis genus jactabat; quod ſidus fundo ſolet maria excitare, non aliter, quam cum Tridente ſuo Neptunus. ſic tempeſtatem infert, apud Virgilium. *V. Scholiaſt.* Verſus Virgilii ſunt Æneid. I.

Cum ſubito aſſurgens fluctu, nimboſus Orion
In vada cæca tulit, penituſque procacibus Auſtris
Perque undas, ſuperante ſalo, perque invia ſaxa
Diſpulit. ——

Claſſem nempe. Poteſt ut vera ſit hæc interpretatio; Poteſt etiam ut tridens Orioni aſcribatur propter tres ſtellas, quæ manum ejus præcedentes alibi pro gladio à Poëtis habentur. *Barth.*

256. *Orionis alti.*] Hujus talis eſt fabula. Pelaſgus quidam deorum cultor Jovem, Neptunum, Mercuriumque, ſuſcepit hoſpitio, à quibus huic eſt facultas oblata, ut quia in deos religioſus extiterat, ab his quod vellet optaret. Is cum adhuc ætatis filium nullum ſuſcepiſſet, poſtulavit ut beneficio numinum proles ſibi contingeret. minxerunt ergo numina in bovis corium, quem Pelaſgus diis immolaverat, & hoc defodere juſſerunt, exactiſque novem menſibus tolli: ex quo natus eſt Orion, qui ex urina nomen accepit: οὖρον enim Græce *urina* dicitur. Hic de ſtupro compellavit Dianam, illa irata terræ invocavit auxilium. at ille ictu ſcorpii interiit, quem terra in ultionem Dianæ exilire compulerat. Alii vero dicunt Orionem ipſius Dianæ ſagittis fuiſſe fruſtratum. ut Horat.

Virginea domitus ſagitta.

Lactant.

260. *Et confertiſſima ſilvis.*] In pleriſque, *jugis:* in uno *turbis:* quidam adſcriptum habent, *lucis:* quam veram lectionem putamus. *Gronov.*

261. *Dionæiſque avibus circumſona.*] Hanc quidam volunt eſſe regionem in qua Nyſus regnavit, cujus crinem purpureum Scylla filia dicitur amputaſſe. *Thisbe.*] Civitas ejuſdem, in qua Venus colitur, quò Jovis aliquando per columbas dabantur reſponſa. *Lactant.*

263. *Pinuſque*

Arma patris, pinuſque jubas imitatur equinas
Terribilis ſylvis. reor & Mavorte cruento
Talis erit. dites pecorum comitantur Erythræ.
Qui Scolon, denſamque jugis Etheonon iniquis,
Qui breve littus Hyles, Atalantæumque ſuperbi
Schœnon habent, notique colunt veſtigia campi.
Fraxineas vibrant Macetûm de more ſariſſas:
Sævaque difficiles excludere vulnera peltas,
Ecce autem clamore ruunt Neptuniæ plebes
Oncheſti, quos pinigeris Mycaleſſos in agris,
Palladiuſque Melas, Hecatæaque gurgite nutrit
Gargaphye: quorumque novis Haliartos ariſtis,
Invidet, & nimia ſata læta ſupervenit herba.
Tela rudes trunci, galeæ vacua ora leonum,
Arborei dant ſcuta ſinus. hos regis egenos
Amphion en noſter agit (cognoſcere pronum
Virgo)

263. *Pinuſque jubaſque.*] Quia quaſi equinæ ſetæ ſunt pini folia. *Idem.*

264. *Terribilis ſilvis.*] Venationibus. *Idem.*

265. *Erythræ.*] Civitas, numeri tantum pluralis. *Idem.*

266. *Scolon, Etheonon.*] Civitates ſunt Græciæ, quæ Thebanis auxilium miſerunt. *Jugis iniquis.*] Arduis ſive excelſis. *Idem.*

267. *Atalantæumque.*] Duas Atalantas eſſe certiſſimum eſt, unam Arcadem, cujus Parthenopæus eſt filius: aliam de Scyro nobilem curſu, quam Hippomanes currendo ſuperavit, projiciendo tria poma aurea Veneris conſilio. *Idem.*

268. *Noti campi.*] In quibus ſolebat Atalanta cum procis curſu contendere. *Colunt.*] Non venerantur, ſed habitant. *Idem.*

269. *Sariſſas.*] Macedonum lanceas. Hoc enim nomine tela ſua ipſius gentis homines vocant. Unde Lucan.

Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas.

Idem.

270. *Difficiles.*] Contra magnum impetum utiliores. *Vet. Schol.* ob brevitatem. *Luctatius.* Vid. Lipſ. militia Rom. p. 384.

271. *Neptunia plebes.*] Neptuni enim filius Oncheſtus conditor ejus civitatis. *Luctat. & noſter Scholiaſt.* Homer.

Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος.

272. *Oncheſti.*] Oncheſtus Neptuni fuit filius, qui ex ſuo nomine hanc condidit civitatem. *Mycaleſos.*] Promontorium ejuſdem civitatis. *Lactant.*

273. *Palladiuſque Melas.*] Bœotiæ fluv. Minervæ conſecratus. *Palladius* ergo Atticus. Alii volunt hanc Athenarum fluvium eſſe, quem *Palladium* ad diſcretionem poſuit. Eſt enim alter *Melas* in Sicyoniorum finibus: ſive *Melas* montem dicit olivetis conſitum. *Idem.*

274. *Gargaphye.*] Fons Dianæ aut Hecatæ conſecratus. *Idem.*

275. *Et nimia.*] Cujus ſatis nimietas herbarum inhabitet, quæ naſcentes opprimit meſſes. *Idem.*

Virgo) lyra galeam, tauroque inſignis avito:
Macte animo juvenis. medios parat ire per enſes,
Nudaque pro caris opponere pectora muris.
Vos etiam noſtris, Heliconia turba, venitis
Addere rebus opem. tuque, ô Permeſſe, canoris
Et, felix Olmie, vadis, armatis alumnos
Bellorum reſides. patriis concentibus audis
Exultare gregem. quales cum pallida cedit
Bruma, renidentem deducunt Strymona cygni.
Ite alacres, nunquam veſtri morientur honores,
Bellaque perpetuo memorabunt carmine Muſæ.
Dixerat, & paulum virgo interfata docenti.
Illi autem, quanam junguntur origine fratres?
Sic certe paria arma viris, ſic exit in auras
Caſſidis æquus apex. utinam hæc concordia noſtris!
Cui ſenior ridens: Non prima errore videndi
Falleris, Antigone. multi hos (nam decipit ætas)
Dixerunt fratres. pater eſt, natuſque, ſed ævi
Confudere modos, puerum Lapithonia nympha
Dircetis,

279. *Virgo lyra galeam.*] In cono galeæ lyram habebant propter muſicam, qua Thebani dicuntur muri fuiſſe conſtructi. *Tauro.*] Propter Jovem & Europam, vel propter Cadmum, qui bovem ſecutus eſt, ut Thebanam conderet civitatem. Vel quod manifeſtius, propter Dyrcem novercam, quam ab his conſtat tauro religatam. *Idem.*

280. *Macte animo.*] Ut ſi diceret, perfectæ indolis juvenis. *Mactare* enim dictum eſt, ſacrificium perfeciſſe. unde Virgil. *Macte nova virtute puer.* id eſt perfecte. *Idem.*

281. *Opponere pectora.*] Bene *opponere* dixit, ad defenſionem murorum. *Idem.*

282. *Heliconia.*] Accolæ montis Heliconis; acclamatio ſacrorum locorum ob habitationem Muſarum. *Vet. Schol.* Ineptiſſime de Poëtis Lactantii effartor: *Per Helicona intelligi voluit Poëtas etiam ad auxilia veniſſe.* Non vidi magis ô aſine. Fluvium *Heliconium* ſive *Heliconem* intelligit Luctat. de quo vide Pauſaniam. *Barth.*

287. *Renidentem.*] Splendentem nivem depoſitam. *Cygni.*] Quia apud Hormium fluvium multi ſunt cygni; & hi qui ab hoc fluvio veniebant, cygnorum more cantabant. *Lactant.*

296. *Ævi confudere modos!*] Ætatis ſuæ, dum pæne æquales ſunt, ſpatia confuderunt Nymphæ. Ad ornamentum carminis ſui Græcum nomen accepit. Græce νύμφη dicitur *ſponſa.* Idem.

297. *Puerum Lapithonia Nympha.*] Scripti, *Lapithaona.* quod poſſumus interpretari nomen pueri, qui deinde pater Alathrei factus ſit. Sufficit ipſi Nymphæ, quod appellatur Dirceris. *Lapithes, Lapithaon,* ut *Chremetes, Chremetaon*, quem hoc quoque libro habes. *Gronov.*

Dircetis, expertem thalami, crudumque maritis
Ignibus, ante diem cupido violavit amore,
Improba connubii. nec longum & pulcher Alathreus
Editus, ac prima genitorem in flore juventæ
Conſequitur, traxitque notas, & miſcuit annos.
Et nunc ſic fratres mentito nomine gaudent,
Plus pater, hunc olim juvat, & ventura ſenectus.
Tercentum genitor, totidemque in prælia natus
Exercent equites. hi deſeruiſſe feruntur
Exilem Gliſanta, Coroniamque, feracem
Meſſe Coronian, Baccho Gliſanta colentes.
Sed potius celſos umbrantem hunc aſpice late
Hypſea quadrijugos: clypei ſeptemplice tauro
Leva, ter inſuto ſervantem ingentia ferro
Pectora, nam tergo nunquam metus. haſta vetuſtum
Sylvarum decus, emiſſa cui pervia ſemper
Armaque pectoraque & nunquam manus irrita voti.

Aſopos

298. *Maritis ignibus.*] Viriles amores, concubitus voluptatem dicit. *Lact.*

300. *Nec longum.*] Id eſt tempus tranſiit. *Et pulcher Alathreus.*] Natus eſt filius qui patri creſcendi celeritate pæne æquævus eſt. *Idem.*

302. *Traxitque notas.*] Similitudinem patris in vultu ſuo ſignavit. *Idem.*

304. *Plus pater.*] Hoc eſt, gaudet ætate antecedenti deſiderio. *Juvat & ventura ſenectus.*] Uno tempore ſeneſcentium patris & filii. *Idem.*

307. *Coronian.*] Nomen à Coro Centauro tractum, à quo & civitas dicta, quem reliqui Centauri velut palum cædentes terræ affixerunt. *Idem.*

308. *Baccho Gliſanta.*] Duæ civitates duorum numinum pari gaudent munere, Coronia Baccho fertilis eſt, ſimul Gliſanta: Cerere infœcunda triſtantur. nec evenit ut proventu ſuo utraq; civitas frumenti & vini bono gauderet. *Idem.*

310. *Hypſea quadrijugos.*] Fratrem Æaci dicit, cujus Juppiter ex formicis ſocios fecit armatos exiſtere, ex eo Peleus natus eſt; ex Peleo Achilles, cujus milites Myrmidones nuncupati ſunt, à formicarum origine. μύρμηκες enim Græce *formicæ* dicuntur: hunc Hypſeum in VIII. libro Capaneus occidit. *Idem.*

311. *Ter inſuto ſervant ingentia.*] Qui vel quænam *ſervant*? Ipſe utique Hypſeus dicitur late umbrare celſos quadrijugos, ipſe leva ſive ſiniſtra corporis clypeo, ipſe pectus ter inſuto ferro ſeu lorica trilici ſervare. Ergo aut *ſervat* eſt ſcribendum, aut, ſi hoc cæſuræ negas, *ſervantem*. Gronov.

312. *Nam tergo nunquam metus.*] Sive quia hic virtutis ſuæ prærogativa nunquam fugiebat: ſive quia vetus conſuetudo fuerat, ut lorica nunquam niſi pectus tegeret, ut ſpem fugæ eriperet pugnaturis: quod Saluſt. apertiſſime monſtravit dicendo, *& in maximo omnium & nudum, & cæcum corpus ad hoſtem vertere.* id eſt, quod nec oculi, nec lorica muniebat. *Lactant.*

314. *Irrita voto.*] Quæ in percutiendo numquam auctoris ſui vota decipit. *Idem.*

315. *Aſo-*

Aſopos genuiſſe datur, dignuſque videri
Tunc pater, abruptis cum torrentiſſimus exit
Pontibus, aut nata tumidus cum virginis ultor
Flumina concuſſit, generum indignata Tonantem.
Namque ferunt raptam patriis Æginan ab undis
Amplexu latuiſſe Jovis. furit amnis, & aſtris
Infenſus bellare parat (nondum iſta licebant
Nec Superis) ſtetit audaces effuſus in iras,
Conſeruitque manus, nec quem imploraret habebat,
Donec vi tonitrus ſummotus, & igne triſulco
Ceſſit. adhuc ripis animoſus gurges anhelis,
Fulmineum cinerem, magnaque inſignia pœna
Gaudet, & Ætnæos in cœlum efflare vapores.
Tamen Cadmeo mirabimur Hypſea campo,
Si modo placavit felix Ægina Tonantem.
Ducit Ithonæos & Alalcomenæa Minervæ
Agmina, quos Mide, quos humida ſuggerit Arne,

Auli-

315. *Aſopos.*] Fluvius. hic cum raptam à Jove filiam Æginam æquo animo ferre non poſſet, omni aquarum agmine concitatus cælum petebat infeſtus. hunc Juppiter fulminavit. Verum hodieque dicitur eo tempore quo fulmen excepit primus urentibus ripis fluere Ideo dixit *adhuc ripis animoſus gurges anhelat.* Hunc Aſopum breviter etiam deſcribit Lucanus dicens: *Aſopos aquas.* Idem. *Datur.*] Hoc eſt genuiſſe dicitur. *dare* pro *dicere.* Virgilius Bucolicis:

Sed tamen iſte Deus quis ſit da Tityre nobis.

Horatius Sat. VIII.

— da ſi grave non eſt,
Quæ prima iratum ventrem placaverit eſca.

Terentius Heaut. *Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.* Hinc apud J. C. noſtros, *dare ſententiam;* pro *dicere & proferre.* Modeſtinus l. 28. de re Jud. *Duo judices dati, diverſas ſententias dederunt.* & *dare* ſimpliciter eadem notione Ulpianus l. 27. de liberali cauſſa: *ſi enim liquebit, contra libertatem dabit,* in qua ſignificatione uſus eſt & Plinius lib. 7. epiſt. v. *ſecundum reos dedit.* Bernart.

321. *Nondum iſta licebat.*] Vitiare virgines alienas. *Idem.*

323. *Conſeruitque manus.*] Contra nubes & fulmina. *Nec quem imploraret habebat.*] Quia huic bella commoverat, à quo omnia numina auxilium poſtulare conſueverant. *Idem.*

327. *Ætnæos.*] Nimios. in ſimilitudinem Ætnæ fulminatus eſt Aſopus: & ipſa aqua efflat adhuc fulminis minas. *Idem.*

330. *Ithonæos.*] Ut ipſe ſupra, *Aonio divertis Ithone:* In qua Ithonus regnavit Herculis filius. Hæc civitas Bœotiæ eſt. Hinc Bachilides Minervam *Ithoniam* dixit, & Alcomenem ipſam ſignificat. quem imitatus eſt Horatius in illa ode, in qua Proteus Trojæ futurum narrat excidium. *Idem.*

331. *Quos Mide.*] Bœotiæ civitas in qua Alcmena nata eſt, Herculis mater, & in qua etiam colitur Minerva. *Id.*

332. *Au-*

Aulida qui Græamque ſerunt, virideſque Plateas,
Et ſulco Peteona domant, refluumque meatu
Euripum, qua noſter abit, teque ultima tractu
Anthedon, ubi graminco de littore Glaucus
Poſcentes irrupit aquas, jam crine geniſque
Cærulus, & mixtos expavit ab inguine piſces.
Glandibus & torta Zephyros incidere funda
Cura. Cydoneas anteibunt geſa ſagittas.

Tu

332. *Aulida.*] Aulis dicta eſt ex eo, quia omnes illic Græciæ reges in excidium Trojæ conjuraturi convenerant. unde Virg. *Non ego cum Danais Trojanam excindere gentem Aulide juravi. Plateas.*] Bœotiæ urbs, ut ſupra, *nuncias excubiis vigiles arſiſſe Plateas.* Idem.

333. *Refluumque meatu Euripum.*] Maris pars inter Aulidem & Eubœam inſulam, ut omnes ſciunt, quam ſepties die ac nocte reciprocare, Strabo, aliique tradidere, ſed ab iis recedit Livius, *& fretum ipſum Euripi* (inquiens) *non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat: ſed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verſo mari, velut monti præcipiti devolutus torrens, rapitur.* D. Gregorius Nazianzenus tradidit Ariſtotelem, cum non poſſet naturam Euripi inveſtigare, tædio animam efflaſſe. Imo Juſtini martyris teſtimonio, ſe in profundum illius præcipitans, demerſus eſt. At nihil de hac re Amonius vel Laërtius. Ceterum tu qui in litteris tyro, ſcito, *Euripum* veteres ſæpius pro foſſa ponere, qua ludi circundabantur ſeptorum loco, exaudio ita Tertullianum adverſus Hermogenem: *Ecce autem ſi dicam civitas extruxit theatrum & circum, Scena autem erat talis & talis, & ſtatuæ ſuper euripum & obeliſcus ſuper omnia ferebatur.* imo pro canali ſeu ductu aquarum ſalientium: Plinius in epiſt. *Quid euripus viridis & gemmeus.* Bernart.

334. *Quaque ultima tractu.*] Locum deformatiſſimum è ſcriptis, à quibus recedere in manifeſta bonitate religio ſit, reſtituiſſe ſic præfatur Bernartius, & pollicetur juſjurandum verbis conceptiſſimis, ita ſcripſiſſe Papinium. At ego injurato mihi credi velim, nullum mihi viſum codicem, in quo non fuerit: *teque ultima tractu Anthedon,* quod ille tollit. Sic & inter cæteros Buſlidianus, quem ab humaniſſimis poſſeſſoribus impetraverat mihi utendum Janus Vlitius. Intelligendum autem ex præcedentibus *domant ſulco:* quod non minus poteſt affirmari de Anthedone, quam de Aulide, Græa, Platæis *ſeri. Quique ſulco domant te ultima tractu Anthedon,* integrum eſt. Expreſſit Homeri, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν. Gronov.

335. *Anthedon.*] Civitas Bœotiæ, inter Eubœam & Bœotiam. *Glaucus.*] Hic piſcator fuit, & de Anthedone civitate, qui cum extractam ex mari prædam projeciſſet in littore, piſces herbarum tactu revixerunt. Intellexit Glaucus hanc illorum graminum naturam eſſe, ut immortales efficerentur, qui eam guſtaſſent, itaque avellit & aſſumpſit: quo facto illico depoſito humano corpore, in marinum verſus eſt deum. *Lactant.*

336. *Poſcentes irrumpit.*] Quaſi eum deſiderarent maria Deum ſibi fieri. *Idem.*

337. *Expavit.*] Glaucus poſtquam vidit ſe deformem vel biformem factum, expavit. ita enim marina numina Virg. formavit dicendo: *Cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert, in priſtin deſinit alvus.* Idem.

338. *Torta.*] Circum caput rotata. *Id.*

339. *Geſa.*] Haſta Gallorum. Virg. *Duo quiſque Alpina coruſcant Geſa manu.* Idem.

Tu quoque præclarum forma, Cephiſſe, dediſſes
Narciſſum, ſed Theſpiacis jam pallet in agris
Trux puer. orbata florem pater alluit unda.
Quis tibi Phœbæas acies, veteremque revolvat
Phocida? qui Panopen, qui Daulida, qui Cypariſſon,
Et valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo, vel qui Parnaſſon utrumque

Aut

340. *Cephiſſe.*] Cephiſus fluvius, Narciſſi pater, cum cæde Zephyri proſtratus eſſet, Apollinis miſeratione ſanatus eſt. hoc ergo dicit; in auxilium tu quoque filium deſtinaſſes, niſi jam palleret in flore. Theſpius enim fuit Narciſſus Cephiſi fluvii. cujus etiam Lucan. meminit dicendo, *quos impiger fatidica Cephiſos aqua.* Idem.

341. *Narciſſum.*] Quæ de Narciſſo Poëtæ fingant ſcivere omnes (Lucillii verbo) priuſquam Theognis naſceretur. Illud non æque vulgatum, ſororem Narciſſo geminam, cum oris ſpecie, omni ex parte ſimilem, tum vero coma & veſtitu nihil differenti: ſolitos ſimul venari, ea cum forte diem ſuum obiſſet, ventitare illum ad fontem ſolitum; qui in Hedonaco Theſpienſium vico eſt: in quo cum ſuam intueretur umbram, ac ſuam omnino eſſe non ignoraret, ob ſimilitudinem tamen quæ inter ipſos fuerat, tanquam ſi non ſuam, ſed ſororis imaginem præ oculis haberet, deſiderii ex eo ſui ſolatium aliquod capere conſueſſe, Auctor Pauſanias Bœoticis. *Bernart.*

344. *Phocida.*] A Phoco Eaci filio, quem Pelleus & Thelamon occidiſſe dicuntur. A cujus nomine civitas nuncupata eſt, in qua Oedipus Lajum dum patrem quæreret occidit: quæ civitas tres habet vias, quæ ſe poſt multa ſpacia in unam jungunt plateam, ut ipſe in primo, *trifidæque in Phocidos arcto Longævum implicui regem.* Lactantius.

Quis Panopen? quis Aulida?] Nihili eſt interrogatio. Præterea verſus lex ſine ratione violata. Denique quid opus nominare bis *Aulida*? Lege cum ſcriptis: *Phocida? qui Panopen, qui Daulida, qui Cypariſſon, Et valles, Lebadia, tuas, & Hyampolin, &c.* Homerus:

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν,
Κρῖσάν τε ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα,
Οἵ τ' Ἀνεμώρειαν καὶ Ὑάμπολιν ἀμφινέμοντο.

Unde vides & *Anemoriamque*, ut & eſt in MSS. non *Ænemoreamque*, ſcribendum eſſe. Jam *propellentemque Lilæam Cephiſſi glaciale caput*, eſt Homeri: Οἵ τε Λιλαίαν ἔχον πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο. Sed & dux Phocenſium Iphitus Nauboli filius ab Homero ſumptus, cui Schedius & Epiſtrophus υἷες Ἰφίτου μεγαθύμου Ναυβολίδαο. Valerio Flacco lib. 1. *Naubolides tortas conſurgit in undas Iphitus. Daulida* protulit quoque è ſuis Canterus: ſed non vidit mutandam diſtinctionem. *Gronov.*

345. *Lebadia.*] Civitas Apollini ſacra, in qua Triphonius & Latamedes Tauropolytæ fratres fuerunt, filii Augæ formoſiſſimi. *Lactant.*

346. *Parnaſſon utrumque.*] Duo Parnaſſi vertices, in uno Phœbus, in altero Bacchus colebatur. Lucanus 4.

— *Parnaſſus gemino petit æthera colle*
Mons Bromio, Phœboque ſacer, cui numina mixto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.

Tragicus Oedipo:

Gemina Parnaſſi nivalis arx trucem ſonitum dedit.

Bernartius.

347. *Aut*

Aut Cyrrham tauris, Anemoriamque ſupinant
Corycinmque nemus? propellentemque Lilæam
Cephiſſi glaciale caput, quo ſuetus anhelam
Ferre ſitum Python, amnemque avertere ponto.
Omnibus immixtas cono ſuper aſpice lauros,
Armaque, vel Tityon, vel Delon habentia, vel quas
Hic deus innumera laxavit cæde pharetras.
Iphitus acer agit, genitor cui nuper ademptus
Naubolus Hippaſides, tuus, ô mitiſſime Lai,
Hoſpes, adhuc currus, ſecuraque lora tenebat,
Cum tua ſubter equos jacuit convulſa cruentis
Ictibus, ô utinam noſtro cum ſanguine, cervix.
Dicentis maduere genæ, vultumque per omnem
Pallor iit, vociſque repens ſingultus apertum
Intercepit iter. reſovet frigentis amicum
Pectus alumna ſenis. redit, atque exile profatur:
O mihi ſollicitum decus ac ſupremæ voluptas
Antigone, ſeras tibi demoror improbus umbras,

Fors

337. *Aut Cyrrham*]Parnaſſus mons eſt Phocidos, qui in duo juga dividitur, id eſt, in Cyrrham & Nyſam. Cyrrha ergo etiam civitas dicitur circa montem Parnaſſum ſita. hæc habet ſtagnum Apollini conſecratum, de quo ipſe ſuperius: *Si ſtagna petiî Cyrrhæa bicorni.* Lactant.

348. *Corycinmque nemus.*] Quidam *Ogygium* legunt, quia poſt Cadmum Ogygius Thebas rexit: quo vocabulo antiqui Thebanos intelligi volebant. poſt etiam nemori eſt hoc nomen impoſitum. Etiam tumulus circa Thebas ita vocatur. *Idem.*

351. *Aſpice laurus.*] Ita ſe devotos Apollini demonſtrabant, ut & lauro coronati incederent, & maximos ejus actus ſcutorum aptarent inſignibus. *Idem.*

353. *Cæde pharetras.*] Niobe uxor Amphionis cum quatuordecim peperiſſet filios, ſeptem virilis ſexus, ſeptem fœminei, fœcunditatem partuum ſuorum Latonæ præpoſuit, qua re commota filios ſuos, Apollinem & Dianam, in ultionem ſuæ inſtigavit injuriæ: cujus Niobes filios quatuordecim uterque deus eminuit ſagittis, Apollo pueros, puellas Diana. *Naubolus.*]Hic Lai fuit auriga. *Secura.*} Sine metu futuri parricidii. *Idem.*

358. *Sanguine cervix.*] Oſtendit eo tempore, quo Naubolus Laï fuit auriga, Phorbantem armigerum fuiſſe. & optat ut errore quo occiſus eſt Lajus, filii pariter interiiſſent, ne ad dividendum fratrum ſcelera ſervarentur. *Idem.*

360. *Repens.*] Et adverbium poteſt eſſe temporis, &c. nomen participale. oſtendit Phorbantem intercepta ſingultibus voce loqui minime potuiſſe. *Idem.*

363. *Sollicitum decus.*] Quia illi cura eſt Antigones virginitatis cuſtodia. *Idem.*

364. *Seras tibi demoror.*] Propter te ſeniles annos invita demoror. *Idem.*

365. *Fors*

Fors eadem ſcelera & cædes viſurus avitas;
Donec te thalamis habilem, integramque reſignem,
Hoc ſatis, & feſſum vita dimittite Parcæ.
Sed dum labor iners, quanti nunc ecce reviſo
Tranſabiere duces. Clonium atque in terga comantes
Non ego Abantiadas, non te ſaxoſa Caryſte,
Non humiles Ægas, altumque Capharea dixi.
Et jam acies obtuſa negat, cunctique reſiſtunt:
Et tuus armatis jubet ecce ſilentia frater.
Vix ea turre ſenex, cum Ductor ab aggere cœpit:
Magnanimi reges, quibus haud parere recuſem

365. *Fors eadem.*] Ut quemadmodum Lajum, ſic ejus nepotes aſpiciam perire. *Idem.*

366. *Integramque.*] Sicut accepi ſervandam, integram nuptiis virginitatem reſtituam. *Idem.*

369. *Tranſabiere duces.*] Narratione elapſi ſunt. *Idem.* *Chromin atque in terga.*] Alibi hoc nomine utitur, ubi habent integrum membranæ, ſed hic mirifice variant, *Clomin, clamini, domiti, doram.* Videtur fuiſſe, *Clonium.* nam & Homero Περθολώνος τε Κλόνιον τε. Idemque reſtituendum puto hoc libro *vſ.* 711. *falcato Chromin & Chremetaona curru,* nam tertio poſt verſu rurſus *Chromis* cadit, ibique habent illibatum veteres; hic autem, *Clomium, Climenum, Clonin*: Liber optimus, *Chromin*, ſed ita ut literis *HR.* ſubducatur virgula, ſupraſcriptum ſit *L.* Repone igitur, *Clonium & Chremetaona curru.* Habes & apud Virgilium lib. 9. & 10. Æneid. *Gronov.*

370. *Cariſte.*] Inſula eſt juxta Eubœum fretum. quam ſaxoſam ideo ait, quoniam ibi marmora naſcuntur, quæ à loci vocabulo *Cariſtia* dicuntur. unde Lucan. *Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Cariſtos.* Lactant.

371. *Non humiles Ægas.*] Omnibus valde notas. *Caphareа.*] Mons eſt altiſſimus, naufragio Græcorum omnibus notus, in finibus Eubœæ. *Idem.*

374. *Rector ab aggere cœpit.*] Ad morem Romanum reſpexit, quo tribunal Imperatoris ſemper in caſtris ceſpiticium. Plutarchus in Pompejo: Βήματος δὲ οὐκ ὄντος, οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ ὕψος φαινομένου, ὃ ποιοῦσιν αὐτοὶ, τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες, καὶ κατ' ἀλλήλων συντιθέντες, &c. Amminianus 23. *Ipſe aggere glebali aſſiſtens, coronaque celſarum circundatus poteſtatum, talia ore ſereno diſſeruit.* Noſter,

Hic ſuetus dare jura parens, hoc ceſpite turmas
Adfari.

Sidonius Pau. Soceri:

Concurrunt proceres, ac milite circumfuſo
Aggere compoſito ſtatuunt, ac torque
Caſtrenſi mæſtum, donantque inſignia regni.

Lucanus de Cæſare concionante:

—— ſtetit aggere fulti
Ceſpitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens.

mos hic non priſca ſolum Republica, ſed & tempore Principum retentus. Tacitus Annalium 1. *Simul congerunt ceſpites, extruunt tribunal.* Plinius Panegyrico Trajani: *Decora facies Conſulis: multa poſt ſæcula tribunal viridi ceſpite extructum, nec faſcium tantum, ſed pilorum ſignorumque horrore circundatum.* Bernart.

Ductor, & ipſe meas miles defendere Thebas,
Non ego vos ſtimulare parem, (nam liber in arma
Impetus & meritas ultro juraſtis in iras)
Nec laudare ſatis, dignaſque rependere grates
Sufficiam. referent Superi, veſtræque ſubacto
Hoſte manus. urbem ſocia de gente ſubiſtis
Tutari. quam non aliis populator ab oris
Belliger, externave ſatus tellure, ſed hoſtis
Indigena adſultat, cui caſtra adverſa regenti
Hic pater, hic genitrix, hic junctæ ſtirpe ſorores,
Hic erat & frater. cerne en ubicunque nefandus
Excidium moliris avis. venere volentes
Aoniæ populi, nec ſum tibi, ſæve, relictus.
Quid velit iſta cohors, & te ſentire decebat.
Reddere regna vetant. ſic fatus, & omnia rite
Diſponit, qui bella gerant, qui mœnia ſervent.
Quas in fronte manus, medio quas robore ſiſtat.
Perſpicuas ſic luce fores, & virgea paſtor
Clauſtra levat, dum terra recens. jubet ordine primos
Ire duces, media ſtipantur plebe maritæ.
Ipſe levat gravidas, & humum tactura parentum
Ubera, ſucciduaſque adportat matribus agnas.

Inter-

378. *Ultro.*] Non coacti. *Juraſtis.*] *Jurare* proprie eſt, quotieſcunque ſacramento exercitus in aliquo bello conſpirat, ſive quia legiones cum ſcribuntur, ante in ſacramenta militiæ compelluntur jurare. *Lactant.*

385. *Et frater.*] Hoſtili animo, quaſi jam non eſſet, dixit. *Idem.*

388. *Relictus.*] Ut invenias me carentem auxiliis, & occidas. *Idem.*

393. *Perſpicuas ſic luce fores.*] Sive adveniente die perſpicuas, ſive ex cratibus factas, quæ raritate virgarum connexæ lucem admittunt. *Idem.*

394. *Dum terra recens.*] Dum adhuc ros in gramine, quo tempore gratiora ſunt pecoribus paſcua. *Idem.*

396. *Humum tactura.*] Lactis pondere prægravata. *Idem.*

397. *Succiduas.*] Tardantes, à ſuccidendo. Sive ut fœturæ ſuccedentem ſobolem demonſtraret, *ſucciduas* dixit, id eſt vicarias. *Idem. Succiduas.*] Quæ ſuccidunt ambulando, adeo adhuc ſunt teneræ. *Vet. Schol.* Non recte Luctatius poſteriori explicatione quaſi *ſucciduæ* ſint vicariæ, quam vocem illuſtrat Ludov. Cælius Antiquar. Lection. lib. 25. c. 23. Sic Avien. de Engonaſin in Arato;

Poplite ſucciduo qua ſideris ampla pateſcunt
Terga dehinc. ——

Claudian. III. de Raptu.

Succidui titubant greſſus ——

Ovid. *Poplite ſucciduo genua intremuere.* Lucret. lib. III.

Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus: Barth.

422. *More*

Interea Danaï noctemque diemque ſub armis,
Noctem iterum rurſusque diem (ſic ira ferebat)
Ingeminant. contempta quies, vix aut ſopor illis,
Aut epulæ fecere moram. properatur in hoſtem
More fugæ. nec monſtra tenent, quæ plurima nectit
Prodigiale canens, certi ſors prævia fati.
Quippe ferunt diros monitus, volucreſque, feræque,
Sideraque, averſique ſuis decurſibus amnes:
Infeſtumque tonat pater, & mala fulgura lucent.
Terrificæque adytis voces, clauſæque deorum
Sponte fores. nunc ſanguineus, nunc ſaxeus imber,
Et ſubiti manes, flentumque occurſus avorum.
Tunc & Apollineæ tacuere oracula Cyrrhæ,
Et non adſuetis pernox ululavit Eleuſin
Menſibus, & templis Sparte præſaga recluſis,
Vidit Amyclæos (facinus!) concurrere fratres.
Arcades inſanas latrare Lycaonis umbras

Nocte

402. *More fugæ.*] Fecit enim formido veloces. *Lactant.*

403. *Prodigiale canens.*] Neſcio quid prodigiale denuncians. *Prævia fati.*] Certa enim bellantibus ſors eſt, mortem ſperare. *Idem.*

404. *Volucreſque feræque.*] Hoc loco prodigiales res poëta deſcribit. *Idem.*

405. *Sideraque.*] Ignota ſidera apparere tempore belli certiſſimum eſt, & frequentia fulmina fieri. *Amnes.*] Inter cætera prodigiorum genera fluviorum etiam incrementa ponuntur, incerto tempore. *Idem.*

407. *Clauſæque deorum.*] In Cyrrha tantum proſpera deorum dabantur oracula. nam cui exitium imminebat, taciturnitate templi penitus damnabatur. *Idem.*

411. *Adſuetis pernox, &c.*] Aſſuetis enim menſibus Eleuſinia ſacra cum nocturnis ululatibus celebrabantur. lib. XII.

Noctivagumque gregem, quamvis ſibi luget, Eleuſis
Flevit, & arcanos lugentibus extulit ignes.

Vide elegantem Johannis Meurſii de Eleuſiniis Commentar. cap. 27. Nicol. Gerbelium lib. v. Græciæ & alios. *Barth. Eleuſis.*] Civitas eſt Atticæ regionis, haud longe ab Athenis, in qua regnavit Teleus, qui Cererem dum filiam quæreret, liberaliſſime ſuſcepit hoſpitio. In qua civitate Cereris ſacra conſueverant virginum ululatibus & ſaltationibus celebrari. *Lact.*

412. *Spartæ.*] Apud Spartam aperto templo eodem tempore Caſtor & Pollux dimicare inter ſe viſi ſunt: ex quo omine colligebant, Etheoclem & Polynicem impia inter ſe bella geſturos. *Templis recluſis.*] Quia Apollinis oraculum eſt illic. *Idem.*

413. *Amyclæos.*] Amyclæi fratres ſunt Caſtor & Pollux. *Idem.*

414. *Arcados inſanas.*] Qui *ferunt* Lycaonis umbram latrantem audiri? Non utique quivis: ut & ſua prodigia proprie Sparte vidit, Piſa refert, Acar-

 nan

Nocte ferunt tacita. ſævo decurrere campo
Oenomaum ſua Piſa refert. Acheloon utroque
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.
Perſeos effigiem mœſtam exorantque Mycenæ
Confuſum Iunonis ebur: mugire potentem
Inachon agricolæ, gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxiſſe Palæmona ponto.
Hæc audit Pelopea phalanx. ſed bellicus ardor
Conſiliis obſtat divûm, prohibetque timeri.
Jam ripas, Aſope, tuas, Bœotaque ventum
Flumina non auſæ tranſmittere protinus alæ
Hoſtilem fluvium. forte & trepidantibus ingens
Deſcendebat agris. animos ſive imbrifer arcus,
Seu montana dedit nubes, ſeu fluminis illa

Mens

nan infamabat. Sic igitur & umbras Lycaonis latrare ferunt *Arcades.* Et ita legendum, non *Arcados.* Gronov. *Lycaonis umbras.*] Lycaon pater Helicæ urſæ fuiſſe dicitur, qui dolore ſtupratæ à Jove filiæ, deos humanarum carnium cibis violavit: ob quam rem in formam lupi dicitur eſſe converſus. *Lact.*

415. *Sævo campo.*] In quo victor filiæ ſponſos ſolitus erat necare. *Idem.*

416. *Oenomaum.*] Atalantæ patrem. *Idem.*

417. *Deformem cornu.*] Cum uno cornu ante fuerit ab Hercule viduatus, quare cum nunc poëta ambo amiſiſſe deſcribit, ut omen diri belli tradi poſſit, quod utroque cornu Achelous truncatus videretur, quod ſignum perituorum germanorum certiſſimum fuit. *Idem.*

419. *Confuſum Junonis ebur.*] Confuſum dolore, ſive turbatum, ſive pudore verecundatum. *Idem.*

420. *Gemini maris.*] Corinthios dicit, qui Euripi incolunt partem, ut Horat. *Bimariſve Corinthi mœnia.* Idem.

421. *Palæmona ponto.*] Palæmon deus marinus, qui portubus præeſt: cujus nota eſt fabula. Atamas, poſt furorem à Junone immiſſum, cum occiſo Learcho Melicertam alterum filium ſuum cum uxore ſua Ino proſequeretur, & ſe illi in mare præcipitaſſent, voluntate numinum in deos verſi ſunt: Melicerta in Portunum, qui Græce Palæmon dicitur, Ino in Matrem Matutam, quæ Græce dicitur Leucothea. *Idem.*

422. *Pelopea phalanx.*] Adraſti militia Pelope oriundi. *Vet. Schol.* *Bellicus ardor.*] A Marte inſpiratus. *V. S.* *Conſiliis divum.*] Incogitanter hoc dicit; Conſilia enim Jovis fatalia, alia non erant, quam ut à Marte inſpirati peſſumdarentur Argivi. Et ſæpe ſic Papinius. ſi de aliis Diis capere volueris, inepta ipſorum conſilia contra Jovem fatearis. *Barthius.*

423. *Prohibetque timeri.*] Quaſi imminentia mala etiam prodigiis nuncientur. ne caveant homines numina credi vetant. *Lactant.*

424. *Aſope tuas.*] Fluvius Thebarum: cujus Ægynam filiam in aquilam mutatus Juppiter vitiavit. *Idem.*

427. *Animos.*] Incrementa. *Idem.*

428. *Seu montana.*] Frequenter loca altiora abundant nivibus, quæ cum veris adventu liqueſiunt, addunt fluminibus

Mens fuit, objectuſque vado pater arma vetabat.
Tunc ferus Hippomedon magno cum fragmine ripæ
Cunctantem dejecit equum; ducibuſque relictis
Gurgite de medio frenis ſuſpenſus, & armis,
Ite viri, clamat: ſic vos in mœnia primus
Ducere, ſic clauſas voveo perfringere Thebas.
Præcipitant cuncti fluvio, puduitque ſecutos.
Ac velut ignotum ſi quando armenta per amnem
Paſtor agit, ſtat triſte pecus, procul altera tellus
Omnibus, & late medius timor; aſt ubi ductor
Taurus init, fecitque vadum, tunc mollior unda,
Tunc faciles ſaltus, viſaque accedere ripæ.
Haud procul inde jugum, tutiſque accommoda caſtris
Arva notant, unde urbem etiam turreſque videre
Sidonias: placuit ſedes, fidique receptus.
Colle per excelſum patulo quem ſubter aperto
Arva ſinu, nullique aliis à montibus obſtant
Deſpectus. nec longa labor munimina durus
Addidit, ipſa loco mirum Natura favebat.
In vallum elatæ rupes, devexaque foſſis

Æqua,

nibus intremenda. *Fluminis.*] Adventus deſcribitur Argivorum. *Idem.*

432. *Frenis ſuſpenſus, &c.*] A fluvio natare coactus ob profunditatem. Amnis enim erat tum tumidus & magnus. *Vet. Schol.* Fræna equum denotant l. 11. vſ. 244.

——— *Frater muris circum omnibus inſtat,*
Portarumque moras frenis aſſultat & armis. Barth.

437. *Altera tellus.*] Ulterior ripa. *Lactant.*

440. *Viſæque accedere ripæ.*] Ad opinionem retulit armentorum, quibus tranſeunte fluvio altitudo minor, & latitudo brevior videtur effecta. *Idem.*

441. *Inde jugum.*] Locus caſtris aptior, ubi mons in vicinia, propter ſpeculationes hoſtium, & quod tutus in eum receptus. *Vet. Scholiaſt.* *Accommoda caſtris.*] Poſitio caſtrorum deſcribitur. *Inſtant.*] Nullus erat tam excelſus prope collis, cujus altitudo vel deſpectus eſſe incommodus poſſet. *Lact.*

445. *Nullique aliis.*] Circumcirca apertum campum, nullos dicit eſſe alios montes aut colles, unde in caſtra deſpici poſſit; & actiones militares obſervari. Eſt omnino notabilis Caſtris apti loci deſcriptio. De Talibus vide Leonis Philoſophi & Imperatoris Tacticorum Epilogum, Onoſandrum Strategetico, Veget. libro 1. cap. 22. lib. 3. c. 8. *Barth.*

446. *Nec longa labor.*] Nec multo labore dicit caſtra munienda. *Lactant.*

448. *Elatæ rupes.*] In murorum vices rupes naturæ beneficio videbantur æquatæ. *Idem.*

449. *Pin-*

Æqua, & fortuito ducta quater aggere pinna.
Cætera dant ipſi, donec ſol montibus omnis
Erepſit, rebuſque dedit ſopor otia feſſis.
Quis queat attonitas dictis oſtendere Thebas?
Urbem in conſpectu belli ſuprema parantem
Territat inſomnem nox atra, diemque minatur.
Diſcurrunt muris. nil ſeptum horrore ſub illo,
Nil fidum ſatis, invalidaque Amphionis arces.
Rumor ubique altus, pluresque annunciat hoſtes,
Majoreſque timor. ſpectant tentoria contra
Inachia, externoſque ſuis in montibus ignes.
Hi precibus, queſtuque deos. hi Martia tela
Belligeroſque hortantur equos. hi pectora fletu
Cara premunt, miſerique rogos, & craſtina mandant
Funera. ſi tenuis demiſit lumina ſomnus,
Bella gerunt, modo lucra moræ, modo tædia vitæ
Attonitis. lucemque timent, lucemque precantur.
It geminum excutiens anguem, & bacchatur utriſque
Tiſiphone caſtris. fratrem huic, fratrem ingerit illi,

Aut

449. *Pinnæ.*] Caſtrorum excelſa munimina. *Idem.*

450. *Cætera dant ipſi.*] Quæ deerant munitioni caſtrorum, manuum opere addebantur. *Idem.*

451. *Erepſit.*] Egreſſus eſt: & ſine ſenſu tranſiit. *Idem.*

453. *Belli ſuprema parantem.*] Sic & ſcripti. Bernartius conjicit, *paventem.* Quod priuſquam viderem, venerat in mentem: *in conſpectu belli ſuprema parantis.* Quod ei parabat ſuprema. Apud Livium lib. 8. Fabius ſenex ad Papirium dictatorem: *Quandoquidem apud te nec auctoritas ſenatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras, &c. valet.* Gron.

454. *Territat inſomnem.*] Nox auget timorem bellicum, ut nemo quieſcere poſſit. *Diemque minatur.*] Ut magis metuant venturam diem. Vel diem dicit hoſtium cum facibus & flammis adventum. *Vet. Schol.*

456. *Amphionis arces.*] Præ timore ſomniantibus muri Thebani, quos Amphion extruxerat, videbantur invalidi. *Lactant.*

457. *Rumor ubique altus.*] Non placet ille *altus* rumor, etſi alicubi ſcholion adpictum invenerim, *magnus.* Scribe: *ubique alius.* Sic deſignat naturam rumorum, qui vanitate & mendaciis hominum ut aluntur, ita plerumque ſecum diſſident, & inter auctores variantur. Claudianus 1. in Rufin. *Diſſenſuque alitur rumor.* Gronov.

458. *Majoreſque timor.*] Majora enim videntur nobis omnia quæ timemus. *Lactant.*

462. *Mandant funera.*] Commendant, ut ſi mortui fuerint eorum ſepulturas procurent. *Idem.*

463. *Si tenuis demiſit lumina ſomnus.*] Id eſt, ſi ad ſoporem à rigore vigiliarum laxavit. ſi levis ergo ſomnus eos oppreſſerit, videbantur ſibi bellare. *Idem.*

468. *Aut*

Aut utrique patrem. procul ille penatibus imis,
Excitus implorat furias, oculoſque repoſcit.
Jam gelidam Phœben & caligantia primus
Hauſerat aſtra dies, cùm jam tumet igne futuro
Oceanus, lateque novo Titane recluſum
Æquor, anhelantum radiis ſubſidit equorum.
Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis
Exangueſque Jocaſta genas, & brachia planctu
Nigra ferens, ramumque oleæ cum velleris atri
Nexibus, Eumenidum velut antiquiſſima, portis
Egreditur, magnâ cum majeſtate malorum.
Hinc atque hinc natæ melior jam ſexus, aniles
Præcipitantem artus, & pluſquam poſſet euntem
Suſtentant. venit ante hoſtes, & pectore nudo
Clauſtra adverſa ferit, tremuliſque ululatibus orat
Admitti. reſerare viam rogat impia belli
Mater. in his aliquod jus execrabile caſtris
Huic utero eſt. trepidi viſam expavere Manipli,

Audi-

468. *Aut utrique patrem.*] Quia ambobus fuerat inimicus. *Ille.*] Oedipus pater. *Idem.*

471. *Tumet igne futuro.*] Alluſio & color illius. — *Pallentem morte futura.* Splendorem enim Solis reſplendere Oceanum facit, & ſic is tumere videtur. *Vet. Scholiaſt.* In Optimo aliiſque codicibus eſt: — *Cum jam tumet igne futuro.* Cum gloſſa — *Futuro.*] Proximo. Pariter lib. XII. ẏſ. 760. *Jam letale furens atque audax morte futura.* Sic ſcribunt & Bernartiani, Lindebrogiani & Behotiani. *Barth.*

472. *Recluſum.*] Quia ipſum partitur ſolem. ſive ſedatum: oriente enim ſole tempeſtas quieſcit. *Lactant.*

474. *Obſita.*] Nigro amictu tecta. *Idem.*

477. *Antiquiſſima.*] Furiæ addidit inſaniam, eam potiſſimum nominando, quam crudeliorem omnibus eſſe conſtabat. Etenim Alecto antiquiſſimam, quaſi natu majorem dixit: de qua Virgilius, *Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores.* Idem.

479. *Natæ melior jam ſexus.*] *Quam Parricidæ filii.* Vet. Scholiaſt. Intelligit autem ſorores *Iſmenem* & *Antigonam* Iocaſtæ filias. Vide Apollodor. Higin. cap. 67. Oedipus regnum Paternum & Iocaſtam matrem inſcius accepit uxorem, ex qua procreavit Enteoclen & Polynicen, Iſmenem & Antigonam. Vide & Diodor. Sicul. lib. IV. Hæc ideo aſſeveramus, quia Iſmene à multis obliteratur. *Barth.*

484. *Aliquod jus exſecrabile.*] Quodcunque tandem, non poteſt niſi eſſe exſecrabile, cum ego tota ſim impia & abominabilis. *Vet. Scholiaſt.*

485. *Huic utero.*] Qui ambos Imperatores in lucem protulit. Fingitur uterum oſtentans, aut manibus percutiens. *Vet. Schol.* *Expavere Manipli.*] Expaverunt armati Furiæ habitum, qui matrem ſi eminus cognoviſſent poterant revereri. *Lactant.*

490. *Men-*

Auditamque magis. remeat jam miſſus Adraſto
Nuncius. excipiunt juſſi, medioſque per enſes
Dant iter. illa duces ut primum aſpexit Achivos,
Clamorem horrendum luctu furiata reſolvit:
Argolici proceres, hei quis monſtraverit hoſtem
Quem peperi? quanam inveniam (mihi dicite) natum
Sub galea? venit attonitæ Cadmeius heros
Obvius, & raptam lachrymis gaudentibus implet,
Solaturque tenens, atque inter ſingula, matrem,
Matrem iterat. nunc ipſam urgens, nunc cara ſororum
Pectora, cum mixta fletus anus aſperat ira:
Quid molles lachrymas, venerandaque nomina fingis,
Rex Argive, mihi? Quid colla amplexibus ambis,
Inviſamque teris ferrato pectore matrem?
Tune ille exilio vagus? & miſerabilis hoſpes?
Quem non permoveas? longe tua juſſa cohortes
Expectant, multoque latus præfulgurat enſe.
Ah miſeræ matres! hunc te noctesque, dieſque,
Deflebam. ſi verba tamen, monituſque tuorum
Dignaris, dum caſtra ſilent, ſuſpenſaque bellum
Horreſcit pietas, genitrix, jubeoque, rogoque,
I mecum, patrioſque deos, arſuraque ſaltem
Tecta vide, fratremque (quid aufers lumina?) fratrem
Alloquere, & regnum jam me ſub judice poſce.
Aut dabit aut ferrum cauſa meliore reſumes.
Anne times, ne forte doli, & te conſcia mater

Deci-

490. *Monſtraverit hoſtem.*] Pro monſtrat. *Idem.*

494. *Matrem matrem.*] Anadiploſis. *Idem.* (*Satiari enim non poteſt optatiſſimo nomine*, ex V. Schol.)

498. *Rex Argive mihi.*] Invidioſe dixit, quod deſerta patria Argivis imperare maluerit. *Lactant.*

501. *Quem non permoveas.*] Interrogative. hoc eſt, quem non permoveas formidine tanti exercitus? aut cui miſericordiam non incutias, cum poſt exilium revertaris ad patriam? *Idem.*

502. *Multoque latus perfulgurat* AVRO.] Lipſ. liber *perfulgurat enſe*, vere & eleganter. Nam reſpicit ad morem Romanum, quo Principis nuſquam non ſatellites aderant cum gladiis ad latus. *Bernart.*

506. *Jubeoque rogoque.*] Et perſonam ſervat & tempus: jubet filio, exulem rogat jure venientem. *Lactant.*

508. *Quid aufers lumina.*] Interpoſitio eſt. *Idem.*

511. *Te conſcia mater.*] Majore medicina egent hæc quàm ſuperiora. nam

vulga-

Decipiam? non ſic miſeros fas omne penates
Effugiet. vix Oedipode ducente timeres.
Nupſi equidem, peperique nefas, ſed diligo tales,
Ah dolor, & veſtros etiamnum excuſo furores.
Quod ſi adeo perſtas, ultro tibi, ſæve, triumphum
Detulimus, religa captas in terga ſorores,
Injice vincla mihi. gravis huc, utcumque feretur
Et pater. Ad veſtrum gemitus nunc verto pudorem,
Inachidæ. liquiſtis enim parvoſque ſeneſque,
Et lachrymas has quiſque domi, ſua credite matri
Viſcera. ſi vobis hic parvo in tempore carus
(Sitque precor) quid me, oro, decet? quidve iſta, Pelaſgi,
Ubera? ab Hircanis hoc Odryſiiſque tuliſſem
Regibus, & ſi qui noſtros vicere furores.
Annuite, aut natum complexa ſuperſtite bello
Hic moriar. Tumidas frangebant dicta cohortes
Nutanteſque virum galeas, & ſparſa videres
Fletibus arma piis. Quales ubi tela, viroſque
Pectoris impulſu rapidi ſtravere leones:

Proti-

vulgatam hanc non ſolum ſententia, ſed ratio Latini ſermonis ſpernit. expreſſi ego ſcriptam, *te conſcia mater Decipiam?* Bern. *Ne forte doli te conſcia.*] Recte ſcripti: *ne forte doli, & te conſcia.* Ne forte ſubſint doli, & eorum conſcia mater te decipiam. *Gronov.*

512. *Non ſic miſeros.*] Obteſtatur ſe minime eum decepturam, quia amet ſuos filios, etiamſi ex inceſtu ſint concepti, per errorem, ideoque *miſeros* Penates dixit. *Vet. Comment. Fas omne.*] Juſtitia fundata in natura. Nam ſecundum hanc mater amat filium, etſi non juxta naturæ ordinem progenitum. *Vet. Scholiaſt.*

513. *Ducente timeres.*] Quaſi de ſcelerato patre dicit, potuiſſe mali aliquid merito filium ſuſpicari, qui occiſo patre poſtremo matrem duxit uxorem. *Lactant.*

515. *Excuſo furores.*] Defendo, quaſi juſtus innocentia mea. *Idem.*

523. *Quid me oro decet.*] Id eſt, multo plus vobis ego debeo illum diligere, quem peperi. *Idem.*

524. *Ab Hircanis.*] Armeniis. hoc dicit: ſi hoc à ferociſſimis gentibus poſtulaſſem, potuiſſem mereri, ut media fratrum diſcordia ſopiretur. *Id.*

525. *Vicere furores.*] Qui noſtris ſceleribus ſunt ſæviores. *Idem.*

528. *Nutantes.*] Capitum motu trementes. *Idem.*

530. *Stravere leones.*] Nobilitatem hanc innatam ajunt leonibus, ut ſuperatis animantibus parcant. Vid. Comment. ad Epiſtol. Claud. *Securam famem.*] Jam cibum paratum habentes, quem tamen non attingunt propter clementiam. *V. S.* Vide Plin. lib. 8. c. 16. Ælian. lib. 4. c. 34. Papinius autem fingit nobilitate animi etiam famem vincere & differre. *Barth.*

540. *Nec*

Protinus ira minor, gaudentque in corpore capto
Securam differre famem. ſic flexa Pelaſgûm
Corda labant, ferrique avidus manſueverat ardor.
Ipſe etiam ante omnes nunc matris ad oſcula verſus,
Nunc rudis Iſmenes, nunc flebiliora precantis
Antigones, variaque animum turbante procella
Exciderat regnum. cupit ire, & mitis Adraſtus
Non vetat. hic juſta Tydeus memor occupat ira:
Me potius ſocii, qui fidum Etheoclea nuper
Expertus, (nec frater eram) me opponite regi.
Cujus adhuc pacem egregiam, & bona fœdera geſto
Pectore in hoc. ubi tunc fidei, paciſque ſequeſtra
Mater eras, pulchris cum me nox veſtra morata eſt
Hoſpitiis? nempe hæc trahis ad commercia natum?
Duc illum in campum, veſtro qui ſanguine pinguis
Spirat adhuc, pinguiſque meo. tu porro ſequeris?
Heu nimium mitis, nimiumque oblite tuorum.
Scilicet infeſta cum te circum undique dextræ
Nudabunt enſes, hæc flebit, & arma quieſcent?
Te ne ille, heu demens, ſemet intra mœnia clauſum,
Poſſeſſumque odiis Argiva in caſtra remittet?
Ante hæc excuſſo frondeſcet lancea ferro,
Inachus ante retro, noſterque Achelous abibunt.
Sed mite alloquium, & ſævis pax quæritur armis,
Hæc quoque caſtra patent: necdum meruere timeri.

An

540. *Nec frater eram.*] Quaſi Etheocles in fratrem, ſi poteſtas detur, crudelior ſit futurus. *Lact.*

542. *Paciſque ſequeſtra.*] *Sequeſter* dicitur qui certantibus medius intervenit, apud quem cujuſcunque certaminis futuri pignora deponuntur; hoc vocabulum ab *obſequendo* factum eſt, quod ejus qui electus fuerit utraque pars fidem ſequatur. *Idem.*

544. *Ad commercia natum.*] Nudando vulnera quæ in inſidiis nocte ſuſceperat, & oſtendendo perfidiam Etheoclis crudelitatemque, fecit cunctis inviſam. *Idem.*

547. *Heu nimium mitis.*] Apoſtropha ad Polinycem. *Idem.*

550. *Te ne ille.*] Interrogative. *Id.*

552. *Ante hæc excuſſo.*] Comparatio ab impoſſibili. ante inquit poteſt fieri, ut hæc haſta quam gero, excuſſo ferro frondeſcat, quam Etheocles ſit germano mitiſſimus. *Idem.*

555. *Caſtra patent.*] Dicit Tydeus etiam Argiva caſtra Etheocli patere; quare ad viſendum fratrem nunc ipſe potiſſimum veniat, nec aliquid quod in noſtris caſtris timendum ſit extitit, necdum enim aliquid hoſtile commiſimus. *Idem.*

563. *Ad*

An ſuſpectus ego? abſcedo, & mea vulnera dono.
Intret, & hic genitrix eadem, mediæque ſorores.
Finge autem pactis evictum excedere regnis,
Nempe iterum reddes? Rurſus mutata trahuntur
Agmina conſiliis. ſubito ceu turbine cœli
Obvius adverſum Boreæ Notus abſtulit æquor.
Arma iterum, furiæque placent. fera tempus Erinnys
Arripit, & primæ molitur ſemina pugnæ.
Errabant geminæ Dircæa ad flumina tigres
Mite jugum, belli quondam vaſtator Eoi
Currus, Erythræis quas nuper victor ab oris
Liber, in Aonios meritas dimiſerat agros.
Illas turba dei, ſeniorque ex more ſacerdos
Sanguinis oblitas, atque Indum gramen olentes,
Palmite maturo variiſque ornare corymbis
Curat, & alterno maculas interligat oſtro.
Jamque ipſi colles, ipſa has (quis credat?) amabant
Armenta, atque auſæ circum mugire juvencæ.
Quippe nihil graſſata fames, manus obvia paſcit,
Expectantque cibos, fuſoque horrenda ſupinant
Ora mero, vaga rure quies. ſi quando benigno
Urbem iniere gradu, domus omnis, & omnia ſacris
Templa calent, ipſumque fides intraſſe Lyæum.

Has

564. *Ad flumina tigres.*] De Cerva ſacra Maro. Hic ſua feritate maluit noxium animal, & utique ſanguine paſcendum introducere, utcunque manſuetum, tamen cædibus alendum. *Vet. Commentar.*

566. *Erythræis.*] A mari rubro. Hujus Etymon poſt tot perſcrutationes noſtro demum ævo videtur indagaſſe vir eruditiſſ. Nicolaus Fullerius. Sequioris ævi ſpeculationes vide apud Fulcherium Carnotenſem, Hiſtor. Palæſtin. c.76. Ut nos in recenſione Operis Bongarſiani diſtinximus. Item *Lictardum* ſive *Liſiardum*, quem ignoto nomine p.594. idem Bongarſius edidit c.38. Vide Bibliothecam Photii c.250. *Bart.*

567. *Meritas.*] Solutas jugo. *Lact.*

569. *Sanguinis oblitas.*] Manſuetudine feritate carentes: ut Lucan.

Atque hominem didicere pati.

Idem.

574. *Graſſata.*] Quæ nihil deprædando vaſtavit. *Manus obvia.*] Unde manſuetæ ſunt feræ, quæ manu paſci conſueverunt. *Idem.*

576. *Vaga rure.*] Zeugma eſt, ſi quando vaga rure quies eſt illis: aut certe *vaga rura*, pro ipſæ vagæ. *Idem.*

578. *Ipſumque Lyæum.*] Cujus nomine impulſæ Tigres in urbem veniebant. *Vet. Schol.* Adjicere videtur calorem ſacris & Templis ex præſentia Bacchi. *Vet. alia Schol.* Non inepte. Etſi enim de

Has ubi vipereo tactas ter utramque flagello
Eumenis in furias, animumque redire priorem
Impulit, erumpunt non agnoſcentibus Argis.
Ceu duo diverſo pariter ſi fulmina cœlo
Rupta cadant, longumque trahant per nubila crinem.
Non aliter curſu rapidæ, atque immane frementes
Tranſiliunt campos, aurigamque impete vaſto,
Amphiaraë, tuum (nec defuit omen, heriles
Forte is primus equos ſtagna ad vicina trahebat)
Corripiunt. mox Tænarium qui proximus Idam
Ætolumque Acamanta premunt, fuga torva per agros
Cornipedum, viſa donec flammatus Aconteus
Strage virûm, cui ſueta feras proſternere virtus
(Arcas erat) denſis jam fida ad mœnia verſas
Inſequitur telis, multumque haſtile reſumens
Ter, quater, adducto per terga, per ilia telo
Tranſigit. illæ autem longo cum limite fuſi
Sanguinis, ad portas utrinque extantia ducunt
Spicula ſemianimes, gemituque imitante querelas,
Saucia dilectis acclinant pectora muris.
Templa putes, urbemque rapi, facibuſque nefandis
Sidonios ardere lares. ſic clamor apertis
Exoritur muris. mallent cunabula magni
Herculis, aut Semeles thalamum, aut penetrale ruiſſe
Harmonies, cultor Bacchæus Acontea Phegeus
Jam vacuum telis, geminoque in ſanguine ovantem
Cominus enſe petit. Subeunt Tegeæa juventus

Auxilio

humanis ſacrificiis potius loquatur; talia tamen tribuebant præſentiæ Numinum. Vide Claudian. init. Paneg. in Sextum Honorii Conſulatum. *Bart.*

585. *Aurigamque impete vaſto.*] Antiptoſin fecit. & Lucretius dixit *impete*, pro impetu. lib. 6.

Aut hominem tanto membrorum ex impete natum,
Trans maria alta pedum niſus ut ponere juſſit,
Et manibus totum circum ſe vertere cælum.

Item libro primo:

Quamlibet in partem trudunt res ante ruuntque
Impetibus crebris. Bernart.

603. *Acontea.*] Hunc Acontea, qui tigres occidit, Phegeus enſe percuſſit. *Lactant.*

604. *Gemino.*] Hoc eſt duarum tigrium gaudentem. *Idem.*

605. *Tegeæa.*] Arcadica. *Idem.*

606. *Tardi.*]

Auxilio tardi. jam ſupra ſacra ferarum
Corpora, mœrenti juvenis jacet ultio Baccho.
Rumpitur & Grajum ſubito per caſtra tumultu
Concilium. Fugit externos Jocaſta per hoſtes
Jam non auſa preces. natas, ipſamque repellunt
Qui modo tam mites, & præceps tempore Tydeus
Utitur. Ite age, nunc pacem ſperate, fidemque
Nunc ſaltem differre nefas? potuitne morari
Dum genitrix dimiſſa redit? ſic fatus aperto
Enſe vocat ſocios. ſævus jam clamor, & iræ
Hinc atque inde calent. nullo venit ordine bellum.
Confuſique duces vulgo, & neglecta regentum
Imperia, una equites mixti, peditumque catervæ,
Et rapidi currus. premit indigeſta ruentes
Copia, nec ſeſe vacat oſtentare, nec hoſtem
Noſcere. ſic ſubitis Thebana, Argivaque pubes
Conflixere globis. retro vexilla, tubæque
Poſt tergum, & litui bellum invenere ſecuti.

Tan-

606. *Tardi.*] Quia jam mortuo Aconteo auxilium ferebatur. *Idem.*

608. *Rumpitur ecce gravi.*] MSS. *& Grajum ſubito per caſtra.* Recte. Nec dicas etiam Bœotos eſſe Græcos. nam quoniam hi toties *Tyrii* appellantur, merito his diverſi κατ' ἐξοχὴν *Graji* ſtatuuntur & appellantur Peloponneſii. Notavit & Canterus. *Gronov.*

611. *Quæ modo tam mites.*] Tota ſententia labat, fulcivi ex veteri, mutata litterula: *Quæ modo*, pro *Qui modo tam mites.* Senſus. Græci qui modo tam mites fuerant, viſis Jocaſtæ, & filiarum ejus lacrymis, auditis precibus, ipſam & natas jam repellunt. *Bernart.*

612. *Ite age.*] Increpans Tydeus. Ut Turnus in Virgilio:

Immo, ait, ô juvenes accepto tempore, Turnus,
Cogite concilium & pacem laudate ſedentes,
Illi armis in tecta ruunt.

Lactant.

622. *Retro vexilla.*] Ut oſtenderet tumultuarie pugnam iniri, perverſum ordinem exercitus demonſtrat. dicit ergo *retro*, poſt aciem eſſe vexilla, quæ ſolent militum cuneos anteire. *Idem.*

623. *Bellum invenere ſecuti.*] Non tubis ſolum, ſed & lituis excitare militum animos, veteribus uſitatum. exempla paſſim obvia, qua apud noſtrum, qua alios. Tantum Senecam jam advocabo, qui Thyeſte:

Jam ſilet murmur grave claſſicorum,
Jam tacet ſtridor litui ſtrepentis,
Alta pax urbis revocata læta eſt.

recte *ſtrepentis*. Nam incurvus erat lituus, ut ex Feſto diſcimus: ideoque ſonum ſtreperum & acutum edebat. Ennius:

Inde loci lituus ſonitus effudit acutos.

Non libentius, quia eleganti metaphora optimi auctores, *lituum* pro *impulſore* uſurpant. Cicero ad Atticum: *exiſtimare Q. Fratrem lituum meæ profectionis fuiſſe.* quam phraſim operæ eſt ju-

 ventutem

Tantus ab exiguo crudeſcit ſanguine Mavors.
Ventus uti primas ſtruit inter nubila vires
Lenis adhuc, frondeſque, & aperta cacumina geſtat.
Mox rapuit nemus, & montes pateſecit opacos.
Nunc age Pieriæ (non vos longinqua ſorores
Conſulimus) veſtras acies, veſtramque referte
Aoniam (vidiſtis enim) dum Marte propinquo
Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
Sidonium Pterelan ſonipes malefidus in armis
Rumpentem frenos, diverſa per agmina raptat
Jam liber, ſic feſſa manus: venit haſta per armos
Tydeos, & levum juvenis tranſverberat inguen,
Labentemque adfigit equo. fugit ille perempto
Conſertus domino. nec jam arma, aut frena tenentem
Portat adhuc. ceu nondum anima defectus utraque
Cum ſua Centaurus moriens in terga recumbit:
Certat opus ferri. ſternuntque alterna furentes
Hippomedon Sybarin Pylium, Periphanta Menœceus,
Parthonopæus Ityn; Sybaris jacet enſe cruento,
Cuſpide trux Periphas, Itys inſidiante ſagitta.
Cæneos Inachii ferro Mavortius Hæmon
Colla rapit. cui dividuum trans corpus hiantes

Trun-

ventutem intelligeret. adi omnino Agellium, l. 1. c. 11. de vario priſcorum ritu in præliis. *Bernart.*

624. *Crudeſcit Mavors.*] Efferatur. Virgil. lib. XI.

— dejectacrudeſcit pugna Camilla.

Servius: *Crudelior fit cæde multorum.* Valer. Flac. lib. II.

Ecce ducem placitæ Furiis crudeſcere pugnæ
Surgentemque toris ſtupet —

Barthius.

631. *Horrent Tyrrhenos.*] Tubarum cantus. *Lactant.*

632. *Sidonium.*] Thebanum, nunc ergo poëta diverſorum mortes, veluti Muſa monente deſcribit. *Malefidus.*] Infrenis, qui timore armorum teneri non poterat. *Idem.*

633. *Rumpentem.*] Retro trahentem, ut nimio conamine frena rumpere crederetur. *Idem.*

634. *Venit haſta per armos.*] Equi ſcilicet. poſſumus etiam ſcapulas hominum armos dicere. Ut Virgil.

— latos huic haſta per armos
Acta tremit, duplicatque virûm tranſfixa dolorem.

Idem.

641. *Menœceus.*] Iſte Thebanus fuit, quem in catalogo Phorbas Antigone monſtravit euntem inter duces: dixit enim, *quæ noſter ſigna Menœceus.* Idem.

642. *Parthenopæus.*] Diverſorum mortes Virgilianè poëta deſcribit. *Id.*

645. *Dividuum.*] A diviſione: *dimidium.*

Truncum oculi quærunt, animus caput. arma jacentis
Jam rapiebat Abas. cornu deprenſus Achiva
Dimiſit moriens clypeum hoſtilemque, ſuumque.
Quis tibi Bacchæos, Eunæe, relinquere cultus?
Quis lucos? vetitus quibus emanſiſſe ſacerdos
Suaſit, & adſuetum Bromio mutare furorem?
Quem terrere queas? clypei penetrabile textum
Pallentes hederæ, Nyſæaque ſerta coronant.
Candida pampineo ſubnectitur inſtita pilo,
Crine latent humeri: creſcunt lanugine malæ,
Et rubet imbellis Tyrio ſubtemine thorax.
Brachiaque in manicis, & pictæ vincula plantæ,
Carbaſeique ſinus, & fibula raſilis auro.
Tænariam fulva mordebat Iaſpide pallam.

Quam

dium à dimenſione dictum. Hic ergo *dividuum*, in duas partes diviſum poſuit. *Abas.*] Hic Thebanus eſt, qui victor rapere ſpolia cupiebat. *Idem.*

647. *Cornu deprenſus Achiva.*] Lectio hæc à veteri membrana eſt, vulg. *deprenſus Achivo*, contra rationem Latini ſermonis. neque enim arcum intelligit, ſed haſtile è cornu. Virgilius:

Volat Itala cornus.

Noſter lib. 11.

— *ſubitore cavo Theumeſia cornus.*

Bernart.

650. *Et manſiſſe.*] Pro manere. *Lact.*

651. *Mutare furorem.*] Ut ſacra Liberi in furorem bellorum inſania commutares. *Idem.*

654. *Purpureo ſubnectitur.*] Omnes fere: *pampineo pilo.* Recte. nam *pampineum pilum* thyrſus. In Achill. *ego pampineis diffundere brachia thyrſis.* Virgilius 7. Æn. *Pampineaſque gerunt incinctæ pellibus haſtas.* Macrobius 1. Satur. 19. *Colitur apud Lacedæmonios ſimulacrum Liberi patris haſta inſigne, non thyrſo. Sed & cum thyrſum tenet, quid aliud quam latens telum gerit, cujus mucro hederâ lambente protegitur.* Gron. *Inſtita pilo.*] Faſciola eſt quæ imam veſtem ſuo pingit ornatu: ut Horat.

Quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte.

Lactant.

655. *Lanugine.*] Ad opinionem retulit, quia per pilos videntur malæ creſcere. *Idem.*

656. *Tyrio ſubtegmine.*] Id eſt, ſub veſte purpurea videbatur ſplendor loricæ. *Idem.*

657. *Brachiaque in manicis.*] Manicas habere, veteribus molle ac effœminatum. Poëta Princeps:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Plautus Pſeudolo: *manuleatam tunicam habere hominem decet?* alluſit ſuo more elegantiſſime Romanus Sophus Seneca epiſt. 33. *Apud me vero Epicurus eſt & fortis, licet manuleatus ſit.* Bernart. *Vincula plantæ.*] Calciamenta. ut illud, *Tyrrhena pedum circundata plantis.* Lactant.

658. *Carbaſeique ſinus.*] *Carbaſus* qua fuſi amiciuntur, vel divites: ſericum eſt, aut certe linum tenue. Virg. *tunc croceam chlamydemque, ſinuſque crepantes carbaſeos fulvo nodum collegerat auro. Et fibula raſilis auro.*] Ad luxuriam retulit pulchritudinem fibulæ. erat enim foraminibus multis exornata, quas vulgo *interraſas* appellant. *Idem.*

660. *Velox*

Quam ſuper à tergo velox corytus, & arcu
Pendenteſque ſonant aurata lynce pharetra,
It lymphante deo media inter millia longum
Vociferans: Prohibete manus, hac omine dextro
Mœnia, Cyrrhæa monſtravit Apollo juvenca.
Parcite, in hac ultro ſcopuli venere volentes.
Gens ſacrata ſumus. gener huic eſt Juppiter urbi,
Gradivuſque ſocer. Bacchum haud mentimur alumnum,
Et magnum Alciden. jactanti talia fruſtra
Turbidus aëria Capaneus occurrit in haſta.
Qualis ubi primam leo mane cubilibus atris
Erexit rabiem, & ſævo ſpeculatur ab antro
Aut cervam, aut nondum bellantem fronte juvencum;
It fremitu gaudens, licet arma, gregeſque laceſſant
Venantum, prædam videt, & ſua vulnera neſcit.
Sic tunc congreſſu Capaneus gaviſus iniquo,
Librabat magna venturam mole cupreſſum.
Ante tamen, Quid fœmineis ululatibus, inquit,

Ter-

660. *Velox corytos.*] Hypallage; pro ſagittis velocibus. *Idem.*

661. *Aurata lynce.*] Hoc eſt lyncis pelle aurata tectam habuit pharetram. *Idem.*

663. *Lymphante deo.*] Hoc eſt furiis incitante. *Idem.*

664. *Monſtravit Apollo juvenca.*] Reſpicit fabulam, qua traditur Cadmus Apollinis oraculo, bovem ſecutus, & ubi procubuit, illic Thebas condidiſſe, & ex bovis vocabulo regionem ipſam Bœotiam nominaſſe. *Bernart.*

665 *Volentes.*] Ab Amphione factum, qui ſumma dulcedine teſtudinis, Cadmo Thebas condenti in eo loco auxiliatus eſt, ut ſaxa ultro per ſe applicarentur ad muros. *Lact.*

667. *Gradivuſque ſocer.*] Per draconem Martis filium, qui à Cadmo dicitur interemptus, ex cujus dentibus multitudo nata eſt armatorum. *Idem.*

671. *Erexit rabiem.*] Verba ſervavit Claudian. lib. II. de Raptu Proſerp.

—— Nudataque viſcera fodit
Unguibus, & rabiem totos erexit in armos.

Notavit J. Scal. l. v. Poët. c. 14. Ubi collatæ leonum Deſcriptiones, &c. *Barth.*

674. *Vulnera neſcit.*] Major cupiditas prædæ eſt ei, quam timor mortis: nec cavet ut vitet exitium, ſed feſtinat ut rapiat. *Lactant.*

675. *Iniquo.*] Pedeſtri certamine urgetur. Ut Virgil.

Pugna congreſſus iniqua. Idem.

676. *Venturam.*] Majore impetu, quam pro tali hoſte. Neſcio quid monſtri alant hoc loco duo libri, qui expreſſis literis referunt: *Venaurem.* An ab aure libratam haſtam dixit Papinius & corruptus eſt? ſit expreſſio illius Maroniani, lib. 9.

—— hoc acrior idem
Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure.

Sed potius eſt, ut nihil mutemus, cum libri illi nequaquam nullibi errent. *Bart.*
Cupreſſum.] Haſtam ſignificavit. *Lact.*

679. Cui

Terrificas moriture viros? utinam ipſe veniret
Cui furis, hæc Tyriis cane matribus, & ſimul haſtam
Expulit. illa volans, ceu vis non ulla moretur
Obvia vix ſonuit clypeo, & jam terga reliquit.
Arma fluunt, longiſque crepat ſingultibus aurum.
Eruptuſque ſinus vicit cruor. occidis audax,
Occidis Aonii puer altera cura Lyæi.
Marcida te fractis planxerunt Iſmara thyrſis,
Te Tmolos, te Nyſa ferax, Theſeaque Naxos,
Et Thebana metu juratus in Orgia Ganges.
Nec ſegnem Argolica ſenſere Etheoclea turma,
Parcior ad cives Polynicis inhorruit enſis.
Eminet ante alios jam formidantibus arva
Amphiaraus equis, ac multo pulvere vertit
Campum indignantem. Famulo decus addit inane
Mœſtus, & extremos obitus illuſtrat Apollo.
Ille etiam clypeum, galeamque incendit honoro
Sidere, nec tarde fratri, Gradivè, dediſti,
Ne qua manus vatem, ne quid mortalia bello
Lædere tela queant, ſanctum, & venerabile Diti
Funus erat. talis medios infertur in hoſtes
Certus & ipſe necis. vires fiducia leti

Sugge-

679. *Cui furis.*] Id eſt Liber, in cujus honorem furibundus advenis. *Id.*

681. *Reliquit.*] Penetravit. *Idem.*

682. *Crepat.*] Sonat, ut Virgil. *Sonatque crepantis.* Idem.

683. *Erumpenſque ſinus.*] Interpolarunt homines ferreæ frontis. ſcriptura & editio vetus: *eruptuſque ſinus*, quod retinendum eſt: dixit ea notione qua *palatus* pro *palans*, & ſimilia dicimus. Vide Scholia ad lib. I I. *Bernart.*.

685. *Marcida*] Vino plena, ſeu ſqualida. *Planxerunt.*] Præteritum pro futuro. *Iſmara.*] Iſmarus mons Thraciæ, vitibus conſitus. *Lactant.*

686. *Tmolus.*] Mons Siciliæ. *Naxos.*] Inſula eſt in qua Theſeus Ariadnem dormientem reliquit. *Idem.*

687. *Orgia.*] Triennalia Liberi ſacra ſunt: quæ dicit modo etiam Indos colere, poſtquam à Libero patre victi eſſe noſcuntur. *Idem.*

691. *Equis.*] Ideoque per metum truculentioribus. *Vet. Schol.* De deſcenſu autem ad inferos Amphiarai, & ſobole atque ſucceſſione ejus, non ſunt nihili, quæ ante aliquot ſecula commentatus eſt Joh. Boccatius, lib. XIII. Geneal. deor. cap. 45. & ſeqq. *Barth.* *Pulvere vertit campum.*] Quia excitus pulvis notitiam loci commutat. *Lactantius.*

694. *Incendit.*] Illuminat. *Idem.*

695. *Sydere.*] Splendore vel gratia. *Idem.*

699. *Certus & ipſe necis.*] Quia augurio ſuam præviderat mortem, deſperatione ergo vitæ fortius dimicat. *Id.*

701. *Lætior.*]

Suggerit. inde viro majoraque membra, dieſque
Latior, & nunquam tanta experientia cœli,
Si vacet: avertit morti contermina Virtus.
Ardet inexpleto ſævi Mavortis amore,
Et fruitur dextra, atque anima flagrante ſuperbit.
Hic hominum caſus lenire, & demere fatis
Jura frequens, quantum ſubito diverſus ab illo
Qui tripodas, lauruſque ſequi, qui doctus in omni
Nube, ſalutato volucrem cognoſcere Phœbo.
Innumeram ferro plebem, ceu letifer annus
Aut jubar adverſi grave ſideris immolat umbris
Ipſe ſuis. Jaculo Phlegyam, jaculoque ſuperbum
Phylea, falcato Chromin, & Cremetaona curru
Cominus hunc ſtantem metit, hunc à poplite ſectum:
Cuſpide demiſſa Chromin, Iphinoumque, Sagenque,
Intonſumque Gyan, ſacrumque Lycorea Phœbo
Invitus: jam fraxineum dimiſerat haſta
Robur, & excuſſis apparuit infula criſtis.
Alcathoum ſaxo, cui circum ſtagna Caryſti
Et domus & conjux, & amantes littora nati.
Vixerat ille diu pauper ſcrutator aquarum.
Decepit tellus. moriens hyemeſque, Notoſque
Laudat, & experti meliora pericula ponti.
Aſpicit has longe jamdudum Aſopius Hypſeus
Palantum ſtrages. ardetque avertere pugnam.

Quan-

701. *Latior.*] Ajunt enim futura ſentire morituros. Ut Virg.
Te quoque facta proſpectant paria.
Experientia cœli.] Doctrina & ſcientia auguriorum. *Idem.*

702. *Si vacet.*] Si liceat. Virg.
Hactenus indulſiſſe vacat.
Contermina.] Vicina morti. *Idem.*

706. *Diverſus.*] Diſſimilis. *Idem.*

710. *Immolat umbris.*] Quaſi victima, ut ipſe in ſacris conſueverat. nam hoc verbo poëta ad ſacerdotis nomen alluſit. aptum eſt enim occidenti ſacerdotale verbum. Virgil. de occiſo ſacerdote dixit: *Lapſuque ſuperſtans.* Hic de occidente ſacerdote ira dixit. *Idem.*

712. *Falcato curru.*] Solent enim in axibus curruum falces extare, quæ incurrentem hoſtilem populum cædant. *Idem.*

714. *Chromin Phinoumque Sagenque.*] Quod *Chromin* priore correpta poni ubique meminiſſet Lindenbrogius, fecit *Chromin & Phinoëmque Segonque.* Sed rectius optimi: *Chromin Iphinoumque Sagenque.* Habet hanc quoque perſonam ab Homero Il. η. ubi Glaucus Ἰφίνοον βάλε δουρί. *Gronov.*

725. *Haud*

Quanquam haud ipſe minus curru Tirynthia fundit
Robora, ſed viſo præſens minor augure ſanguis.
Illum armis, animiſque cupit, prohibebat iniquo
Agmine conſertum cunei latus. inde ſuperbus
Exeruit patriis electum miſſile ripis.
Ac prius, Aonidum dives largitor aquarum,
Clare Giganteis etiamnum, Aſope, favillis,
Da numen dextræ: rogat hoc natuſque, tuique
Quercus alumna vadi. fas & me ſpernere Phœbum.
Si tibi collatus divûm ſator. omnia mergam
Fontibus arma tuis, triſteſque ſine augure vittas.
Audierat genitor. vetat indulgere volentem
Phœbus, & aurigam jaculum detorquet in Herſen.
Ille ruit. deus ipſe vagis ſuccedit habenis
Lernæum falſo ſimulans Aliagmona vultu.
Tunc vero ardenti non ulla obſiſtere tentant
Signa, ruunt ſolo terrore, & vulnera citra
Mors trepidis ignava venit: dubiumque tuenti

Preſſe-

725. *Haud ipſe minus.*] Non minus Hypſeus Amphiarao. *Tirynthia robora.*] Agmina, id eſt Nemeos juvenes, & Græcam vaſtabat aciem. *Lactant.*

726. *Augure ſanguis.*] Id eſt cupiens cum Amphiarao confligere, cæteros quaſi ignavos contemnebat occidere. *Idem.*

727. *Prohibebat iniquo.*] Id eſt Hypſeum, multitudo quæ ſtipaverat Amphiaraum. *Idem.*

728. *Inde.*] De ipſo cuneo. *Idem.*

731. *Aſope favillis.*] Fluvium invocat, quem dudum à Jove diximus fulminatum, qui indignatione ereptæ filiæ Jovi intulit bellum, quo facto igni divino percuſſus eſt, & ut infamia ejus excepti fulminis in æternum maneret, dicitur hodieque, illo tempore quo ictus eſt, prunis ardentibus fluere. *Idem.*

733. *Fas & mihi ſpernere, &c.*] Notat fabulam, qua Jupiter Æginam Aſopi filiam rapuiſſe fingitur, Aſopen ſe Jovi oppoſuiſſe. Statius:

— furit amnis, & aſtris
Infenſus bellare parat (nondum iſta licebant
Nec ſuperis) ſtetit audaces effuſus in iras,
Conſeruitque manus, nec quem imploraret habebat,
Donec vi tonitrus ſubmotus & igne triſulco Ceſſit —

Hipſeus itaque Aſopi filius: Liceat mihi (inquit) ô pater reſiſtere Apollini, cum tu non fueris veritus ipſum Jovem repellere. *Bernart.*

734. *Collatus.*] Bello comparatus. *Lactant.*

736. *Indulgere volentem.*] Concedere cupientem. *Idem.*

741. *Vulnera citra.*] Sine vulneribus ſolo terrore Amphiarai moriebantur. *Id.*

742. *Ignava.*] Sine ferro. *Dubiumque tuenti.*] Dubium erat videntibus, utrum onere tardatus eſſet Amphiarai, an velocior factus. *Idem.*

Preſſerit inſeſtos onus, impuleritne jugales.
Sic ubi nubiferum montis latus, aut nova ventis
Solvit hyems, aut victa ſitu non pertulit atas;
Deſilit horrendus campo timor, arma, viroſque
Limite non uno, longævaque robora ſecum
Præcipitans, tandemque exhauſtus turbine feſſo,
Aut vallem cavat, aut medios intercipit amnes.
Non ſecus ingentique viro magnoque gravatus
Temo deo, nunc hoc, nunc illo in ſanguine fervet.
Ipſe ſedens telis, pariterque miniſtrat habenis
Delius: ipſe docet jactus, adverſaque flectit
Spicula, fortunamque haſtis venientibus aufert.
Sternuntur terra, Menalas pedes, Antiphus alto
Nil defenſus equo, gemituſque Heliconide Nympha
Æthion, cæſoque infamis fratre Polites,
Conatuſque toris vittatam attingere Manto
Lampus: in hunc ſacras Phœbus dedit ipſe ſagittas.
Et jam cornipedes trepida ac moribunda reſtantes
Corpora, rimantur terras, omniſque per artus
Sulcus, & inciſis altum rubet orbita membris.
Hos jam ignorantes terit impius axis, at illi

Vul-

743. *Infeſtos onus.*] Omnino ſcribendum cum Noſtris, Lindenbrogii, Beliotii libris, *Inſeſſos.* ſententia eſt: dubitares intuens utrum gravaret pondere, an incitaret Numinis eincitatione Equos Amphiarai, Apollo. Errant etiam ii libri, qui *ſonus* reponere ſtudent. De pondere enim & vi Apollinei Numinis ſolis loquitur. In Luctat. addenda vox — *Amphiarai currus.* Bart.

746. *Campi timor.*] Montis ruina, quæ de altis ſaltibus cadit. *Lact.*

752. *Telis pariterque miniſtrat habenis.*] Armigeri & aurigæ Apollo implebat officium. *Idem.*

754. *Fortunam.*] Caſum felicem, ſive eventum feriendi haſtis contra Amphiaraum venientibus, detorquebat. *Idem.*

755. *Menalas pedes.*] Optimi quique: *Melaneus pedes.* Quippe hoc & nomine utitur Ovidius inter Cephenum proceres lib. 5. met. *Sternitur & Melaneus Perſeia caſtra ſecutus.* Et in Centauris lib.12. *Et Pholus & Melaneus & Abas.* Denique ſic & is vocabatur, à quo in Eubœa Μιλανηΐς Eretria. *Gronov.*

758. *Vittatam attingere Mantho.*] Secutus ſum libros veteres. omnino enim legendum *vittatam*, non ut vulgati *vitatam.* Nam vates hæc Mantho. vide quæ de vittis notavi ad extremum lib. v. *Bernart.*

759. *Dedit.*] Immiſit. *Lact.*

761. *Rimantur terras.*] Rimas agunt, id eſt ſcrutantur. *Rimari* enim proprie dicuntur ſues, cum paſcentes cibi gratia terram vertunt. *Per artus*] Cadaverum membra. hæc omnia ſigna erant hiatus futuri. *Idem.*

766. Nec

Vulnere ſemineces (nec devitare facultas)
Venturum ſuper ora vident. jam lubrica tabo
Frena, nec inſiſti madidus dat temo, rotaque
Sanguine difficiles, & tardior ungula foßis
Viſceribus. tunc ipſe furens in morte relicta
Spicula, & è mediis extantes oßibus haſtas
Avellit: ſtridunt animæ, currumque ſequuntur.
Tandem ſe famulo ſummum confeſſus Apollo,
Utere luce tua, longamque, ait, indue famam,
Dum tibi me junctum mors irrevocata veretur.
Vincimur. immites ſcis nulla revolvere Parcas
Stamina. vade diu populis promiſſa voluptas
Elyſiis, certe non perpeſſure Creontis
Imperia, aut vetito nudus jaciture ſepulchro.
Ille refert contra, & paulum reſpirat ab armis:
Olim te, Cyrrhæe pater, peritura ſedentem
Ad juga (quis tantus miſeris honor?) axe trementi
Senſimus, inſtantes quonam uſque morabere manes?
Audio jam rapidæ curſum Stygis, atraque Ditis
Flumina, tergeminoſque mali cuſtodis hiatus.
Accipe commiſſum capiti decus, accipe laurus
Quas Erebo deferre nefas. nunc voce ſuprema
Si qua receſſuro debetur gratia vati,
Deceptum tibi, Phœbe, larem, pœnaſque nefandæ
Conjugis, & pulchrum nati commendo furorem.
Deſiluit mœrens, lachrymaſque avertit Apollo.

Tunc

766. *Nec inſiſti madidus*]Abundantia ſanguinis majorem Amphiarao currendi lapſum faciebat. *Idem.*

767. *Difficiles.*] Graves nimietate ſanguinis equorum greſſus. *Idem.*

777. *Stridunt animæ.*] Homericum hoc eſt, qui corporibus excedentes *animas ſtridere* excogitavit. Virg.

Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Longe conſideratius. Sed de tota hac re in longis Superſtitionum libris. *Barth.*

771. *Summum.*] Ad ultimum, aut ſummum deum. *Idem.*

773. *Irrevocata.*] Quæ revocari non poteſt: futurorum epitheton diligenter ſervavit poëta. *Idem.*

780. *Quis tantus miſeris honor.*] Parenthesis. Humiliter enim dixit, ſe non fuiſſe dignum tanto honore numinis. *Idem.*

785. *Deferre nefas.*] Scelus eſt. dicit infularum ornamenta, & ſacras laurus ſecum ad inferos ferre. *Idem.*

792. *Stat*

Tunc vero ingemuit curruſque, orbique jugales.
Non aliter cæco nocturni turbine Cori
Scit peritura ratis, cum jam damnata ſororis
Igne, Therapnæi fugerunt carbaſa fratres.
Jamque receſſura paulatim horreſcere terra,
Summaque terga quati; graviorque effervere pulvis
Cœperat. inferno mugit jam murmure campus.
Bella putant trepidi, bellique hunc eſſe fragorem.
Hortanturque gradus. Alius, tremor arma, viroſque
Mirantesque inclinat equos. jam frondea nutant
Culmina, jam muri, ripiſque Iſmenos apertis
Effugit. Exciderunt iræ, nutantia figunt
Tela ſolo, dubiaſque vagi nituntur in haſtas
Cominus, inque vicem viſo pallore recedunt.
Sic ubi navales miſcet ſuper æquora pugnas
Contempto Bellona mari: ſi forte benigna
Tempeſtas; ſibi quiſque cavent, enſeſque recondit
Mors alia, & ſocii pacem fecere timores.
Talis erat campo belli fluitantis imago.
Sive laborantes concepto flamine terra

Ven-

792. *Scit peritura ratis*]Omnes propemodum ſcripti: *Scit peritura ratis*: ut & Lactantius legit, & bene recepit Lindenbrog. Eſt enim helleniſmus αἰσθάνεται, ſcit ſe perituram. Ut Virgilio, *ſenſit medios delapſus in hoſtes.* Pindarus Nem. 9. ἔσω λαχὼν πρὸς δαιμόνων θαυμαστὸν ὄλβον Libanius πρεσβευτ. πρὸς Ιουλιανόν. σὺ γὰρ ἴσθι, πάντων μὲν γνώμην. πάντων δὲ γλῶτταν ἐπὶ σπουδὴν ἀπὸ τῶν πρὶν ὑμνουμένων μεθαρμόσας. Sic igitur, *ſcit peritura*, αἰσθάνεται ἀπολεῖσθαι. quod eſt, ἀπολέσθαι. *Gronov. Scit peritura ratis.*] Parentheſis: non aliter ſcit peritura ratis: ſic & Apollo ſciebat periturum Amphiaraum, & ſe ſubvenire non poſſe. *Sororis igne.*] Quia nautæ cum ſtellam Helenæ viderint (quæ Vrania dicitur, cujus tanta eſt vis incendii, ut malum & navis ima perturidat, ut etiam ſi æs ſit hoc calore ſolvatur) ergo ſi hæc ſtella navi inſederit, ſciunt ſe nautæ ſine dubio perituros: contra Caſtorum ſydera ſunt navigantibus ſalutaria. *Lact.*

793. *Therannei.*] Theramne Laconiæ civitas eſt. *Idem.*

795. *Summaque terga quati.*] Superficies terræ. *Idem.*

799. *Frondea nutant.*] Jam ſylvis, & cacuminibus arborum, & muris, dabatur cum hiatu ipſius terræ confuſio. *Id.*

801. *Exciderant iræ.*] Tranſitum eſt à cauſa bellorum. *Idem.*

805. *Benigna tempeſtas.*] Benignam tempeſtatem dixit, quia navalia certamina prohibentur. *Idem.*

808. *Belli fluitantis.*] Navalis certaminis faciem titubantibus militibus fecerat terræ motus. *Idem.*

809. *Sive laborantes.*] Dubitant quæ cauſa

Ventorum rabiem, & clauſum ejecere furorem:
Exedit ſeu putre ſolum, carpſitque terendo
Unda latens: ſive hac volventis machina cœli
Incubuit: ſive omne fretum Neptunia movit
Cuſpis, & extremas gravis mare torſit in oras:
Seu vati datus ille fragor, ſeu terra minata eſt
Fratribus; ecce alte præceps humus, ore profundo
Diſſilit, inque vicem timuerunt ſidera, & umbræ.
Illum ingens haurit ſpecus, & tranſire parantes
Mergit equos. non arma manu, non frena remiſit:
Sicut erat, rectos defert in Tartara currus.
Reſpexitque cadens cœlum, campumque coire
Ingemuit. donec levior diſtantia rurſus
Miſcuit arva tremor, lucemque excluſit Averno.

cauſa eſſet terræmotus illius, credentes terram mole & vi ventorum fuiſſe laſſatam, qui per cavernas terræ diſcurrunt: vel hiulca vetuſtate ſolviſſe, vel ſitu aquæ in ſolutionem vertiſſe. Aut certe elementa oppreſſa maris undarum ceſſiſſe virtutibus: vel ipſam terram fratribus perituris tremores ad omen feciſſe. *Idem.*

812. *Unda latens.*] Dicunt enim quidam, terram aqua fulciri vel ferri. *Idem.*

817. *Timuerunt.*] Male ſic ediderunt Lindenbrogius, cum libri omnes meliores Editi & Manuſcripti *Tremuerunt* referant. Quod verbum eſt tantæ rei aptius. Miram lectionem in Virg. profert Luctat. *Adverſitate*, inquit, *ſua terrentur. Sidera timuerunt, ne erumperent manes; umbræ ne admiſſa luce proderentur.*

Ut Virgilius:

— Crepitant immiſſo lumine manes.

Verba ſunt Maronis lib. VIII.

Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes, & regna recludat
Pallida, diis inviſa, &c. —

Barthius.

821. *Reſpexitque cadens.*] Vel dolore mortis, vel ut Apollinem quæreret, utpote vates. *Lactant.*

822. *Donec levior.*] Quia gravi ſonitu ſolida disjunguntur, neu tamen eodem fragore hiulca junguntur. *Idem.*

P. PAPINII STATII THEBAIDOS

LIBER OCTAVUS.

Ut ſubitus vates pallentibus incidit Umbris,
Letiferaſque domos, orbiſque arcana ſepulti
Rupit, & armato turbavit funere Manes,
Horror habet cunctos, Stygiis mirantur in oris
Tela & equos, corpuſque novum, neque enim ignibus artus
Conditus, aut mœſta niger adventabat ab urna:
Sed belli ſudore calens, clypeumque cruentis
Roribus, & ſciſſi reſperſus pulvere campi.
Necdum illum aut trunca luſtraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proſerpina poſte notarat
Cœtibus adſumptum functis. quin cominus ipſa
Fatorum deprenſa colus. viſoque paventes
Augure, tunc demum rumpebant ſtamina Parcæ.

Illum

1. *Subitus vates.*] In duobus libris longe diverſa lectio eſt: ut *Subitus augur.* Sed videtur gloſſa eſſe vulgatæ vocis, cum ſæpius ſupra *augurium Amphiarai* commendaverat. *Barthius. Pallentibus incidit umbris.*] Vetus elocutio eſt per dativum caſum, *incidit umbris pallentibus. Claudius heri recedens veſperi Nomentinis incidit.* Ac Terentius per accuſativum protulit. Ergo in eum incidit, tanquam in rem periculoſam. *Lactant.*

5. *Corpuſque novum.*] Id eſt vivum, ſive non depoſita apud ſuperos carne. *Idem.*

6. *Ab urna.*] Plato inducit ſcelera hominum in urna verſari: & *urna* dicitur in qua mortuorum hominum oſſa conduntur: hic ergo ab urna dixit, in qua mortuus ponebatur; & hoc ipſo ſenſum expedivit poëta. Nam Amphiaraus mortuus ab urna in qua ejus fuerant condita membra non veniebat. *Id.*

9. *Obvia taxo Eumenis.*] Quia taxus venenoſa eſt, propterea ad perfectionem feritatis, ex hoc ligno faces Furiæ dicuntur gerere. *Idem.*

10. *Poſte notarat.*] Aſſerunt enim poëtæ mortuorum capita Furiarum lampade luſtrari, & eorum nomina à Proſerpina in inferorum poſte conſcribi. *Idem.*

12. *Fatorum deprenſa colus.*] De fato & ratione contra id agendi aut patiendi Gell. lib 13. c. 1. Et Serv. in extrem. pag. ad IV. Æneid. Etiam Cicero Fragmento peculiaris libri, quod Commentario non indocto illuſtravit Solomon Geſnerus. Dicit autem nondum diſciſſo filo vitæ ſuæ, adhuc id ducentibus Parcis ſuperveniſſe Amphiaraum. *Barth.*

14. *Et*

Illum & ſecuri circumſpexere fragorem
Elyſii, & ſi quos procul inferiore barathro
Altera nox, aliiſque gravat plaga cæca tenebris.
Tunc regemunt pigrique lacus, uſtæque paludes,
Umbriferæque fremit ſulcator pallidus undæ,
Diſſiluiſſe novo penitus telluris hiatu
Tartara, & admiſſos non per ſua flumina manes.
Forte ſedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi, populos poſcebat crimina vitæ.
Nil hominum miſerans, iratuſque omnibus umbris.
Stant Furiæ circum, variæque ex ordine Mortes,
Sævaque multiſonas exercet Pœna catenas.
Fata ferunt animas, & eodem pollice damnant.
Vincit opus. Juxta Minos cum fratre verendo
Jura bonus meliora monet, regemque cruentum
Temperat. aſſiſtunt lachrymis atque igne tumentes
Cocytos Phlegethonque, & Styx perjuria divum
Arguit:

14. *Et ſecuri.*] Quia in Elyſiis habitant manes. idcirco *ſecuri*, quia ſunt ſceleratorum ſuppliciis alieni. Elyſii ergo pro his poſuit, qui in Elyſio habitant. *Lact.*

16. *Altera nox.*] Id eſt caligo deterior. *Idem.*

17. *Vaſtæque paludes.*] Nigræ aut calentes. *Idem.*

18. *Sulcator pallidus.*] Charon qui ſubvectando corpora, Stygem conſuevit cymba ſulcare. *Idem.*

26. *Eodem pollice damnant.*] Pollex veteribus & favoris & alienationis index. Si faverent, pollicem premebant. Plinius lib. 28. cap. 11. *Pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio jubemur.* Si averſo animo forent, pollicem vertebant, quæ uſque adeo malevola nota, ut non alio ſigno, interfici gladiatores, populus juberet. Juvenalis Sat. 111.

Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter.

Tu totum hunc locum ita interpunge:

Fata ferunt animas & eodem pollice damnant.
Vincit opus.

Non ut vulgati, *damnant*, *Vincit opus*, mens Poëtæ, Parcarum ſtamina morientium multitudine ſuperari. *Bern.*

29. *Lacrymis atque igne.*] His fluere & conſtare inferorum fluvios auctor Poëtarum chorus. Vide eos in rebus inferorum. Claud. lib. 11. in Ruf.

Eſt locus infauſtis quo conciliantur in unum
Cocytus Plegethonque vadis; inamœnus uterque
Alveus; hic volvit lacrimas, hic igne redundat. Barth.

30. *Styx perjuria divum Arguit.*] Sanctiſſimum diis jusjurandum per Stygem, Poëtas fingere, lippis & tonſoribus notum. non perinde vulgatum, quæ pœna propoſita iis, qui per aquam Stygiam pejeraſſent, tradidit eam Heſiodus in Theogonia, cujus verſus non adſcribam, ſed ſenſum. Sententia vero hæc eſt: Si quis deorum cæleſtium perjurarit per aquam Stygis, toto integro

Arguit: ille autem ſupera compage ſoluta,
Nec ſolitus ſentire metus, expavit oborta
Sidera, jucundaque offenſus luce profatur:
Quæ Superum labes inimicum impegit Averno
Æthera? quis rumpit tenebras? vitæque ſilentes
Admovet? unde minæ? uter hæc mihi prælia fratrum?
Congredior, pereant agedum diſcrimina rerum.
Nam cui dulce magis? magno me tertia victum
Dejecit fortuna polo, mundumque nocentem
Servo. nec iſte meus, diriſque en pervius aſtris
Inſpicitur. tumiduſne meas regnator Olympi
Explorat vires? habeo jam quaſſa Gigantum
Vincula, & æthereum cupidos exire ſub axem
Titanas, miſerumque patrem. quid me otia mœſta
Sævus, & implacidam prohibet perferre quietem?
Amiſſumque odiſſe diem? pandam omnia regna
Si placet, & Stygio prætexam Hyperiona cælo.

Arcada

tegro anno nectare & ambroſia abſtinere debet, humi jacet, mutus & lethargo oppreſſus. Poſt annum, majora illum manent ſupplicia: nam per novem annos in exilium pellitur, procul à deorum cœtu ablegatur. Decimo demum anno priſtinam conditionem recipit. Hæc ille. Ceterum cur hic honos Stygi tributus ſit, varie traditur. Iſacius voluit, quia Styx conjurationem deorum, adverſus Jovem, illum vincire volentium, patefecerit: alii quia Stygis filiæ, Victoria, Vis, Robur, Zelus, Jovi adverſus Titanas opem tuliſſent. *Bernart.*

36. *Unde hæc mihi prælia.*] Quidam, *utinam hæc.* ſed haud dubie plures & optimi: *uter hæc.* Jupiterne an Neptunus: nam & ille cum tremenda cæſarie ſua ſæpe terram, mare, ſidera movit, & hic σεισίχθων atque ἐννοσίγαιος. Ex terræ autem tremoribus hiatus vaſti & chaſmata. Cum itaque numinis utriuſque fingatur ea poteſtas, merito dubitat, uter ſibi hoc bellum velut indicat. Gruterus annotaverat labare hunc verſum, quem quomodo fulciret, ignorare. illud ſcire, aliquid excidiſſe aut ſubeſſe vitium. Poſſemus equidem non modo facile, ſed & eleganter: *unde minas?* Verum cum alterum ſit in omnibus libris, & ſoleant ſic interdum Virgilius Ovidiuſque, notaverimuſque jam lib. 4. *tenero unde improba pectore virtus:* nihil mutamus. Lib. 9. *cum fluctivago Erginus.* Gronov.

38. *Nam cui dulce magis.*] Quam mihi, ut ſuperi miſceantur: id eſt expedit per ſortem minori, confundere quæ fuerint ſeparata. *Lact.*

40. *Nec iſte meus.*] Meus inquit hic mundus non eſt, ſed hunc rector perrumpit aſtrorum. *Idem.*

44. *Miſerumque patrem.*] Saturnum. nam & hunc non ſolum à Jove vinctum Poëtæ finxerunt, ſed cum fratre Iapeto, in tartarum conjectum. adi Homerum Iliad. Θ. & magnum Platonem ſtultitiam hanc ridentem, in Euthyphrone. *Bernart.*

47. *Hyperiona cælo.*] Hyperiona pro Sole dixit, ut Poëtæ ſolent. Priſci va-

ria de

Arcada nec Superis (quid enim mihi nuncius ambas
Itque reditque domos?) emittam, & utrumque tenebo
Tyndariden. cur autem avidis Ixiona frango
Verticibus? cur non expectant Tantalon undæ?
Anne profanatum toties Chaos hoſpite vivo
Perpetiar? me Pirithoi temerarius ardor
Tentat, & audaci Theſeus juratus amico.
Me ferus Alcides tunc cum cuſtode remoto
Ferrea Cerbereæ tacuerunt limina portæ.
Odryſiis etiam pudet heu patuiſſe querelis
Tartara. vidi egomet blanda inter carmina turpes
Eumenidum lachrymas, iterataque penſa ſororum.

Me

ria de eo fabulantur. Diodorus Saturni fratrem fuiſſe, qui Solis ac Lunæ curſum primus obſervavit, & mortalibus tradidit. Luctatius Solis equum dicit. aliter quam Ovidius, qui Metam. 11. inquit:

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartuſque Phlegon ——

Idem.

49. *Utrumque Tyndaridem.*] Caſtoris & Pollucis talis eſt fabula. cum eſſet immortalis Pollux, & è diverſo Caſtor morti teneretur obnoxius, pietatis intuitu Pollux morte vicaria fratrem redemit. Unde Virgil.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

Dicit ergo nunc Pluto, retento Polluce, quia immortalis fuerat, cum Caſtore germano mortali in utroque ſe mundo poſſe regnare. *Lactant.*

50. *Ixiona.*] Ixion quippe Iunonem auſus eſt ſtupri injuria compellare: Tantalus vero Iovis conſilia mortalibus prodidit, in eorum audita concilio. *Idem.*

51. *Tantalon undæ.*]Si pœnarum culpas expectes utriuſque id eſt Tantali Pirithoique, utrorumque ſupplicia vindictæ Iovis à Plutone præſtantur. *Idem.*

52. *Vivo perpetiar Me Pirithoi.*]Conqueritur inferos his patuiſſe, qui infanda cupiebant, ut ad ſe aut amator, aut raptor intraret. Hæc Pirithoi fabula talis eſt. Pirithous cum Proſerpinam rapere ſuo matrimonio induxiſſet in animum, hujus tam ſcelerati conſilii Theſeum participem fecit, quem cum amicitiarum intuitu Theſeus ad inferos, Proſerpinam pariter rapturus, ſecutus fuiſſet, gravi ſunt utrique damnati ſupplicio. Unde Virgilius:

—— *ſed & æternumque ſedebit*
Infœlix Theſeus. ——

Idem.

56. *Patuerunt limina portæ.*] Longe melior in Lipſ. ſcripto libro concepta lectio: *tacuerunt limina portæ.* Cum Cerberus abductus videlicet inibi non amplius latraret. τὸ *patuerunt* probum alias, hîc ſpurium, nam ut Maro cecinit,

Noctes atque dies patet atri janua ditis.

Non igitur ſignate propter abſentiam Cerberi. *Bernart.*

59. *Eumenidum lachrymas.*] Orpheus Thrax peritiſſimus fuit citharæ, is Eurydicen conjugem unico dilexit affectu, quæ cum Ariſtheum, Eurydicis Nymphæ filium, pudicitiam ſuam attrectare cupientem fugeret, calcato ſerpente peremta eſt. hoc cum immoderate doleret Orpheus, confiſus peritia citharæ, inferorum ſecreta perrupit, cujus cantus dulcedine ac miſeratione lugentis, manes depoſita feritate Orpheo conjugem reddiderunt. dicit

Me quoque. ſed duræ melior violentia legis.
Aſt ego vix unum, nec celſa ad ſidera furto
Auſus iter, Siculo rapui connubia campo,
Nec licuiſſe ferunt, injuſtæque ab Jove leges
Protinus, & ſectum genitrix mihi computat annum.
Sed quid ego hæc! i, Tartareas ulciſcere ſedes
Tiſiphone, & ſi quando novis aſperrima monſtris
Triſte, inſuetum, ingens, quod nondum viderit æther,
Ede nefas, quod mirer ego, invideantque ſorores.
Atque adeo fratres (noſtriſque hæc omina ſunto
Prima odiis) fratres alterna in vulnera læto
Marte ruant. ſit, qui rabidarum more ferarum
Mandat atrox hoſtile caput, quique igne ſupremo
Arceat exanimes & manibus æthera nudis
Commaculet. juvet iſta ferum ſpectare Tonantem.
Præterea ne ſola furor mea regna laceſſat,
Quære deis qui bella ferat, qui fulminis ignes,

Inſe-

ergo nunc Pluto, turpes vidiſſe ſe lachrymas Eumenidum: turpes ideo quia contra inferorum legem miſericordia lachrymæ fundebantur. *Iterataque penſa.*] Propter reditum Eurydices, cui conceſſerant ut denuo viventis penſa fata penſis traderent. *Lactant.*

60. *Violentia legis.*] Tenebricoſo loco lucem petes à fabula, qua dicitur, Orpheo reſtituta ab inferis conjunx ea lege, ne reſpiceret. Mens: Melior fuit lex quam ego ipſe Pluto. nam dulcedine cantus impetravit à me uxorem, ſed impetratam perdidit, violando legem. *Bern.*

63. *Ab Jove leges.*] Quia partiri annum Proſerpinæ juſſit, ut ſex menſibus eſſet cum matre, totidem cum marito. Itą Ovid.

At medius fratriſque ſui, mœſtæque ſororis,
Jupiter ex æquo volventem dividit annum.
Nunc dea regnorum numen commune duorum,
Cum matre eſt totidem, totidem cum conjuge menſes.

Per lunam fieri manifeſtum eſt, quæ à veteribus Proſerpina nominatur. *Lact.*

64. *Sectum genitrix.*] Videtur enim dimidium annum matrimonio ejus Jupiter abrogaſſe; penes matrem ejus ergo, ut ejus cura ſtatuto tempore filia ab inferis revertatur ad cælum. *Idem.*

69. *Noſtriſque hæc omina ſunto Prima odiis.*] Emendatio hæc à libris ſcriptis eſt. vulgata, *hæc omnia ſunto.* nec ſana eſt, nec ſani quicquam ex ea elicias. Duellum (inquit Pluto) Polynicis & Etheoclis, omen erit belli, quod ego fratribus Jovi & Neptuno inferam, hac injuria merito commotus. *Bern.*

74. *Commaculet.*] Ut tabe ſolvantur corpora, non flamma pyrarum: nec interpoſitis urantur ignibus, ſed in ſolo terræ intemperie aëris membra depereant. ſit mortuis denegata ſepultura ſupplicium. *Bella crudelius.*] Ut ſolius cæli rogum poſſint habere communem. *Lactant.*

80. *Jam*

Infeſtumque Jovem clypeo fumante repellat.
Faxo haud ſit cunctis levior metus, atra movere
Tartara, frondenti quam jungere Pelion Oſſæ.
Dixerat. atque illi jam dudum regia triſtis
Attremit oranti, ſuaque, & quæ deſuper urget,
Nutabat tellus. non fortius æthera vultu
Torquet, & aſtriferos inclinat Juppiter axes.
At tibi quos (inquit) manes, qui limite præceps
Non licito per inane ruis? ſubit ille minantem
Jam tenuis viſu, jam vaneſcentibus armis,
Jam pedes. extincto tamen interceptus in ore
Augurii perdurat honos, obſcuraque fronti
Vitta manet, ramumque tenet morientis oliva.
Si licet, & ſanctis hic ora reſolvere fas eſt
Manibus, O cunctis finitor maxime rerum.
At mihi, qui quondam cauſas, elementaque noram,
Et ſator, oro, minas, ſtimulataque corda remulce,
Neve ira dignare hominem, & tua jura timentem.

Nam

80. *Jam dudum regia.*] Ut Jovis ſermoni cœlum attremere fingunt alii Poëtæ. Imitatur iſta in ſuo Dite Claudian. l. de Raptu:

—— tunc talia celſo
Ore tonat, tremefacta ſilent, dicente Tyranno, Atria.

Barthius.

81. *Attremit.*] Nutat ad vocum pondus & clamoris amplitudinem. *V. Schol.* Ita ſup. l. 3. ✝ſ. 309. de Jove:

—— terras cœlumque fretumque
Attremere oranti. —— Idem.

83. *Jupiter axes.*] Hoc eſt oratione Plutonis tremefacti ſunt poli. *Lactant.*

84. *Quos inquit manes.*] Pro pœnis poſuit. id eſt, quos cruciatus patieris, ut Virgil. *Quiſque ſuos patitur Manes. Manes* ideo dicti ſunt, quia damnati æterna apud inferos pœna permanent. *Idem.*

85. *Subit ille.*] Sequitur. Ut *pone ſubit conjunx.* Aut certe finita præcedenti oratione ſubjungit. *Idem.*

86. *Vaneſcentibus.*] In umbram deſinentibus. *Idem.*

87. *Jam pedes.*] Quia currus & equi, cum quibus raptus fuerat, evanuerunt. *Idem.*

91. *Cunctis finitor.*] Ovidius:

Omnia debentur morti, paulumque morati,
Serius aut citius, ſedem properamus ad unam:
Tendimus huc omnes, hæc eſt domus ultima cunctis.

Ordo ergo talis eſt. Cunctis finitor rerum, ſcilicet putaris: mihi vero etiam ſator. Nam cum conſtet Plutoni terram eſſe conſecratam; dicit omnia membra reſolvi, & de terra cuncta procreari: juſte ergo creator dicitur, à quo univerſa gignuntur. *Aſt ego.*] Quia vates fui noram vitæ te eſſe creatorem, ex eo quod animas iterum mittis in corpora, ut Virgil. *rurſus & incipiunt in corpora velle reverti.* & idem ſupra, *fata ferunt animas.* Idem.

 98. *Timeaſ*

Nam nec ad Herculeos (unde hæc mihi pectora?) raptus,
Nec Venerem illicitam (crede his inſignibus) auſi
Intramus Lethen. fugiat nec triſtis in antrum
Cerberus, aut noſtros timeat Proſerpina currus.
Augur Apollineis modo dilectiſſimus aris,
Teſtor inane chaos, (quid enim hic jurandus Apollo?)
Crimine non ullo ſubeo nova fata: nec alma
Sic merui de luce rapi. ſcit judicis urna
Dictæi, verumque poteſt deprendere Minos.
Conjugis inſidiis, & iniquo venditus auro
Argolicas acies, unde hæc tibi turba recentum
Umbrarum, & noſtræ veniunt quoque funera dextræ,
Non ignarus ini. ſubito me turbine mundi
(Horret adhuc animus) mediis è millibus hauſit
Nox tua. quæ mihi mens? dum per cava viſcera terræ
Vado diu pendens? & in aëre volvor operto?
Hei mihi nil ex me ſociis, patriæque relictum,
Vel captum Thebis. non jam Lernæa videbo
Tecta, nec attonito ſaltem cinis ibo parenti.
Non tumulo, non igne miſer, lachrymiſque meorum
Productus, toto pariter tibi funere veni.
Nil iſtis auſurus equis. nec deprecor umbram

Acci-

98. *Timeat Proſerpina.*] Per Proſerpinam raptam Theſei & Pirithoi hoc loco commemorat audaciam, & ad teſtimonium pudicitiæ oſtendit infulas & inſignia ſacerdotis. *Proſerpina* dicta ab eo, quod porro ſerpat. *Idem.*

202. *Scit judicis urna.*] Quam fabulam reſpiciat, nollus ignorat. Verum origo fabulæ non omnibus innotuit. Omnis enim hæc de urna Minois fictio, ex veterum more nata, qui ut pleraque ſortibus decernebant (dixi alibi) ita à judiciis etiam ſortes non repellebant. Cicero VII. in Verrem: *Quod ab eo pridie cùm multis lachrymis eum oraret, impetrare non potuerat, id ei poſtero die venit in mentem è lege Rupilia ſortiri dicas oportere. educit ex urna tres, iis ut abſentem Heraclium condemnent imperat: itaque condemnant.* Horat. *Cervius iratus leges minitatur & urnam.* Bernart.

106. *Et noſtræ veniunt*] Propter ſui miſericordiam dicit, ſe pugnando multas inferis animas adiſſe: pro quo beneficio petit ſibi eſſe parcendum. *Lact.*

110. *In aëre volvor operto.*] Id eſt, dum per illa ſpatia vado, quæ ſunt ſub terra inferorum. *Idem.*

112. *Vel captum.*] Optabilius etiam fuit me capi à Thebanis. *Idem.*

113. *Parenti.*] Oedipo pariter. *Idem.*

116. *Nec deprecor umbram accipere.*] Id eſt, nec refuto umbram eſſe: *deprecor* autem eſt refuto. Virgil.

Equidem merui, nec deprecor unquam.

Lucan. *Non deprecor hoſti ſervari, dum me*

ſervet

Accipere, & tripodum jam non meminiſſe meorum.
Nam tibi præſagi, quiſnam ſuper auguris uſus,
Cum Parcæ tua juſſa trahant? ſed pectora flectas,
Et melior ſis, quæſo, deis. ſi quando nefanda
Huc aderit conjux, illi funeſta reſerva
Supplicia, illa tua, rector bone, dignior ira.
Accipit ille preces, indignaturque moveri.
Ut leo Maſſyli cum lux ſtetit obvia ferri,
Tunc iras, tunc arma citat; ſi decidat hoſtis,
Ire ſuper ſatis eſt, vitamque relinquere victo.
Interea vittis, lauruque inſignis opima
Currus, & egregiis modo formidatus in armis,
Luce palam fuſus nulli, nullique fugatus
Quæritur. abſiſtunt turmæ, ſuſpectaque tellus
Omnibus: infidi miles veſtigia campi
Circumit, atque avidæ triſtis locus ille ruinæ
Ceſſat, & inferni vitatur honore ſepulchri.
Nuncius hortanti diverſa in parte maniplos
Adraſto, vix ipſe ratus vidiſſe Palæmon
Advolat, & trepidans (ſteterat nam forte cadenti
Proximus) inſpectoque miſer pallebat hiatu.
Verte gradum: fuge rector ait; ſi Dorica ſaltem

Terra

ferret cervice reciſa. Idem.

118. *Quiſnam.*] Rectiſſime optimi libri & Emendatores, *Quis jam.* Quod non attendit correctio Gevartiana & jactatrix illa plurimorum Codicum. *Barthius.* *Super auguris uſus.*] Id eſt, poſſem rogare te, ut apud infectos augur eſſem, ſi ſcirem & hoc mihi apud inferos profuturum: verum cum videam ipſa quoque fata ad tuum arbitrium fila diſponere, intelligo nil omnino tibi opus augurio. *Lactant.*

121. *Funeſta reſerva.*] Hoc eſt conjugi meæ, quæ mihi minaris, reſerva ſupplicia, quæ ſalutem viri prodidit monili corrupta. *Idem.*

123. *Indignaturque moveri.*] Iraſcitur ſe in miſericordiam flecti. *Idem.*

124. *Ut leo Maſſyli.*] Maſſylia gens Africę mediterranea, leonibus plena. *Id.*

125. *Arma citat.*] *Citat*, incitat. *Arma.*] Dentes & ungues, quibus ſe tuetur & vindicat. Lucan.

Tum demum movet arma leo. Idem.

133. *Inferni vitatur honore ſepulcri.*] Non diſcrepant ſcripti, in Lugdunenſi editione tamen invenio: *Vittatur honore.* erit forte qui nos id repoſuiſſe vellet ex more veteri, quo vittæ in ſepulchris. Cæcilius Androgyno: *Sepulchrum plenum tæniarum ita, uti aſſolet.* Varr. l. 6. de lingua Latina: *Cum ad ſepulchrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, ſed velatas frondenteis comas.* Ego ritum hunc non ignoro, retineo tamen vulgatam, quam requirit ipſe orationis ductus. *Bernart.*

141. *Strin-*

Terra loco, patriaque manent, ubi liquimus, arces.
Non armis, non ſanguine opus. quid inutile ferrum
Stringimus in Thebas? currus humus impia ſorbet,
Armaque bellanteſque viros, fugere ecce videtur
Hic etiam quo ſtamus ager. vidi ipſe profundæ
Noctis iter, ruptaque ſoli compage ruentem,
Illum heu, præſagis quo nullus amicior aſtris,
Oecliden, fruſtraque manus cum voce tetendi.
Mira loquor; ſulcos etiamnum Rector equorum,
Fumantemque locum, & ſpumis madida arva reliqui.
Nec commune malum eſt; tellus agnoſcit alumnos,
Stat Thebana acies. ſtupet hæc, & credere Adraſtus
Cunctatur, ſed Mopſus idem, trepiduſque ferebat
Actor idem. nam fama novis terroribus audax
Non unum cecidiſſe refert. ſponte agmina retro
Non expectato revocantum more tubarum
Præcipitant, ſed torpet iter, falluntque ruentes
Genua viros, ipſique (putes ſenſiſſe) repugnant
Cornipedes; nulloque truces hortamine parent,
Nec celerare gradum, nec tollere lumina terra.

For-

141. *Stringimus.*] Educimus. *Lact.*

145. *Heu.*] Interpoſitio eſt dolentis. *Præſagis aſtris.*] Futura denunciantibus ſtellis. *Idem.*

146. *Cum voce tendit.*] Petentium auxilia affectum expreſſit poëta, qui jactatione vel extentione manuum ſibi ſupplicant ſubveniri. hoc Virg. ut raptæ Caſſandræ negatum fuiſſe monſtraret, ait, *Ad cælum tendens ardentia lumina fruſtra: Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.* Idem.

148. *Fumantemque locum.*] Fortaſſe, *lacum.* Id eſt, hiatum. Sic equo Max. de lacu Curtio: *cujus ſacrata vorago Famoſuſque lacus.* Iterum: *terque ardua merſit Colla lacu.* Sic & legerim infra ✱ſ. 338. *Quo ruis ille adytis, melior lacus.* Gronov.

151. *Trepiduſque ferebat actor idem.*] Manifeſtiſſimum mendum, quod ex ſcriptis libris ſine ulla hæſitatione emaculavi: *trepiduſque ferebat Actorides.* Non firmo; cum neminem tam ineptum futurum autumem, qui vulgatam ſpuriam, noſtram germanam non credat. *Bernart.*

151. *Non expectato.*] Revocantum more tubarum. nemo enim militaris legis ſacramenta ſervavit, ne ante pedem à prælio retraheret, quam receptui caneretur. Sed tali legiones turbatæ nuncio, neglectis, dicit, præceptis & religione militiæ vertebantur in fugam. *Lactant.*

156. *Genua viros.*] Solutione pedum nimio timore genua languebant & negabant curſum, ut Virgil. *genua labant.* Idem.

158. *Nec tollere lumina terra.*] Id eſt, tanto erant inclinati terrore, ut oculos à terra levare non poſſent. *Idem.*

160. *Fædere*

Fortius incurſant Tyrii. ſed Veſper opacus
Lunares jam ducit equos. data fœdere parvo
Mœſta viris requies, & nox auctura timores.
Quæ tibi tunc facies, poſtquam permiſſa gemendi
Copia? qui fletus galeis cecidere ſolutis?
Nil ſolitum feſſos juvat. Abjecere madentes,
Sicut erant, clypeos. nec quiſquam ſpicula terſit,
Nec laudavit equum. nitidæ nec caſsidis altam
Compſit adornavitque jubam. vix magna levare
Vulnera & efflantes libet internectere plagas.
Tantus ubique dolor. menſas alimentaque bello
Debita, nec pugnæ ſuaſit timor. omnia laudes,
Amphiaraë, tuas, fœcundaque pectora veri
Commemorant lachrymis, & per tentoria ſermo
Unus, Abiſſe deos, delapſaque numina caſtris.
Heu ubi laurigeri currus? ſolenniaque arma?
Et galeæ vittatus apex? hoc antra, lacuſque
Caſtalii? tripodumque fides? ſic gratus Apollo?
Quis mihi ſidereos lapſus, mentemque ſiniſtri
Fulguris, aut cæſis ſaliat quod numen in extis,
Quando iter, unde moræ, quæ ſævis utilis armis,
Quæ pacem magis hora velit, quis jam omne futurum
Proferet? aut cum quo volucres mea fata loquentur?

Hos

160. *Fœdere parvo.*] Interpoſitione pacis modicæ. *Idem.*

162. *Quæ tibi tunc facies.*] Non eſt quem alloquatur hoc loco Papinius. Conſentiunt in manifeſtum mendum omnes ſcripti editique libri. Solus ille optimus hoc etiam loco Veritatem amiſſam reſtituit. Clare enim in eo ſcriptum legitur:

Tunc ibi quæ facies, poſtquam permiſſa gemendi
Copia? ——

Mulieres autem non viros, paganos aliquos, non milites hæc animi fractio deceat. Et valde etiam in hoc requirimus conſiderantiam hujus Optimi ſcriptoris. *Barth.*

168. *Et efflantes.*] Expirantes animam. *Internectere plagas.*] Inſuere. Metaphoram traxit à medicis, qui ſolent letalia vulnera ſuturis annectere. *Lactantius.*

169. *Alimentaque bello.*] Ut cibo reficerent vires, propter futuram pugnam. *Idem.*

175. *Antra lacuſque.*] Subaudis, Amphiarao præſtitit. *Idem.*

177. *Quis mihi.*] Hoc eſt; quis mihi proferet in ominibus: aut certe profert voluntatem deorum augure interempto. *Idem.*

178. *Proferet.*] Propitii, dictum à *ſinendo.* Sic & Virgil. *ſiniſtrum* dixit in bono augurio:

Hos quoque bellorum caſus, nobiſque, tibique,
Præſcieras, & (quanta ſacro ſub pectore virtus?)
Veniſti tamen, & miſeris comes additus armis.
Et cum te tellus, fataliſque hora vocaret,
Tu Tyrias acies, adverſaque ſigna, vacaſti
Sternere. tunc etiam media de morte timendum
Hoſtibus, infeſtaque abeuntem vidimus haſta.
Et nunc te quis caſus habet? poteriſne reverti
Sedibus à Stygiis altaque erumpere terra?
Anne ſedes hilaris juxta tua numina Parcas?
Et vice concordi diſcis ventura, doceſque?
An tibi felices lucos miſeratus Averni
Rector, & Elyſias dedit inſervare volucres?
Quicquid es, æternus Phœbo dolor, & nova clades
Sem-

Quod niſi me quæcunque novas incidere lites,
Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix. *Siniſtra*, id eſt, propitia. *Id.*

186. *Adverſaque ſigna vocaſti.*] Id eſt, ultro hoſtes ad certamen convocaſti. *Idem.*

19ↄ. *Erumpere terra?*] Mirantur; mortuum enim nemo conſpexit. *Idem.*

192. *Et vice concordi.*] Et hunc libenter fata ſuſceperunt præcepturum. *Idem.*

193. *Miſeratus Averni.*] Miſeratus quod dicit, non hoc ad indulgentiam ducas, ſed ad maximum Amphiarai decus. nam ille nulli parcit, ut Horat.
Victima nil miſerantis orci. Idem.

194. *Inſervare volucres.*] *Servare* ſollenne in auſpiciis verbum. Cicero pro domo ſua: *negant fas eſſe agi cum populo, cum de cælo ſervatum ſit.* Noſter (uti vides) componit, quod & l.6. fecit:
Fata patent homini, piget inſervare.
Bernart.

198. *Branchi*] Branchus Apollinis eſt filius, & ipſe futurorum peritiſſimus deus: ut ipſe alibi: *patrioque æquatus honore Branchus.* Varro divin. rerum de Brancho ita refert: *Olim quidam decimus ab Apolline, cum in peregrinatione pranderet in littore, ac deinde proficiſceretur, oblitus eſt filium nomine Simerum, qui pervenit in ſaltum Patronis cujuſdam, & cum eſſet receptus, cœpit cum ſuis pueris capras paſcere. Aliquando prehenderunt cygnum, & illum veſte cooperuerunt, dumque ipſi pugnant uter illum patri munus offerret, & eſſent fatigati certamine, rejecta veſte mulierem invenerunt. & cum fugerent reꝟocati ab ea moniti ſunt, ut Patron unice Simerum diligeret puerum: illi quæ audierunt Patroni indicarunt. Tunc Patron Simerum pro filio ſuo nimio dilexit affectu, eique filiam ſuam ducendam locavit uxorem. Illa cum prægnans ex eo eſſet, vidit in ſomniis per fauces ſuas introiiſſe ſolem, & exiſſe per ventrem: ideo infans editus Branchus vocatus eſt, quia mater ejus per fauces ſibi viderat uterum penetraſſe. Hic cum in ſilvis Apollinem oſculatus fuiſſet, comprehenſus eſt ab eo, & accepta corona virgaque vaticinari cœpit, & ſubito nuſquam comparuit. Templum ei factum eſt, quod Branchiadon nominatur: & Apollini Phileſio pariter conſecrata ſunt templa, quæ ab oſculo Branchi, ſive certamine puerorum, Phileſia nuncupantur.* Hæc Varro.

199. *Nec*

Semper eris, mutiſque diu plorabere Delphis.
Hic Tenedon, Cyrrhamque dies, partuque ligatam
Delon, & intonſi cludet penetralia Branchi.
Nec Clarias hac luce fores, Didymæaque quiſquam
Limina, nec Lyciam ſupplex conſultor adibit.
Quin & cornigeri vatis nemus, atque Moloſſi
Quercus anhela Jovis, Trojanaque Thymbra tacebit.
Ipſi amnes, ipſæque volent areſcere laurus.
Ipſe nihil certum ſagis clangoribus æther
Præcinet, & nulla ferientur ab alite nubes.
Jamque erit ille dies, quo te quoque conſcia fati
Templa colant, reddatque tuus reſponſa ſacerdos.
Talia fatidico peragunt ſolennia regi.
Ceu flammas, ac dona rogo, triſteſque rependant
Exequias, mollique animam tellure reponant.
Fracta dehinc cunctis, averſaque pectora bello.

199. *Nec Clarias.*] Et apud Clariam & apud Didymæam oraculum Apollinis fuit. quod autem ambos colant Apollinem & Dianam, ideo *Clarii* vocabulo nuncupantur, ut Virgilius: *Qui tripodas Clarii laurus, qui ſydera ſentis.* Lycia autem Aſiæ civitas Apollinis ſedes, quam poſt Amphiarai interitum dicit eſſe tacituram. de qua Virgilius ait, *qualis ubi hybernam Lyciam.* Claria ergo civitas eſt in qua tres dii, id eſt, Jupiter, Neptunus, & Pluto, mundum dicuntur fuiſſe ſortiti. in hac Apollo mortalibus oracula maxime dare conſueverat. *Lactant.*

201. *Cornigeri vatis nemus.*] Ammonem intelligit, qui ſub forma arietis in Libya colebatur. Phæſtus Macedonicis:

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κεραηφόρε κέκλυθι μάντι.

Jupiter hæc Ammon audi cornute Lybymque
Vates. —— ——

Hæc ad cornigeri, cur nemoris ſignate faciat mentionem tradit Luctatius, qui *in Syrtibus*, inquit, *in eo tantum loco ubi Ammonis templum eſt, nemus invenitur.* Bernart.

202. *Quercus.*] Quam Chaoniam dicit Virgilius, hoc eſt Epyroticam, Moloſſia enim in Epyro, ubi ſub quercu ſolebant columbæ reſponſa dare. *Anhela.*] Ergo dixit per ſimilitudinem vatum, qui deo pleni & anhelantes reſponſa dabant, ut eſt, *ſed pectus anhelum, & rabie fera corda domat.* Lactantius.

203. *Ipſi amnes.*] Apollini ſacri, quorum hauſtus vates faciunt & poëtas, non tamen omnes. *Idem.*

204. *Sagis.*] Divinis. unde *præſagia* divinationes, ut Virg. *præſaga mali mens.* Idem.

206. *Jamque erit ille dies.*] Civitas enim in illo loco poſt eſt condita, in quo hiatus terræ Amphiaraum recepit, quæ Amphiarma vocatur, ut Homerus ait. quod illic currus, quem Græci ἅρμα vocant, deſiderit: in qua etiam oraculum eſt, quod *Amphiraon* vocatur. *Idem.*

Sic fortes Minyas ſubito cum funere Tiphys
Deſtituit, non arma ſequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipſique minus jam ducere venti.
Jam feſſis gemitu paulatim corda levabat
Exhauſtus ſermone dolor. noxque addita curas
Obruit, & facilis lachrymis irrepere ſomnus.
At non Sidoniam diverſa in parte per urbem
Nox eadem. vario producunt ſidera ludo
Ante domos, intraque. ipſæque ad mœnia marcent
Excubiæ. gemina æra ſonant, Idæaque terga,
Et moderata ſonum vario ſpiramine buxus.
Tunc dulces Superos atque omne ex ordine alumnum
Numen, ubique ſacri reſonant Pæanes, ubique
Serta, coronatumque merum. nunc funera rident
Auguris ignari, contraque in pectore certant
Tire-

212. *Cum funere Tiphys.*] Accuſativum poſuit. *Minyas*, id eſt, quoſcunque gubernatores navis: aut aquis mortuo Tiphy gubernatore, privatus eſſe doluerit. *Idem.*

214. *Levarat.*] Per ſermonis enim varietatem & luctus levatur, & labor decreſcit. Virgil. *utrinque viam ſermone levabant.* Idem.

216. *Exhauſtus ſermone dolor.*] Decreſcit enim & exhauritur vocibus & apertis planctibus. Horat.

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis & magnam morbi deponere partem. Barth.

218. *Diverſa.*] Hoſtili. Lucan.

Diverſæ roſtris juvenem affixere carinæ.

Id eſt, contrariæ. *Lactant.*

220. *Mœnia.*] Pro muris poſuit, ut Virgil.

Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem.

Marcent.] Ebrietate aut ſomno. *Idem.*

221. *Idæaque terga.*] Cretenſia tympana. Idem.

222. *Vario ſpiramine.*] Tibiam ſignificat varie foratam. Virgil. *biforem dat tibia cantum.* Idem.

223. *Alumnum.*] Nutritum. *Alumnus* enim ab alimentis dicitur. *Idem.*

224. *Pæanes.*) Pro laudibus poſuit. nam *pæanes* verſus ſunt in Homero Apollini dicti, propter extinctum Pythonem. omnis laus Græce *pæan* dicitur, ab admiratione: ἐπαινεῖν etenim laudare Græce dicitur. Virgil. *lætumque choro pæana canentes.* Idem.

225. *Coronatumque merum.*] Secundum Homerum dixit, qui ait, crateras in quibus vinum eſt coronant. Virgil. *crateras longe ſtatuunt, & vina coronant.* Idem.

226. *Contraque in tempore certant.*] Quid hic vel *certare* vel *laudare in tempore*? Tres ſub oculis habeo ſcriptos codices, in quibus eſt, *in pectore*: ex quibus optimus ſupraſcriptum habet: *divinatione*: alter: *ratione ſcientiæ in pectore infixæ.* Reperi eandem lectionem in Britannicarum membranarum unius contextu, duarum oris. Eamque unam, quam elegans eſt, tam veram eſſe ſtatuo. Scilicet hanc ſedem faciunt Poëtæ numinis vim divinandi ſubjicientis. Apud noſtrum ipſe Tireſias lib. 4. *prinſquam Obruit ora deus, totamque in pectora lucem Detulit.* Virgilius in ſexto: *ſed pectus*

Tireſiam laudare ſuum. nunc facta revolvunt
Majorum, vetereſque canunt ab origine Thebas.
Hi mare Sidonium, manibuſque attrita Tonantis
Cornua, & ingenti ſulcatum Nerea tauro:
Hi Cadmum, laſſamque bovem, fœtoſque cruenti
Martis agros: alii Tyriam reptantia ſaxa
Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes:
Hi gravidam Semelen: illi Cythereia laudant
Connubia: & multa deductam lampade fratrum
Harmonien: nullis deeſt ſua fabula menſis.
Ceu modo gemmiferum thyrſo populatus Hydaſpen,
Eoaſque domos, nigri vexilla triumphi
Liber, & ignotos populis oſtenderet Indos.
Tum primum ad cœtus, ſociaque ad fœdera menſa
Semper inaſpectum, diraque in ſede latentem,
Oedipoden exiſſe ferunt, vultuque ſereno
Caniciem nigram ſquallore, & ſordida fuſis
Ora comis laxaſſe manu, ſociûmque benignos
Adfatus, & abacta prius ſolatia paſſum.
Quin hauſiſſe dapes, inſiccatumque cruorem
Dejeciſſe genis. cunctos auditque, refertque,
Qui Ditem, & Furias tantum, & ſi quando regentem
Antigonen, mœſtis ſolitus pulſare querelis.
Cauſa latet. non hunc Tyrii fors proſpera belli;

Tan-

pectus anhelum Et rabie fera corda tument. Rurſumque: *magnum ſi pectore poſſet Excuſsiſſe deum.* Ovid. 2. met. de Ocyroe: *Incaluitque deo, quem clauſum pectore habebat.* Lucanus lib. 5. *& inſueto concepit pectore numen.* Ubi & Pæan *hominem toto ſibi cedere juſsit Pectore.* Valerius Flaccus lib. 4. *mea quod vates inſedit Apollo Pectora.* Gronov.

232. *Martis agros.*] Propter eos dixit, qui ſatis draconis dentibus fuerant nati. *Lactant.*

233. *Ad chelyn.*] Id eſt, ad Amphionis citharam, cujus dulcedinem ſecuta ſaxa extruxere muros Thebanos. *Id.*

235. *Et multa deductam.*] Suorum ſcilicet cupidinum & amorum. *Idem.*

237. *Hydaſpen.*] Optima enim ibidem ſunt lapidum genera. *Idem.*

241. *Semper in aſpectum.*] Veteris membranæ hæc ſcriptura eſt, & ſine dubio Papinii. Mens. Oedipum qui hactenus latuerat, & à nemine viſus fuerat, in publicum prodiiſſe. vulg. *ſemper inaſpectum.* Bern.

246. *Quin hauſiſſe.*] Etiam hoc fecit: confirmantis eſt. *Inſiccatumque cruorem.*] Inhærentem cæcitatis ſuæ cruorem genis eluiſſe. *Lactant.*

250. *Cauſa latet.*] Latet cauſa lætitiæ,

Tantum bella juvant. natum hortaturque, probatque,
Nec viciſſe velit. ſed primos cominus enſes
Et ſcelerum tacito rimatur ſemina voto.
Inde epulæ dulces, ignotaque gaudia vultu.
Qualis poſt longæ Phineus jejunia pœnæ,
Nil ſtridere domi volucres ut ſenſit abactas,
(Nec dum tota fides) hilaris, menſaſque, toroſque,
Nec turbata feris tractavit pocula pennis.
Cætera Grajorum curis. armiſque jacebat
Feſſa cohors, alto caſtrorum ex aggere Adraſtus
Lætificos tenui captabat corde tumultus,
Quanquam æger ſenio, ſed agit miſeranda poteſtas
Invigilare malis. illum æreus undique clamor
Thebanique urunt ſonitus, & amara laceſſit
Tibia, tum nimio voces marcore ſuperbæ,
Incertæque faces, & jam male pervigil ignis.
Sic ubi per fluctus uno ratis obruta ſomno,
Conticuit, tantique maris ſecura juventus
Mandavere animas. ſolus ſtat puppe magiſter
Pervigil, inſcriptaque deus qui navigat alno.

Tem-

tiæ, quia vult poëta crudele eſſe quod gaudet. quare ſit ergo commutatus ad gaudium Oedipus ignorabant Thebani. erat autem illi cauſa lætitiæ, quod dimicat adverſum ſe ferro germanitas. *Idem.*

253. *Semina voto.*] Id eſt, tacito voto, auribus menteque captabat hoſtium motus ex lætitia proveniſſe. *Idem.*

254. *Inde epulæ.*] Hac utique cauſa perſpecta. *Idem.*

255. *Jejunia pœnæ.*] Phyneus rex Arcadiæ liberis ſuis ſuperduxit novercam, cujus inſtinctu eos cæcavit, ob quam rem irati dii ei oculos ſubtulerunt, & adhibuerunt harpyias, à quibus ne dapes attingeret longo eſt jejunii cruciatu vexatus. *Idem.*

257. *Nec dum tota fides.*] Metuebat enim ex longa conſuetudine redituras. *Vet. Scholiaſt.* Pulchre de eodem Flacc. lib. V.

Ipſe inter medios, ceu dulcis imagine ſomni
Lætus ad oblitæ Cereris ſuſpirat honores.

Somniare enim ſibi, non rem certam videre videbatur Phineus. *Barth.*

259. *Grajorum.*] Deſcriptis Thebanis rebus, redit ad eas in caſtris à lætis ad triſtes, & miſeras. Ubi laudat vigilantiam Adraſti. *Curis armiſque.*] Propter pugnam præteritæ diei & horribile portentum. *Vet. Schol.*

262. *Quanquam æger ſenio.*] *Senium,* morbus eſt ſenectutis. *Miſeranda poteſtas.*] Quia major poteſtas graviori ſemper laude vexatur. *Lactant.*

266. *Pervigil ignis.*] Id eſt non pervigilans, quia contemptu Argivorum Thebani vigilias non curabant. *Idem.*

270. *Deus qui navigat alno.*] Deum, tutelam navis, intelligimus eum gubernatore

Tempus erat, junctos cum jam ſoror ignea Phœbi
Sentit equos, penituſque cavam ſub luce parata
Oceani mugire domum, ſeſeque vagantem
Colligit, & moto leviter fugat aſtra flagello.
Concilium rex triſte vocat: quæruntque gementes,
Quis tripodas ſucceſſor agat? quo prodita laurus
Tranſeat? atque orbum vittæ decus. haud mora, cuncti
Inſignem fama, ſanctoque Melampode cretum
Thiodamanta volunt. quicum ipſe arcana deorum
Partiri, & viſas uni ſociare ſolebat
Amphiaraus aves, tantaque haud invidus artis
Gaudebat dici ſimilem, juxtaque ſecundum.
Illum ingens confundit honos, inopinaque turbat
Gloria, & oblatas frondes ſubmiſſus adorat,
Seque oneri negat eſſe parem, cogique meretur.
Sicut Achæmenius ſolium, genteſque paternas
Excepit ſi forte puer, cui vivere patrem
Tutius, incerta formidine gaudia librat,
An fidi proceres, ne pugnet vulgus habenis:

Cui

bernatore navigare: habent enim ſcriptos vel pictos præſules ſuos, quorum nominibus nuncupantur & naves. *Idem.*

272. *Sentit equos.*] Poëtice dictum: hic *lunam* pro nocte poſuit. Ceterum non eſt ut Luna ſolis inveniatur ſemper adventu. *Idem.* *Penituſque cavam.*] Sic Optimus aliique libri etiam noſtri. Nec aſſentimur mutantibus. *Oceani Domus*, ut domus cœli, olympi & aliorum deorum, in Marone cæteriſque Poëtis. *Cavam* dicit ob devexitatem & convexitatem ſpatiumque hinc inde Sphæricam figuram faciens. *Lux parata*, jam proceſſui imminens cum ſuis ſibi Equis ſol, quem cum venire ſentit, lumen ſuum colligit Luna. *Barth.*

277. *Orbum.*] Viduatum, hoc eſt ſacerdotio carens. *Lactant.*

282. *Juxtaque.*] Secundum, ut Virgil.

Proximus huic longo, ſed proximus intervallo. Idem.

283. *Confundit honos.*] Quia victus eſt verecundatur, id eſt judicii ipſius gratia gravatur. Recte ergo quod verecunde excuſabat, dignus erat quod cogeretur. *Idem.*

286. *Sicut Achæmenius.*] Achæmene Parthorum ſeu Medorum civitas eſt. *Achæmenius.*] Patrium eſt: id eſt, Chaldæa, vocata ita à quodam crudeliſſimo rege, de quo in Sedulio legitur: *cujus Achæmeniam rabiemque accenderat ira, plus fornace ſua.* Non enim poterat ejus ira placari, niſi humano ſanguine. *Idem.*

288. *Gaudia librat.*] Lætitiæ gaudium metu penſabat, utrum poſſet implere quod ſumpſerat. *Idem.*

289. *An fidi proceres.*] Id eſt, ſine recordatione paternæ gratiæ fides à ſociis etiam filio ſervaretur. *Idem.*

290. *Cui*

Cui latus Euphratæ, cui Caſpia limina mandet.
Sumere tunc arcus, ipſumque onerare veretur
Patris equum, viſuſque ſibi nec ſceptra capaci
Suſtentare manu, nec adhuc implere tiaram.
Atque is ubi intorto ſignavit vellere crinem,
Convenitque deis, hilari per caſtra tumultu
Vadit ovans. ac, prima ſui documenta, ſacerdos
Tellurem placare parat. nec futile mæſtis
Id viſum Danais. geminas ergo ilicet aras
Arboribus vivis, & adulto ceſpite texi
Imperat, innumeroſque deæ ſua munera flores,
Et cumulos frugum, & quicquid novat integer annus
Addit, & intacto ſpargens altaria lacte
Incipit: O hominum divûmque æterna creatrix,
Quæ fluvios, ſilvaſque, animarum & ſemina mundi
Cuncta, Prometheaſque manus, Pyrrhæaque ſaxa
Gignis, & impaſtis quæ prima alimenta dediſti,

Muta-

290. *Cui Caſpia.*] Caſpiæ portæ ſunt in Armeniorum finibus conſtitutæ, unde Lucanus:

Caſpiaque immenſo ſecludunt clauſtra receſſu. Idem.

292. *Veretur Patris equum.*] Cedo quis Palæmon hæc capiet? aut quis Oedipus explicabit, quid ſibi velit *ſumere arcus patris*? non longos logos. Fatebuntur mecum omnes qui ſunt ſuæ mentis, legendum ut ex manuſcriptis repoſui: *ſumere tunc arcus.* Reſpexit ad ritum Perſarum, apud quos *arcus* inſigne Regium. Dio lib. XLIX. de Phraate Perſarum Rege, ad quem Antonius legatos miſerat: *aurea ſella ſedens* καὶ τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων, id eſt, *ac nervum arcus pulſans.* Nunquid audax nebulo, qui ignarus hujus rei germanam lectionem depravarat? *Bernart.*

293. *Implere tiaram.*] Id eſt, nec capitis robore diadematis impleret menſuram. ipſo enim velut particulæ ambitu antiqui pro diademate utebantur: *tiara* enim dicitur pileum, quod in capite gerit ſacerdos Martis. Unde Virg. *ſacerque tiaras.* Lactant.

294. *Intorto ſignavit vellere crinem.*] Infulis tortis caput ſacerdotis coronatum fuiſſe oſtendit. *Idem.*

295. *Convenitque deis.*] Placuit, id eſt, dignus hoc ſacerdotio à numinibus judicatus eſt. *Idem.*

297. *Futile mæſtis.*] *Futile* vas eſt quoddam lato ore, fundo anguſto, quo utebantur in ſacris Deæ Veſtæ, quia aqua ad ſacra Veſtæ in terra non ponitur, quod ſi fiat piaculum eſt, ideo excogitatum eſt vas quod ſtare non poſſet, ſed ſi poſitum ſtatim funderetur. unde & homo commiſſa non retinens, *futilis* dicitur, contra *non futilis* bonus conſiliis. *Idem.*

299. *Arboribus vivis.*] Semper virentibus, ut cupreſſo aut lauro: aut certe viridibus, id eſt nuper abſciſſis. *Idem.*

307. *Muta-*

Mutaſtique vices, quæ pontum ambiſque, vehiſque,
Te penes & pecudum gens mitis, & ira ferarum,
Et volucrum requies: firmum atque immobile mundi
Robur inoccidui. te velox machina cœli
Aëre pendentem vacuo, te currus uterque
Circumit. O rerum media, indiviſaque magnis
Fratribus. ergo ſimul tot gentibus alma, tot altis
Urbibus, ac populis, ſubterque, ac deſuper una
Sufficis, aſtriferumque domos Atlanta ſupernas
Ferre laborantem, nullo vehis ipſa labore,
Nos tantum portare negas? nos diva gravaris?
Quod precor ignari luimus ſcelus? an quia plebes
Externa, Inachiis huc adventamus ab oris?
Omne homini natale ſolum, nec te, optima, ſævo
Tanquam humiles populos deceat diſtinguere fine,
Undique ubique tuos. maneas communis, & arma
Hinc,

307. *Mutaſtique vires.*] An ut ex feris mitiores fierent, mitiori cibo paſti? Membranæ omnium optimæ: *impaſtis quæ prima alimenta dediſti, Mutaſtique vices.* Quod ſincerum judico. *Vices* ſunt alimentorum, cum glandibus & cæteris nullo cogente creatis mitiores cibos manu culta ſubſtituit, & ſuccedere juſſit. Virgilius: *veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.* Ovidius 4. Faſt. *homine ad meliora alimenta vocato Mutavit glandes utiliore cibo.* Gronov.

310. *Machina cæli Aëre pendentem.*] Ad veterum opinionem qui terram ab aëre vehi credebant. Luctatius: *Mundum opinantur æternum: terram ajunt pendere aëre ſuccinctam. unde Lucanus, Dum terra fretum terramque levabit aër.* Manilius 1.

Eſt igitur tellus mediam ſortita cavernam,
Aëris & toto pariter ſuſpenſa profundo.

Macrobius Satur. 1. cap. xxi. *Quæ natura cæli eſt, cujus ambitu aër continetur qui vehit terram.* Bern.

311. *Currus uterque.*] Solis & lunæ. quem antipoden vocant, ut Virg.

Solemque ſuum, ſua ſydera norunt.

Lactant.

312. *Indiviſaque magnis.*] Quia communis eſt Jovi, Neptuno, & Plutoni: etenim cum cælum, mare, inferos inter ſe ſortis eventu dividerent, ſola terra indiviſa permanſit. *Idem.*

314. *Subterque ac deſuper.*] Quæ nobis antipodibus inferiſque una eademque ſufficit. *Idem.*

320. *Homini natale ſolum.*] Omnibus eſt habitabilis terra, & generans homines, uti vult opinio ſapientum: quamvis imperiti putent rotunditatem in omni circuitu habitari non poſſe, ſive quia omne ſolum ſapienti patria eſt. *Idem.*

321. *Tanquam humiles.*] Duplex ſenſus eſt: *Tanquam humili populo deceat diſtinguere fine:* & alter ſenſus: Undique maneas communis. *Idem.*

322. *Undique ubique tuis maneas.*] Et meliores & plures *tuos.* Recte, neque obſcure, dummodo *maneas* interpretere: ſuſtineas, exſpectes, donec ordine

Hinc, atque inde feras. liceat (precor) ordine belli
Pugnaces efflare animas, & reddere cœlo.
Ne rape tam ſubitis ſpirantia corpora buſtis,
Ne propera. veniemus enim quo limite cuncti,
Qua licet ire via. tantum exorata Pelaſgis
Siſte levem campum, celeres neu præcipe Parcas.
At tu care deis, quem non manus ulla, nec enſes
Sidonii, ſed magna ſinu Natura ſoluto,
Ceu te Cyrrhæo meritum tumularet hiatu,
Sic amplexa coit, hilaris des, oro, precatus
Noſſe tuos, cœloque, & vera monentibus aris
Concilies. & quæ populis proferre parabas,
Me doceas. tibi ſacra feram præſaga, tuique
Numinis interpres, te Phœbo abſente vocabo.
Ille mihi Delo Cyrrhaque potentior omni
Quo ruis, ille adytis melior locus. hæc ubi dicta,
Nigrantes terra pecudes, obſcuraque mergit
Armenta, ac vivis cumulos undantis arenæ
Aggerat, & vati mortis ſimulacra rependit.
Talia apud Grajos, cum jam Mavortia contra

Cor-

ordine fatorum ſoluti in te redeamus & magnæ matri lege naturæ miſceamur. Quibus dehiſcit ac diſcedit, eos, ſcilicet, non manet. In eodem uſu verbi corruptum fuerat, quod ſupra reſtituimus: *manet ille ruentes*. Gronov.

325. *Spirantia corpora buſtis.*] Id eſt mortibus properatis. *Vet. Scholiaſt.* Improprie, nullum enim hic buſtum. Et quod *flagitatur* hic pro eo ponit quod habeatur. Non ergo ſatis conſideratum & iſtud. Petunt enim *buſta*, quæ tali iniquitate perdere cogantur. Notum quantum cadaverum combuſtioni miſeri tribuerint. Poſſis *rape*, eripe, ſubtrahe, interpretari. Sed refragatur τὸ *Spirantia*. Barthius.

331. *Ceu te Cyrrhæo.*] Monte Parnaſo, quia in Cyrrha parte montis ipſius, hiatus eſt terræ, ubi Delphica reſponſa dabantur; ut Lucanus;

Et totius pars magna Jovis Cyrrhæa per antra exit,
Et æthereo trahitur connexa Tonanti.

Lactant.

342. *Hilares des, oro, precatus.*] Omnes MSS. fere: *hilaris*. Ut apud Plautum in Amphitr. Mercurius: *me lætum lucris Afficere*. Veriſſime namque id interpretatus Guilelmius ex eo, quod *læti* dii propitii, *triſtes* irati & adverſi dicantur. *Gronov.*

335. *Præſaga.*] Quibus divinare poſſis, id eſt ſacrificio denunciare. *Lactantius.*

338. *Ille adytis melior.*] Ille locus reſponſis dandis eſt dignus, ubi hiatu terræ ſubmerſus eſt Amphiaraus. *Idem.*

341. *Et vati.*] Id eſt, Amphiarao imaginarium funus exolvit, ut Virg.

Tunc egomet tumulum Rhæteo in littore inanem Conſtitui. Idem.

343. *Fragor*

Cornua, jam ſævos fragor æreus excitat enſes.
Addit acerba ſonum Theumeſi è vertice crinem
Incutiens, acuitque tubas & ſibila miſcet
Tiſiphone, ſtupet inſolito clangore Cithæron
Marcidus, & turres carmen non tale ſecutæ.
Jam trepidas Bellona fores, armataque pulſat
Limina, jam multo laxantur cardine Thebæ,
Turbat eques pedites. currus properantibus obſtant;
Ceu Danai poſt terga premant: ſic omnibus alæ
Arctantur portis, ſeptemque excurſibus hærent.
Ogygiis it ſorte Creon, Etheoclea mittunt
Neitæ, celſas Hamoloïdas occupat Hæmon,
Hypſea Prœtides, celſum fudere Dryanta
Electræ, quatit Hypſiſtas manus Eurymedontis,
Culmina magnanimus ſtipat Dircæa Menœceus.
Qualis ubi averſi ſecretus pabula cœli
Nilus, & Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes, ſeptemque patentibus arvis

In

343. *Fragor æreus.*] Armorum concrepantium, telorum. Supra:

— illum æreus undique clamor
Thebanique urunt ſonitus. —

Excitat.] In nonnullis libris eſt *incitat*, cum gloſſa, *exacuit, promovet*. Vid. Strab.

344. *Theumeſi.*] Mons non magnopere excelſus. Vid. Strab.

346. *Cithæron.*] Horruit tubarum ſonitu mons, qui ante conſueverat ſacrorum voces audire, ut Virg.

Nocturnuſque vocat clamore Cithæron.

Lactant.

347. *Marcidus.*] Aut mœrore ſqualidus: aut tractu Tiſiphones fœdatus. *Carmen non tale tubarum.*] Senſus. Stupent urbes Thebanæ ſonitum Tiſiphones, quæ Amphionis fuerant carminibus fabricatæ. *Idem.*

353. *Ogygiis.*] Omnium civitatis Thebanæ portarum nomina eleganter poëta monſtravit, Homoloidas. Proticias. Heleċtras. Hypſiſtas. Dyrceam. *Idem.*

358. *Adverſi.*] Meridiani, id eſt Ægyptii. Nilus enim fluvius eſt ſeptem capitibus fluens: unde à Græcis ἑπτάστομος dictus eſt, quæ omnia ejus oſtia his nominibus nuncupantur. Peluſion. Tananticon. Medeſiacon. Factamicon. Seveneticon. Volueticon. Conopon. *Pabula cœli.*] Imbres ſecundum phyſicos alimenta ſunt fulminum. *Idem.*

359. *Bibit ore pruinas.*] *Bibit* accipit, id eſt Æthiopum nives colligit, quas præſtat oriens: id eſt Ægyptius. ſive Eoas pruinas bibit ſecreto fonte, quo Ægypti regnant. *Idem.*

360. *Septemque patentibus arvis.*] Ex Pal. uno notavit, *alveis* Gruterus, ex margine alterius, quod & in mei codicis ora exſtat, *alveis*. Lib. 9. *ſolito tunc plenior alveo, Signa mali, magna ſe mole Iſmenos agebat*. Vulturnus in Via Domitiana: *Qui me vallibus aviis refuſum Recti legibus alvei ligaſti*. Cajus JC. de adq. rer. dom. *Quod ſi toto naturali alveo re-*

In mare fert hyemes. penitus ceſſere fugatæ
Nereides, dulcique timent occurrere ponto.
Triſtis at inde gradum tarde movet Inacha pubes
Præcipue Elææ, Lacedæmoniæque cohortes
Et Pylii. ſubitum nam Thiodamanta ſequuntur
Augure fraudati, necdum acceſſere regenti.
Nec tua te princeps tripodum ſola agmina quærunt:
Cuncta phalanx ſibi deeſſe putat. minor ille per alas
Septimus extat apex. liquido velut æthere, nubes
Invida Parrhaſiis unum ſi detrahat aſtris
Truncus honor plauſtri. nec idem nitet igne reciſo
Axis, & incerti numerant ſua ſidera nautæ.
Sed jam bella vocant. alias nova ſuggere vires
Calliope, majorque chelyn mihi tendat Apollo.
Fatalem populis ultro poſcentibus horam
Admovet atra dies. Stygiiſque emiſſa tenebris
Mors fruitur cœlo, bellatoremque volando
Campum operit, nigroque viros invitat hiatu,
Nil vulgare legens. ſed quæ digniſſima vita
Funera, præcipuos annis, animiſque cruento
Angue notat, jamque in miſeros penſum omne ſororum
Scin-

licto flumen alia fluere cœperit, prior quidem alveus eorum eſt; qui prope ripam prædia poſſident. Gronov.

361. *Hyemes.*] Aquarum incrementa, qualia fluminibus hyems ſolet inferre. *Lactant.*

362. *Dulci ponto.*] Nilo ſpecie maris venienti. *Idem.*

364. *Præcipue Helææ.*] In catalogo horum meminit, qui ad auxilia venerant Amphiarai. *Auget reſupina manipl os.* Æoli & filiorum meminit. *Quos Pylos & dubiis male ditata carinis.* Idem.

365. *Subitum.*] Inopinanter illis propoſitum. *Idem.*

366. *Acceſſere regenti.*] Animum commodaverunt, ut Lucanus: *Accedunt Syriæ populi.* Idem.

368. *Minor ille.*] Thiodamas ex ſex ducibus minor erat. *Idem.*

370. *Si detrahat aſtris.*] Quando Helice & Cynoſura filiæ Lycaonis Arcadis fuerunt. ergo de Septentrionibus dicit. *Idem.*

372. *Incerti.*] Dubitantes cum ſex videant ſidera, utrum ſit ſeptentrion. in ſeptentrionali plauſtro ſeptem ſunt ſtellæ. *Idem.*

374. *Majorque.*] Id eſt, non talis qualis ſolet in lyricis invocari carminibus: aut certe in aliis operibus, quæ ad res bellicas pertinerent mos ſolet. ſed *major* furioſior, qui bellica tuba ſit dignus, ut ipſe ſuperius, *Atque alio Capaneus honore canendus.* Idem.

381. *Angue notat.*] Dedicat morti. *Idem.*

380. *Sciuditur.*] Ita enim factum eſt ut multorum vita pariter finiretur. *Idem.*

385. *Abolet.*]

Scinditur, & Furiæ rapuerunt licia Parcis.
Stat medius campis etiamnum cuſpide ſicca
Bellipotens, jamque hos clypeum, jam vertit ad illos
Arma ciens, aboletque domos, connubia, natos.
Pellitur & patriæ, & qui mente noviſſimus exit,
Lucis amor: tenet in capulis, haſtiſque paratas
Ira manus, animuſque ultra thoracas anhelus
Conatur. galeæque tremunt horrore comarum.
Quid mirum caluiſſe viros? flammantur in hoſtem
Cornipedes, niveoque rigant ſola putria nimbo,
Corpora ceu mixti dominis, iraſque ſedentum
Induerint: ſic frena terunt, ſic prælia poſcunt
Hinnitu, tolluntque armos, equitemque ſupinant.
Jamque ruunt, primuſque virûm concurrere pulvis
Incipit, & ſpatiis utrinque æqualibus acti
Adventant, mediumque vident decreſcere campum.
Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,

Enſe

385. *Abolet.*] Delet memoriam ſuorum ac deſiderium illis ex animo; & à toto tranſit ad partes, dicendo *connubia natos.* Idem.

386. *Qui mente noviſſimus exit Lucis amor.*] Præfero quod in ſcriptis eſt: *& qui mente.* Senſus. amor liberorum, conjugum, patriæ, & qui diutiſſime tamen adhæret, etiam vitæ amor pellitur. *Bernart.*

388. *Anhelus. Conatur.*] Notavit è ſuo Lindenbrogius: *animoque u. t. anhelo Conatur.* Sane à nobis quoque comparati omnes, *Conatur:* nihil autem præterea mutant. Neque mutandum præter diſtinctionem: *animuſque ultra thoracas anhelus Conatur.* Significat calidis & incitatis in prælium tanto motu & agitatione cor micare, ut ipſos thoracas impellere & quodammodo perrumpere velle videatur. Ovidius 2. metamorph. *Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu, Ut pariter pectus poſitamque in pectore forti Ægida concuteret.* Noſter lib. 12. *uterque minax globus, & conatur uterque Longius.* Gronov.

392. *Dominis.*] Melior omnino ſcriptura optimarum membranarum, quæ verſum decentiorem reddit:

Corpora ceu mixti dominorum, iraſque ſequentum
Induerint. —— Barthius.

397. *Decreſcere campum.*] Acceſſione utriuſque exercitus medium quod erat minuebat ſpacium: ita enim fuerant vicinitate denſati, ut campus qui medius fuerat interiret. *Lactant.*

398. *Clypeus clypeis.*] Unus pluribus, ut in concurſu inordinato. *Vet. Schol.* Sed eſt Poëtica verborum collocatio ad verſum rotundandum, numeros rerum parum attendere ſolita. Eſtque Homericum Iliad. N.

Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ, &c.

Quod aliquatenus expreſſit Furius citante Macrobio lib. VI. cap. 3.

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Et Virgil. lib. X.

—— *Trojanæ acies, acieſque Latinæ,*
Concurrunt, hæret pede pes, denſuſque viro vir. Barth.

 400. *Suſpiria*

Enſe minax enſis, pede pes, & cuſpide cuſpis.
Sic obnixa acies pariter ſuſpiria firmant,
Admotaque nitent aliena in caſſide criſtæ.
Pulcher adhuc belli vultus: ſtant vertice coni,
Plena armenta viris, nulli ſine præſide currus,
Arma loco, ſplendent clypei, pharetræque decoræ,
Cingulaque, & nondum deforme cruoribus aurum:
At poſtquam rabies, & vita prodiga Virtus
Emiſere animos, non tanta cadentibus Hœdis
Aëriam Rhodopen ſolida nive verberat Arctos,
Nec fragor Auſoniæ tantus, cum Juppiter omni
Arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis,
Cum Libyæ Boreas Italos niger attulit imbres.
Excluſere diem telis, ſtant ferrea cœlo
Nubila, nec jaculis arctatus ſufficit aër.
Hi pereunt miſſis, illi redeuntibus haſtis:
Concurrunt per inane ſudes, & mutua perdunt
Vulnera, concurrunt haſtæ, ſtridentia fundæ
Saxa pluunt. volucres imitantur fulgura glandes,
Et formidandæ non una morte ſagittæ.
Nec locus ad terram telis: in corpora ferrum
Omne cadit. ſæpe ignari perimuntque, caduntque,

Caſus

400. *Suſpiria fumant.*] Ex ardore utique vicinorum ſibimet repugnantium. *Lactant.*

401. *Caſſide criſtæ.*] Splendorem galearum invicem vicina arma reddebant. *Idem.*

402. *Coni.*] Cacumina galearum. *Idem.*

405. *Cruoribus aurum.*] Neceſſitas enim belli, aurum aut perdit, aut mutat. *Idem.*

406. *Vitæ prodiga*] Mortem non curans. Horat. *Animæ prodigum Paulum.* Idem.

408. *Solida nive.*] Definitio eſt grandinis.

411. *Libyæ Boreas.*] Flante enim aquilone hic ſerenum eſt, pluit in Africa: unde Lucan.

Et noſtris reficit ſua rura ſerenis. Idem.

415. *Sudes.*] Temere ſumta & inartificioſa quælibet tela ſudes vocat. *V. Schol.* inter jacula habet & Maro libro XI.

— *Aut ſaxa ſudiſque*
Subvectant. —

Et fine libri:

Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, ſudibuſque imitantur onuſtis.

Pali acuti pro telis. *Vetus Scholiaſtes.* *Et mutua perdunt.*] Concurſu telorum utrinque fruſtrabantur. *Lactant.*

418. *Non una morte ſagittæ.*] Quæ & ferro perimunt, & veneno. *Idem.*

421. *Nunc*

Caſus agit Virtutis opus: nunc turba recedit,
Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit, & aufert.
Ut ventis, nimbiſque minax, cum ſolvit habenas
Juppiter, adfligitque alterno turbine mundum.
Stat cœli diverſa acies, nunc fortior Auſtri,
Nunc Aquilonis hyems, donec pugnante procella
Aut nimiis hic vicit aquis, aut ille ſereno.
Principium pugnæ turmas Aſopius Hypſeus
Oebalias (namque hæ magnum, & gentile tumentes
Euboicum duris rumpunt umbonibus agmen)
Reppulit erepto cunei ductore Menalca.
Hic & mente Lacon, crudi torrentis alumnus
(Nec turpavit avos) haſtam intra pectus euntem
(Ne pudor in tergo) per & oſſa & viſcera retro
Extrahit, atque hoſti dextra labente remittit
Sanguineam. dilecta genis morientis oberrant
Taygeta, & pugnæ, laudataque verbera matri.

Phædi-

421. *Nunc turba recedit.*] Modo pelluntur, modo reſiſtentes occupant locum, quem amiſerant. *Idem.*

428. *Hypſeus.*] Hic eſt qui fuit principium pugnæ. *Idem.*

432. *Hic & mente Lacon.*] Lacones potentiſſimos dicit eſſe virtutis. ideo hunc Menalcam fortem memorat, tam mente, quam gente. *Crudi.*] Aut quia incolæ Eurotæ fluminis plagis prædurantur ad patlentiam agonici certaminis, unde Horat.

Nec me tam patiens Lacedæmon agon.

Ipſe διαμαστίγωσις dicitur. *Idem.*

434. *Ne pudor in tergo.*] Haſtam pectori infixam retrahit, ne poſt tergum exeundo, vulnus infame videretur. *Idem.*

437. *Taygeta.*] Mons Laconum, Libero & Apollini ſacer. *Laudataque verbera matri.*] Centauricæ, quam Oreſtes de Scythia tranſtulit. conſueverat enim humano ſanguine placari: cujus cum ſimulacrum in Laconiam delatum fuiſſet, ne quod piaculum naſceretur intermiſſione ſolemnis ſacrificii, neve crudelitate Græciæ populus obediret, inventum eſt, ut inter ſe impuberes pueri de ſuſtinendis verberibus contenderent, ac ſe in hanc patientiam provocarent: & ſuper aram Dianæ impoſiti flagellis verberabantur tam diu, donec ex corpore humano ſanguis flueret, qui inſtar eſſet ſacrificii. hi autem appellabantur *βωμονῖκαι. Idem. Laudataque verbera matri.*] Notat Spartanorum ritum in educatione puerorum. De quo Tertullianus ad Martyres: *Nam quod hodie apud Lacedæmonios ſollemnitas maxima eſt διαμαστίγωσις [flagellatio,] non latet. In quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes flagellis affliguntur aſtantibus parentibus & propinquis & uti perſeverent adhortantibus.* meminit Cicero Tuſcul. 1. alluſit Plautus Captiveis, ubi Faraſitos *Laconas plagipatidas* vocat. Videndus & Seneca de providentia cap. IV. Originem non ita vulgatam tradit Luctatius, ſimulachrum Dianæ quod in Tauris fuerat & humano

 ſanguine

Phædimon Iaſiden arcu Dircæus Amyntas
Deſtinat. heu celeres Parcæ! jam palpitat arvis
Phædimus, & certi nondum tacet arcus Amyntæ.
Abſtulit ex humero dextram Calydonius Agreus
Phegeos. illa ſuum terra tenet improba ferrum,
Et movet. extimuit ſparſa inter tela jacentem
Progrediens, truncamque tamen percuſſit Acetes.
Iphin atrox Athamas, Argum ferus impulit Hypſeus.
Stravit Abanta Pheres. diverſaque vulnera flentes,
Guttur Iphis, latus Argus, Abas in fronte cruorem.
Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga jacebant,
Inachidæ gemini geminos ex ſanguine Cadmi
Occultos galeis (ſæva ignorantia belli)
Perculerant ferro. ſed dum ſpolia omnia cæſis
Eripiunt, videre nefas, & mœſtus uterque
Reſpicit ad fratrem, pariterque erraſſe queruntur.
Cultor Ion Piſæ, cultorem Daphnea Cyrrhæ
Turbatis proſtravit equis. hunc laudat ab alto
Jupiter, hunc tardus fruſtra miſeratur Apollo.
Ingentes Fortuna viros illuſtrat utrimque
Sanguine in adverſo: Danaos Cadmeius Hæmon

Ster-

ſanguine conſueverat placari, in Laconiam tranſtuliſſe Oreſtem, & ne intermiſſione ſollennium numen offenderetur, inventum ut pueri ſuper aram impoſiti, tamdiu flagris cæderentur, donec ſanguis efflueret, qui inſtar ſacrificii eſſet. Adi Ovidium III. de Ponto, eleg. VII. hæc origo videtur fuiſſe hujus moris, quem tamen poſtea Lycurgus, forte deſitum, revocavit, & fortitudinis patientiæque palæſtram eſſe voluit. *Bernartius.*

440. *Tacet arcus Amyntæ.*] Celeritas jaculantis expreſſa eſt, ut ante peremptus occumberet, quam ſonus de arcus tenſione ceſſaret. *Lactant.*

444. *Truncamque tamen percuſſit.*] Optime, nam dextram intelligit. vulgati contra rationem Latini ſermonis: *truncumque.* Bernart.

447. *Guttur Iphis.*] Sane laſcivire videtur iſte verſus. Nec, opinor, corripuiſſet Statius priorem in *Iphis.* Denique in nullo eum ſcripto invenimus. Videtur ejus auctor feciſſe: *Abas in fronte cruenti.* Sed ſic quoque deleatur. A Guil. Cant. codice provenit. *Gron.*

449. *Inachidæ gemini.*] Græci gemini geminos Thebanos aggreſſi ſunt, quodam caſu per errorem belli, & cum eos occidiſſent geminos per ignorantiam, querebantur: quoniam & geminos eſſe ſe meminerant. *Lactant.*

455. *Laudat ab alto victum.*] Minoris Dei poſuit ſacerdotem, ne potioris meritis derogaret. *Idem.*

457. *Illuſtrat utrimque.*] Tydeum & Æmonem dicit, quorum virtus in alternis belli partibus pro deorum favore laudatur. *Idem.*

464. *Ecce*

Sternit, agitque furens. ſequitur Tyria agmina Tydeus.
Hunc Pallas præſens, illum Tirynthius implet.
Qualiter hyberni ſummis duo montibus amnes
Franguntur, geminaque cadunt in plana ruina.
Contendiſſe putes, uter arva, arbuſtaque tollat,
Altius aut ſuperet pontes. ecce una receptas
Confudit jam vallis aquas: ſibi quiſque ſuperbus
Ire cupit, pontoque negant deſcendere mixti.
Ibat fumiferam quatiens Oncheſtius Idas
Lampada per medios, turbabatque agmina Grajum,
Igne viam rumpens. magno quem cominus ictu
Tydeos haſta feri, diſcuſſa caſſide fixit.
Ille ingens in terga jacet, ſtat fronte ſuperſtes
Lancea, collapſæ veniunt in tempora flammæ.
Proſequitur Tydeus: ſævos ne dixeris Argos:
Igne tuo, Thebane, rogum concedimus, arde.
Inde velut primo Tigris gaviſa cruore
Per totum cupit ire pecus, ſic Aona ſaxo
Enſe Pholum, Chromin enſe. duos Helicaonas haſta
Tranſigit, Ægea Veneris quos Mæra ſacerdos
Ediderat prohibente Dea. vos præda cruenti
Tydeos, it ſævas etiamnum mater ad aras.
Nec minus Herculeum contra vagus Hæmona ducit

San-

464. *Ecce una receptas.*] Poſt ambages emenſas concurrunt in unum alveum. *V. S.* Utitur his Papinianis verbis ad Petronium male caſtigandum Joh. Bourdelotius, quem vide apud *Barthium.*

466. *Mixti.*] Ne alter alterius nomen incurrat. *Lactant.*

469. *Magno quem cominus ictu.*] Bern. & Buſl. *quem cominus actu.* Quod eſſet, agitatione, impetu. Silius: *qua mole ſonantes Exigit ille trabes?* Alibi pro eodem dicit, *turbine.* Gronov.

473. *Ne dixeris Argos.*] Quaſi negaverint tibi ſepulturam. *Lactant.*

474. *Arde.*] Tuo tibi telo concedimus ſepulturam. *Idem.*

478. *Ægea Veneris.*] Oppida hujus nominis plura recenſet Stephanus, quorum aliquod fano Veneris inſigne fuiſſe hinc apparet. Verior tamen videatur Opinio Veteris Scholiaſtæ, qui Venerem *Ægæo mari* prognatam intelligit. De qua re vide Mythologos & Homeri ſive Homeridæ hymnum in Eam. Plura ejuſdem fana & cognomina, quam ab aliis omnibus ſcriptoribus memorantur à Pauſania. *Barthius.* *Mæra ſacerdos.*] *Mæra* proprium nomen eſt ſacerdotis. *Lactant.*

479. *Prohibente Dea.*] Excuſavit cur illis Venus auxilium non tulerit. *Idem.*

480. *Mater ad aras.*] Orans pro veſtra ſalute. *Idem.*

484. *Pleuro-*

Sanguis, inexpleto rapitur per millia ferro.
Nunc tumidæ Calydonis opes, nunc torva Pylenes
Agmina, nunc mœſtæ fundens Pleuronis alumnos.
Donec in Olenium feſſa jam cuſpide Buten
Incidit. hunc turmis obverſum, & abire vetantem
Aggreditur. puer ille, puer, malaſque comamque
Integer, ignaro cui tunc Thebana bipennis
In galeam librata venit. finduntur utrinque
Tempora, dividuique cadunt in brachia crines,
Et non hoc metuens inopino limite vita
Exiluit. tunc flavum Hypanin, flavumque Politen
(Ille genas Phœbo, crinem hic paſcebat Iaccho.
Sævus uterque deus) victis Hyperenora jungit,
Converſumque fuga Damaſum. ſed lapſa per armos
Haſta viri trans pectus abit, parmamque tenenti
Excutit, & ſumma fugiens in cuſpide portat.
Sterneret adverſos etiamnum Iſmenius Hæmon
Inachidas (nam tela regit, vireſque miniſtrat
Amphitryoniades) ſævum ſed Tydea contra
Pallas agit. jamque adverſo venere favore

Comi-

484. *Pleuronis alumnos.*] *Pleuron* civitas Ætoliæ, apud quam cum mor.em Meleagri ſuæ ſorores deflerent, in aves dicuntur converſæ: ut ſupra: *Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron.* Idem.

486. *Hunc turmis obſeſſum.*] Quid opus tergiverſari? Omnes ſcripti: *obverſum.* Neque aliter Lactantius. Intelligit verſum fuiſſe in ſuos & laboraſſe retinendo illos, ut locum ſervarent, nec præ metu aut cederent aut fugerent. Itaque aggreſſus illum à tergo Hæmon: eoque *ignaro* ait incidiſſe Thebanam bipennem, nihilque omnino contra conantem facit. Lib. 9. *inque eadem ſeſe veſtigia ſemper Obverſus cunctis profert.* Gronov.

489. *Utrimque tempora*] Ex utraque parte diviſum eſt caput. *Lactant.*

491. *Non hoc metuens.*] Inſperato & novo mortis genere periit. *Inopino limite.*] Quia vitæ limes ſemper eſt incertus. *Idem.*

494. *Sævus uterque.*]Quia neuter adjuvat decertantes, & Apollo & Liber. *Idem.* *Victis Hyperiona jungit.*] Non magis, opinor, hoc quam Phœbo aut Apolline aliquo milite uteretur. etſi fuerint tam ridiculi librarii, ut à Virgilio equum Mezentii Phœbum dictum putarent. Scripti, *Hyperenora.* In quo cur contarentur, editoribus cauſa nulla fuit. Thebis fuit inter Spartos Ὑπερήνωρ. Et Homero Πανθοΐδης Ὑπερήνωρ. Quare non & Ætolo nomen id eſſe potuerit? *Gronov.*

496. *Haſta viri trans pectus.*] Reformo in pulchriorem ſententiæ habitum ex Lipſii ſcripto libro, in quo: *per* pro *trans* rectiſſimè. vult enim haſtam per armos & pectus tranſiliiſſe, & parmam ſecum abſtuliſſe. *Bernart.*

503. *Fida*

Cominus, & placido prior hæc Tirynthius ore:
Fida ſoror, quænam hunc belli caligine nobis
Congreſſum Fortuna tulit? num regia Juno
Hoc molita nefas? citius me fulmina contra
(Infandum) ruere, & magno bellare parenti
Aſpiciat. genus huic, ſed mitto agnoſcere, quando
Tu diverſa foves. nec ſi ipſum cominus Hyllum
Tydeos haſta tui, Stygioque ex orbe remiſſum
Amphitryona petat. teneo, æternumque tenebo
Quantum hac diva manus, quoties ſudaverit ægis
Iſta mihi, duris famulus cum caſibus omnes
Luſtro vagus terras: ipſa heu comes, invia mecum
Tartara, ni ſuperos Acheron excluderet, iſſes.
Tu patrem, cœlumque mihi. quis tanta relatu
Æquet? habe totas, ſi mens excindere, Thebas.
Cedo equidem, veniamque precor. ſic orſus abibat.
Pallada mulcet honos. rediit ardore remiſſo

Vul-

503. *Fida ſoror.*] Noverca enim ſorori vult Herculem repugnare. *Lactantius.*

507. *Sed mitto agnoſcere.*] Subaudis, genus huic magnum nobileque. *Sed* apoſiopeſin fecit. Virgil.
Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus. Idem.

508. *Comminus Hylum.*] Hylus & Amphitryon Herculis & Omphales filii. hic autem Æmon genus Herculis ducit tantum. hoc autem dicit, tanta mihi tui eſt reverentia, ut contra voluntatem tuam nec pro liberis repugnarem. *Idem.*

511. *Quantum hæc.*] Docet poëta ingenio virtutem cedere. Nam id ait oratio Herculis blandientis. *Idem.*

515. *Tu patrem, cœlumque mihi.*] Dicit ſe Minervæ auxilio ad cælum uſque perductum, monſtra vincendo. *Idem.*

516. *Habe totas, ſi mens exſcindere, Thebas.*] Sic nobis affirmat interpungendum Bernartius. Leviter tamen autem vellimus, ut meminerit melius eſſe: *ſi mens, exſcindere Thebas.* Nam *habe exſcindere*, eſt ſit tibi, liceat, concedo, ut exſcindas. Varro lib. I. de re ruſtic. *Quare quoniam emiſti fundum, quem bene colendo fructuoſum conficere velis, meque, ut id mihi habeam curare, roges; experiar.* Ubi genus idem loquendi diſplicuit cognato Bernartii, qui ſupponit, *curæ*, 4. epiſt. q. II. Silius lib. 16. *v*ſ. 209. *lætus habe noſtros intrare penates.* Fruſtra dubitat Barthius, an *ave* ſcribere debeat, 10. Adv. 7. Valerius Flaccus I. Argon. 671. *ſeu volvitur axis Ut ſuperum, ſic ſtare * tollique viciſſim Pontus habet.* Male An. Schottus, *habet* 2. Obſer. Hum. 40. Ubi aſteriſcum poſuimus, vox corrupta eſt, de qua quid ſentiamus, dicemus, ubi licebit latius exſpatiari. Helleniſmus eſt. Euripides Alceſti: Ἐγὼ μὲ σὸν ἔχειμ᾽ ἂν δι λέγειν τύχην. Tertulliano & iſtis nimis frequens. *Gronov.*

518. *Mulcet honos.*] Pugnacem ejus animum & Herculi repugnanti minime ceſſurum mulcet ejus honorifica oratio. *V. S.*

 519. *Vultus.*]

Vultus, & erecti ſederunt pectoris angues.
Sentit abiſſe deum. levius Cadmeius Æmon
Tela rotat, nulloque manum cognoſcit in ictu.
Tunc magis, atque magis vires animuſque recedunt,
Nec pudor ire retro. cedentem Achelous Heros
Impetit, & librans uni ſibi miſſile telum,
Direxit jactus, ſummæ qua margine parmæ
Ima ſedet galea, & juguli vitalia lucent.
Nec fruſtrata manus, mortemque invenerat haſta,
Sed prohibet, paulumque humeri libare ſiniſtri
Præbuit, & merito parcit Tritonia fratri.
Ille tamen nec ſtare loco, nec cominus ire
Amplius, aut vultus audet perferre cruenti
Tydeos. ægra animo vis, ac fiducia ceſſit.
Qualis ſetigeram Lucana cuſpide frontem
Strictus aper, penitus cui non infaſſa cerebro
Vulnera, nec felix dextræ tenor, in latus iras
Frangit, & expertæ jam non venit obvius haſtæ.
Ecce, ducem turmæ, certa indignatus in hoſtem
Spicula, felici Prothoum torquere lacerto
Turbidus Oenides, una duo corpora pinu

Corni-

519. *Vultus.*] Ejus genuina venuſtas, quæ ante ab ira erat ſuperata. *V.S.* *Erecti pectoris.*] Meduſæ crines ſerpentibus conſtabant, caput autem in Ægide ſua ſeu Clipeo, quem pectori applicabat cum Hercule pugnatura, Minerva habebat. *Vet. Scholiaſtes.* *Vultus.*] Decor, quem paulo ante ira mutaverat. *Lactant.*

521. *Tela rotat.*] Quia jam Æmon tela irrita jaciebat. *Idem.* *Manumque agnoſcit, &c.*] Exemplo Maronis de Turno, abeuntibus pariter divis:

Sed neque currentem ſe, nec cognoſcit euntem
Tollentemve manu, ſaxumque immane moventem.

Sentit vim ſuam non amplius adeſſe, agnoſcit ſe deteriorem viribus. Pariter loquitur in fine hujus libri:

—— vultuque occurrit & amens
Lætitiaque iraque ut ſingultantia vidit
Ora, trahique oculos, ſeſeque agnovit in illo. Barthius.

524. *Impetit.*] Compoſuit ſibi verbum *Impeto te.* *Uni ſibi.*] Quod ipſe ſolus poſſit excurere. *Lactant.*

525. *Margine parmæ.*] Extremitate ſcuti. *Idem.*

528. *Humeri libare.*] Perſtringere aut leviter tangere. *Idem.*

535. *In latus iras.*] Horat. *obliquum meditaris ictum.* Idem.

537. *Certa indignatus.*] Certa ſpicula mortem peragentia: ſive quæ poſſent ferire, indignatus Tydeus eſt, Prothoum felici lacerto in hoſtem ſpicula certa torquere. *Idem.*

546. *Gaura-*

Cornipedemque, equitemque ferit. ruit ille ruentem
In Prothoum, lapſaſque manu quærentis habenas
In vultus galeam, clypeumque in pectora calcat,
Saucius extremo donec cum ſanguine frenos
Reſpuit, & juncta domino cervice recumbit.
Sic ulmus, vitiſque, duplex jactura coloni
Gaurano de monte cadunt. ſed mœſtior ulmus
Quærit utrumque nemus, nec tam ſua brachia labens,
Quam gemit adſuetas, invitaque proterit uvas..
Sumpſerat in Danaos Heliconius arma Choræbus.
Ante comes Muſis, Stygii cui conſcia penſi
Ipſa diu poſitis letum prædixerat aſtris
Uranie. cupit ille tamen, pugnaſque viroſque
Forſitan ut caneret. longa jacet ipſe canendus
Laude, ſed amiſſum mutæ flevere ſorores.
Pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Iſmenen (Tyrii juvenis non advena belli,
Quamvis Cyrrha domus: ſoceros nec triſtibus actis
Adverſatus erat,) ſponſam, cui caſtus amanti

Squal-

546. *Gaurano.*] Gaurus mons Campaniæ, ulmis vitibuſque contextus. *Idem.*

547. *Utrumque nemus.*] Suum & vitis. *Idem.*

551. *Ipſa diu inſpectis lætum, &c.*] Lipſii liber: *ipſa diu potis.* Unde elegantis ingenii & doctrinæ juvenis Gerardus Buitewegius noſter, dum nuper una deambularem, acute elicuit, *ipſa diu poſitis*, & refert ad thema natalitium. placet rei & amiciſſimi hominis cauſa. *Bernart.*

554. *Amiſſum Muſæ flevere.*] Septem mihi codices his oculis ingeſſerunt: *mutæ flevere ſorores.* Addit octavum Lindenbrogius. Nec ab hac lectione recedere fas fuit. Quid enim tam vulgare quam nimium dolorem obmuteſcere & includere vocem? Sed dicent, Muſas nunquam eſſe mutas. Sed temere: neque fuit illa in hæreſi Statius. Epicedio in patrem: *Stant circum attonitæ vatem & nil dulce ſonantes Nec digitis nec voce deæ. dux ipſa ſilenti Fulta caput cithara, qualis poſt Orphea raptum Adſtitit, Hebre, tibi. Sorores* ex præcedentibus facile intelliguntur Muſæ. Ut cum Ovidius in 4. met. *& in facinus traherent Athamanta ſorores.* Ubi ex præcedentibus non poſſunt intelligi niſi Furiæ. *Gronovius.*

457. *Soceros.*] Tantæ conſtantiæ erat hic Atys, ut licet regnum & familiam Oedipi infortunia multa concuterent, non deſeruerit tamen amorem ſponſi. *Vet. Scholiaſt.* *Nec triſtibus actis Averſatus erat ſponſam.*] Nox in hac ſententia, cujus tenebras qui penetrare poſſis non video, niſi vocibus paulum compoſitis & correctis: *ſocerûm nec triſtibus actis, Adverſatus erat ſponſam.* Senſus: Atym non ſpreviſſe Iſmenem, ob Oedipi & Jocaſtæ facinora. *Bernartius.*

561. *Place-*

Squallor, & indigni commendat gratia luctus.
Ipſe quoque egregius, nec pectora virginis illi
Diverſa, inque vicem, ſineret Fortuna, placebant.
Bella vetant tedas, juvenique hinc major in hoſtes
Ira: ruit primis immixtus, & agmina Lernæ
Nunc pedes enſe vago, prenſis nunc celſus habenis,
Ceu ſpectetur, agit. triplici velaverat oſtro
Surgentes etiamnum humeros, & levia mater
Pectora. tunc auro phaleras, auroque ſagittas
Cingulaque, & manicas (ne conjuge vilior iret)
Preſſerat, & mixtum cono criſpaverat aurum.
Talibus heu fidens vocat ultro in prælia Grajos.
Ac primum faciles graſſatus cuſpide turmas
Arma refert ſociis, & in agmina fida, peracta
Cæde redit. ſic Hircana Leo Caſpius umbra
Nudus adhuc, nulloque jubæ flaventis honore
Terribilis, magnique etiamnum ſanguinis inſons,
Haud procul à ſtabulis captat cuſtode remoto
Segne pecus, teneraque famem conſumit in agna.
Mox ignotum armis, ac ſolo corpore menſus
Tydea non timuit: fragilique laceſſere telo
Sæpius infrendentem aliis, alioſque ſequentem

Auſus

561. *Placebat.*] Ut ille tranſiret in fœminam, ceu ſpectetur ſic pugnabat, quaſi virtutis ſuæ judice ſpectare. *Lactantius.*

566. *Surgentes.*] Creſcentes. quia adhuc puer erat. *Idem.*

568. *Conjuge.*] Hiſmene ſcilicet. *Idem.*

569. *Preſſerat.*] Sculpſerat ſive cælaverat. *Idem.*

570. *Talibus.*] Non validis, ſed pulchris. *Idem.*

571. *Graſſatus.*] Extinguendo ſæviens. *Idem.*

572. *Arma refert ſociis.*] Claret mos hinc vetus pugnandi, Heroibus nimirum ante agmina ſua procurrentibus & redeuntibus partis ſpoliis, aut peracta cæde ad turmas ſuas. Quo animadverſo multa apud Homerum, cumque ſequentes Poëtas alios minus inepta videbuntur. *Barth.*

573. *Sic Hyrcana umbra.*] Arabicæ ſylvæ, & eſt Arabia inhoſpitalis, ut Virgil.

Hyrcanaque admorunt ubera tigres.

Caſpius.] Subaudis Armenius. *Lact.*

575. *Magnique ſanguinis.*] Tauri aut hominis. *Idem.*

578. *Solo corpore.*] Non virtute Tydeum permenſus eſt, ſed corporis parvitatem. *Idem.*

580. *Alioſque ſequentem.*] Hos inſequentem, qui propiores erant, aliis infrendentem, qui longinquiores erant, & quos attingere non poterat. *V. S.*

581. *Ætolus.*]

Auſus erat. tandem invalidos Ætolus ad ictus
Forte refert oculos, & formidabile ridens:
Jamdudum video, magnum cupis, improbe, leti
Nomen, ait. ſimul audacem non enſe, nec haſta
Dignatus, leviter digitis imbelle ſolutis
Abjecit jaculum. latebras tamen inguinis alte
Miſſile, ceu totis intortum viribus hauſit.
Præterit haud dubium fati, & ſpoliare ſuperbit
Oenides, Neque enim has Matri, aut tibi, bellica Pallas,
Exuvias figemus, ait. procul arceat ipſum
Ferre pudor. vix ſi bellum comitata relictis
Deiphile thalamis, illi illudenda tuliſſem.
Sic ait: & belli majora ad præmia mente
Ducitur. innumeris veluti Leo forte potitus
Cædibus, imbelles vitulos, molleſque juvencas
Tranſmittit, magno furor eſt in ſanguine mergi,
Nec niſi regnantis cervice recumbere tauri.
At non ſemianimi clamore Menœcea lapſus
Fallit Atys. prævertit equos, curruque citato
Deſilit. inſtabat pubes Tegeæa jacenti,
Nec prohibent Tyrii: pudeat Cadmea juventus
Terrigenas mentita patres, quo tenditis, inquit,
Degeneres? meliuſne jacet pro ſanguine noſtro
Hoſpes Atys? tantum hoſpes adhuc, & conjugis ultor
Infelix nondum iſte ſuæ. nos pignora tanta
Prodimus? inſurgunt juſto firmata pudore

Agmina,

581. *Ætolus.*] Ut vir durus & gravis. *Vet. Schol.*

587. *Hauſit.*] Penetravit ſive percuſſit. *Lactant.*

588. *Haud dubium fati.*] Proculdubio periturum. *Idem.*

590. *Arceat ipſum.*] Seipſum dicit pudore tardari. Ne ſic turpes delicataſque exuvias de hoſte domum referret. *Idem.*

591. *Illudenda.*] Oſtendit arma morientis ita cultu ipſo fuiſſe deformia, ut mulieribus ad illudendum tantummodo apta viderentur. *Idem.*

599. *Fallit Atys.*] Ordo, lapſus Atys non fallit Menœcea clamore ſemianimi. *Idem.*

601. *Nec prohibent Tyrii.*] Spoliabant Atys cadaver Arcades, nec repugnabant Thebani. *Idem.*

602. *Terrigenas mentita.*] Qui degeneratis à genere Adraſti, & illorum virtute, qui dicuntur, draconis dentibus ſatis, de terra progeniti. *Idem.*

605. *Pignora tanta.*] Conjuges liberoſque *Idem.*

609. *Innoxia*

Agmina, cuique ſua rediere in pectora curæ.
Interea thalami ſecreta in parte ſorores,
Par aliud morum, miſerique innoxia proles
Oedipodæ, varias miſcent ſermone querelas.
Nec mala quæ juxta, ſed longa ab origine ſati,
Hæc matris tedas, oculos aſt illa paternos,
Altera regnantem, profugum gemit altera fratrem,
Bella ambæ. gravis hinc miſeri cunctatio voti.
Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum,
Quem viciſſe velint: tacite præponderat exul.
Sic Pandioniæ repetunt ubi fida volucres
Hoſpitia, atque larem bruma pulſante relictum,
Stantque ſuper nidos veteriſque exordia fati
Enarrant tectis, & truncum ac flebile murmur
Verba putant, voxque illa tamen non diſſona verbis.
Atque ibi poſt lachrymas, & longa ſilentia rurſus
Inchoat Iſmene: Quiſnam hic mortalibus error?
Quæ decepta fides? curam invigilare quieti,
Claraque per ſomnos animis ſimulacra reverti?

Ecce

609. *Innoxia proles.*] Diſſimiles fratribus. *Idem.*

611. *Nec mala.*] Id eſt, bella præſentia. *Idem.*

614. *Gravis hinc miſeri.*] Inepta Lectio, quam tamen ſolus ille Optimus liber corrigit & veritatem reducit, ſcribendo:

—— *Gravis hinc miſti cunctatio voti.*

Cui nimirum ex fratribus feliciorem eventum voveant, cunctantur miſto voto. Id eſt amore remittente nihil in altero, ut in alterum inclinet votum. Pariter Claudian. loquitur alibi:

—— *Miſtaque tremit formidine votum.*

Batth.

616. *Tacite præponderat exul*] Notat affectum humanum, qui erga miſeros ſemper magis pronus. Jocaſta apud eximium illum Auctorem Thebais:

Utrumque quamvis diligam affectu pari,
Quo cauſa melior ſorſque deterior trahit,
Inclinat animus, ſemper infirmo favens
Miſeros magis fortuna conciliat ſuis.

Compar ſententia apud Tacitum Annal. XII. *Sive verum, ſeu periculis commendatus retinuit famam, ſive experimento.* Mens. Sive revera non ſegnis illi indoles fuit, ſive pericula & ex periculis favor hanc illi famam circumdederunt. Papinius ipſe lib. II.

—— *Seu quos movet exul & hæſit Triſtibus aucta fides.* Bernart.

617. *Sic Pandioniæ.*] Hoc dicit propter Prognem & Philomelam, quæ filiæ Syrii * erant Pandionis, ac per hoc motibus bonis eruditæ: quæ ſe non oderant, ut alibi, *Hinc atque hinc natæ melior jam ſexus.* Ad mores retulit *meliorem ſexum*, non ad naturam. *Lactant.*

620. *Murmur.*] Confuſus ſonitus lachrymantium, & ſine ſignificatione verborum. *Idem.*

624. *Quæ decepta fides.*] Fides eſt in ſomniis quæ vidimus decepta, quia falſa ſunt quæ vidimus. *Idem.*

627. *Tracta-*

Ecce ego quæ thalamos, nec ſi pax alta maneret,
Tractarem ſenſu (pudet heu) connubia vidi
Nocte ſoror. ſponſum (unde?) mihi: ſopor attulit amens
Vix notum viſu? ſemel hìs in ſedibus illum
Dum mea neſcio quo ſpondentur fœdera pacto
Reſpexi non ſponte ſoror. turbata repente
Omina cernebam, ſubituſque intercidit ignis,
Meque ſequebatur rabido clamore repoſcens
Mater Atyn. quænam hæc dubiæ præſagia cladis?
Nec timeo dum tuta domus, mileſque recedat
Doricus, & tumidos liceat componere fratres.
Talia nectebant, ſubito cum pigra tumultu
Expavit domus, & multo ſudore receptus
Fertur Atys, ſervans animam jam ſanguine nullo,
Cui manus in plaga, dependet languida cervix
Exterior clypeo, crineſque à fronte ſupini.
Prima videt, caramque tremens Jocaſta vocabat
Iſmenen. namque hoc ſolum moribunda precatur
Vox generi: ſolum hoc gelidis jam nomen inerrat
Faucibus. exclamant famulæ: tollebat in ora
Virgo manus: tenuit ſævus pudor. attamen ire
Cogitur, indulget ſummum hoc Jocaſta jacenti.
Oſtenditque offertque. quater jam morte ſub ipſa
Ad nomen viſus, dejectaque fortiter ora
Suſtulit: illam unam neglecto lumine cœli
Aſpicit, & vultu non exſatiatur amato.
Tunc quia nec genitrix juxta, poſituſque beata
Morte pater, ſponſæ munus miſerabile tradunt,

Decli-

627. *Tractarem ſenſu.*] Excuſaum * quod illa videre dicimus in ſomnis, quæ habeamus in voto. *Idem.*

630. *Neſcio quo.*] Eleganter expreſſit affectum virginis poëta: dicit ſe nuptiarum ordinem ignotare. *Idem.*

631. *Non ſponte ſoror.*] Dicit ſe caſu aberrantibus reſpexiſſe oculis. *Idem.*

638. *Receptus.*] Ab hoſtibus liberatus. *Idem.*

641. *Clypeo.*] Nam ſuper clypeum ferebatur. *Idem.*

646. *Sævus pudor.*] Qui officium prohibebat. *Idem.*

647. *Summum.*] Ultimum. *Idem.*

649. *Fortiter ora.*] Cum ei diceretur præſens eſſe Hiſmene ejus ſponſa. *Idem.*

655. *Lachry-*

Declinare genas. ibi demum teſte remoto
Faſſa pios gemitus, lachrymaſque in lumina fudit.
Dumque ea per Thebas, aliis ſerpentibus ardens,
Et face mutata bellum integrabat Enyo,
Arma volunt, primos veluti modo cominus ictus
Suſtulerint, omniſque etiamnum luceat enſis.
Eminet Oenides; quamvis & arundine certa
Parthenopæus agat, morientumque ora furenti
Hippomedon proculcet equo, Capaneaque pinus
Jam procul Aoniis volet agnoſcenda catervis;
Tydeos illa dies: illum fugiuntque, tremuntque,
Clamantem: Quo terga datis? licet ecce peremptos
Ulciſci ſocios, mœſtamque rependere noctem.
Ille ego inexpletis ſolus qui cædibus hauſi
Quinquaginta animas: totidem, totidemque gregati
Ferte manus. nulline patres, nulline jacentum
Unanimi fratres? quæ tanta oblivia luctus?
Quam pudet Inachias contentum abiiſſe Mycenas!

Hinc

655. *Lachrymaſque in vulnera fudit.*] Scripti libri: *in lumina fudit*, quod magis ad meum guſtum, præcedit enim: *Tunc quia nec genitrix juxta, poſituſque beata Morte pater, Sponſæ unius miſerabile tradunt Declinare genas.* Bern.

658. *Arma volunt.*] Cædes & ſanguinem ſpirant, velut jam primum inciperent bellare & pugnare. *Vet. Schol.* Ex quo Scholio, ipſaque rei veritate clarum, perperam facere, qui *volant* hic edendum maluerunt. Et ſic Virgil. lib. XII.

— *Arma volunt, fœduſque precantur Infectum,* —

Barth.

659. *Luceat enſis.*] Quaſi purus ſanguine illum fugiunt; Tydea ſcilicet, quem acriter cuncti formidabant. *Lactantius.*

664. *Fugiuntque tremuntque.*] Nihil mutandum hoc loco, nec conſentiunt libri Meliores uni ex Lindenbrogianis, qui præfert, *feriuntque premuntque.* Contrariam enim his verbis ſententiam ingerit Papinius; nimirum quos cominus aggreſſus ſit Tydeus, illos fugere; qui eminus clamantem audierint, tremere vocem hominis. De magno clamore & fremitu horum Heroum multis Nuncius apud Æſchylum. *Barth.*

666. *Rependere noctem.*] Reſtituere, in qua quinquaginta inſidiantes ſibi Thebanos occiderat. *Lactant.*

667. *Inexpletis.*] Pro inexplebilis ad cædem tranſtulit: vel quod ad ſuum animum pertinebat, quem Thebanorum cæde contentum tantorum. ubi autem ſic dixit, quaſi in recordationem nominis illius caſu inciderit. *Idem.*

671. *Contemptum abiiſſe Mycenas.*] MSS. *contentum.* Excudendum, *contemtum*, inquit Behotius. Immo *contentum*, ut membranæ. Hoc enim dicit: pudet pigetque contentum illorum quinquaginta inſidiatorum cæde diſceſſiſſe. debui protenus redire Thebas & ipſum

Hinc ſuper Thebis? hæc robora regis? ubi autem
Egregius dux ille mihi? ſimul ordine lævo
Ipſum exhortantem cuneos, capitiſque ſuperbi
Inſignem fulgore videt. nec ſegnius ardens
Accurrit, niveo quam flammiger ales olori
Imminet, & magna trepidum circumligat umbra.
Tunc prior: Aoniæ rex ô juſtiſſime gentis,
Imus in arma palam, tandemque oſtendimus enſes?
An noctem & ſolitas placet expectare tenebras?
Ille nihil contra, ſed ſtridula cornus in hoſtem
It referens mandata ducis, quam providus heros
Jam jam in fine viæ percuſſam obliquat, & ipſe
Telum ingens avide, & quanto non ante lacerto
Impulit: ibat atrox finem poſitura duello
Lancea. convertere oculos utrimque faventes
Sidonii Grajique dei, crudelis Erinnys
Obſtat, & infando differt Etheoclea fratri.
Cuſpis in armigerum Phlegyam peccavit, ubi ingens
Pugna virûm. ſtricto nam ſævior irruit enſe
Ætolus, retroque datum Thebana tegebant
Arma ducem. ſic denſa lupum jam nocte ſub atra
Arcet ab adprenſo paſtorum turba juvenco:
Improbus erigitur contra, nec cura vetantes
Impetere, illum illum ſemel in quem venerat, urget.
Non ſecus objectas acies, turbamque minorem
Diſſimulat, tranſitque manu. tamen ora Thoantis
Pectora Deilochi, Clonii latus, ilia torvi

Per-

ipſum regem aggredi urbemque invadere facilis res fuiſſet, quando non alios propugnatores illis reſiduos feceram, quam quorum ignaviam imbelliamque jam experimur. Lib. 11. *ut cum Maſſyla per arva Armenti reges magno leo fregit hiatu, Et contentus abit.* Gron.

675. *Fulgore.*] Ornamento diadematis regii. *Lactant.*

676. *Flammiger ales.*] Aquilam dixit, quæ Jovis fulminibus ſervit. *Idem.*

679. *In arma palam.*] Tangit illud quod occulte illi inſidiatus eſt, & dicit ſe aperta luce virili modo velle confligere. *Id.*

689. *Peccavit.*] Elocutio ſpecioſiſſima, quæ hoc ſignificat: cuſpis miſſa in Etheoclem, peccavit in perniciem Phlegiæ, quem percuſſit. *Idem.*

692. *Nocte ſub atra.*] In qua eſt molitus occidere. *Idem.*

698. *Ilia torvi.*] Ad mortem tot homines, quot membra ſunt. *Idem.*

705. *Den-*

Perforat Hippotada. truncis ſua membra remittit
Interdum; galeaſque rotat per nubila plenas.
Et jam corporibus, ſeſe, ſpoliiſque cadentum
Clauſerat, unum acies circum conſumitur, unum
Omnia tela vovent. ſummis hæc oßibus hærent,
Pars fruſtrata cadunt, partem Tritonia vellit.
Multa rigent clypeo. denſis jam conſitus haſtis
Ferratum quatit umbo nemus, tergoque fatiſcit
Atque humeris gentilis aper, nuſquam ardua coni
Gloria, quique apicem torvæ Gradivus habebat
Caßidis, haud lætum domino ruit omen. inuſta
Temporibus nuda æra ſedent. circumque ſonori
Vertice percuſſo, volvuntur in arma molares.
Jam cruor in galea, jam ſaucia proluit ater
Pectora permixtus ſudore, & ſanguine torrens.
Reſpicit hortantes ſocios, & Pallada fidam
Longius oppoſita celantem lumina parma:
Ibat enim magnum lachrymis inflectere patrem.
Ecce ſecat Zephyros, ingentem fraxinus iram
Fortunamque ferens, teli non eminet auctor.

Aſtaci-

705. *Denſis jam conſitus.*] Lucanus pulchre:

—ſtat non fragilis pro Cæſare murus,
Pompejumque tenet. Jam pectora non tegit armis,
Ac veritus credi clipeo, læsaque vacaſſe,
Aut culpa vixiſſe ſua, tot vulnera belli
Solus obit, denſamque ferens in pectore ſilvam
Jam gradibus feßis, in quem cadat, eligit hoſtem.

Barthius.

707. *Gentilis aper.*] De ea gente unde Tydeus fuerat. id eſt Calydonius, qui à Meleagro occiſus eſt. Et hic *aprum* pro pelle poſuit. *Nuſquam ardua coni gloria.*] Decuſſo coni ornatu nudato vertice, impreſſiſque fragmentis galeæ, oſſa ſunt capitis calefacta, ut Virgil.

Et galeæ fragmenta cavæ compreſſa perurunt tempora.

Lactant.

708. *Gradivus.*] In catalogo, cum arma ipſius poëta deſcriberet, ait: *Patrius ſtat Caßide Mavors.* Idem.

711. *Volvuntur in arma.*] De capite in ſcuta cadebant. *Idem.*

711. *Sanguine torrens.*] Fluvium fecerat ſudoris & ſanguinis. *Idem.*

714. *Reſpicit hortantes ſocios.*] Nihil in auxilium ſuum agentes præter exhortationum verba, nam Dii bellici illum relinquebant. *Pallada fidam.*] Ut in conflictibus cum quinquaginta & mox hac pugna. *Vet. Schol.*

715. *Lumina parma.*] Quia erubeſcebat Minerva facere virtutem. *Lactant.*

718. *Non eminet auctor.*] Non eſt auſus gloriari Menalippus, ſe auctore interemptum Tydea, *Idem.*

719. *Aſtacy-*

Aſtacides Menalippus erat. nec prodidit ipſe,
Et vellet latuiſſe manum. ſed gaudia turmæ
Monſtrabant trepidum. nam flexus in ilia Tydeus
Submiſſum latus, & clypei laxaverat orbem.
Clamorem Aonii miſcent gemitumque Pelaſgi,
Objectantque manus, indignantemque tuentur.
Ille per oppoſitos, longe rimatus, amarum
Aſtaciden, totis animæ ſe cogit in ictum
Relliquiis, telumque jacit, quod proximus Hopleus
Præbuerat, perit expreſſus conamine ſanguis.
Tunc triſtes ſocii cupidum bellare, (quis ardor!)
Et poſcentem haſtas, mediaque in morte negantem
Exſpirare, trahunt, ſummique in margine campi
Effultum gemina latera inclinantia parma
Ponunt, ac ſævi rediturum ad prælia Martis
Promittunt flentes. ſed & ipſe recedere cœlum,
Ingenteſque animos extremo frigore labi
Senſit, & innixus terræ, Miſereſcite, clamat,
Inachidæ. non oſſa precor referantur ut Argos,

Æto-

719. *Aſtacydes miſſos.*] Lanceæ hic deſcriptio, & ex inſidiis Menalippi jaculantis. *Idem.*

725. *Per oppoſitos.*] Eum intuentes. *Idem.*

628. *Perit expreſſus.*] Lucan.
Hoſtilem dum torſerit exeat haſtam.
Idem.

729. *Quis ardor.*] Exclamatio per interpoſitionem & rem magnam faciens, ut habet Vet. Scholiaſt. Sic libro VII.
Olim te, Cyrrhæe pater, peritura ſedentem
Ad juga (quis tantus miſeris honor) axe trementi
Senſimus. — Idem.

732. *Latera inclinantia parma.*] Ad morem priſcum dixit. Duces enim in prælio morientes in clypeo veteres ponebant. Virgil. 2.
— *At ſocii multo gemitu lachrymiſque,*
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.
Idem XI.
At Lauſum ſocii exanimem ſuper arma ferebant.
Statius ipſe hoc libro:
Fertur Atys ſervans animum jam ſanguine nullo,
Cui manus plaga, dependet languine cervix
Exterior clypeo.
Pertinet huc animoſum illud Spartanæ mulieris dictum cum filio clypeum traderet: *Aut cum illo, aut in illo.* Mens. fac redeas non amiſſo clypeo, aut honeſte occumbens in eo referaris. *Bernartius.*

737. *Non oſſa precor.*] Non quæro, ut membra mea honorent patriam ſepulturam, non ut oſſa tumulo humata ſerventur. Odi enim corpus, quod ſpiritum virorum fortium pugnantium deſerit. *Lactant.*

Ætolumve larem : nec enim mihi cura ſupremi
Funeris. odi artus, fragilemque hunc corporis uſum
Deſertorem animi. caput, ô caput, ô mihi ſi quis
Adportet, Menalippe, tuum, nam volveris arvis,
Fido equidem. nec me virtus ſuprema fefellit.
I precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis unquam,
Hippomedon. vade, ô primus puer inclyte bellis
Arcas, & Argolicæ Capaneu jam maxime turmæ.
Moti omnes : ſed primus abit, primuſque repertum
Aſtaciden medio Capaneus è pulvere tollit
Spirantem, levaque ſuper cervice reportat,
Terga cruentantem concuſſi vulneris unda.
Qualis ab Arcadio rediit Tirynthius antro,
Captivumque ſuem clamantibus intulit Argis.
Erigitur Tydeus, vultuque occurrit & amens
Lætitiaque, iraque, ut ſingultantia vidit
Ora, trahique oculos, ſeſeque agnovit in illo:
Imperat abſciſum porgi, levaque receptum
Spectat atrox hoſtile caput, gliſcitque tepentis
Lumina torva videns, & adhuc dubitantia figi,
Infelix contentus erat. plus exigit ultrix

Tiſi-

742. *Fefellit.*] Scio enim me certa in Menalippum tela torſiſſe. *Idem.*

743. *Atrei.*] Argivi. *Idem.*

744. *Hippomedon.*] Maritus Nealcis, Adraſti filius. *Idem.*

745. *Arcas.*] Quia Tydeo obeunte hunc, primum, Parthenopæum ſecundum fuiſſe conſtabat. *Idem.*

749. *Vulneris undâ.*] Copioſo fluxu. Virgil. lib. IX.

— Reddit ſpecus atri vulneris undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepeſcit.

Idem elegantiſſime de fumo lib. VIII. in hiſtoria Caci :

— quæ plurimus undam
Fumus agit, nebulaque ingens ſpecus æſtuat atra. Barthius.

751. *Clamantibus.*] Cum admiratione faventibus. *Lactant.*

752. *Vultuque occurrit.*] Quia retentus vulnere toto potuit corpore ſublevari. *Idem.*

754. *Agnovit in illo.*] Tam illum exſpirantem animam, quam ſe. *Idem.*

755. *Porgi.*] Porrigi, propter verſum. *V. Schol.* Virgil. lib. VIII.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

Valer. Flacc. fine lib. 2.

Atque ea prima duci porgens Carchesia Grajo.

Papinio ſupra etiam *Porxi* uſurpatum lib. 2. Silvar. in Epicedio Glauci. *Barthius.*

756. *Gliſcit.*] Iraſcendo in majus accenditur. *Lactant.*

757. *Dubitantia figi.*] Quia his quibus mors recens eſt, oculi videntur errare. *Idem.*

763. *Nec*

Tiſiphone. jamque inflexo Tritonia patre
Venerat, & miſero decus immortale ferebat,
Atque illum effracti perfuſum tabe cerebri
Aſpicit, & vivo ſcelerantem ſanguine fauces.
Nec comites auferre valent. ſtetit aſpera Gorgo
Crinibus emiſſis, rectique ante ora Ceraſtæ
Velavere deam. fugit averſata jacentem;
Nec prius aſtra ſubit, quam myſtica lampas, & inſons
Iliſſos multa purgavit lumina lympha.

763. *Nec comites auferre valent.*] Non valent Tydeo caput tollere Menalippi. *Idem.*

767. *Elyſos.*] Fluvius eſt. *Idem.* *Iliſſos*] Seu *Eliſos*, & Elyſium, fluvius eſt Beatorum locorum, quem inſontem vocat, eo quod inſontes faciat, hoc eſt purificet, & opponitur Stygi, aquæ infernali, per quam dii jurabant. Dicitur Græce ἠλύσιος, ἀπὸ τῆς λύσεως, à ſolutione, quia animæ poſt ſolutionem vinculi corporei deveniunt ad campos hos. Virgil. v. Æneid.

— ſed amœna piorum
Concilia, Elyſiumque colo. —

Et 2. Georg.

Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.

Lampas.] Scelera enim viſa aut igni, aut aqua purgantur. *Lactant.*

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER NONUS.

ASperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos. ipſi etiam minus ingemuere jacentem
Inachidæ, culpantque virum, & rupiſſe queruntur
Fas odii. quin te divûm implacidiſſime, quanquam
Præcipuum tunc cædis opus, Gradive, furebas,

Offen-

1. *ASperat Aonios rabies audita cruenti.*] Tydeus crudelitatis arguitur, quia caput hoſtis moribundus abſumpſit. *Lactantius.*

4. *Fas odii.*] Quod ultra fas & illicita crudelitate in mortui hominis cadaver ita fuerit. *Idem.*

5. *Cædis opus furebas:*] Furendo peragebas. *V. Schol.* Loquntio Papiniana. Vid. ad lib. III. vſ. 669. Male nonnemo Codicum, *ferebas.* Martis opus Bellum & cædes. Virg. *Militiam & grave Martis opus.* *Virtute.*] Crudelitate, quam virtutem iſti milites putabant. Sic impietatem Capanei *Virtutem iniquam* vocat, lib. XI. initio:

Poſt-

Offenſum virtute ferunt. nec cominus ipſum
Ora, ſed & trepidos retro torſiſſe jugales.
Ergo profanatum Menalippi funus acerbo.
Vulnere, non aliis ultum Cadmeia pubes
Inſurgunt ſtimulis, quam ſi turbata ſepulchris
Oſſa patrum, monſtriſque data crudelibus urna.
Accendit rex ipſe ſuper: quiſquamne Pelaſgis
Mitis adhuc? hominemque gerit: jam morſibus uncis
(Pro furor! uſque adeo tela exſatiavimus?) artus
Dilacerant. nonne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus? aut ſævos Libyæ contraire leones?
Et nunc ille jacet (pulchra ô ſolatia leti)
Ore tenens hoſtile caput, dulcique nefandus
Immoritur tabo. nos ferrum mite, faceſque:
Illis nudæ odia, & feritas jam non eget armis.
Sic peragant rabidi, claraque hac luce fruantur,
Dum videas hæc ſumme pater. ſed enim hiſcere campos
Conqueſti, terræque fugam miſerantur. an iſtos
Vel ſua portet humus? magno ſic fatus agebat
Procurſu fremituque viros. furor omnibus idem
Tydeos inviſ ſpoliis, raptoque potiri
Corpore. non aliter ſubtexunt aſtra catervæ
Inceſtarum avium, longe quibus aura nocentem

Aëra,

Poſtquam magnanimus furias virtutis iniquæ
Conſumſit Capaneus. ——— Ita crudelitatem pro virtute habuiſſe Cn. Pompejum ſcribit C. Caſſius, l. xv. Familiar. Epiſt. xix. Ciceronis. Barth.

7. *Retro torſiſſe jugales.*] Tanta crudelitas in ſcelere Tydei fuit, ut etiam cruentum numen nefas horruerit. *Lact.*

11. *Urna.*] Vaſa in quibus mortuorum oſſa conduntur. *Idem.*

17. *Solatia lethi.*] Ironicôs. id eſt, pulchri, pro crudelis. *Idem.*

19. *Nos ferrum mite faceſque.*] Quæ odia non extendunt ultra mortem. Nos tenemus ferrum & faces, illi pugnant odiis. *Vet. Scholiaſt.*

20. *Illis nudæ odia.*] Olere mendum videtur: & licet non varient ſcripti, præoptem ego, *illi nuda odia.* Bern.

23. *Terræque fugam mirantur.*] Admiſimus ſcriptorum *miſerantur.* id eſt, cum invidia factorum & miſericordiæ erga ſe concitandæ deplorant. Apud Tacitum 1. annal. Germanicus *ipſius Planci gravem & immeritum caſum, ſimul quantum dedecoris adierit legio, facunde miſeratur.* Gronovius.

24. *Humus.*] Solum patriæ ſuæ. *Lact.*

28. *Inceſtarum avium.*] Humano ſanguine pollutarum; ſive quia cadavera caninus ſentiunt. *Aura nocentem.*] Id eſt mortibus vitiatam, ut Lucanus: *Aera non ſanum motum cadavera ſentit.* Idem.

29. *Sine*

Aëra, deſertaſque tulit ſine funere mortes.
Illo avidæ cum voce ruunt, ſonat arduus æther
Plauſibus, & cœlo volucres ceſſere minores.
Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas, ſolito pernicior index
Cum lugenda refert. donec cui maxima fando
Damna vehit, trepidas lapſa eſt Polynicis ad aures.
Diriguit juvenis, lachrymæque hæſere paratæ,
Et cunctata fides. nimium nam cognita Virtus
Oenidæ, credi letum ſuadetque vetatque.
Sed poſtquam haud dubio clades auctore reperta eſt,
Nox oculos, mentemque rapit. tum ſanguine fixo
Membra ſimul, ſimul arma ruunt. madet ardua fletu
Jam galea, atque ocreæ clypeum excepere cadentem.
It mœſtus genua ægra trahens, haſtamque ſequentem,
Vulneribus ceu mille gravis, totoſque per artus
Saucius. aſſiſtunt ſocii monſtrantque gementes.
Tandem ille abjectis, vix quæ portaverat armis
Nudus in egregii vacuum jam corpus amici
Procidit, & tali lachrymas cum voce profudit.
Haſne tibi armorum ſpes ô ſuprema meorum,
Oenide, grates? hæc præmia digna rependi?
Nudus ut inviſa Cadmi tellure jaceres
Soſpite me? nunc exul ego æternumque fugatus,
Quando alius miſero, ac melior mihi frater ademptus.
Nec jam ſortitus veteres, regnique nocentis
Perjurum diadema peto. quo gaudia tanti
Empta mihi? aut ſceptrum quod non tua dextera tradet?
Ite viri, ſolumque fero me linquite fratri.
Nil opus arma ultra tentare, & perdere mortes:
Ite precor. quid jam dabitis mihi denique majus?
Tydea conſumpſi, quanam hoc ego morte piabo?
O ſocer, ô Argi! & primæ bona jurgia noctis,

Alter-

29. *Sine funere.*] Id eſt ſine mortis officio. *Idem.*

58. *Suadetque.*] Suadere vult quod nimia virtus faciat ſemper incautos: ſive illud magis aſſerit, quod interdum nimia virtus conſilio careat. *Idem.*

 64. *Macta-*

Alternaque manus, & longi pignus amoris
Ira brevis. non me enſe tuo tunc, maxime Tydeu,
(Et poteras) noſtri mactatum in limine Adraſti?
Quin etiam Thebas me propter, & impia fratris
Tecta libens, unde haud alius remeaſſet, adiſti:
Ceu tibimet ſceptra, & proprios laturus honores.
Jam Telamona pium, jam Theſea fama tacebat.
Qualis & ecce jaces? quæ primum vulnera mirer?
Quis tuus hic, quis ab hoſte cruor? quæ te agmina? quive
Innumeri ſtravere globi? ni fallor, & ipſe
Invidit pater, & tota Mars impulit haſta.
Sic ait, & mœrens etiamnum lubrica tabo
Ora viri tergit lachrymis, dextramque reponit.
Tune meos hoſtes hucuſque exoſus? & ultra
Soſpes ego? exuerat vagina turbidus enſem,
Aptabatque neci: comites tenuere, ſocerque
Caſtigat, bellique vices, ac fata revolvens
Solatur tumidum, longeque à corpore caro
Paulatim, unde dolor, letique animoſa voluntas,
Amovet, ac tacite ferrum inter verba reponit.
Ducitur, amiſſo qualis conſorte laborum
Deſerit inceptum media inter jugera ſulcum
Taurus iners, colloque jugum deforme remiſſo
Parte trahit, partem lacrymans ſuſtentat arator.
Ecce autem hortatus Eteoclis, & arma ſecuti

Lecta

64. *Mactaſti in limine Adraſti.*] Meliores ſcitius: *mactatum.* Ut ille in veteri tragœdia: *Mene ben ſervaſſe, ut eſſent, qui me perderent?* Virgilius: *mene incepto deſiſtere victam? Nec poſſe Italia Teucrorum avertere regem?* Gronov.

68. *Thelamona.*] Hic Meleagrum dicitur unicè dilexiſſe, ut Theſeus Perithoum. *Lactantius.*

70. *Quis cruor.*] Quantus, quia & ſanguine Tydei fuerat aſperſus. *Idem.* *Hoſte.*] Non uno, ſed ait hoſtium cruorem delere Tydei propriam. *Innumeri globi.*] Nec enim unius opus tua cædes, ne globi quidem. *Pater.*] Ad genus enim Martis originem referebat Tydeus. *Etiamnum lubrica.*] Nondum enim cruor exaruerat aut conſtiterat. *V. S.*

72. *Invidit pater.*] Tantæ virtutis vult oſtendere Tydeum fuiſſe, ut etiam patris ſui Martis tangeretur invidia. *Lactantius.*

75. *Hucuſque.*] Uſque adeone furit, ut inimicos dentibus ſuis aſſumeret. *Ultro ſoſpes ego.*] Tibi ſuperſtes ſum. Cum exprobratione dicitur, ut Virgil. *Morte tua vivo.* Idem.

89. *Collata.*] Sub ſcuto curvata. *Id.*

90. *Fixe-*

Lecta manus, juvenes, quos nec Tritonia bello
Nec prope collata ſpreviſſet cuſpide Mavors
Adventant. contra collecta ut pectora parmæ
Fixerat, atque haſtam longe protenderat, hæret
Arduus Hippomedon. ceu fluctibus obvia rupes,
Cui neque de cœlo metus, & fracta æquora cadunt,
Stat cunctis immota minis. timet ipſe rigentem
Pontus, & ex alto miſeræ novere carinæ.
Tunc prior Aonides, (validam ſimul elicit haſtam)
Non pudet hos manes, hæc infamantia bellum
Funera, diis coram, & cœlo inſpectante tueri?
Scilicet egregius ſudor memorandaque Virtus
Hanc tumulare feram? ne non mœrentibus Argos
Exequiis lachrymandus eat? mollique pheretro
Infandam ejectans ſaniem? dimittite curam.
Nullæ illum volucres, nulla impia monſtra, nec ipſe
Si demus, pius ignis edat. nec plura: ſed ingens
Intorquet jaculum, duro quod in ære moratum,
Tranſmiſſumque tamen clypei ſtetit orbe ſecundo.
Inde Pheres, acerque Lycus. ſed caſſa Pheretis
Haſta redit, Lycus excelſo terrore comantem
Perſtrinxit galeam. convulſæ cuſpide longe
Diffugere jubæ, patuitque ingloria caſſis.
Ipſe nec ire retro, nec in obvia concitus arma
Exilit. inque eadem ſeſe veſtigia ſemper

Obver-

90. *Fixerat.*] Inhæſerat. *Idem.*

95. *Validam ſimul elicit haſtam, &c.*] Corruptam & hanc ſcripturam arbitror. Libri veteres in eo adjuvant quòd referant, *hos manes, hæc infamantia bellum Funera*, quæ tamen medicina huic ægro nondum faciet vitam. auguror legendum, & niſi rectè, cauſſam non dico, quin artem divinandi in perpetuum deſinam: *validam ſimul ejicit haſtam.* Judicabit eruditus lector *Bernart.*

96. *Hoc.*] Omnino legendum *Hæc.* Et ſic Optimi librorum. *Infamantia.*] Hoc eſt infamia quadam notantia & traducentia. Petronius Satirico: *Dum ergo juvenes ſententias rident, ordinemque totius dictionis infamant, Oportune ſubduxi me.* Id eſt, ſubſannant, exſibilant, irrident. *Bart.*

102. *Nulla impia monſtra.*] Ita Tydeum Menalippi cadavere funeſtatum dicit, ut corpus ejus horreant etiam feræ conſumere. *Lactantius.*

105. *Orbe ſecundo.*] Clypei: oſtendit non unius tegminis Hippomedontis ſcutum fuiſſe. *Idem.*

107. *Excelſo terrore.*] Pro excelſi terroris. *Idem.*

108. *Ingloria.*] Indecora. *Idem.*

112. *Reci-*

Obverſus cunctis profert, recipitque; nec unquam
Longius indulget dextra, motuſque per omnes
Corpus amat: corpus ſervans, circumque, ſupraque
Vertitur. Imbellem non ſic amplexa juvencum
Infeſtante lupo, cum primum fœta tuetur
Mater, & ancipiti circumfert cornua gyro.
Ipſa nihil metuens, ſexuſque oblita minoris
Spumat, & ingentes imitatur fœmina tauros.
Tandem intermiſſa jaculantum nube poteſtas
Reddere tela fuit. namque & Sicyonius Alcon
Venerat auxilio, Piſæaque præpetis Idæ
Turba ſubit, cuneumque replent. his fretus, in hoſtes
Lernæam jacit ipſe trabem. volat illa ſagittis
Æqua fuga, mediumque nihil cunctata Politen
Tranſabit, & juncti clypeum cavat improba Mopſi.
Phocea tunc Cydona, Tanagræumque Phalantum,
Atque Erycem; hunc retro converſum, & tela petentem
Dum ſpes nulla necis, crinito à vertice figit.
Faucibus ille cavis haſtam non ore receptam
Miratur moriens, pariterque & murmure plenus
Sanguis, & expulſi ſalierunt cuſpide dentes.
Auſus erat furto dextram injectare Leonteus
Pone viros atque arma latens, poſitumque trahebat

Pren-

112. *Recipit.*] Irruit in hoſtes, recipitque ſe. *Idem.*

116. *Cum primum fœta.*] In primo enim partu major eſt affectio fœtus. *Idem.*

121. *Reddere tela.*] In ſe ab hoſtibus miſſa in ipſos iterum retorquere. *Idem.*

122. *Præpetis.*] Aut altiſſime poſuit volantis, Virgil.

Quem præpes ab Ida ſublimem rapuit.

Aut certe augurem ſequentis. *Idem.*

125. *Cunctata.*] Morata. *Idem.*

127. *Phocea.*] De Phocea regione. *Tanagræum.*] Arcadium. *Idem.*

129. *Dum ſpes nulla necis.*] Nihil mutemus, ſanus hic locus. tantum τὸ *ſpes* non prima ſua notione, ſed pro *metu* accipe. *Bernart.* Eodem ſenſu Virg. vocem *ſperare* pro timere uſurpavit, lib. 1.

At ſperate Deos, memores fandi atque nefandi.

& alibi:

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

133. *Furto.*] Clam. loquitur autem de cadavere *Tydei*, quod clam injecta manu Leonteus abſtrahere voluerit; Satis ridicule inter tot pugnantium cuneos, quot modo nominati ſunt à Papinio. De *Furto* multis alibi. Elegantes *curam furari* ſic dictum Petro Chryſologo, *Furtim poſſidere* Hugoni Falcando, &c. *Barth.*

135. *Pie-*

Prenſo crine caput. vidit, quanquam undique crebræ
Hippomedon ante ora minæ. ſævoque protervam
Abſtulit enſe manum. ſimul increpat: Hanc tibi Tydeus,
Tydeus ipſe rapit. poſt & confecta virorum
Fata time, magnoſque miſer fuge tangere manes.
Ter Cadmæa phalanx torvum abduxere cadaver,
Ter retrahunt Danai. Siculi velut anxia puppis
Seditione maris, nequicquam obſtante magiſtro
Errat, & averſo redit in veſtigia velo.
Non ibi Sidoniæ valuiſſent pellere cœpto
Hippomedonta manus. non illum impacta moverent
Tormenta oppoſitum, formidatique ſuperbis
Turribus impulſus tentato umbone rediſſent.
Sed memor Elyſii regis, noxaſque retexens
Tydeos, in medios aſtu ſubit impia campos
Tiſiphone, ſenſere acies, ſubituſque cucurrit
Sudor equis, ſudorque viris: quanquam ore remiſſo
Inachium fingebat Halyn: nuſquam impius ignis,
Verberaque, & juſſi tenuere ſilentia crines.
Arma gerit, juxtaque feri latus Hippomedontis
Blanda genas, vocemque venit. tamen ille loquentis

Exti-

135. *Prehenſo crine caput.*] Id eſt, Tydei cadaver. *Lactant.*

136. *Minæ.*] Terrores hoſtium. *Idem.*

148. *Sed memor Elyſii.*] Qui ſcelera ſolet ulciſci. Non enim exciderant Tiſiphones animo ſcelera, quæ Tydeus patricidio perpetrarat: ſive quod nuper Menalippi caput aſſumpſerat. *Idem.* *Noxaque retexens Tydeos.*] Mentem Statii adſequitur Lactantius, notans non excidiſſe Tiſiphones animo ſcelera, quæ Tydeus patricidio perpetraverat, ſive quod nuper Menalippi caput abſumpſerat. Sed huic non congruit verbum *retexere*, quod eſt diſſolvere, infectum atque irritum reddere. Horat. 2. Sat. 3. *ſcriptorum quæque retexens.* Seneca epiſt. 94. *Omnia iſta exempla, quæ oculis atque auribus noſtris ingeruntur, retexenda ſunt, & plenum malis ſermonibus pectus exhauriendum.* Foret igitur potius, delens ex animo, quam in eo retinens. Ergo valeat, & recipiatur ex ſcriptis: *noxaſque recenſens.* id eſt, animo repetens, recordata. In patrem: *rerumque elementa recenſes.* Lib. 3. Tydeus *prædamque jacentem Comportat gaudens, ingentiaque acta recenſet.* Et tamen lib. 3. *multumque & ubique retexens, Legatum ſeſe Graja de gente petendis Iſſe ſuper regnis profugi Polynicis.* Sed hic ſcriptos ſequimur. *Gronovius.*

153. *Tenuere ſilentia.*] Furiarum nullis crinibus ſibilarunt angues. *Lactant.*

155. *Blanda genas.*] Non horrore terribilis. *Idem.*

156. *Admira-*

Extimuit vultus, admiraturque timorem.
Ille autem lachrymans, Tu nunc ait inclyte fruſtra
Exanimes ſocios, inhumataque corpora Grajum,
(Scilicet is nobis metus? aut jam cura ſepulchri?)
Protegis, ipſe manu Tyria tibi captus Adraſtus
Raptatur, teque ante alios, te voce, manuque
Invocat. heu qualem lapſare in ſanguine vidi
Exutum canos lacero diademate crines.
Nec procul hinc, adverte oculos: ubi plurimus ille
Pulvis, ubi ille globus. paulum ſtetit anxius heros,
Librabatque metus. premit aſpera virgo: quid hæres?
Imus? an hi retinent manes? & vilior ille
Qui ſupereſt? miſerum ſociis opus, & ſua mandat
Prælia, & unanimi vadit deſertor amici,
Reſpiciens tamen, & revocent ſi forte paratus.
Inde legens turbata trucis veſtigia divæ,
Huc illuc fruſtra ruit avius. impia donec
Eumenis ex oculis, rejecta cœrula parma
Fugit, & innumeri galeam rupere caraſtæ.
Aſpicit infelix diſcuſſa nube quietos
Inachidas, currumque nihil metuentis Adraſti.
Et Tyrii jam corpus habent. jam gaudia magna
Teſtantur voces. victorque ululatus aderrat
Auribus, occultoque ferit præcordia luctu.

Duci-

156. *Admiraturque.*] Quia latebat cauſa, mirabatur in ſe Hippomedon timorem. *Idem.*

157. *Inclyte.*] Poſt Amphiaraum & Tydeum ſummus erat Heroum apud Achivos Hippomedon, quanquam poëta ſupra voce ipſius Tydei Capaneum prætulerit. *V. Schol.*

158. *Inhumata corpora.*] Quæ Tydeo adjacebant, & cum eo tutabantur. *Vet. Schol.*

162. *Verſare in ſanguine vidi.*] Potior eſt ſcriptorum librorum lectio: *lapſare in ſanguine vidi.* Noſter lib. v.

— *vidi lapſare cruentæ*
Vulnere Mirmydonis. —

Poëta princeps:

— *Et in multo lapſantem ſanguine nati.*

Tacitus Hiſt. 1. *Lapſantibus equis & cataphractarum pondere.* Bern.

166. *Librabatque metus.*] Dubitabat cui magis, Tydei cadaveri an Adraſto ſubveniret *Lactant.*

170. *Revocent.*] Utrum ſe ſocii ſui validi revocent à protegendo Tydei cadavere. *Idem.*

178. *Victorque ululatus inerrat:*] Quidni cum ſcriptis: *aderrat.* Ut *accidere ad aures* vocem vel ſonitum dicunt. Verbum exſtat & in Surrentino: *& blandi ſcopulis delphines aderrant.* Gronovius:

182. *Sive*

Ducitur hoſtili (prô dura potentia fati)
Tydeus ille ſolo, modo cui Thebana ſequenti
Agmina, ſive gradum, ſeu frena effunderet, ingens
Limes utrimque datus: nuſquam arma, manuſque quieſcunt.
Nulla viri feritas juvat ora rigentia leto,
Et formidatos impune laceſſere vultus.
Hic amor, hoc una timidi, forteſque ſequuntur
Nobilitare manus, infectaque ſanguine tela
Conjugibus ſervant, parviſque oſtendere natis.
Sic ubi Maura diu populatum rura leonem
Quem propter, clauſique greges, vigilantque magiſtri,
Paſtorum laſſæ debellavere cohortes;
Gaudet ager, magno ſubeunt clamore coloni,
Præcerpuntque jubas, immaniaque ora recludunt,
Damnaque commemorant, ſeu jam ſub culmine fixus
Excubat, antiquo ſeu pendet gloria luco.
At ferus Hippomedon quanquam jam ſentit inane
Auxilium, & feram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, & cæcum rotat irrevocabilis enſem.
Vix ſocios, hoſtemque nihil dum tardet euntem
Secernens, ſed cæde nova jam lubrica tellus
Armaque, ſemineceſque viri, curruſque ſoluti
Impediunt, levumque femur, quod cuſpide fixum

Regis

182. *Sive gradum, ſeu frena effunderet.*] Mens: ſive pedes, ſive eques ſequeretur. Sequentia interpunctione ſic illuſtro,

—— ingens
Limes utrimque datus: nuſquam arma, manuſque quieſcunt,
(Nulla viri feritas) Bernart.

183. *Nuſquam arma, manuſque.*] Nuſquam ſunt jam ejus arma, jacula, enſes, & quicquid manus vibrare ſolent. Miraculo hoc ſtupent Thebani, nulla ejus eſſe arma, & quieſcere manus. *Vet. Scholiaſt.*

185. *Impune laceſſere.*] Delectabat Thebanos ſecure inſultare cadaveri. *Lactant.*

195. *Gloria luco.*] De venatione gloria, aut de feræ magnitudine. Luco vero aut Dianæ, aut Silvani alia ſunt quæ figuntur, alia quæ à paſtoribus templorum tholis ſuſpenduntur. Dentes & cornua figuntur, pelles & alia ſuſpenduntur, ut Virgil.

Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. Idem.

201. *Soluti.*] Aut fracti, aut à frenis liberi. *Idem.*

202. *Impediunt.*] Retardant. *Femur.*] Hippomedontis ſcilicet regis Echionii. Supra enim de telo Etheoclis dixit, femur Hippomedontis fuiſſe transfixum, quod in aëre moratum tranſmiſſumque tantum. *Idem.*

207. *Falſo*

Regis Echionii, ſeu diſſimulaverat ardens,
Sive ibi neſcierat. mœſtum videt Hoplea tandem.
Tydeos hic magni fidus comes, & modo fruſtra
Armiger. alipedem prona cervice tenebat
Fatorum ignarum domini, ſolumque frementem
Quod vacet. inque acies audentior ille pedeſtres,
Hunc aſpernantem tumido nova pondera tergo
(Unam quippe manum domitis expertus ab annis)
Corripit, affaturque: quid ô nova juſſa recuſas
Infelix ſonipes? nuſquam tibi dulce ſuperbi
Regis onus: non jam Ætolo ſatiabere campo,
Gaudentemque jubam per ſtagna Acheloïa ſolves.
Quod ſupereſt, caros, i, ſaltem ulciſcere manes,
Aut ſequere. extorrem neu tu quoque læſeris umbram
Captivus, tumidumque equitem poſt Tydea portes.
Audiſſe, accenſumque putes hoc fulmine raptum
Abſtulit, & ſimiles minus indignatur habenas.
Semifer aëria talis Centaurus ab Oſſa
Deſilit in valles. ipſum nemora alta tremiſcunt,
Campus equum. trepidi curſu glomerantur anhelo

Labda-

207. *Fatorum ignarum Domini.*] Equum dicit ignoraſſe mortem Domini Tydei. Hoc autem ſolum indignatum cum fremitu, quod majorem voluptatem caperet herus ex pedeſtribus pugnis, & ſe vacare ſineret. Inepte hæc ſub nomine Luctatii vetus enarrator de Hopleo intelligit. Neque illud non inſcitiſſime, quod equum dicat lugere mortem Domini. At non loquebatur iſti aſino Papinius, cum ſcriberet:

— Fatorum ignarum Domini. Barth.

Frementem.] Poëtis licet equis humanos ſenſus dare. Dicit ergo poëta equum Tydei doluiſſe mortem domini, ut Virgil.

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon
It lachrymans. Lactant.

208. *Audentior.*] Fretus Hopleus auxilio equi audebat hoſtiles peditum catervas impetere. *Idem.*

209. *Nova pondera.*] Hippomedonta. *Idem.*

213. *Satiabere campo.*] Curſu vel paſtu. *Idem.*

215. *Extorrem.*] In exilio degentem, quaſi cujus umbra careat patria ſepultura. *Neu tu quoque.*] Ut eum ego relinquens læſi manes Tydei. *Idem.*

218. *Fulmine raptum.*] Intelligi vult poëta exhortationes Hippomedontis equum ſenſiſſe, cum fingit eum in vindictam domini tantæ velocitatis nimietate correptum. *Idem.*

219. *Similes habenas.*] Non impares domini viribus. *Habenas* enim pro rectore poſuit. *Idem.*

221. *Ipſum.*] Partem Centauri, quæ hominem præfert. *Idem.*

222. *Campus.*] Subaudis, tremiſcit equinam partem ſemiferi. *Idem.*

223. *Ille*

Labdacidæ, premit ille ſuper, nec opinaque ferro
Colla metens, linquit truncos poſt terga cadentes.
Ventum erat ad fluvium, ſolito tunc plenior alveo,
Signa mali, magna ſe mole Iſmenos agebat.
Illa brevis requies, illo timida agmina laſſam
De campis egere fugam. ſtupet hoſpita belli
Unda viros, claraque armorum incenditur umbra.
Inſiluere vadis. magnoque fragore ſolutus
Agger, & adverſa latuerunt pulvere ripæ.
Ille quoque hoſtiles ſaltu majore per undas
Irruit attonitis (longum dimittere habenas)
Sicut erat, tantum viridi defixa parumper
Ceſpite, populeo commendat ſpicula trunco.
Tunc vero exanimes tradunt rapientibus ultro
Arma vadis, alii dimiſſa caſſide quantum
Tendere conatus animæ valuere ſub undis,
Turpe latent. multi fluvium tranſmittere nando
Aggreſſi, ſed vincla tenent, laterique repugnat

Bal-

223. *Ille ſuper.*] Hippomedon. *Nec opina.*] Quia maxima celeritate & ſubito, nec opinantes oppreſſit. *Idem.*

224. *Linquit truncos.*] Tanta celeritate rapitur ut eo, ut deciſis capitibus, prius ipſe abſit, quam trunca corpora in terram cadant. *Vetus Scholiaſtes.* *Poſt terga cadentes.*] Tanta celeritate fugientibus abſciderat capita, ut eo tranſeunte occiſorum caderent corpora. *Lactantius.*

226. *Signa mali.*] Interpoſitio eſt, id eſt, hæc erant indicia de Hippomedontis exitu. *Idem.* *Signa mali.*] Infinitis ſcriptorum locis *exundationes fluminum* pro infelicibus ſignis habentur. De *Tiberi* multis exemplis notum negotium. Plenus Julii Obſequentis Commentatiolus. Vide ad Petronii Specimen Belli civilis inchoati, Horat. lib. I. Car. II. Claudian. I. in Eutrop. Comment. *Se agebat.*] Locutio Maroniana faſtum & tumorem inferens, lib. IX.

— Antiphates ſe primus agebat, &c. Barthius.

227. *Illa brevis requies.*] Mora fluvii fugientibus Thebanis, & tardationis Hippomedontis parvam requiem tribuit. *Lactant.*

228. *Hoſpita belli.*] Nova cladibus, quæ adhuc fuerat nullo belli cruore fuſcata. *Idem.*

230. *Adverſæ.*] Contrapoſitæ. *Id.*

233. *Attonitis.*] Thebanis. *Longum.*] Interpoſitio à mora. *Idem.*

234. *Sicut erat.*] Id eſt armatus. *Id.*

235. *Commendat ſpicula.*] Sua ſcilicet, ne eum in flumine impedirent. *Id.*

238. *Sub undis.*] Hoc eſt quantum poterant eorum ſpiritus ſub undis durare. Lucan.

Animam ſervare ſub undis.
Idem.

239. *Turpe latent.*] Pro turpiter celantur. *Idem.*

240. *Sed vincla tenent.*] Calciamentorum ſtricturæ. *Idem.*

241. *Deducit*

Balteus, & madidus deducit pectora thorax.
Qualis cæruleis tumido ſub gurgite terror
Piſcibus, arcani quoties devexa profundi
Scrutantem delphina vident, fugit omnis in imos
Turba lacus, virideſque metu ſtipantur in algas.
Nec prius emerſi quam ſumma per æquora flexus
Emicet, & viſis malit certare carinis.
Talis agit ſparſos, mediiſque in fluctibus heros
Frena manu pariter, pariter regit arma, pedumque
Remigio ſuſtentat equum, conſuetaque campo
Fluctuat, & merſas levis ungula quærit arenas.
Sternit Iona Chromis, Chromin Antiphos, Antiphon Hypſeus.
Hypſeus Aſtyagen, evaſurumque relicto
Amne Linum, ni fata vetent & ſtamine primo
Ablatum tellure mori, premit agmina Thebes
Hippomedon, turbat Danaos Aſopius Hypſeus,
Amnis utrumque timet. craſſo vada mutat uterque
Sanguine, & à fluvio neutri fatale reverti.
Jam laceri pronis volvuntur curſibus artus,
Oraque, & abſciſæ redeunt in pectora dextræ.
Spicula jam clypeoſque leves arcuſque remiſſos
Unda vehit, galeaſque vetant deſcendere criſtæ.

Sum-

241. *Deducit pectora.*] Mergit aut trahit fluminis alveo. *Idem.*

245. *Turba latent.*] Piſcium multitudo. *Idem.*

247. *Emicet.*] Scilicet delphinus. *Carinis.*] Ut magis eligat carinis illudere, quam inſequi piſces. *Idem.*

251. *Quærit arenas.*] Titubat equus flumen ingreſſus, & quærit campum ubi firmos ſolet greſſus infigere. *Idem.*

253. *Relicto.*] Quia jam prope ripam evaſerat fugiens. *Idem.*

254. *Et ſtamine primo ablatum tellure mori.*] Senſus, niſi primo ſtamine quod Parcæ nerant, negatum illi fuiſſet, in terra mori. Reſpexit veterum ſtultum errorem, qui anus illas in ipſa nativitatis hora, unicuique inevitabiles leges præſcribere, credebant. Catullus in nuptiis Pelei:

Talia divino fuderunt carmine fata
Carmine, perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas. Bern.

255. *Ablatum.*] Negatum fatis ut in fluvio potius moreretur, quam in terra. *Idem.*

257. *Utrumque.*] Et Hypſeum, & Hippomedonta: quoniam uterque in flumine dimicabat. *Idem.*

261. *Spicula, jam clypeoſque, leves arcuſque remiſſos Unda vehit.*] Piget & pudet minuta hæc monere. & tamen niſi æternum caligare velis, legendum:

Spicula jam clypeoſque leves arcuſque remiſſos
Unda vehit. Bernart.

265. *Efflan-*

Summa vagis late ſternuntur flumina telis,
Ima viris. illic luctantur corpora leto,
Efflanteſque animas retro premit obvius amnis.
Flumineam rapiente vado puer Agrius ulmum
Prenderat, inſignes humeros ferus enſe Menœceus
Amputat. ille cadens nondum conamine adempto,
Truncus in excelſis ſpectat ſua brachia ramis.
Hypſeos haſta Sagen ingenti vulnere merſit,
Ille manet fundo, rediit pro corpore ſanguis.
Deſiluit ripis fratrem rapturus Agenor.
Heu miſer, & tenuit. ſed ſaucius ille levantem
Degravat amplexu. poterat reſolutus Agenor
Emerſiſſe vadis, puduit ſine fratre reverti.
Surgentem dextra Chaletum, vulnuſque minantem
Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex:
Jam vultu, jam crine latet, jam dextera nuſquam,
Ultimus abruptas enſis deſcendit in undas.
Mille modis leti miſeros mors una fatigat.
Induit a tergo Mycaleſia cuſpis Agyrten,
Reſpexit, nuſquam auctor erat. ſed concita tractu
Gurgitis, effugiens invenerat haſta cruorem.
Figitur & validos ſonipes Ætolus in armos,
Exiluitque alte vi mortis, & aëra pendens

Ver-

265. *Efflanteſque animas.*] Doctrinam Homericam, Sineſio celebratam, ſequitur. Nimirum in *aqua* exſtinctorum *animas* cum corporibus interire, non valentes penetrare vim undæ, & per eam ad cæleſtia eniti. Vide Juſto Lipſio, ſummo viro, notata libro III. Phyſiologiæ Stoicæ cap. 17. *Barthius.* *Obvius amnis.*] Exeuntem ſpiritum aqua infuſa gutturi retardabat: id eſt, non ſinebat ſpiritum exire de corpore. *Lactantius.*

274. *Reſolutus.*] Amplexu fratris liberatus flumen evadere. *Idem.*

277. *Nodato gurgite.*] Quia aſtringit vertigo fluminis natantes, & non dat ſpacium evadendi. *Idem.*

280. *Mille modis leti.*] Quia mori cœperat unuſquiſque, ſic Lucan.

Mille modos inter lethi, mors una timorem; Qui cœpere mori.

Idem.

281. *Induit.*] Totum pertranſiit. *Idem.*

282. *Auctor.*] Qui vulnus infixerat nuſquam parebat, Virgil.

Neque enim his telis, nec vulneris auctor. Idem.

283. *Effugiens haſta.*] Dum impetu gurgitis traheretur invenit. *Idem.*

284. *Ætolus.*] Tydei equus, quem Hippomedon ſedebat. *Idem.*

Verberat. Haud tamen eſt turbatus flumine ductor.
Sed miſeratur equum, magnoque è vulnere telum
Exuit ipſe gemens & ſponte remiſit habenas;
Inde pedes repetit pugnas, greſſuque, manuque
Certior. & ſegnem Nomium, fortemque Mimanta,
Thisbeumque Lichan, Anthedoniumque Lycetum
Continuat ferro, geminiſque è fratribus unum
Theſpiaden. eadem poſcenti fata Panemo
Vive ſuperſtes ait; diraque ad mœnia Thebes
Solus abi, miſeros non decepture parentes.
Dii bene quod pugnas rapidum dejecit in amnem
Sanguinea Bellona manu. trahit unda timentes.
Gurgite gentili, nuda nec flebilis umbra
Stridebit veſtros Tydeus inhumatus ad ignes,
Ibitis æquoreis crudelia pabula monſtris.
Illum terra vehit, ſuaque in primordia ſolvit.

Sic

290. *Certior.*] Id eſt, fixior ſedens equum magis titubabat: ſive *certior*, velocior. *Lactant.*

291. *Thisbeumque Lycan.*] MSS. fere, *Thebeumque Lichan.* Quidam *Phæbeumque* aut *Phelenmque.* *Thebæus* quidem pro Thebano novum & nimis præciſum. Inveni tandem in uno: *Thisbeumque.* Idque verum eſt. Hoc ipſo Libro interficitur à Parthenopæo, *quem candida Thisbe Miſerat.* Habes in Iliade ſecunda inter Bœotos: πολυτρήρωνά τε Θίσβην; Ovid. 11. met.

Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas. Gronov.

Antedoniumque.] Antedone civitas eſt Eubœæ. *Lactant.*

293. *Panemo.*] Ex duobus geminis nomen alterius. *Idem.*

294. *Vive ſuperſtes.*] E contrario ait Virgil. *& fratrem ne deſere frater*: hic ut deſerat fratrem hortatur. *Idem.*

295. *Non decepture parentes.*] Id eſt, ut in unius vultu deſinant parentes ex ſimilitudine filiorum errare. Virgil.

At nunc ſæva dedit vobis diſcrimina Pallas.

Lucanus:

Et amiſſum fratrem lugentibus offert.

Idem.

299. *Stridebit.*] Hæc enim in ſepulto cadavere umbras facere opinabantur. *Vet. Scholiaſt.* *Tydeum* ſepulchro honoratum ſupra ex Pauſania notatum eſt. De *ſtridore umbrarum* vide notata Caſp. Gevartio ad lib. II. Silvar. Et Joſepho Antonio Salaſio ad Petronium p. 336. Hunc etiam Papinii verſum citat Priſcianus l. x. p. 893. Edit. Puſchianæ. *Barth.*

Inhumatus ad ignes.] Neque circa veſtros rogos flebilis umbra Tydei, & ſtridores & lamenta dabit dolens, quod ipſe non meruerit rogum. *Lactant.*

300. *Pabula monſtris.*] Ut Virgil.

Piſceſque impaſti vulnera lambent.

Idem.

301. *Primordia ſolvit.*] Hoc eſt, cum corpus non fuerit concrematum, redigetur in pulverem, & redibit in principium ſui: quia omnis caro dicitur eſſe terrena. quam opinionem ſecutus Lucanus ait: *quam ſol nimbique, dieſque longior, Emathiis reſolutum miſcuerit.* Idem.

307. *Ca-*

Sic premit adverſos, & acerbat vulnera dictis.
Ac nunc enſe furit, nunc tela natantia raptans
Ingerit: innuptæ comitem Therona Dianæ,
Ruricolamque Gyan, cum fluctivago Ergino,
Intonſumque Herſen, contemptoremque profundi
Crethea, nimboſam qui ſæpe Caphareos arcem
Euboicaſque hyemes, parva transfugerat alno.
Quid non fata queant? trajectus pectora ferro
Volvitur in fluctus: heu cujus naufragus unda!
Te quoque ſublimi tranſnantem flumina curru
Dum ſocios Pharſale petis, reſupinat ademptis
Dorica cuſpis equis. illos violentia ſævi
Gurgitis; infelixque jugi concordia mergit.
Nunc age quis tumidus magnum expugnaverit undis
Hippomedonta labor, cur ipſe excitus in arma
Iſmenos, doctæ noſſe indulgete ſorores:
Veſtrum opus ire retro, & ſenium defendere famæ.
Gaudebat Fauno, nymphaque Iſmenide natus
Maternis bellare tener Crenæus in undis.
Crenæus, cui prima dies in gurgite fido
Et natale vadum & virides cunabula ripæ.
Ergo ratus nihil Elyſias ibi poſſe ſorores,
Lætus adulantem nunc hoc nunc margine ab illo
Tranſit avum. levat unda gradus, ſeu defluus ille,
Sive obliquus eat, nec cum ſubit obvius ullas
Stagna dedere moras, pariterque revertitur amnis.
Non Anthedonii tegit hoſpitis inguina pontus

Blan-

307. *Caphares.*] Caphareus mons eſt Euboeæ inſulæ, juxta quem Græci propter cautes aſperas paſſi ſunt tempeſtates; ut ipſe in Achilleide: *nocturnaque Caphareus exeret ſigna, & durum pariter quæremus Ulyxem.* Lactant.

318. *Depellere famæ.*] Memoria præterita repetere, & oblivionis ſqualorem damnumque pellere. *Idem.*

319. *Hiſmenide.*] Ex Hiſmeni fluminis filia Hiſmenide natus Priamides. *Id.*

321. *Prima die.*] Quando natus eſt. *Idem.*

324. *Adulantem.*] Adulatur, alludit, ac blanditur: interdum ſupplicat. *Idem.*

326. *Subit obvius.*] Id eſt, contra fluvium natat. *Idem.*

327. *Revertitur amnis.*] Cum natante puero in originem ſuam recurrit. *Id.*

328. *Non Anthedonii tegit hoſpitis, &c.*] Nihil pote melius hac lectione

 ſcri-

Blandior, æſtivo nec ſe magis æquore Triton
Exerit, aut caræ feſtinus ad oſcula matris
Cum remeat, tardumque ferit delphina Palæmon.
Arma decent humeros, clypeuſque inſignis, & auro
Lucidus, Aoniæ cælatur origine gentis.
Sidonis hic blandi per candida terga juvenci
Jam ſecura maris, teneris jam cornua palmis
Non tenet: extremis alludunt æquora plantis.
Ire putes clypeo, fluctuſque ſecare juvencum.
Adjuvat unda fidem. pelago nec diſcolor amnis,
Tunc audax pariter telis, & voce proterva
Hippomedonta petit: non hæc fœcunda veneno
Lerna, nec Herculeis hauſtæ ſerpentibus undæ.
Sacrum amnem, ſacrum, (&, miſer, experiere) deûmque
Altrices irrumpis aquas. nihil ille, ſed ibat
Cominus, oppoſuit cumulo ſe denſior amnis

Tar-

ſcriptorum librorum. qui ſuppoſuerant *inguina portus*, litare debuerant bonæ Menti. Glaucum intelligit, cui Anthedon patria. Papinius Prometii:

— Subitis qui perdidit inguina monſtris
Glaucus, adhuc patriis quoties allabitur oris,
Littoream blanda feriens Anthedona cauda. Bern.

Anthedoni.] Anthedos civitas Glauci, qui Deus maris eſt factus guſtata herba, qua piſces mortui animam receperant. *Inguina.*] A qua parte transformatus fuerat. *Lactant.*

330. *Caræ matris.*] Matris Matutæ, Leucothoæ. *Vet. Schol.*

331. *Tardumque ferit.*] Verbere exagitat delphinum, à quo portabatur Palæmon. *Lactant.* *Ferit.*] Properans ad matrem, inſtigat vectorem Delfinum. *Vet. Schol.*

332. *Clypeusq; inſignis.*] Pluribus hiſtoriis inſculptus & coloribus variatus. *Idem.*

333. *Cælatur origine gentis.*] Gentis ſive generationis pictura nitebat. *Lactantius.*

337. *Ire putes.*] Ad picturæ laudem poëta mobilitatem immobilibus dedit. *pelago credas innare revulſas Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.* Idem.

338. *Non diſcolor.*] Non diſſimilis mari multarum incremento aquarum. *Idem.*

341. *Lerna.*] Palus Græciæ, in qua ſerpens plena capitibus eminebat. *Idem.*

342. *Deumque Altrices.*] Liberi patris & Herculis. Ergo numinum hæc ſunt fluenta. *Idem.* *Deum qui Altrices.*] Scripti omnes: *deumque*. Probe: modo diſtinguas: *Sacrum amnem, ſacrum, (& miſer experiere) deumque Altrices irrumpis aquas.* Gronov.

344. *Oppoſuit cumulo ſed denſior amnis.*] Fieri non poteſt quin attentus lector hic hæreat, cui adjutorium libri veteres; *ſe denſior.* Perſpicue rectum, ideoque non timide in contextu recepi. *Bernart.*

345. *Val-*

Tardavitque manum. vulnus tamen illa retentum
Pertulit, atque animæ tota in penetralia ſedit.
Horruit unda nefas: ſylvæ fleviſtis utraque:
Et graviora cavæ ſonuerunt murmura ripæ.
Ultimus ille ſonus moribundo emerſit ab ore,
Mater: in hanc miſeri ceciderunt flumina vocem.
At genitrix cœtu glaucarum cincta ſororum
Protinus icta malo, vitrea de valle ſolutis
Exiliit furibunda comis, ac verbere crebro
Oraque, pectoraque, & viridem ſcidit horrida veſtem.
Utque erupit aquis, iterumque, iterumque trementi
Ingeminat, Crenæ, ſono. nuſquam ille, ſed index
Deſuper, ah miſera nimium noſcenda parenti,
Parma natat. jacet ipſe procul, qua mixta ſupremum
Iſmenon primi mutant confinia ponti.
Fluctivagam ſic ſæpe domum, madidoſque penates
Halcyone deſerta gemit, cum pignora ſævus

Auſter,

345. *Vulnus retentum.*] Quod oppoſita mole aquarum conatus eſt fluvius retardare: ſive *vulnus* haſtam dixit, ut Virgil. *illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus Inſequitur.* Lactant.

347. *Utraque.*] Ambæ fluminis ripæ. *Idem.*

348. *Cavæ.*] Quia naturaliter loca concava gravius ſonant. *Idem.*

350. *Mater.*] Cum in extremo voce moriens matrem vocaret, extremum ſpiritum unda ſuperveniens clauſit. *Id.* *Flumina.*] Cum vocem hanc ediſſet, ſuffocarunt eum aquæ intrantes os. *Vet. Scholiaſt.* Pariter autem matrem in ore habebat jam ſuffocandus Pætus apud Propert.

Pæte, quid ætatem numeras, quid cara natanti
Mater in ore tibi eſt? Non habet unda Deos.

Lib. III. Eleg. VI. Pariter *Alcyonem conjugem Ceyx* apud Ovid. lib. XI.

— *Sed plurima nantis in ore*
Alcyone Conjux —
Dum natat abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus
Nominat Alcyonem, ipſiſque immurmurat undis.

Barthius.

351. *Glaucarum.*] Viridium Nereidarum. *Lactant.*

353. *Furibunda.*] Attonita. *Idem.*

359. *Confinia ponti.*] Id eſt, in qua parte ſe mari jungebat Hiſmenos, mutans colorem & ſaporem. *Idem.*

361. *Halcyone.*] Ceyx filius Luciferi habuit uxorem Halcyonem, à qua cum prohiberetur ire ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni ſui, naufragio periit: cujus corpus cum ad uxorem delatum eſſet, illa ſe præcipitavit in pelagus. Poſtea miſeratione Thetidis & Luciferi converſi ſunt ambo in aves marinas, quæ *halcyones* vocantur. notandum autem cum de muliere dicimus *hæc halcyone* facit, cum de avibus *hic & hæc halcyone, hi & hæ halcyones*, id eſt, aves marinæ, quæ hyeme in mari nidificant, & pullos nutrire dicuntur, qui

Auſter, & algentes rapuit Thetis invida nidos.
Mergitur orba iterum, penituſque occulta ſub undis
Limite non uno, liquidum qua ſubter eunti
Lucet iter, miſeri nequicquam funera nati
Veſtigat, plangitque tamen. ſæpe horridus amnis
Obſtat, & obducto caligant ſanguine viſus.
Illa tamen præceps in tela offendit & enſes,
Scrutaturque manu galeas, & prona reclinat
Corpora. nec ponto ſubmota intrabat amaram
Dorida. poſſeſſum donec jam fluctibus altis
Nereïdum miſerata cohors, ad pectora matris
Impulit. illa manu ceu vivum amplexa reportat.
Inſternitque toris riparum, atque humida ſiccat
Mollibus ora comis, atque hæc ululatibus addit:
Hoc tibi ſemidei munus tribuere parentes?
Nec mortalis avus? ſic noſtro in gurgite regnas?
Mitior heu miſero diſcors, alienaque tellus,
Mitior unda maris, quæ juxta flumina corpus
Rettulit, & miſeram viſa expectaſſe parentem.
Hine mei vultus? hæc torvi lumina patris?
Hi crines undantis avi? tu nobile quondam
Undarum, nemorumque decus, quo ſoſpite major
Diva, & nympharum longe regina ferebar.
Heu ubinam ille frequens modo circa limina matris

Ambi-

dies ſeptem tranquilliſſimum faciunt pelagus. *Lact.*

367. *Obſtat.*] Non ſponte, ſed limo & cadaveribus turbatus. *Idem.*

369. *Reclinat.*] Supinat, ut mortuorum vultus poſſit rimari. *Idem.*

373. *Impulit.*] Retorſit ad fluvium. *Idem.*

376. *Tribuere parentes.*] Quia dicit Ariſtoteles poſt annorum millia, & Nymphas & Faunos perire. *Idem.*

377. *Noſtro.*] Ex mortali puella in Nymfam mutata genuerat eum, ideoque mori Crenæum oportebat. *V. Schol.* Sed male. Nam Iſmeni filia hæc erat, & ex Fauno pepererat iſtum Crenæum. *Ariſtoteles dicit poſt certa annorum millia & Nymfas & Faunos perire, quia commiſtione mortalium provenerunt. Vet. Commentat.* *Regnas.*] Regno tibi per me, & meum patrem debito. Faunus erat pater Crenæi, mater amnis Iſmeni filia, quam non nominat noſter Poëta. *Vet. Scholiaſt.*

378. *Mitior heu miſero.*] Qui in ſidera raptus non ſit. *Lactant.*

383. *Undarum.*] Propter Iſmenon. *Nemorum.*] Propter Faunum. *Idem.*

386. *Am-*

Ambitus? oranteſque tibi ſervire Napææ?
Cur nunc te melius ſævo manſura profundo
Amplexu miſero tumulis, Crenæ, reporto,
Non mihi? nec tanta pudet (heu) miſeretque ruinæ,
Dure parens? quæ te alta & ineluctabilis imo
Condidit amne palus? quo jam nec cruda nepotis
Funera, nec noſtri valeant perrumpere planctus?
Ecce furit, jactatque tuo ſe in gurgite major
Hippomedon, illum, ripæque undæque tremiſcunt,
Illius impulſu noſtrum bibit unda cruorem.
Tu piger, & trucibus facilis ſervire Pelaſgis.
Ad cineres ſaltem, ſupremaque juſta tuorum
Sæve veni, non hic ſolum accenſure nepotem.
His miſcet planctus, multumque indigna cruentat
Pectora, cæruleæ referunt lamenta ſorores.
Qualiter Iſthmiaco nondum Nereida portu
Leucotheān planxiſſe ferunt, dum pectore anhelo

Frigi-

386. *Ambitus.*] Quia rogabant tibi in matrimonium ſociari. *Idem.*

387. *Manſura profundo.*] Melius fuerat in mari me tecum extingui. *Idem.*

390. *Dure parens.*] Hiſmene immiſericors pater. *Idem.*

397. *Juſta tuorum.*] *Juſta* dicuntur ſolemnia funerum. *Idem.*

398. *Non hic ſolum.*] Habetis cauſam aliam lachrymarum propter Hypſeon funere filium quem poſtea Capaneus occidit. *Idem.* *Accenſure nepotem.*] Sed cum infinitis aliis gentilibus tuis ab uno homine interfectis. *Vet. Schol.* Juvat vero iterum hic *incogitantiam Papinii* notare. Hic convitium dicit Iſmeno filia, ut prorſus ignoranti quicquid de cæde filii & aliorum geſtum ſit. At cum jam occidendus eſſet Nepos iſte ipſius, facit obſtantes, & inhibere volentes Hippomedontem, undas:

— *Oppoſuit cumulo ſe denſior amnis*
Tardavitque manum. —

An per ſomnium hoc fecit bonus Iſmenus? An vero, non inſolens prorſus talium, dormitavit denuo Optimus noſter Papinius? Hoc potius arbitror. *Barthius.*

401. *Nondum Nereida.*] Cum adhuc in Nympham minime mutata fuiſſet, & fieret dea juxta Hiſmenum, ubi fuerat demerſa. *Lactantius.*

402. *Leucotheān planxiſſe ferunt.*] Fabulam Ino & Melicertis tangit, pueris jam decantatam, vel ex uno Ovidio Metam. IV. quem non exſcribo. illud obiter ſciat juventus, Ino hanc, Matutam matrem, ab antiquis dictam; eandemque eſſe cum Aurora. Cicero. I. Tuſcul. *Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nobis?* Lucretius lib. V.

Tempore item certo roſeam Matuta per oras
Ætheris auroram defert, & lumina pandit.

Si de Matuta plura deſideras, adi Plutarchum in Camillo, & Problem. Ciceronem III. de Nat. Deor. Livium lib. VI. *Bernart.*

403. *Reſpuit*

Alternaque manus, & longi pignus amoris
Ira brevis. non me enſe tuo tunc, maxime Tydeu,
(Et poteras) noſtri mactatum in limine Adraſti?
Quin etiam Thebas me propter, & impia fratris
Tecta libens, unde haud alius remeaſſet, adiſti:
Ceu tibimet ſceptra, & proprios laturus honores.
Jam Telamona pium, jam Theſea fama tacebat.
Qualis & ecce jaces? quæ primum vulnera mirer?
Quis tuus hic, quis ab hoſte cruor? quæ te agmina? quive
Innumeri ſtravere globi? ni fallor, & ipſe
Invidit pater; & tota Mars impulit haſta.
Sic ait, & mœrens etiamnum lubrica tabo
Ora viri tergit lachrymis, dextramque reponit.
Tune meos hoſtes hucuſque exoſus? & ultra
Soſpes ego? exuerat vagina turbidus enſem,
Aptabatque neci: comites tenuere, ſocerque
Caſtigat; bellique vices, ac fata revolvens
Solatur tumidum, longeque à corpore caro
Paulatim, unde dolor, letique animoſa voluntas,
Amovet, ac tacite ferrum inter verba reponit.
Ducitur, amiſſo qualis conſorte laborum
Deſerit inceptum media inter jugera ſulcum
Taurus iners, colloque jugum deforme remiſſo
Parte trahit, partem lacrymans ſuſtentat arator.
Ecce autem hortatus Eteoclis, & arma ſecuti

Lecta

64. *Mactaſti in limine Adraſti.*] Melliores ſcitius: *mactatum.* Ut ille in veteri tragœdia: *Mene heu ſervaſſe, ut eſſent, qui me perderent?* Virgilius: *mene incepto deſiſtere victam? Nec poſſe Italia Teucrorum avertere regem?* Gronov.

68. *Thelamona.*] Hic Meleagrum dicitur unicè dilexiſſe, ut Theſeus Perithoum. *Lactantius.*

70. *Quis cruor.*] Quantus, quia & ſanguine Tydei fuerat aſperſus. *Idem.* *Hoſte.*] Non uno, ſed ait hoſtium cruorem delere Tydei propriam. *Innumeri globi.*] Nec enim unius opus tua cædes, ne globi quidem. *Pater.*] Ad genus enim Martis originem referebat Tydeus. *Etiamnum lubrica.*] Nondum enim cruor exaruerat aut conſtiterat. *V. S.*

72. *Invidit pater.*] Tantæ virtutis vult oſtendere Tydeum fuiſſe, ut etiam patris ſui Martis tangeretur invidia. *Lactantius.*

75. *Hucuſque.*] Uſque adeone furit, ut inimicos dentibus ſuis aſſumeret. *Ultro ſoſpes ego.*] Tibi ſuperſtes ſum. Cum exprobratione dicitur, ut Virgil. *Morte tua vivo.* Idem.

89. *Collata.*] Sub ſcuto curvata. *Id.*

90. *Fixe-*

Lecta manus, juvenes, quos nec Tritionia bello
Nec prope collata ſpreviſſet cuſpide Mavors
Adventant. contra collecta ut pectora parmæ
Fixerat, atque haſtam longe protenderat, hæret
Arduus Hippomedon. ceu fluctibus obvia rupes,
Cui neque de cœlo metus, & fracta æquora cædunt,
Stat cunctis immota minis. timet ipſe rigentem
Pontus, & ex alto miſeræ novere carinæ.
Tunc prior Aonides, (validam ſimul elicit haſtam)
Non pudet hos manes, hæc infamantia bellum
Funera, diis coram, & cœlo inſpectante tueri?
Scilicet egregius ſudor memorandaque Virtus
Hanc tumulare feram? ne non mœrentibus Argos
Exequiis lachrymandus eat? mollique pheretro
Infandam ejectans ſaniem? dimittite curam.
Nulla illum volucres, nulla impia monſtra, nec ipſe
Si demus, pius ignis edat. nec plura: ſed ingens
Intorquet jaculum, duro quod in ære moratum,
Tranſmiſſumque tamen clypei ſtetit orbe ſecundo.
Inde Pheres, acerque Lycus. ſed caſſa Pheretis
Haſta redit, Lycus excelſo terrore comantem
Perſtrinxit galeam: convulſæ cuſpide longe
Diffugere jubæ, patuitque ingloria caſſis.
Ipſe nec ire retro, nec in obvia concitus arma
Exilit. inque eadem ſeſe veſtigia ſemper

Obver-

90. *Fixerat.*] Inhæſerat. *Idem.*

95. *Validam ſimul elicit haſtam, &c.*] Corruptam & hanc ſcripturam arbitror. Libri veteres in eo adjuvant quòd referant, *hos manes, hæc infamantia bellum Funera*, quæ tamen medicina huic ægro nondum faciet vitam. auguror legendum, & niſi rectè, cauſſam non dico, quin artem divinandi in perpetuum deſinam: *validam ſimul ejicit haſtam.* Judicabit eruditus lector *Bernart.*

96. *Hoc.*] Omnino legendum *Hæc.* Et ſic Optimi librorum. *Infamantia.*] Hoc eſt infamia quadam notantia & traducentia. Petronius Satirico: *Dum ergo juvenes ſententias rident, ordinemque totius dictionis infamant, Oportune ſubduxi me.* Id eſt, ſubſannant, exſibilant, irrident. *Bart.*

102. *Nulla impia monſtra.*] Ita Tydeum Menalippi cadavere funeſtatum dicit, ut corpus ejus horreant etiam feræ conſumere. *Lactantius.*

105. *Orbe ſecundo.*] Clypei: oſtendit non unius tegminis Hippomedontis ſcutum fuiſſe. *Idem.*

107. *Excelſo terrore.*] Pro excelſi terroris. *Idem.*

108. *Ingloria.*] Indecora. *Idem.*

112. *Reci-*

Obverſus cunctis profert, recipitque, nec unquam
Longius indulget dextra, motuſque per omnes
Corpus amat: corpus ſervans, circumque, ſupraque
Vertitur. Imbellem non ſic amplexa juvencum
Infeſtante lupo, cum primum fœta tuetur
Mater, & ancipiti circunfert cornua gyro.
Ipſa nihil metuens, ſexuſque oblita minoris
Spumat, & ingentes imitatur fœmina tauros.
Tandem intermiſſa jaculantum nube poteſtas
Reddere tela fuit. namque & Sicyonius Alcon
Venerat auxilio, Piſæaque præpetis Ida
Turba ſubit, cuneumque replent. his fretus, in hoſtes
Lernæam jacit ipſe trabem. volat illa ſagittis
Æqua fuga, mediumque nihil cunctata Politen
Tranſabit, & juncti clypeum cavat improba Mopſi.
Phocea tunc Cydona, Tanagræumque Phalantum,
Atque Erycem, hunc retro converſum, & tela petentem
Dum ſpes nulla necis, crinito à vertice figit.
Faucibus ille cavis haſtam non ore receptam
Miratur moriens, pariterque & murmure plenus
Sanguis, & expulſi ſalierunt cuſpide dentes.
Auſus erat furto dextram injectare Leonteus
Pone viros atque arma latens, poſitumque trahebat

Pren-

112. *Recipit.*] Irruit in hoſtes, recipitque ſe. *Idem.*

116. *Cum primum fœta.*] In primo enim partu major eſt affectio fœtus. *Idem.*

121. *Reddere tela.*] In ſe ab hoſtibus miſſa in ipſos iterum retorquere. *Idem.*

122. *Præpetis.*] Aut altiſſime poſuit volantis, Virgil.

Quem præpes ab Ida ſublimem rapuit.

Aut certe augurem ſequentis. *Idem.*

125. *Cunctata.*] Morata. *Idem.*

127. *Phocea.*] De Phocea regione. *Tanagræum.*] Arcadium. *Idem.*

129. *Dum ſpes nulla necis.*] Nihil mutemus, ſanus hic locus. tantum τὸ *ſpes* non prima ſua notione, ſed pro *metu* accipe. *Bernart.* Eodem ſenſu Virg. vocem *ſperare* pro timere uſurpavit, lib. 1.

At ſperate Deos, memores fandi atque nefandi.

& alibi:

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

133. *Furto.*] Clam. loquitur autem de cadavere *Tydei*, quod clam injecta manu Leonteus abſtrahere voluerit; Satis ridicule inter tot pugnantium cuneos, quot modo nominati ſunt à Papinio. De *Furto* multis alibi. Eleganter *curam furari* ſic dictum Petro Chryſologo, *Furtim poſſidere* Hugoni Falcando, &c. *Barth.*

135. *Pre-*

Prenſo crine caput. vidit, quanquam undique crebræ
Hippomedon ante ora minæ. ſævoque protervam
Abſtulit enſe manum. ſimul increpat: Hanc tibi Tydeus,
Tydeus ipſe rapit. poſt & confecta virorum
Fata time, magnoſque miſer fuge tangere manes.
Ter Cadmæa phalanx torvum abduxere cadaver,
Ter retrahunt Danai. Siculi velut anxia puppis
Seditione maris, nequicquam obſtante magiſtro
Errat, & averſo redit in veſtigia velo.
Non ibi Sidoniæ valuiſſent pellere cœpto
Hippomedonta manus. non illum impacta moverent
Tormenta oppoſitum, formidatique ſuperbis
Turribus impulſus tentato umbone rediſſent.
Sed memor Elyſii regis, noxaſque retexens
Tydeos, in medios aſtu ſubit impia campos
Tiſiphone, ſenſere acies, ſubituſque cucurrit
Sudor equis, ſudorque viris: quanquam ore remiſſo
Inachium fingebat Halyn: nuſquam impius ignis,
Verberaque, & juſſi tenuere ſilentia crines.
Arma gerit, juxtaque feri latus Hippomedontis
Blanda genas, vocemque venit. tamen ille loquentis

Exti-

135. *Prehenſo crine caput.*] Id eſt, Tydei cadaver. *Lactant.*

136. *Minæ.*] Terrores hoſtium. *Idem.*

148. *Sed memor Elyſii.*] Qui ſcelera ſolet ulciſci. Non enim exciderant Tiſiphones animo ſcelera, quæ Tydeus parricidio perpetrarat: ſive quod nuper Menalippi caput aſſumpſerat. *Idem. Noxaque retexens Tydeos.*] Mentem Statii adſequitur Lactantius, notans non excidiſſe Tiſiphones animo ſcelera, quæ Tydeus parricidio perpetraverat, ſive quod nuper Menalippi caput abſumpſerat. Sed huic non congruit verbum *retexere*, quod eſt diſſolvere, infectum atque irritum reddere. Horat. 2. Sat. 4. *ſcriptorum quæque retexens.* Seneca epiſt. 94. *Omnia iſta exempla, quæ oculis atque auribus noſtris ingeruntur, retexenda ſunt; & plenum malis ſermonibus pectus exhauriendum.* Foret igitur potius, delens ex animo, quam in eo retinens. Ergo valeat, & recipiatur ex ſcriptis: *noxaſque recenſens.* id eſt, animo repetens, recordata. In patrem: *rerumque elementa recenſes.* Lib. 3. Tydeus *prædamque jacentem Comportat gaudens, ingentiaque acta recenſes.* Et tamen lib. 3. *multumque & ubique retexens, Legatum ſeſe Graja de gente petendis Iſſe ſuper regnis profugi Polynicis.* Sed hic ſcriptos ſequimur. *Gronovius.*

153. *Tenuere ſilentia.*] Furiarum nullis crinibus ſibilarunt angues. *Lactant.*

155. *Blanda genas.*] Non horrore terribilis. *Idem.*

156. *Admira-*

Extimuit vultus, admiraturque timorem.
Ille autem lachrymans, Tu nunc ait inclyte fruſtra
Exanimes ſocios; inhumataque corpora Grajum,
(Scilicet is nobis metus? aut jam cura ſepulchri?)
Protegis, ipſe manu Tyria tibi captus Adraſtus
Raptatur, teque ante alios, te voce, manuque
Invocat. heu qualem lapſare in ſanguine vidi
Exutum canos lacero diademate crines.
Nec procul hinc, adverte oculos: ubi plurimus ille
Pulvis, ubi ille globus. paulum ſtetit anxius heros,
Librabatque metus. premit aſpera virgo: quid hæres?
Imus? an hi retinent manes? & vilior ille
Qui supereſt? miſerum ſociis opus, & ſua mandat
Prælia, & unanimi vadit deſertor amici,
Reſpiciens tamen, & revocent ſi forte paratus.
Inde legens turbata trucis veſtigia divæ,
Huc illuc fruſtra ruit avius. impia donec
Eumenis ex oculis, rejecta cærula parma
Fugit, & innumeri galeam rupere ceraſtæ.
Aſpicit infelix diſcuſſa nube quietos
Inachidas, currumque nihil metuentis Adraſti.
Et Tyrii jam corpus habent. jam gaudia magnæ
Teſtantur voces. victorque ululatus aderrat
Auribus, occultoque ferit præcordia luctu.

Duci-

156. *Admiraturque.*] Quia latebat cauſa, mirabatur in ſe Hippomedon timorem. *Idem.*

157. *Inclyte.*] Poſt Amphiaraum & Tydeum ſummus erat Heroum apud Achivos Hippomedon, quanquam poëta ſupra voce ipſius Tydei Capaneum prætulerit. *V. Schol.*

158. *Inhumata corpora.*] Quæ Tydeo adjacebant, & cum eo tutabantur. *Vet. Schol.*

162. *Verſare in ſanguine vidi.*] Potior eſt ſcriptorum librorum lectio: *lapſare in ſanguine vidi.* Noſter lib. v.

— vidi lapſare cruentæ
Vulnere Mirmydonis. —

Poëta princeps:

— Et in multo lapſantem ſanguine nati.

Tacitus Hiſt. I. *Lapſantibus equis & cataphractarum pondere.* Bern.

166. *Librabatque metus.*] Dubitabat cui magis; Tydei cadaveri an Adraſto ſubveniret *Lactant.*

170. *Revocent.*] Utrum ſe ſocii ſui validi revocent à protegendo Tydei cadavere. *Idem.*

178. *Victorque ululatus inerrat.*] Quidni cum ſcriptis: *aderrat.* Ut *accidere ad aures* vocem vel ſonitum dicunt. Verbum exſtat & in Surrentino: *& blandi ſcopulis delphines aderrant.* Gronovius:

182. *Sive*

Ducitur hoſtili (prô dura potentia fati)
Tydeus ille ſolo, modo cui Thebana ſequenti
Agmina, ſive gradum, ſeu frena effunderet, ingens
Limes utrimque datus: nuſquam arma, manuſque quieſcunt.
Nulla viri feritas juvat ora rigentia leto,
Et formidatos impune laceſſere vultus.
Hic amor, hoc una timidi, forteſque ſequuntur
Nobilitare manus, infectaque ſanguine tela
Conjugibus ſervant, parviſque oſtendere natis.
Sic ubi Maura diu populatum rura leonem
Quem propter, clauſique greges, vigilantque magiſtri,
Paſtorum laſſæ debellavere cohortes;
Gaudet ager, magno ſubeunt clamore coloni,
Præcerpuntque jubas, immaniaque ora recludunt,
Damnaque commemorant, ſeu jam ſub culmine fixus
Excubat, antiquo ſeu pendet gloria luco.
At ferus Hippomedon quanquam jam ſentit inane
Auxilium, & feram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, & cæcum rotat irrevocabilis enſem.
Vix ſocios, hoſtemque nihil dum tardet euntem
Secernens, ſed cæde nova jam lubrica tellus
Armaque, ſemineceſque viri, curruſque ſoluti
Impediunt, levumque femur, quod cuſpide fixum

Regis

182. *Sive gradum, ſeu frena effunderet.*] Mens: ſive pedes, ſive eques ſequeretur. Sequentia interpunctione ſic illuſtro,

—ingens
Limes utrimque datus: nuſquam arma, manuſque quieſcunt,
(Nulla viri feritas) Bernart.

183. *Nuſquam arma, manuſque.*] Nuſquam ſunt jam ejus arma, jacula, enſes, & quicquid manus vibrare ſolent. Miraculo hoc ſtupent Thebani, nulla ejus eſſe arma, & quieſcere manus. *Vet. Scholiaſt.*

185. *Impune laceſſere.*] Delectabat Thebanos ſecure inſultare cadaveri. *Lactant.*

195. *Gloria luco.*] De venatione gloria, aut de feræ magnitudine. Luco vero aut Dianæ, aut Silvani alia ſunt quæ figuntur, alia quæ à paſtoribus templorum tholis ſuſpenduntur. Dentes & cornua figuntur, pelles & alia ſuſpenduntur, ut Virgil.

Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. Idem.

201. *Soluti.*] Aut fracti, aut à frenis liberi. *Idem.*

202. *Impediunt.*] Retardant. *Femur.*] Hippomedontis ſcilicet regis Echionii. Supra enim de telo Etheoclis dixit, femur Hippomedontis fuiſſe transfixum, quod in aëre moratum tranſmiſſumque tantum. *Idem.*

207. *Fati-*

Regis Echionii, ſeu diſſimulaverat ardens,
Sive ibi neſcierat. mœſtum videt Hoplea tandem.
Tydeos hic magni fidus comes, & modo fruſtra
Armiger. alipedem prona cervice tenebat
Fatorum ignarum domini, ſolumque frementem
Quod vacet. inque acies audentior ille pedeſtres,
Hunc aſpernantem tumido nova pondera tergo
(Unam quippe manum domitis expertus ab annis)
Corripit, affaturque: quid ô nova juſſa recuſas
Infelix ſonipes? nuſquam tibi dulce ſuperbi
Regis onus: non jam Ætolo ſatiabere campo,
Gaudentemque jubam per ſtagna Acheloïa ſolves.
Quod ſupereſt, caros, i, ſaltem ulciſcere manes,
Aut ſequere. extorrem neu tu quoque laſeris umbram
Captivus, tumidumque equitem poſt Tydea portes.
Audiſſe, accenſumque putes hoc fulmine raptum
Abſtulit, & ſimiles minus indignatur habenas.
Semifer aëria talis Centaurus ab Oſſa
Deſilit in valles. ipſum nemora alta tremiſcunt,
Campus equum. trepidi curſu glomerantur anhelo
Labda-

207. *Fatorum ignarum Domini.*] Equum dicit ignoraſſe mortem Domini Tydei. Hoc autem ſolum indignatum cum fremitu, quod majorem voluptatem caperet herus ex pedeſtribus pugnis, & ſe vacare fineret. Inepte hæc ſub nomine Luctatii vetus enarrator de Hopleo intelligit. Neque illud non inſcitiſſime, quod equum dicat lugere mortem Domini. At non loquebatur iſti aſino Papinius, cum ſcriberet:

— *Fatorum ignarum Domini.* Barth.

Frementem.] Poëtis licet equis humanos ſenſus dare. Dicit ergo poëta equum Tydei doluiſſe mortem domini, ut Virgil.

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon
It lachrymans. Lactant.

208. *Audentior.*] Frétus Hopleus auxilio equi audebat hoſtiles peditum catervas impetere. *Idem.*

209. *Nova ponderat.*] Hippomedonta. *Idem.*

213. *Satiabere campo.*] Curſu vel paſtu. *Idem.*

215. *Extorrem.*] In exilio degentem, quaſi cujus umbra careat patria ſepultura. *Neu tu quoque.*] Ut eum ego relinquens læſi manes Tydei. *Idem.*

218. *Fulmine raptum.*] Intelligi vult poëta exhortationes Hippomedontis equum ſenſiſſe, cum fingit eum in vindictam domini tantæ velocitatis nimietate correptum. *Idem.*

219. *Similes habenas.*] Non impares domini viribus. *Habenas* enim pro rectore poſuit. *Idem.*

221. *Ipſum.*] Partem Centauri, quæ hominem præfert. *Idem.*

222. *Campus.*] Subaudis, tremiſcit equinam partem ſemiferi. *Idem.*

223. *Ille*

Labdacidæ, premit ille ſuper, nec opinaque ferro
Colla metens, linquit truncos poſt terga cadentes.
Ventum erat ad fluvium, ſolito tunc plenior alveo,
Signa mali, magna ſe mole Iſmenos agebat.
Illa brevis requies, illo timida agmina laſſam
De campis egere fugam. ſtupet hoſpita belli
Unda viros, claraque armorum incenditur umbra.
Inſiluere vadis. magnoque fragore ſolutus
Agger, & adverſæ latuerunt pulvere ripæ.
Ille quoque hoſtiles ſaltu majore per undas
Irruit attonitis (longum dimittere habenas)
Sicut erat, tantum viridi defixa parumper
Ceſpite, populeo commendat ſpicula trunco.
Tunc vero exanimes tradunt rapientibus ultro
Arma vadis, alii dimiſſa caſſide quantum
Tendere conatus animæ valuere ſub undis,
Turpe latent. multi fluvium tranſmittere nando
Aggreſſi, ſed vincla tenent, laterique repugnat

Bal-

223. *Ille ſuper.*] Hippomedon. *Nec opina.*] Quia maxima celeritate & ſubito, nec opinantes oppreſſit. *Idem.*

224. *Linquit truncos.*] Tanta celeritate rapitur ut eo, ut deciſis capitibus, prius ipſe abſit, quam trunca corpora in terram cadant. *Vetus Scholiaſtes.* *Poſt terga cadentes.*] Tanta celeritate fugientibus abſciderat capita, ut eo tranſeunte occiſorum caderent corpora. *Lactantius.*

226. *Signa mali.*] Interpoſitiò eſt, id eſt, hæc erant indicia de Hippomedontis exitu. *Idem.* *Signa mali.*] Infinitis ſcriptorum locis *exundationes fluminum* pro infelicibus ſignis habentur. De *Tiberi* multis exemplis notum negotium. Plenus Julii Obſequentis Commentariolus. Vide ad Petronii Specimen Belli civilis inchoati, Horat. lib. 1. Car. 11. Claudian. l. in Eutrop. Comment. *Se agebat.*] Locutio Maroniana faſtum & tumorem inferens, lib. IX.

—*Antiphates ſe primus agebat, &c.* Barthius.

227. *Illa brevis requies.*] Mora fluvii fugientibus Thebanis, & tardationis Hippomedontis parvam requiem tribuit. *Lactant.*

228. *Hoſpita belli.*] Nova cladibus, quæ adhuc fuerat nullo belli cruore fuſcata. *Idem.*

230. *Adverſæ.*] Contrapoſitæ. *Id.*

233. *Attonitis.*] Thebanis. *Longum.*] Interpoſitio à mora. *Idem.*

234. *Sicut erat.*] Id eſt armatus. *Id.*

235. *Commendat ſpicula.*] Sua ſcilicet, ne eum in flumine impedirent. *Id.*

238. *Sub undis.*] Hoc eſt quantum poterant eorum ſpiritus ſub undis durare. Lucan.

Animam ſervare ſub undis.
Idem.

239. *Turpe latent.*] Pro turpiter celantur. *Idem.*

240. *Sed vincla tenent.*] Calciamentorum ſtrictura. *Idem.*

241. *Dedmit*

Summa vagis late ſternuntur flumina telis,
Ima viris: illic luctantur corpora leto,
Efflanteſque animas retro premit obvius amnis.
Flumineam rapiente vado puer Agrius ulmum
Prenderat, inſignes humeros ferus enſe Menœceus
Amputat. ille cadens nondum conamine adempto,
Truncus in excelſis ſpectat ſua brachia ramis.
Hypſeos haſta Sagen ingenti vulnere merſit,
Ille manet fundo, rediit pro corpore ſanguis.
Deſiluit ripis fratrem rapturus Agenor.
Heu miſer, & tenuit. ſed ſaucius ille levantem
Degravat amplexu. poterat reſolutus Agenor
Emerſiſſe vadis, puduit ſine fratre reverti.
Surgentem dextra Chaletum, vulnuſque minantem
Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex:
Jam vultu, jam crine latet, jam dextera nuſquam,
Ultimus abruptas enſis deſcendit in undas.
Mille modis leti miſeros mors una fatigat.
Induit a tergo Mycaleſia cuſpis Agyrten,
Reſpexit, nuſquam auctor erat. ſed concita tractu
Gurgitis, effugiens invenerat haſta cruorem.
Figitur & validos ſonipes Ætolus in armos,
Exiluitque alte vi mortis, & aëra pendens

Ver-

265. *Efflanteſque animas.*] Doctrinam Homericam, Sineſio celebratam, ſequitur. Nimirum in *aqua* extinctorum *animas* cum corporibus interire, non valentes penetrare vim undæ, & per eam ad cæleſtia eniti. Vide Juſto Lipſio, ſummo viro, notata libro III. Phyſiologiæ Stoicæ cap. 17. *Barthius.* *Obvius amnis.*] Exeuntem ſpiritum aqua infuſa gutturi retardabat: id eſt, non ſinebat ſpiritum exire de corpore. *Lactantius.*

274. *Reſolutus.*] Amplexu fratris liberatus flumen evadere. *Idem.*

277. *Nodato gurgite.*] Quia aſtringit vertigo fluminis natantes, & non dat ſpacium evadendi. *Idem.*

280. *Mille modis leti.*] Quia mori cœperat unuſquiſque, ſic Lucan.

Mille modos inter lethi, mors una timorem; Quia cœpere mori.

Idem.

281. *Induit.*] Totum pertranſiit. *Idem.*

282. *Auctor.*] Qui vulnus infixerat nuſquam parebat, Virgil.

Neque enim his telis, nec vulneris auctor. Idem.

283. *Effugiens haſta.*] Dum impetu gurgitis traheretur invenit. *Idem.*

284. *Etholus.*] Tydei equus, quem Hippomedon ſedebat. *Idem.*

290. *Cer-*

Verberat. Haud tamen eſt turbatus flumine ductor.
Sed miſeratur equum, magnoque è vulnere telum
Exuit ipſe gemens & ſponte remiſit habenas:
Inde pedes repetit pugnas, greſſuque, manuque
Certior. & ſegnem Nomium, fortemque Mimanta,
Thisbæumque Lichan, Anthedoniumque Lycetum
Continuat ferro, geminiſque è fratribus unum
Theſpiaden. eadem poſcenti fata Panemo
Vive ſuperſtes ait, diraque ad mœnia Thebes
Solus abi, miſeros non decepture parentes.
Dii bene quod pugnas rapidum dejecit in amnem
Sanguinea Bellona manu trahit unda timentes.
Gurgite gentili, nuda nec flebilis umbra
Stridebit veſtros Tydeus inhumatus ad ignes,
Ibitis æquoreis crudelia pabula monſtris.
Illum terra vehit, ſuaque in primordia ſolvit.

Sic

290. *Certior.*] Id eſt, fixior ſedens equum magis titubabat: ſive *certior*, velocior. *Lactant.*

291. *Thisbæumque Lycan.*] MSS. fere, *Thebæumque Lichan.* Quidam *Phœbeumque* aut *Phœleumque*. *Thebæus* quidem pro Thebano novum & nimis præciſum eſt. Inveni tandem in uno: *Thisbæumque*. Idque verum eſt. Hoc ipſo libro interficitur à Parthenopæo, *quem candida Thisbe Miſerat.* Habes in Iliade ſecunda inter Bœotos: πολυτρήρωνά τε Θίσβην. Ovid. 11. met.

Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas. Gronov.

Antedoniumque.] *Antedone* civitas eſt Eubœæ. *Lactant.*

293. *Panemo.*] Ex duobus geminis nomen alterius. *Idem.*

294. *Vive ſuperſtes.*] E contrario ait Virgil. *& fratrem ne deſere frater.* hic ut deſerat fratrem hortatur. *Idem.*

295. *Non decepture parentes.*] Id eſt, ut in unius vultu deſinant parentes ex ſimilitudine filiorum errare. Virgil.

At nunc ſæva dedit vobis diſcrimina Pallas.

Lucanus:

Et amiſſum fratrem lugentibus offert.

Idem.

299. *Stridebit.*] Hæc enim in ſepulto cadavere umbras facere opinabantur. *Vet. Scholiaſt.* *Tydeum* ſepulchro honoratum ſupra ex Pauſania notatum eſt. De *ſtridore umbrarum* vide notata Caſp. Gevartio ad lib. II. Silvæ. Et Joſepho Antonio Salaſio ad Petronium p. 336. Hunc etiam Papinii verſum citat Priſcianus l. x. p. 893. Edit. Puſchianæ. *Barth.*

Inhumatus ad ignes.] Neque circa veſtros rogos flebilis umbra Tydei, & ſtridorem & lamenta dabit dolens, quod ipſe non meruerit rogum. *Lactant.*

300. *Pabula monſtris.*] Ut Virgil.

Piſceſque impaſti vulnera lambent.

Idem.

301. *Primordia ſolvit.*] Hoc eſt, cum corpus non fuerit concrematum, redigetur in pulverem, & redibit in principium ſui: quia omnis caro dicitur eſſe terrena. quam opinionem ſecutus Lucanus ait: *quam ſol nimbique, dieſque longior, Emathiis reſolutam miſcuit.* Idem.

307. *Ca-*

Sic premit adverſos, & acerbat vulnera dictis.
Ac nunc enſe furit, nunc tela natantia raptans
Ingerit: innuptæ comitem Therona Dianæ,
Ruricolamque Gyan, cum fluctivago Ergino,
Intonſumque Herſen, contemptoremque profundi
Crethea, nimboſam qui ſæpe Caphareos arcem
Euboicaſque hyemes, parva transfugerat alno.
Quid non fata queant? trajectus pectora ferro
Volvitur in fluctus: heu cujus naufragus undæ!
Te quoque ſublimi tranſnantem flumina curru
Dum ſocios Pharſale petis, reſupinat ademptis
Dorica cuſpis equis. illos violentia ſævi
Gurgitis; infelixque jugi concordia mergit.
Nunc age quis tumidis magnum expugnaverit undis
Hippomedonta labor, cur ipſe excitus in arma
Iſmenos, doctæ noſſe indulgete ſorores:
Veſtrum opus ire retro, & ſenium defendere famæ.
Gaudebat Fauno, nymphaque Iſmenide natus
Maternis bellare tener Crenæus in undis.
Crenæus, cui prima dies in gurgite fido
Et natale vadum & virides cunabula ripæ.
Ergo ratus nihil Elyſias ibi poſſe ſorores,
Lætus adulantem nunc hoc nunc margine ab illo
Tranſit avum. levat unda gradus, ſeu defluus ille,
Sive obliquus eat, nec cum ſubit obvius ullas
Stagna dedere moras, pariterque revertitur amnis.
Non Anthedonii tegit hoſpitis inguina pontus

Blan-

307. *Caphareo.*] Caphareus mons eſt Eubœæ inſulæ, juxta quem Græci propter cautes aſperas paſſi ſunt tempeſtates; ut ipſe in Achilleide: *nocturnaque Caphareus exeret ſigna, & dirum pariter quæremus Ulyxem.* Lactant.

318. *Depellere famæ.*] Memoria præterita repetere, & oblivionis ſqualorem damnumque pellere. *Idem.*

319. *Hiſmenide.*] Ex Hiſmeni fluminis filia Hiſmenide natus Priamides. *Id.*

321. *Prima die.*] Quando natus eſt. *Idem.*

324. *Adulantem.*] Adulatur, alludit, ac blanditur: interdum ſupplicat. *Idem.*

326. *Subit obvius.*] Id eſt, contra fluvium natat. *Idem.*

327. *Revertitur amnis.*] Cum natante puero in originem ſuam recurrit. *Id.*

328. *Non Anthedonii tegit hoſpitis, &c.*] Nihil pote melius hac lectione ſcri-

Blandior, æſtivo nec ſe magis æquore Triton
Exerit, aut cara feſtinus ad oſcula matris
Cum remeat, tardumque ferit delphina Palæmon.
Arma decent humeros, clypeuſque inſignis, & auro
Lucidus, Aoniæ cælatur origine gentis.
Sidonis hic blandi per candida terga juvenci
Jam ſecura maris, teneris jam cornua palmis
Non tenet: extremis alludunt æquora plantis.
Ire putes clypeo, fluctuſque ſecare juvencum.
Adjuvat unda fidem. pelago nec diſcolor amnis,
Tunc audax pariter telis, & voce proterva
Hippomedonta petit: non hæc fœcunda veneno
Lerna, nec Herculeis hauſta ſerpentibus unda.
Sacrum amnem, ſacrum, (&, miſer, experiere) deûmque
Altrices irrumpis aquas. nihil ille, ſed ibat
Cominus, oppoſuit cumulo ſe denſior amnis

Tar-

ſcriptorum librorum. qui ſuppoſuerant *inguina portus*, litare debuerant bonæ Menti. Glaucum intelligit, cui Anthedon patria. Papinius Prometii:

— *Subitis qui perdidit inguina monſtris*
Glaucus, adhuc patriis quoties allabitur oris,
Littoream blanda feriens Anthedona cauda. Bern.

Anthedonii.] Anthedos civitas Glauci, qui Deus maris eſt factus guſtata herba, qua piſces mortui animam receperunt. *Inguina.*] A qua parte transformatus fuerat. *Lactant.*

330. *Cara matris.*] Matris Matutæ, Leucothoæ. *Vet. Schol.*

331. *Tardumque ferit.*] Verbere exagitat delphinum, à quo portabatur Palæmon. *Lactant.* *Ferit.*] Properans ad matrem, inſtigat vectorem Delfinum. *Vet. Schol.*

332. *Clypeuſq; inſignis.*] Pluribus hiſtoriis inſculptus & coloribus variatus. *Idem.*

333. *Cælatur origine gentis.*] Gentis ſive generationis pictura nitebat. *Lactantius.*

337. *Ire putes.*] Ad picturæ laudem poëta mobilitatem immobilibus dedit. *pelago credas innare revulſas Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.* Idem.

338. *Non diſcolor.*] Non diſſimilis mari multarum incremento aquarum. *Idem.*

341. *Lerna.*] Palus Græciæ, in qua ſerpens plena capitibus eminebat. *Idem.*

342. *Deumque Altrices.*] Liberi patris & Herculis. Ergo numinum hæc ſunt fluenta. *Idem.* *Deum qui Altrices.*] Scripti omnes: *deumque*. Probe: modo diſtinguas: *Sacrum amnem, ſacrum, (& miſer experiere) deumque Altrices irrumpis aquas.* Gronov.

344. *Oppoſuit cumulo ſed denſior amnis.*] Fieri non poteſt quin attentus lector hic hæreat, cui adjutorium libri veteres; *ſe denſior.* Perſpicue rectum, ideoque non timide in contextu recepi. *Bernart.*

345. *Vul-*

Tardavitque manum. vulnus tamen illa retentum
Pertulit, atque animæ tota in penetralia ſedit.
Horruit unda nefas: ſylvæ fleviſtis utræque:
Et graviora cavæ ſonuerunt murmura ripæ.
Ultimus ille ſonus moribundo emerſit ab ore,
Mater: in hanc miſeri ceciderunt flumina vocem.
At genitrix cœtu glaucarum cincta ſororum
Protinus icta malo, vitrea de valle ſolutis
Exiliit furibunda comis, ac verbere crebro
Oraque, pectoraque, & viridem ſcidit horrida veſtem.
Utque erupit aquis, iterumque, iterumque trementi
Ingeminat, Crenæe, ſono. nuſquam ille, ſed index
Deſuper, ah miſeræ nimium noſcenda parenti,
Parma natat. jacet ipſe procul, qua mixta ſupremum
Iſmenon primi mutant confinia ponti.
Fluctivagam ſic ſæpe domum, madidoſque penates
Halcyone deſerta gemit, cum pignora ſævus
Auſter,

345. *Vulnus retentum.*] Quod oppoſita mole aquarum conatus eſt fluvius retardare: ſive *vulnus* haſtam dixit, ut Virgil. *illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus Inſequitur.* Lactant.

347. *Utræque.*] Ambæ fluminis ripæ. *Idem.*

348. *Cavæ.*] Quia naturaliter loca concava gravius ſonant. *Idem.*

350. *Mater.*] Cum in extremo voce moriens matrem vocaret, extremum ſpiritum unda ſuperveniens clauſit. *Id.* *Flumina.*] Cum vocem hanc edidiſſet, ſuffocarunt eum aquæ intrantes os. *Vet. Scholiaſt.* Pariter autem matrem in ore habebat jam ſuffocandus Pætus apud Propert.

Pæte, quid ætatem numeras, quid cara natanti
Mater in ore tibi eſt? Non habet unda Deos.

Lib. III. Eleg. VI. Pariter *Alcyonem conjugem Ceyx* apud Ovid. lib. XI.

—— Sed plurima nantis in ore
Alcyone Conjux ——
Dum natat abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus
Nominat Alcyonem, ipſiſque immurmurat undis.

Barthius.

351. *Glaucarum.*] Viridium Nereidarum. *Lactant.*

353. *Furibunda.*] Attonita. *Idem.*

359. *Confinia ponti.*] Id eſt, in qua parte ſe mari jungebat Hiſmenos, mutans colorem & ſaporem. *Idem.*

361. *Halcyone.*] Ceyx filius Luciferi habuit uxorem Halcyonem, à qua cum prohiberetur ire ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni ſui, naufragio periit: cujus corpus cum ad uxorem delatum eſſet, illa ſe præcipitavit in pelagus. Poſtea miſeratione Thetidis & Luciferi converſi ſunt ambo in aves marinas, quæ *halcyones* vocantur. notandum autem cum de muliere dicimus *hæc halcyone* facit, cum de avibus *hic & hæc halcyone, hi & hæ halcyones*, id eſt, aves marinæ, quæ hyeme in mari nidificant, & pullos nutrire dicuntur, qui

Auſter, & algentes rapuit Thetis invida nidos.
Mergitur orba iterum, penituſque occulta ſub undis
Limite non uno, liquidum qua ſubter eunti
Lucet iter, miſeri nequicquam funera nati
Veſtigat, plangitque tamen. ſæpe horridus amnis
Obſtat, & obducto caligant ſanguine viſus.
Illa tamen præceps in tela offendit & enſes,
Scrutaturque manu galeas, & prona reclinat
Corpora. nec ponto ſubmota intrabat amaram
Dorida. poſſeſſum donec jam fluctibus altis
Nereïdum miſerata cohors, ad pectora matris
Impulit. illa manu ceu vivum amplexa reportat.
Inſternitque toris riparum, atque humida ſiccat
Mollibus ora comis, atque hæc ululatibus addit:
Hoc tibi ſemidei munus tribuere parentes?
Nec mortalis avus? ſic noſtro in gurgite regnas?
Mitior heu miſero diſcors, alienaque tellus,
Mitior unda maris, quæ juxta flumina corpus
Rettulit, & miſeram viſa expectaſſe parentem.
Hine mei vultus? hæc torvi lumina patris?
Hi crines undantis avi? tu nobile quondam
Undarum, nemorumque decus, quo ſoſpite major
Diva, & nympharum longe regina ferebar.
Heus ubinam ille frequens modo circa limina matris

Ambi-

dies ſeptem tranquilliſſimum faciunt pelagus. *Lact.*

367. *Obſtat.*] Non ſponte, ſed limo & cadaveribus turbatus. *Idem.*

369. *Reclinat.*] Supinat, ut mortuorum vultus poſſit rimari. *Idem.*

373. *Impulit.*] Retorſit ad fluvium. *Idem.*

376. *Tribuere parentes.*] Quia dicit Ariſtoteles poſt annorum millia, & Nymphas & Faunos perire. *Idem.*

377. *Noſtro.*] Ex mortali puella in Nymfam mutata genuerat eum, ideoque mori Crenæum oportebat. *V. Schol.* Sed male. Nam Iſmeni filia hæc erat, & ex Fauno pepererat iſtum Crenæum. *Ariſtoteles dicit poſt certa annorum millia & Nymfas & Faunos perire, quia commiſtione mortalium provenerunt. Vet. Commentat.* *Regnas.*] Regno tibi per me, & meum patrem debito. Faunus erat pater Crenæi, mater amnis Iſmeni filia, quam non nominat noſter Poëta. *Vet. Scholiaſt.*

378. *Mitior heu miſero.*] Qui in ſidera raptus non ſit. *Lactant.*

383. *Undarum.*] Propter Iſmenon. *Nemorum.*] Propter Faunum. *Idem.*

386. *Am-*

Ambitus? orantesque tibi ſervire Napææ?
Cur nunc te melius ſævo manſura profundo
Amplexu miſero tumulis, Crenae, reporto,
Non mihi? nec tanta pudet (heu) miſeretque ruinæ,
Dure parens? quæ te alta & ineluctabilis imo
Condidit amne palus? quo jam nec cruda nepotis
Funera, nec noſtri valeant perrumpere planctus?
Ecce furit, jactatque tuo ſe in gurgite major
Hippomedon, illum, ripæque undæque tremiſcunt,
Illius impulſu noſtrum bibit unda cruorem.
Tu piger, & trucibus facilis ſervire Pelaſgis.
Ad cineres ſaltem, ſupremaque juſta tuorum
Sæve veni, non hic ſolum accenſure nepotem.
His miſcet planctus, multumque indigna cruentat
Pectora, cæruleæ referunt lamenta ſorores.
Qualiter Iſthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxiſſe ferunt, dum pectore anhelo

Frigi-

386. *Ambitus.*] Quia rogabant tibi in matrimonium ſociari. *Idem.*

387. *Manſura profundo.*] Melius fuerat in mari me tecum extingui. *Idem.*

390. *Dure parens.*] Hiſmene immiſericors pater. *Idem.*

397. *Juſta tuorum.*] *Juſta* dicuntur ſolemnia funerum. *Idem.*

398. *Non hic ſolum.*] Habetis cauſam aliam lachrymarum propter Hypſeon funere filium quem poſtea Capaneus occidit. *Idem.* *Accenſure nepotem.*] Sed cum infinitis aliis gentilibus tuis ab uno homine interfectis. *Vet. Schol.* Juvat vero iterum hic *incogitantiam Papinii* notare. Hic convitium dicit Iſmeno filia, ut prorſus ignoranti quicquid de cæde filii & aliorum geſtum ſit. At cum jam occidendus eſſet Nepos iſte ipſius, facit obſtantes, & inhibere volentes Hippomedontem, undas:

—— Oppoſuit cumulo ſe denſior amnis
Tardavitque manum. ——

An per ſomnium hoc fecit bonus Iſmenus? An vero, non inſolens prorſus talium, dormitavit denuo Optimus noſter Papinius? Hoc potius arbitror. *Barthius.*

401. *Nondum Nereida.*] Cum adhuc in Nympham minime mutata fuiſſet, & fieret dea juxta Hiſmenum, ubi fuerat demerſa. *Lactantius.*

402. *Leucothean planxiſſe ferunt.*] Fabulam Ino & Melicertis tangit, pueris jam decantatam, vel ex uno Ovidio Metam. IV. quem non exſcribo. illud obiter ſciat juventus, Ino hanc, Matutam matrem, ab antiquis dictam; eandemque eſſe cum Aurora. Cicero I. Tuſcul. *Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nobis?* Lucretius lib. V.

Tempore item certo roſeam Matuta per oras
Ætheris auroram defert, & lumina pandit.

Si de Matuta plura deſideras, adi Plutarchum in Camillo, & Problem. Ciceronem III. de Nat. Deor. Livium lib. VI. *Bernart.*

Frigidus in matrem ſævum mare reſpuit infans.
At pater arcano reſidens Iſmenos in antro,
Unde auræ, nubeſque bibunt, atque imbrifer Arcus
Paſcitur, & Tyrios melior venit annus in agros.
Ut lamenta procul (quanquam obſtrepit ipſe) novoſque
Accepit natæ gemitus, levat aſpera muſco
Colla, gravemque gelu crinem, ceciditque ſoluta
Pinus adulta manu, dimiſſaque volvitur urna.
Illum per ripas annoſo ſcrupea limo
Ora exertantem ſylvæ, fluviique minores
Mirantur, tantus tumido de gurgite ſurgit,
Spumoſum attollens apicem, lapſuque ſonoro.
Pectora cærulea rivis manantia barba,
Obvia cognatos gemitus, caſumque nepotis
Nympharum docet una patrem, monſtratque cruentum
Auctorem, dextramque premit. ſtetit arduus alto
Amne, manuque genas, & nexa virentibus ulvis
Cornua concutiens, ſic turbidus ore profundo
Incipit: hunc ne mihi, ſuperûm regnator, honorem,

Quod

403. *Reſpuit infans.*] Palæmon videndo matrem ſuam flentem undas totſit, quæ illam ad ſe traxerunt. conſtat autem eam dolore præcipitaſſe ſe, poſtquam invita filium projecit in mare. *Lactantius.*

406. *Annis in agros.*]Pluviis frugum meliora incrementa proveniunt. *Idem.*

407. *Quanquam obſtrepit ipſe.*]Quamquam ſtrepitus aquarum impediebat auditum, tamen auribus filiæ lamenta percepit. *Idem.*

410. *Urna.*] Ita enim fluviorum ſimulachra pinguntur,quaſi amnem urnis effundant, ut Virgil.

Calataque amnem fundens pater Inachus urna. Idem.

411. *Scrupea limo.*] Lapidoſa loca circa mare, vel flumina, *ſcrupea* dicuntur. *Idem.*

412. *Fluviique minores.*] Quaſi nunquam eatenus viſum, & parentem videlicet, & recepturum ſuum. Craſſa ignorantia. Et ſane non adfuerunt eatenus illi fluvii ulli concilio Deorum: Cûi advocati (ut fieri ſolitum conſtat ex Claudiano & Sidonio, veridicis præter cæteros, talium auctoribus) poterant ſpectari toti, ſeniores ſedentes, juniores erecti, II. Raptus:

Nec non & ſenibus fluviis conceſſa ſedendi
Gloria, plebeio ſtat cætera more juventus.

Sidonius Paneg. Soceri, Aviti Auguſti:

——— *Inde priores*
Conſedere Dei, fluviis quoque contigit illo,
Sed ſenibus, reſidere loco ———

Omnes igitur illi vel nulli adfuerunt concilio, vel exci fuerint, non viſa magnitudine ſui illius Vicini; vel poſt ejus viſum ſunt prognati demum. *Barthius.*

420. *Concutiens.*] Iracundiæ ſignum. *Lactantius.*

422. *Tuis*

Quod toties hoſpeſque tuis & conſcius actis,
(Nec memorare timor) falſa nunc improba fronte
Cornua, nunc vetitam currus disjungere Phœben,
Dotaleſque rogos, deceptaque fulmina vidi,
Præcipuoſque alui natorum? an vilis & illis
Gratia? ad hunc certe repſit Tirynthius amnem:
Hac tibi flagrantem Bromium reſtinximus unda.
Aſpice quas fluvio cædes, quæ funera portem
Continuus telis, altoque adopertus acervo.
Omne vadum belli ſeries tenet: omnis anhelat
Unda nefas, ſubterque animæ, ſupraque recentes
Errant, & geminas jungunt caligine ripas.
Ille ego clamatus ſacris ululatibus amnis,
Qui molles thyrſos, Bacchæaque cornua puro
Fonte lavare feror, ſtipatus cædibus arctas
In freta quæro vias. non Strymonos impia tanto
Stagna cruore natant, non ſpumifer altius Ebrus
Gradivo bellante rubet. nec te admonet altrix
Unda,

422. *Tuis & conſcius actis.*] Qui recepi tua ſtupra, & libidinum tuarum conſcius fui. *Lact.*

423. *Falſa.*] Anthiopam Nyctei filiam ſtupravit Jupiter, in Satyrum verſus, matrem Zeti & Amphionis. Ideo *falſa cornua*, quia cornuti ſunt Satyri, quorum imaginem falſam ſibi ſumpſerat Jupiter. *Idem.*

424. *Disjungere Phœben.*] Hoc contigit cum Hercules naſceretur; nam tres à Luna continuatæ ſunt noctes. Lucanus in catagonio:

Thebais Alcmene quæ dum ſrueretur Olympi
Rector Luciferum ter juſſerat Heſperon eſſe. Idem.

425. *Deceptaque fulmina vidi.*] Quia indiſpoſite fulmen Semelen extinxit. Primam ergo fabulam Europæ dicit. Secundam Alcmenæ, in qua ter geminata eſt nox. Tertiam Semeles, quam fulmine ſuo Jupiter incendit. Quartam Ledæ, quam Jupiter prope flumen viciavit, mutatus in cygnum. *Idem.*

426. *Præcipuoſque.*] Increpans dicit præcipuos ſe Jovis filios educaſſe, id eſt, Herculem, Liberumque. Unde cum Semele matre certum eſt Liberum fulminatum, ſed à Jove Mercurioque perceptum, & fœmori Jovis inſutum, ad naſcendi eſſe tempora reſervatum. *Id.*

428. *Flagrantem Bromium.*] Bacchus enim cum natus eſt, *merus ignis* fuit, à Nymphis aqua infuſa compoſitus. *Barthius.*

429. *Funera porto.*] Cadaverum molem. *Lactantius.*

434. *Clamatus ſacris.*] Clamore ſacrorum repertus. *Idem.*

435. *Thyrſos.*] Quibus Liberi caput ornatur. *Idem.*

437. *Strymonos.*] Thraciam dicit. *Idem.*

439. *Admonet.*] Nec tibi in mentem venit: bis accipiendum eſt, ut ſit, nec te, nec manus tuas, parentum nutritorum immemor. *Idem.*

Unda, tuaſque manus, jam pridem oblite parentum
Liber? an Eous melius pacatur Hydaſpes?
At tu qui tumidus ſpoliis, & ſanguine gaudes
Inſontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon, aut ſævas victor revehêre Mycenas,
Ni mortalis ego, & tibi ductus ab æthere ſanguis.
Sic ait infrendens, & ſponte furentibus undis
Signa dedit. mittit gelidus montana Cithæron
Auxilia, antiquaſque nives, & pabula brumæ
Ire jubet. frater tacitas Aſopos eunti
Conciliat vires, & hiulcis flumina venis
Suggerit. ipſe cavæ ſcrutatur viſcera terræ,
Stagnaque, torpenteſque lacus, pigraſque paludes
Excutit, atque avidos tollens ad ſidera vultus
Humentes nebulas exhaurit, & aëra ſiccat.
Jamque ſuper ripas utroque extantior ibat
Aggere, jam medium modo qui ſuperaverat amnem
Hippomedon intactus aquis humeroſque manuſque,
Miratur creviſſe vadum, ſeſeque minorem.

Hinc

442. *At tu.*] Jam totam iracundiam torquet ad Hippomedontem. *Pueri*] Miſeratione puerum vocat. Ut Virgil. Pallantis pueri. Quem alibi magnum Heroëm repræſentaverat. *Potentem.*] Quem tu me potentiorem cenſes, quoniam filium meum occidiſti. Sed non redibis ad eum de me triumphans. *Vet. Scholiaſt.*

445. *Ni mortalis ego.*] Sive eſt in me mutata natura. *Lactantius.*

446. *Infrendens.*] Minaciter ſonitum dentibus dans. *Infrendere* enim eſt proprie dentes iraſcendo quatere, unde & *infrendes* dicuntur pueri ſine dentibus. *Idem.*

447. *Signa dedit.*] Furoris ſui unda dedit indicia. *Cithæron.*] Iſmenon in vindictam filii velut auxilia miſit exercitus. *Idem.*

447. *Auxilia.*] Fluenta nivium. *Pabula brumæ.*] Eleganter nives pabula brumæ dixit: certum eſt enim nivium incremento ſtridorem hyemis magis augeri. *Idem.*

449. *Frater.*] Ejuſdem provinciæ fluminis. *Tacitas.*] Vel ſine ſtridore, quia dicitur Aſopus lenis fluere; vel occultas, per latentia ſpiramina terrarum vires ſuas fluvius refundebat. *Idem.*

450. *Hiulcis.*] Semiapertis. *Vet. Sch.* Virgil. Geor. lib. 11.

—— *Hiulca ſiti findit canis æſtifer arva.*
Hinc Servius: nimiis caloribus fiſſa. Catull.

Cum gravis exuſtos æſtus hiulcat agros.
Barthius.

454. *Aëra ſiccat.*] Pluviæ enim ex nebulis conceptæ terræ funduntur. Dicit ergo aquarum ſemina omnia ad incrementa hujus flu. affuiſſe converſa. *Lactantius.*

456. *Aggere.*] Riparum altitudine. *Idem.*

460. *Pieta-*

Hinc atque hinc tumidi fluctus, animoſaque ſurgit
Tempeſtas inſtar pelagi, cum Plejadas haurit,
Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
Non ſecus æquoreo jactat Theumeſius amnis
Hippomedonta ſalo, ſemperque umbone ſiniſtro
Tollitur, & clypeum nigrante ſupervenit æſtu
Spumeus adſultans, fractaque refunditur unda,
Et cumulo majore redit. nec mole liquenti
Contentus, carpit putres ſervantia ripas
Arbuſta, annoſaſque trabes, ejectaque fundo
Saxa rotat. ſtat pugna impar, amniſque virique
Indignante deo. nec enim dat terga, nec ullis
Frangitur ille minis, venienteſque obvius undas
Intrat, & objecta diſpellit flumina parma.
Stant terra fugiente gradus, & poplite tenſo
Lubrica ſaxa natant, genibuſque obnixus, & hærens
Subruta fallaci ſervat veſtigia limo.
Sic etiam increpitans: Unde hæc, Iſmene, repente
Ira tibi? quove has traxiſti gurgite vires
Imbelli famulante deo? ſolumque cruorem
Fœmineis experte choris, cum Bacchica mugit
Buxus, & inſana maculant trieterida matres?

Dixe-

460. *Pleiadas.*] Iſta ſidera cum occidunt, graviſſimas tempeſtates commovent. *Lact.*

461. *Nigrum.*] Turbidum, tempeſtatem ſignificantem. Etenim ſi lucidus oriatur ſerenitatem ſignificat, ut Virg.
Armatumque auro circumſpicit Oriona.
Idem.

464. *Æstu.*] Aquarum ſonus ac fremitus Hippomedontis clypeum texit. *Idem.*

467. *Servantia*] Poſſidentia. *Idem.*

469. *Pugna impar.*] *Stare* dicit, cum neuter adhuc ſit victor. Sic lib. VIII. De Marte:
Stat medius campis, etiamnum cuſpide ficta
Armipotens —— V. Schol.

470. *Indignante Deo.*] Hominem ſibi tam diu obſiſtere. *Idem.*

471. *Ille*] Hippomedon ultra modum animoſus. Non enim neſciebat ſe cum Deo pugnare, nec poſſe victoriam conſequi. *Idem.*

473. *Fugiente.*] Pedum niſu labente. *Lactant.*

475. *Subruta.*] Everſa, id eſt, ſubter euntia. *Fallaci limo.*] Qui creditos ſibi greſſus decipiebat, & nutare faciebat. *Idem.*

478. *Imbelli famulante Deo.*] Debili Libero. *Solumque cruorem fœmineis.*] Quem cum bacchantur ac ſe lacerant matres effundunt. *Idem.*

480. *Buxus.*] Tibia. *Idem.*

482. *Et*

Dixerat. atque illi ſeſe deus obtulit ultro
Turbidus imbre genas, & nube natantis arenæ.
Nec ſævit dictis, trunca ſed pectora quercu
Ter, quater, oppoſiti, quantum ira deuſque valebant,
Impulit aſſurgens, tandem veſtigia flexit,
Excuſſumque manu tegimen, converſaque lente
Terga refert. inſtant undæ, ſequiturque labantem
Amnis ovans. nec non ſaxis, & grandine ferri
Deſuper infeſtant Tyrii, geminoque repellunt
Aggere. quid faciat bellis obſeſſus, & undis?
Nec fuga jam miſero, nec magna copia mortis.
Stabat graminea producta crepidine ripæ
Undarum ac terræ dubio, ſed amicior undis
Fraxinus, ingentique vadum poſſederat umbra.
Hujus opem (nam qua terras invaderet?) unca
Arripuit dextra: nec pertulit illa trahentem.
Sed majore ſupra, quam ſtabat pondere victa
Solvitur, & qua ſtagna ſubit radice, quibuſque
Arentem mordebat humum, demiſſa ſuperne
Injecit trepido ſeſe, ripamque, nec ultra
Paſſurum ſubita vallavit ponte ruina.
Huc undæ coëunt, & ineluctabile cœnum

Vor-

482. *Et nube natantis harenæ.*] Id eſt, natantis limi ſqualore ſordentis. ad demonſtrandam violentiam torrentis fluminis, fundo limum excitum in ſuperficie aquarum rotare poëta monſtravit. *Lactant.*

484. *Oppoſiti.*] Hippomedontis converſi: ut oſtenderet viri fortis conſtantiam, dicit eum tarde ceſſiſſe vel numini. *Idem.*

488. *Grandine ferri.*] Telorum multitudini, ne grando in terras rarius cadere putaretur. *Idem.*

490. *Quid faciat.*] Exclamatio. *Idem.*

491. *Nec magna.*] Id eſt, gloriæ ſuæ. *Idem.*

492. *Crepidine ripæ.*] *Crepido* dicitur moles eminentior in ripis. *Idem.*

493. *Undarum.*] Incertum erat utrum hæc arbor ultra fluvium eſſet fixa, an in ipſo fluvio: tamen melius in ipſo fluvio accipimus ſtare. *Idem.*

495. *Hujus.*] Arboris. *Nam qua terras.*] Interpoſitio per interrogationem. *Idem.*

496. *Nec pertulit.*] Non ſuſtinuit arbor Hippomedonta trahentem. *Idem.*

497. *Pondere victa.*] Tenentis viri gravitate vulſa eſt. *Idem.*

500. *Nec ultra Paſſurum.*] Libri non diſcrepant. nec tamen mihi perſuadent locum ſyncerum eſſe: judicent docti. *Bernartius.*

502. *Huc undæ coëunt.*] In locum ſtantis arboris unda ſucceſſit, ut Lucan. *Inque locum puppis cedit mare.* Lactant.

503. *Vor-*

Vorticibuſque cavis ſedit, creſcitque barathrum.
Jamque humeros, jam colla ducis ſinuoſa vorago
Circuit. hic demum victus ſuprema fateri
Exclamat: Fluvione (pudet!) Mars inclyte merges
Hanc animam? ſegneſque lacus & ſtagna ſubibo
Ceu pecoris cuſtos, ſubiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeone occumbere ferro
Non merui? tandem precibus commota Tonantem
Juno ſubit: Quonam miſeros, ſator incl yte divûm,
Inachidas, quonam uſque premes? jam Pallas & odit
Tydea, jam rapto tacuerunt augure Delphi.
En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenæ
Argolicique lares, numenque ante omnia Juno,
(Sic ego fida meis?) pelagi crudelibus ibit
Præda feris? certe tumulos, ſupremaque victis
Buſta dabas. ubi Cecropiæ poſt prælia flammæ?
Theſeos ignis ubi eſt? non ſpernit conjugis aquas
Ille preces: leviterque oculos ad mœnia Cadmi
Rettulit, & viſo ſederunt flumina nutu.
Illius exangues humeri, & perfoſſa pateſcunt
Pectora. ceu ventis alte cum elata reſedit
Tempeſtas, ſurgunt ſcopuli, quæſitaque nautis
Terra,

503. *Verticibuſque cavis.*] Omnino hæc emendanda ſunt ſecundum authoritatem optimi codicis. Scribe;

— *ineluctabile cænum*
Verticibus recavis cedit, creſcitque barathrum.

Sic cohæret, ut debet, ordo loquendi. Nec hoc verbum de præſenti, illud de futuro tempore ſermonem inducit. Vel uno hoc commate palmarium meritus eſt noſter Liber. *Barthius.*

504. *Sinuoſa vorago.*] Cœnoſæ altitudinis motus. *Lactantius.*

506. *Pudet.*] Interpoſitio increpantis. *Idem.*

508. *Torrentis.*] *Torrentia* dicuntur flumina, quæ ſubjecta montibus, facillimè aquarum augentur incrementis. *Iniquis.*] Magnis, ſive vim inferentibus. *Idem.*

516. *Sic ego fida meis.*] Tua negligentia aut odio facis, ut ego contemnar, aut pro infido numine habear. Notum autem Junonem Argis præcipue cultam. *Præda.*] Inſepultum Iſmenus in mare rapiet. *Vet. Scholiaſt.*

518. *Buſta dabas.*] Quia cum vetaret Creon ſepeliri, liberi occiſorum ducum uxoreſque eorum à Theſeo, rege Athenienſium, meruere, ut bello Thebanis illato, miſeris redderet ſepulturam; invidioſe Juno dicit, quoniam Hippomedontis corpus fluctus abſtulerunt, Thebanorum crudelitatem nec miſerationem poterit tolerare. *Lactant.*

523. *Reſedit.*] Peracta ſive finita. *Id.*

529. *Stu-*

Terra, & ab infeſtis deſcendunt æquora ſaxis.
Quid ripas tenuiſſe juvat? premit undique nimbo
Telorum Phœniſſa cohors. nec tegmina membris
Ulla, omniſque patet leto. tunc vulnera manant,
Quique ſub amne diu ſtupuit cruor, aere nudo
Solvitur, & tenues venarum laxat hiatus,
Incertique labant undarum frigore greſſus.
Procumbit, Getico qualis procumbit in Hæmo
Seu Boreæ furiis, putri ſeu robore quercus
Cœlo mixta comas, ingentemque aëra laxat.
Illam nutantem nemus, & mons ipſe tremiſcit
Qua tellure cadat, quas obruat ordine ſylvas.
Non tamen aut enſem, galeamve audacia cuiquam
Tangere. vix credunt oculis, ingentiaque horrent
Funera, & aſtrictis accedunt cominus armis.
Tandem adiit Hypſeus, capulumque in morte tenenti
Extrahit, & torvos laxavit caſſide vultus.
Itque per Aonios alte mucrone coruſco
Suſpenſam oſtentans galeam, & clamore ſuperbit.
Hic ferus Hippomedon: hic formidabilis ultor
Tydeos infandi, debellatorque cruenti
Gurgitis. agnovit longe, preſſitque dolorem
Magnanimus Capaneus. telumque immane lacerto
Hortatur librans: Ades ô mihi, dextera, tantum
Tu præſens bellis, & inevitabile numen,
Te voco, te ſolam superûm contemptor adoro.
Sic ait, & voti ſeſe facit ipſe potentem.

It

529. *Stupuit cruor.*] Sanguis Hippomedontis, qui frigore fluvii gelatus morte, ſolutus aëris calore vulneribus manat. *Lactant.*

530. *Laxat.*] Nudat, ſive liberum facit, quem ante obtexerant rami. *Idem.*

531. *Incerti.*] Titubantes. *Idem.*

536. *Ordine ſilvas.*] Quia ipſa poſt caſum quercus oſtenditur. *Idem.*

539. *Aſtrictis.*] Timore compreſſis. *Idem.*

541. *Laxavit.*] Nudavit, galeam adimendo. *Idem.*

548. *Ades ô mihi dextera tantum.*] Virgilius,
Dextra mihi deus, & telum quod miſsile libro. Idem.

551. *Potentem.*] Spoliorum dominum. *Idem.*

552. *Cli-*

It tremebunda abies, clypeum per & ærea terga
Loricæ, tandemque animam ſub pectore magno
Deprendit. ruit haud alio quam celſa fragore
Turris, ubi innumeros penitus quaſſata per ictus
Labitur, effractamque aperit victoribus urbem.
Cui ſuper adſiſtens, non inficiamur honorem
Mortis ait: refer huc oculos, ego vulneris author.
Lætus abi, multumque aliis jactantior umbris.
Tunc enſem, galeamque rapit, clypeumque revellit
Ipſius, exanimemque tenens ſuper Hippomedonta,
Accipe, ait, ſimul hoſtiles dux magne, tuaſque
Exuvias: veniet cineri decus, & ſuus ordo
Manibus, interea juſtos dum reddimus ignes,
Hoc ultor Capaneus operit tua membra ſepulchro.
Sic anceps dura belli vice mutua Grajis
Sidoniiſque ſimul nectebat vulnera Mavors.
Hic ferus Hippomedon, illic non ſegnior Hypſeus
Fletur, & alterni præbent ſolatia luctus.
Triſtibus interea ſomnum turbata figuris
Torva ſagittiferi mater Tegeatis Ephebi,
Crine dato paſſim, plantiſque ex more ſolutis,

552. *Clipeumque per ærea terga.*] Mirum hanc lectionem tam diu toleratam, cum & inepta eſſet, & ſcripti meliorem oſtenderent. Quid eſt enim per loricam deprehendere clipeum? At nos in omnibus fere membranis invenimus: *clipeum per & ærea.* Nec vero ſatisfaciunt *terga loricæ*, quamvis teneant codices. Margo Arondel. vel *texta*. Quod verum eſt. Scribe: *clipeum per & ærea texta Loricæ.* Nam ſic lib. 5. *quin & ſquallentia texta Thoracum & cultu galeas intrare ſoluta Non pudet.* Pro eodem lib. 3. *magnorumque ærea ſuta Thoracum & tortices chalybum ſquallore crepantes.* Gronov.

553. *Animam.*] Hypſei. *Lactant.*

557. *Super aſſiſtens.*] Hypſeo. *Idem.*

558. *Refer huc oculos.*] Ad me reſpice. *Idem.*

565. *Membra ſepulchro.*] Spolia ſuper eum jecit quaſi ſepulchri vice. *Idem.*

570. *Somni turbata figuris.*] Omnes ſcripti: *ſomnum turbata*, id eſt, per ſomnum. Nec enim feres, credo, quod homo doctus hic annotaverat *ſomnum* eſſe genitivum pluralem loco *ſomnorum*, cum credibile ſit ſæpius hanc Atalantæ obverſatam eſſe ſpeciem. Sic vſ. 616. *Sic quoque venatrix, animumque innupta remanſi.* nam ita membranæ, ubi vulgo, *animoque.* Nihil frequentius utique Poëtis. *Gronovius.*

572. *Crine dato paßim.*] Nunquid rectius, *crine dato paſſum*? Ovidius:

—— Paßis ſedet ipſa capillis,
Ut ſolet adgnati mater itura rogum.

Virgilius:

Crinibus Iliades paßis. —— Bern.

Ex more.] Quo more ſolita erat cum procis ſuis curſu certare. *Lactant.*

Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
Purgatura malum fluvio viveute ſoporem.
Namque per attonitas curarum pondere noctes
Sæpe & delapſas adytis, quas ipſa dicarat
Exuvias, ſeque ignotis errare ſepulchris
Extorrem nemoris, Dryadumque à plebe fugatam,
Sæpe novos nati bello rediiſſe triumphos,
Armaque, & alipedem notum, comiteſque videbat,
Nuſquam ipſum. nunc ex humeris fluxiſſe pharetras,
Effigieſque ſuas, ſimulacraque nota cremari.
Præcipuos ſed enim illa metus portendere viſa
Nox miſeræ, totoque erexit pectore matrem.
Nota per Arcadias felici robore ſilvas
Quercus erat; Triviæ quam deſacraverat ipſa
Electam turba nemorum, numenque colendo
Fecerat. hic arcus, & feſſa reponere tela,
Armaque curva Suum, & vacuorum terga Leonum
Figere, & ingentes æquantia cornua ſilvas.
Vix ramis locus: agreſtes adeo omnia cingunt
Exuviæ, & viridem ferri nitor impedit umbram.
Hanc ut forte jugis longo defeſſa redibat
Venatu modo rapta ferox Erymanthidos urſa

574. *Vivente.*] Perenni. *Lactant.*

575. *Curarum pondere.*] Magnitudine. quia illi maxime turbantur, qui magnis curis urgentur. *Idem.*

578. *Extorrem.*] Exulem, *extorris* enim dicitur exul, quaſi exterris; id eſt extra terram. *Idem.*

580. *Videbat.*] Ab inferiori ſenſu, & ſupra videbat intelligendum. *Idem.*

581. *Ipſum.*] Filium. *Idem.*

582. *Effigieſque ſuas.*] Portendebatur ei filium moriturum, qui eſt matris effigies. *Idem.*

583. *Præcipuos*] Poſt alias noctes hæc ſomniis gravior videbatur. *Idem.*

584. *Nox miſeræ.*] In qua videt ſomnium, quod poëta dicturus eſt. *Erexit.*] Excitavit ſollicitudine. *Idem.*

585. *Fœlici robore.*] Fructiferi roboris. Enarratio ſomnii noctis ultimæ. *Idem.*

587. *Numenque colendum Fecerat.*] Longe ſuavius, *colendo*. quod in ſcriptis. Ipſa religionem ei addiderat cultu ſuo. Martialis interpres optimus 8, 24. *Qui fingit ſacros auro vel marmore vultus, Non facit ille deos: qui rogat, ille facit.* Quem locum & Gruterus hic annotarat. *Gron.*

589. *Arma.*] Dentes, ut Virgilius:
Tum demum movet arma leo.
Lactantius.

590. *Figere.*] Virgilius.
Sacra ad faſtigia fixi. Idem.

592. *Impedit.*] Adoperit. *Idem.*

593. *Feſſa.*] Somnio, quod vidit. *Idem.*

Ora ferens, multo proſciſſam vulnere cernit
Depoſuiſſe comam, & rorantes ſanguine ramos
Expiraſſe ſolo. quærenti Nympha cruentas
Manadas, atque hoſtem dixit ſæviſſe Lyæum.
Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, mœſtoque cubili
Exilit, & falſos quærit per lumina fletus.
Ergo ut in amne nefas merſo ter crine piavit,
Verbaque ſollicitas matrum ſolantia curas
Addidit, armata ruit ad delubra Dianæ,
Rore ſub Eoo, notaſque ex ordine ſilvas
Et quercum gaviſa videt. tunc limine divæ
Aſtitit, & tali nequicquam voce precatur:
Virgo potens nemorum, cujus non mollia ſigna
Militiamque trucem, ſexum indignata frequento
More nihil Grajo. nec te gens aſpera ritu
Colchis, Amazoniæve magis coluere catervæ.
Si mihi non unquam thyaſi, luduſve protervæ
Noctis & inviſo quamvis temerata cubili,
Non tamen aut teretes thyrſos, aut mollia geſſi
Penſa, ſed in tetricis & poſt connubia luſtris,
Sic quoque venatrix, animumque innupta remanſi.

Nec

597. *Quærenti.*] Cauſam proſciſſæ quercus. *Idem.*

598. *Lyæum.*] Bacchum, per hoc portendebatur Thebanis occidendum Parthenopæum: nam Thebæ Libero patri dicatæ ſunt. *Idem.*

600. *Abrupere oculi.*] Experta eſt falſos quos in ſomniis paſſa eſt. *Idem.* *Noctem.*] Somnum oculi evigilantes abruperunt. Notatio eſt evigilantis non tamen plena. Non enim ſemper oculi, dum aperiuntur, ſomnium excutiunt. Videmus enim alios profundius dormire, qui apertis oculis neſciunt diem. *Quærit per lumina.*] Non enim veræ fuerant lacrymæ, ideoque falſos fletus quærit manu in oculis, nec eos invenit. *Vet. Scholiaſt.*

605. *Sub Eoo.*] Matutino tempore. *Idem.*

606. *Quercus.*] Quam viderat fuiſſe præſciſſam. *Idem.*

608. *Signa.*] Venatoris inſignia. *Idem.*

610. *More nihil Grajo.*] Non Græcorum more delector. *Aſpera.*] Ubi homines immolabantur ſacris. *Idem.*

612. *Thyaſi.*] Chori virginum & puerorum, qui Libero hymnos canunt. *Idem.*

614. *Thyrſos.*] Haſtas pampineas. *Idem.*

615. *Tetricis.*] Severis ſive horribilibus. *Idem.*

616. *Sic quoque.*] Cum virgo eſſe deſiſſem in honorem nominis tui, tamen venandi ſtudia non mutavi. *Idem.*

617. *Cul-*

Nec mihi ſecretis culpam occultare ſub antris
Cura, ſed oſtendi natum, poſuique trementem
Ante tuos confeſſa pedes. nec degener ille
Sanguinis, inque meos reptavit protinus arcus,
Tela puer lachrymis & prima voce popoſcit:
Hunc mihi (quid trepidæ noctes, ſomnuſque minantur?)
Hunc, precor, audaci qui nunc ad prælia voto
Heu nimium tibi fiſus abit, da viſere belli
Victorem, vel ſi ampla peto, da viſere tantum.
Hic ſudet, tuaque arma ferat. preme diva malorum
Signa: quid in noſtris, nemoralis Delia, ſilvis
Mænades hoſtiles, Thebanaque numina regnant?
Hei mihi cur penitus (ſimque augur caſſa futuri)
Cur penitus, magnoque interpretor omine quercum?
Quod ſi vera ſopor miſeræ præſagia mittit,
Per te maternos, mitis Dictynna, labores,
Fraternumque decus, juſtis hunc fige ſagittis
Infelicem uterum. miſera ſine funera matris :

Audiat

617. *Culpam.*] Quod ſum neglecta pudicitia viciata. *Lactant.*

618. *Oſtendi*] Subaudi, tibi Diana. *Trementem.*] Mox natum. *Idem.*

619. *Confeſſa.*] Innocentiæ proximus eſt, qui culpam fatetur. *Idem.*

620. *Reptavit protinus.*] Indicium virtutis Martiæ, ſtatim natum infantem *arma* non exhorreſcere. Claudian, pariter de ſuo Honorio III. Conſulatu:

Reptaſti per ſcuta puer, regumque feroces
Exuviæ tibi ludus erant. —

Sidonius Panegyr. Anthemiano:

Reptabat ſuper arma Patris. —

Batthius.

622. *Quid trepidæ noctes.*] Interpoſitio cum interrogatione. *Lactant.*

625. *Ampla.*] Majora. *Da viſere tantum.*] Si victorem non poſſim, reſtitue quæſo Diva vel victum. *Idem.*

626. *Tuaque arma.*] Venationis, id eſt, ſagittas. *Preme.*] Compeſce nefanda ſomniorum omina. *Idem.*

627. *Quid.*] Quare. *Delia.*] Vocativus eſt. *Idem.*

628. *Mænades.*] Bacchæ, quoniam in ſomnis quercum viderat, à Libero patre & Bacchis forte præſciſſam. *Idem.*

630. *Cur penitus.*] Quare me vehementer huc trahit ſuſpicio, ut putem orbitatem mihi ſignificari, arboris caſu. *Idem.*

632. *Dictynna.*] Ob id dicta Dictynna Diana. Briton Martis filia virgo Cretenſis Dianæ dicata. Huic cum Rex Cretenſium Minos ſtuprum vellet inferre, illa ſe jecit in mare, illataque eſt retibus piſcatorum, quæ Græce δίκτυα nominantur, à quibus hujus corpus extractum eſt: inſula tamen Creta peſtilentia laboravit, quam evadere penitus nequiſſent, niſi templum Dianæ inſtituiſſent, eamque Dictynnam vocaſſent, à retibus. *Labores.*] Deprecor te Diana per maternos dolores, ſive quibus tu edita es, ſive per omnium parturientium gemitus. *Idem.*

635. *Audiat*

Audiat ille prior. dixit, fletuque ſoluto,
Aſpicit & nivea ſaxum maduiſſe Dianæ.
Illam diva ferox etiamnum in limine ſacro
Expoſitam, & gelidas verrentem crinibus aras
Linquit, & in medus frondentem Mænalon aſtris
Exuperat greſſu, ſaltumque ad mœnia Cadmi
Deſtinat, interior cœli qua ſemita lucet
Dis tantum, & cunctas juxta videt ardua terras.
Jamque fere medium Parnaſi frondea præter
Colla tenebat iter, cum fratrem in nube coruſca
Aſpicit haud ſolitum viſu. remeabat ab armis
Mœſtus Echioniis, demerſi funera lugens
Auguris. irrubuit cœli plaga ſidere mixto,
Occurſuque ſacro pariter jubar arſit utrimque,
Et coiêre arcus, & reſpondere pharetræ.
Ille prior, Scio Labdacidas, germana, cohortes,

635. *Audiat ille precor.*] Intelligi poteſt. Sed ad longè meliorem ſententiam præeunt ſcripti: *audiat ille prior.* Bern.

636. *Maduiſſe Dianæ.*] Tanta miſeratione Atalanta conqueſta eſt, ut videretur etiam ſimulacro numinis moviſſe lachrymas. *Mænalon aſtris.*] Tanta eſt Mænalios altitudo, ut cacumen ejus aſtris videatur inſertum. *Lactant.*

638. *Verentem crinibus aras.*] Manifeſta corruptio, quam norma verſus ſpernit. vet. *verrentem*, exigua, ſed aureola emendatio, quam ut liquidò veram in contextum admiſi: reſpicit morem priſcum: crinibus enim paſſis templa matronæ in ſuppliciis (proprium in hac re hoc verbum) *verrebant.* Livius lib. III. *Stratæ paßim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum cælestium expoſcunt.* Idem lib. XXVI. *Matronæ circa deûm delubra diſcurrunt, crinibus paßis aras verrentes.* Apulejus l. V. *Tunc Pſyche uberi fletu rigans deæ veſtigia, humumque verrens crinibus ſuis.* Mamertinus Panegyrico ad Maximianum: *Matres Italæ penſa manibus abjecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt, ibi ædes ſacras paſſo capillo ſuo quæque verrebat.* Bernart.

641. *Qua ſemita lucet.*] Diis eam partem tantum ad tranſitum datam ſignificat, quæ ſummum aërem infimumque conjungit, qui locus eſt circa circulum lunæ: de quo Lucanus:

Qua niger aſtriferis connexis axibus æther,
Quaque patet terras inter lunæque meatus. Lactant.

643. *Colla.*] Parnaſſi juga. *Idem.* *Cum fratrem nube coruſca.*] Lego, *Cum fratrem in nube coruſca Aſpicit haud ſolitum viſu.* Senſus. Vidit Diana Phœbum in nube, non eo vultu quo conſueverat. *Bernart.*

647. *Sidere mixto.*] Bene per occaſionem figmenti poëtici naturalem expoſuit rationem. tunc enim eclipſis fit ſolis cum luna trigeſima eſt, & ad ſignum idem venit, & orbem ejus obſcurat. *Lactant.*

650. *Labdacias.*] Thebanas à patre Labdacio. *Idem.* *Labdacidas, germana, cohortes.*] Primum illud vocabulum, quoties uſurpat Statius, format à *Labdacides.*

Et nimium fortes auſum petis Arcada pugnas.
Fida rogat genitrix; utinam indulgere precanti
Fata darent! en ipſe mei (pudet) irritus arma
Cultoris, frondeſque ſacras, ad inania vidi
Tartara, & in memet verſos deſcendere vultus.
Nec tenui currus, terraque abrupta coëgi,
Sævus ego, immeritusque coli. Lugentia cernis
Antra, ſoror, mutaſque domos. hæc ſola rependo
Dona pio comiti. nec tu peritura movere
Auxilia, & mœſtos in vanum perge labores.
Finis adeſt juveni: non hoc mutabile fatum.
Nec te nunc dubiis fraterna oracula fallunt.
At decus extremum miſero, confuſa viciſſim
Virgo refert, duraque licet ſolatia morti
Quærere, nec fugiet pœnas, quicunque nefandam
Inſontis pueri ſcelerarit ſanguine dextram
Impius. & noſtris fas ſit ſævire ſagittis.
Sic effata movet greſſus, libandaque fratri
Parcius ora tulit, Thebaſque infeſta petivit.
At pugna ereptis major crudeſcit utrimque
Regibus, alternoſque ciet vindicta furores.
Hypſeos hinc turma, deſolatumque magiſtro
Agmen, at hinc gravius fremit Hippomedontis ademptì
Orba cohors. præbent obnixi pectora ferro:

Idem

des. itaque infra: *indignanteſque fremebant Labdacidæ.* Itaque non magis poteſt dici *Labdacides cohors* quam *Tyndarides Helena* aut *Priamides Polyxena.* Atque etſi à *Labdacis* dici poſſit eo caſu *Labdacidas*, credibile tamen eſt eo abſtinuiſſe propter ambiguitatem. Scribe: *Labdacias, germana, cohortes.* Gronov.

653. *Pudet irritus.*]Quia Amphiarao auxilium ferre non potuit. *Lactant.*

656. *Coëgi.*] Conjunxi. *Idem.*

658. *Antra.*] Ubi oracula Apollinis dantur. *Idem.*

663. *Confuſa viciſſim.*] Interpoſuit ſuam poëta perſonam, quam verbis Dianæ poſuit: ordo ergo & ſenſus talis eſt. Si mihi cum non licet de prælio liberare, certe extremum decus & ſolatia mortis concedam, ne inultus occumbat. Ut ſit parentheſis ex perſona poëtæ.

Confuſa viciſſim virgo refert. Idem.

667. *Et noſtris fas ſit.*]Quaſi primum tunc cruentarit ſagittas ſuas humano ſanguine Diana. Quid Nioben oſtentantibus undique Tragœdiis reſpondebit? Quid cum totam Cretam iracundia ſua penè deleviſſit? vid. ad ỷſ. 632. *Barth.*

668. *Libandaque fratri.*] Oſculata eſt fratrem. *Lactant.*

676. *Ve-*

Idem ardor rabidis externum haurire cruorem,
Ac fudiſſe ſuum: nec ſe veſtigia mutant.
Stat cuneo defixa acies, hoſtique cruento
Dant animas, & terga negant. cum lapſa per auras
Vertice Dircæi velox Latonia montis
Aſtitit. agnoſcunt colles, notamque tremiſcit
Sylva deam, ſævis ubi quondam exerta ſagittis
Fœcundam laſſo Nioben conſumpſerat arcu.
Illum acies inter medias, jam cæde ſuperbum
Neſcius armorum, & primas tunc paſſus habenas
Venator raptabat equus, quem diſcolor ambit
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.
Colla ſedent, nodis & caſtigata jubarum
Libertas, nemoriſque notæ ſub pectore primo
Jactantur, niveo lunata monilia dente,
Ipſe bis Oebalio ſaturatam murice pallam,
Lucenteſque auro tunicas (hoc neverat unum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo
Cornipedis levo clypeum demiſerat armo,
Enſe gravis nimio: tereti juvat aurea morſu
Fibula, pendentes circum latera aſpera cinctus,
Vaginæque ſonum, tremulumque audire pharetræ
Murmur, & à cono miſſas in terga catenas.

Inter-

676. *Veſtigia mutant.*] Nemo de eo loco in quo ſteterat pellebatur. *Lactantius.*

683. *Illum.*] Parthenopæum. *Idem.*

684. *Tunc paſſus habenas.*] Virga aut voce in Venatione ante hanc expeditionem regi conſuetus. De *Numidis* pariter Claudian. Bell. Gild.

—— *Sonipes ignarus habenæ*
Virga regit. ——

Vide Silium Ital. in lib. 1. ubi *Virgæ rationem* indicat. *Barth.*

685. *Diſcolor.*] Maculoſus. *Ambit.*] Operit. *Lactant.*

686. *Tigris.*] Pro pelle tigridis. *Unguibus armos.*] Currente equo mota pellis equi armos cædebat. *Idem.*

687. *Colla ſedent nodis.*] Plena ſunt muſculis. Virgil.

Luxuriatque thoris animoſum pectus.

Caſtigata jubarum.] Pexa & collecta juba in cervice equi ſedebat ornata. *Idem.*

688. *Nemoriſque notæ.*] Signa venationis equo ſub pectoris prima parte pendebant. *Idem.*

689. *Lunata.*] In modum lunæ curvata. *Idem.*

691. *Neverat unum.*] Interpoſitio: & bene *unum*, quia niſi pietate victa filii, nunquam venatrix fœminea opera contigiſſet. *Idem.*

692. *Collectus.*] Cinctus ſive ſtrictus. *Idem.*

697. *Catenas.*] A parte enim galeæ de-

Interdum criſtas hilaris jactare comantes,
Et pictum gemmis galeæ jubar. aſt ubi pugna
Caſsis anhela calet; reſoluto vertice nudus
Exoritur. tunc dulce comæ, radiiſque micantes
Dulce nitent viſus, & , quas dolet ipſe morari,
Nondum mutatæ roſea lanugine malæ.
Nec formæ ſibi laude placet, multumque ſeveris
Aſperat ora minis, ſed frontis ſervat honorem
Ira decens. dat ſponte locum Thebana juventus
Natorum memores, intentaque tela retorquent.
Sed premit, & ſævas miſerantibus ingerit haſtas.
Illum & Sidoniæ juga per Theumeſia nymphæ.
Bellantem, atque ipſo ſudore & pulvere gratum
Laudant, & tacito ducunt ſuſpiria voto.
Talia cernenti mitis ſubit alta Dianæ
Corda dolor, fletuque genas violata, Quod, inquit,
Nunc tibi, quod leti quæram dea fida propinqui
Effugium? hac ne ultro properaſti ad prælia, ſæve
Ac miſerande puer? cruda heu feſtinaque Virtus
Suaſit, & hortatrix animoſi gloria leti.
Scilicet anguſtum jamdudum urgentibus annis
Mænalium tibi, parve, nemus, perque antra ferarum
Vix tutæ ſine matre viæ, ſilveſtria cujus
Nondum tela procax, arcumque implere valebas:
Et nunc illa meas ingenti in plangit ad aras
Invidiam, ſurdaſque fores, & limina laſſat.

Tu

deſcendunt catenæ, quæ ab ictu colla ſedentis defendant. *Lact.*

704. *Multumque ſeveris.*] Supra præmiſſa Parthenopæi pulchritudine his eſt vitanda laudatio. Ipſe tamen formæ laudem aſpernatur, & ut celet pulchritudinem ſuam iraſcitur. *Idem.*

707. *Natorum memores.*] Ne filiis ſuis paria acciderent, ſi ipſi necem Parthenopæo pene adhuc puero intuliſſent. Scelus enim putabatur talem perimere & timebatur Nemeſis. *Vet. Schol.*

Intentaque.] Contra Parthenopæum parata ætatis miſericordia revocantur tela. *Lactant.*

711. *Suſpiria voto.*] Aut nubant ei, aut vincant. *Idem.*

713. *Quod inquit.*] Dubitantis eſt. *Idem.*

716. *Cruda.*] Immatura. *Idem.*

721. *Et nunc illa.*] Mater ſcilicet Atalanta *Idem.*

723. *Limina laſſet.*] Rogando fatigat, ut Horatius:

Prece

Tu dulces lituos, ululataque prælia gaudes
Felix, & miſera tantum periture parenti.
Ne tamen extremo fruſtra morientis honori
Adfuerit, venit in medios caligine fulva
Septa globos, primumque leves furata ſagittas
Audacis tergo pueri, cœleſtibus implet
Coryton telis, quorum ſine ſanguine nullum
Effugit. Ambroſio tunc ſpargit membra liquore,
Spargit equum, ne quo temeretur vulnere corpus
Ante necem, cantuſque ſacros, & conſcia miſcet
Murmura, ſecretis quæ Colchidas ipſa ſub antris
Nocte docet, monſtratque feras quærentibus herbas.
Tunc vero exerto circumvolat igneus arcu,
Nec ſe mente regit, patriæ, matriſque, ſuique
Immemor, & nimium cœleſtibus utitur armis.
Ut leo, cui parvo mater Gætula, cruentos
Suggerit ipſa cibos, cum primum creſcere ſenſit
Colla jubis, torvuſque novos reſpexit ad ungues,
Indignatur ali, tandemque effuſus apertos
Liber amat campos, & neſcit in antra reverti.
Quos age Parrhaſio ſternis, puer improbe, cornu?
Prima Tanagræum turbavit arundo Chorœbum

Ex-

—— *Prece qua fatigent*
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam.

Lactant.

724. *Ululanda.*] Formidanda ſive luctuoſa. *Idem.*

725. *Moriture parenti.*] Matri tuæ tantum peribis, cui ſoli morte tua ingeres luctum. *Idem.*

730. *Coryton telis.*] *Coryton*, theca arcus ſolius dicitur, ſicut *pharetra* ſagittarum, & *ſagma* ſcuti: nunc vero *coryton*, pro pharetra poſuit. *Idem.*

731. *Ambroſio liquore*] Conſervante ab omni damno. Si fatum tollere Diana non potuit, potuit viventem tamen excolere uſque ad mortem. *Vet. Schol.* Ubi *excolere* eſt exornare, honorare, colere. Vide Adverſ. Barthii. *Ambroſiæ* autem *Succus* Poëticis Divis omnis divina opis, omne auxilium ſalutare. Sic apud Maron. Venus vulnerato filio Ænea, lib. XII.

—— *ſpargitque ſalubres*
Ambroſiæ ſuccos & odoriferam Panaceam.

Barth.

733. *Conſcia miſcet.*] Ipſe eſt Hecate, quæ invocatur à Magis. *Lactant.*

739. *Getula.*] Afra. *Idem.*

741. *Ungues.*] Quibus nocet. *Idem.*

742. *Indignatur.*] Cum leo unguibus aptum venationi ſe jam ſenſerit, indignatur matris venationibus nutriri. *Idem.*

745. *Prima Tanagræum.*] Eubœum, *Tanagreus* civitas eſt Eubœæ, ut ipſe in cata-

Extremo galeæ, primoque in margine parmæ
Anguſta tranſmiſſa via. ſtat faucibus unda
Sanguinis, & ſacri facies rubet igne veneni.
Sævius Eurytion, cui luminis orbe ſiniſtri
Aſpera tergeminis acies ſe condidit uncis.
Ille trahens oculo plenam labente ſagittam
Ibat in auctorem. Sed divum fortia quid non
Tela queant? alio geminatum lumine vulnus
*Explevit tenebras, *ſequitur tamen improbus hoſtem,*
Qua meminit, fuſum donec prolapſus in Idam
Decidit, hic ſævi miſer inter funera belli
Palpitat, & mortem, ſocioſque, hoſteſque precatur.
Addit Abantiadas, inſignem crinibus Argum,
Et male dilectum miſeræ Cydona ſorori.
Illi perfoſſum telo patefecerat inguen,
Huic geminum obliqua trajecit arundine tempus.
Extitit hac ferrum, velox hac penna remanſit;
Fluxit utrimque cruor: nulli tela aſpera mortis
Dant veniam. non forma Lamum, non infula Lygdum,
Non pubeſcentes texerunt Æolon anni.

Figitur

catalogo, *mille ſagittiferos gelidos de colle Tanagræ.* Lactant.

746. *Margine parmæ.*] Inter limitem ſcuti vel galeæ. *Idem.*

748. *Sacri*] Execrabilis: ſeu quia Diana ejus ſagittas infecerat. *Idem.*

749. *Sævit in Eurytion.*] Præterquam quod τὸ *ſævit* hic fatuum, vel eo poterat hæc lectio intoleranda videri, quod Εὐρύτιος non eſt Græcum, ſed Εὐρυτίων. Homerus Οδυσ. φ. κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα. Εὔρυτος Εὐρυτίων, ut Ἡφαιστος Ἡφαιστίων. Sine cunctatione igitur admittatur, quod offerunt ſcripti: *Sævius Eurytion*, nimirum, turbatus eſt. *Gronov.*

754. *Explevit.*] Ambos illius oculos obcæcavit. *Hoſtem.*] Parthenopæum. *Lactant.*

758. *Addit.*] Occidit. *Abantiadas.*] Abantis filios, quos ſupra memoravit, *non ego Abantiadas.* Idem.

759. *Et male dilectum.*] Quia dilectus inter vos non pietatis eſt, ſed libidinis. Notandum ergo quod hic *male* ſcelerate ſignificat, quia inceſtum oſtendit: ideo quaſi impii ipſius tantum mortem expreſſit. *Idem.*

764. *Non forma Lamum.*] *Lamum* habent meliores libri. Quæ eſt vera lectio exemplo Maronis lib. IX.

——— *Lamirumque Lamumque*
Et juvenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luſerat, inſignis facie. ———

Lamo ergo tribuit de proximo ſumtam Serrani formam Papinius. Eſt alioquin Lamus Ciliciæ fluvius, qui regioni nomen dedit Lamuſiæ apud Stephan. & urbs Læſtrigonum apud Homer. Odyſſ. κ. *Barth.*

768. *Fra-*

Figitur ora Lamus, flet ſaucius inguina Lygdus,
Perfoſſam telo niveam gemis Æole frontem.
Te praceps Eubœa tulit, te candida Thiſbe
Miſerat, hunc virides non excipietis Amyclæ.
Nunquam caſſa manus, nullum ſine vulnere fugit
Miſſile; nec requies dextra, ſonitumque priori
Jungit arundo ſequens. unum quis crederet arcum?
Aut unam ſævire manum? modo dirigit ictus,
Nunc latere alterno dubius conamina mutat,
Nunc fugit inſtantes, & ſolo reſpicit arcu.
Et jam mirantes, indignanteſque coïbant
Labdacidæ, primuſque Iovis de ſanguine claro
Amphion, ignarus adhuc, quæ funera campis
Ille daret, Quonam uſque moram lucrabere fati,
O multum meritos puer orbature parentes?
Quin etiam menti tumor, atque audacia gliſcit,
Congreſſus dum nemo tuos, pugnamque minorem
Dignatur bellis, iranique relinqueris infra.
I, repete Arcadiam, mixtuſque æqualibus illic,
Dum ferus hic vero deſævit pulvere Mavors,
Prælia lude domi. quod ſi te mœſta ſepulchri
Fama movet, dabimus, leto moriere virorum.
Jamdudum hunc contra ſtimulis gravioribus ardet

Trux

768. *Præceps.*] In præcipitio poſita, ſive in montis latere ædificata. *Candida.*] Propter columbas. *Lactant.*

769. *Non excipietis Amyclæ.*] Minime in ſuam patriam revertitur. *Amyclæ* civitas Laconiæ regionis. *Idem.*

772. *Quis crederet arcum.*] Poſt terga mittebat ſagittas fugiens, ſicut Parthi. Lucan.

Et melior ceſſiſſe loco quam pellere virtus.

Virgilius:

Fidentemque fuga Parthum verſiſque ſagittis. Idem.

774. *Nunc latere alterno.*] Nunc ex hoc, nunc ex altero latere ſeſe invertens, ſagittas hoſtibus Thebanis immittit. *Dubius.*] Ut neſciant, nec cavere poſſint, unde incidant ſagittæ. *Conamina.*] Intentionem ſagittas emittendi. *Vet. Schol.*

777. *Labdacidæ.*] A patre Labdaco. *Lactant.*

778. *Amphion.*] Filius Amphionis, Zeti fratris. *Quæ funera.*] Quantas mortes. *Idem.*

783. *Infra.*] Nec dignus ira hoſtis, contemptibilis. *Idem.*

787. *Fama movet.*] Si vis glorioſe mori. Hic exercitus dicit Parthenopæus, Thebanorum debilitati etiam puerilia arma ſufficere. *Idem.*

793. *Nullo*

Trux Atalantiades, nec dum ille quieverat, inſit:
Sera etiam in Thebas, quarum hic exercitus arma
Profero. quiſnam adeo puer, ut bellare recuſet
Talibus? Arcadia ſtirpem, & fera ſemina gentis,
Non Thebana vides. non me ſub nocte ſilenti
Thyas Echionio genitrix famulata Lyæo
Edidit, haud unquam deformes vertice mitras
Induimus, turpique manu jactavimus haſtam.
Protinus aſtrictos didici reptare per amnes,
Horrendaſque domos magnarum intrare ferarum,
Et quid plura loquar? ferrum mea ſemper, & arcus
Mater habet, veſtri feriunt cava tympana patres.
Non tulit Amphion, vultumque, & in ora loquentis
Telum immane rotat, ſed ferri lumine diro
Turbatus ſonipes, ſeſe dominumque retorſit
In latus, atque avidam tranſmiſit devius haſtam.
Acrior hoc juvenem ſtricto mucrone petebat
Amphion. cum ſe medio Latonia campo
Injicit ante oculos: omni ſtetit obvia vultu.
Hærebat juveni devinctus amore pudico
Mænalius Dorceus, cui bella, ſuumque timorem
Mater, & audaces pueri mandaverat annos.
Hujus tum vultum dea diſſimulata profatur:

Hacte-

793. *Nocte ſilenti.*] Epitheton noctis: ſeu quod ſacra à Thebanis tacite celebrantur. *Idem.*

795. *Vertice mitras.*] *Mitra* incurvum pileum, de quo dependent buccarum tegmina. Et oratorie crimen objectum eſt ex habitus qualitate. Virgil.
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.
Idem.

802. *Lumine diro.*] Convenienti haſtæ; ſive aſpero, quod lux ferri oculos terreat. *Idem.*

804. *Devius haſtam.*] Aviæ haſtæ motus. Virgil. *dato vertit veſtigia tergo.* Idem.

807. *Omni ſtetit.*] Nihil de vivo vultu mutavit in conſpectu rectiſſimo. *Idem.*

808. *Pudico.*] Caſto. *Idem.*

810. *Mandaverat.*] Commendaverat. *Idem.*

811. *Vultum dea diſſimulata.*] Dicimur *diſſimulare*, quod non præferimus, quod cupimus celatum. Ut alibi noſter: *tamen ore nitebat Diſſimulatus honos.* quem ipſe ſuppreſſerat, vetuerat parere. Ergo Diana non poteſt dici *diſſimulata vultum* Dorcei, quem adſumpſerat & præ ſe ferebat. Lege: *Hujus tum vultu dea diſſimulata.* id eſt, ſub hujus figura vel facie latens dea. Nam ſe diſſimulabat ipſa. Et ſane Dan. codex habet *vultu*, Geoũov.

813. *Parce*

Hactenus Ogygias ſatis infeſtaſſe catervas,
Parthenopae, ſatis. miſera jam parce parenti,
Parce deis quicunque favent. nec territus ille,
Hunc ſine me (nec plura petam) fidiſſime Dorceu,
Sternere humi, qui tela meis gerit æmula telis,
Et ſimiles cultus, & frena ſonantia jactat.
Frena regam; cultus triviæ pendebitis alto
Limine, captivis matrem donabo pharetris.
Audiit, & mixto riſit Latonia fletu.
Viderat hanc cœli jamdudum in parte remota
Gradivum complexa Venus, dumque anxia Thebas
Commemorat, Cadmumque viro, caraque nepotes
Harmoniæ, preſſum tacito ſub corde dolorem
Tempeſtiva movet. Nonne hanc, Gradive, protervam
Virginitate vides mediam ſe ferre virorum
Cœtibus? utque acies audax, & Martia ſigna
Temperet? en etiam donat, præbetque necandos
Tot noſtra de gente viros. huic tradita Virtus,
Huic furor? agreſtes ſupereſt tibi figere damas.
Deſiluit juſtis commotus in arma querelis
Bellipotens, cui ſola vagum per inane ruenti
Ira comes, reliqui ſudant ad bella Furores.
Nec mora, cum mœſtam monitu Latoida duro
Increpat aſſiſtens: Non hæc tibi prælia divûm
Dat pater, armiferum ni protinus improba campum
Deſeris, huic æquam noſces nec Pallada dextræ.
Quid faciat contra? premit hinc Mavortia cuſpis,

Hinc

813. *Parce parenti.*] Bene furenti filio nomen matris appoſuit, ut ablatio cari nominis puerum feſtinato ſuo retardaret interitu, ut vel matri parceret: quippe quam pro gloria ſua contemnere cupiebat. *Lactant.*

818. *Cultus*] Spolia Amphionis. *Id.*

825. *Tempeſtiva.*] Oportuna. Horatius:

Deſine matrem tempeſtiva ſequi viro. Id.

826. *Mediam ſe ferre.*] Ad vim & gravitatem pertinet. *Vet. Scholaſt.* Sane *gradum* non levem hæc locutio infert. Virgil. lib. 11.

— Quæ ſe, dum regna manebant
Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

Barthius.

828. *Temperet.*] Diſponat, aut ordinet. *Lactantius.*

840. *Solo*

Hinc plena tibi, parve, colus, Jovis inde ſeveri
Vultus: abit ſolo poſt hæc devicta pudore.
At pater Ogygias Mavors circumſpicit alas,
Horrendumque Dryanta movet, cui ſanguinis auctor
Turbidus Orion, comiteſque odiſſe Dianæ.
Inde furit primum. hic turbatos arripit enſe
Arcadas, exarmatque ducem. cadit agmine longo
Cyllenes populus, Tegeeſque habitator opacæ
Æpitiique duces, fugiunt, Pheneique phalanges.
Ipſum autem, & laſſa fidit proſternere dextra,
Nec ſervat vires, etenim huc jam feſſus, & illuc,
Mutabat turmas, urgent præſagia mille
Funeris, & nigra præcedunt nubila mortis.
Jamque miſer raros comites, verumque videbat
Dorcea, jam vires paulatim abſcedere ſentit,
Sentit & exhauſtas humero leviore pharetras.
Jam minus atque minus fert arma, puerque videtur
Et ſibi, cum torva clypei metuendus obarſit
Luce Dryas, tremor ora repens, ac viſcera torſit

Arca-

840. *Solo poſt hæc devicta pudore.*] Longe mihi probatius, quod in ſcriptis etiam fere omnibus inveni, *poſt hæc evicta pudore.* Tacitus lib.4. ann. *ſed precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, ſibi Tiberium adſcivit.* Lib.15. de Paullina Senecæ: *dein oblata mitiore ſpe, blandimentis vitæ evictam.* Gron. *Pudore.*] Subaudi, ceſſit, & avertit à Parthenopæo faciem. *Lactant.*

843. *Turbidus Orion.*] Quia hic Dryas Orionis fuit filius, qui immiſſu Dianæ ſcorpii ictu periit. turbidus autem quia ſtella ejus tempeſtatem movet. ſive fortis vel incontinens, quippe qui nimio amore Dianæ flagravit. *Idem.*

844. *Inde furit primum.*] Ex illa cauſa, quia patrem ejus Diana ſagittis occiderat. Unde Horat.

Virginea domitus ſagitta. Idem.

845. *Arcades.*] Comites Dianæ. *Idem.*

847. *Fugiunt Pheneique phalanges.*] Tò *fugiunt* non eſt in ſincerioribus libris: ſed tantum, *Thelepheæque phalanges.* nam quod Schottus profert 2. Obſerv. 29. *pereunt Tegeæque phal.* eſt à mala manu: & facile refutatur, quia jam præcedenti verſu habitatorum Tegees mentio facta. Conjicio: *Æpytiique duces Thelpuſæaque phalanges.* *Thelpuſa* urbs & ager in Arcadia. Vide Pauſaniam lib.8. *Gronovius.*

849. *Servat vires.*] Dum hoſtes inſequuntur. *Lactantius.*

851. *Præcedunt nubila mortis.*] Circunvolant: id eſt, mens Parthenopæi turbabatur vicinæ mortis adventu. *Id.*

852. *Verumque videbat.*] Non eum in quem fuerat Diana immutata. *Idem.*

856. *Obarſit.*] Effulſit, vel reſplenduit. Avus enim Dryas Neptuni filius fuit, Jovis & Mercurii: idcirco duorum numinum armis gerebat inſignia. *Idem.*

859. *Hiſcere*

Arcados. utque feri vectorem fulminis albus
Cum ſupra reſpexit Olor, cupit hiſcere ripam
Strymonos, & trepidas in pectora contrahit alas,
Sic juvenem ſævi conſpecta mole Dryantis,
Jam non ira ſubit, ſed leti nuncius horror.
Arma tamen, fruſtra ſuperos Triviamque precatus,
Molitur pallens, & ſurdos expedit arcus.
Jamque inſtat telis, & utramque obliquus in ulnam
Cornua contingit mucrone, & pectora nervo.
Cum ducis Aonii magno cita turbine cuſpis
Fertur in adverſum, nervique obliqua ſonori
Vincla ſecat, pereunt ictus, manibuſque remiſſis
Vana ſupinato ceciderunt ſpicula cornu.
Tunc miſer & frenos turbatus, & arma remiſit,
Vulneris impatiens, humeri quà tegmina dextri
Intrarat, facilemque cutem ſubit altera cuſpis,
Cornipediſque fugam ſucciſo poplite ſiſtit.
Tunc cadit ipſe Dryas (mirum) nec vulneris uſquam
Conſcius, olim auctor teli, cauſaque patebant.
At puer infuſus ſociis, in devia campi
Tollitur (heu ſimplex ætas!) morienſque jacentem
Flebat equum. cecidit laxata caſſide vultus,
Ægraque per trepidos expirat gratia viſus,
Et prenſis concuſſa comis, ter colla, quaterque
Stare negant, ipſiſque nefas lachrymabile Thebis,
Ibat purpureus niveo de pectore ſanguis.

Tan-

859. *Hiſcere ripam.*] Ut ſe ſubmergat, & fugiat aquilam. *Idem.*

864. *Expedit.*] Ad ſagittandum parat. *Idem.*

867. *Aonii.*] Dryantis. *Idem.*

868. *Nervi ſonori.*] Arcus Parthenopæi inciſo nervo. *Idem.*

869. *Ictus.*] Quos Parthenopæus paraverat perierunt. *Idem.*

874. *Poplite ſiſtit.*] Per ſedentis poplitem equum percuſſit. *Idem.*

876. *Conſcius.*] A Diana intelligitur Dryas occiſus, ut ipſa ſuperius promiſerat dicens: *& noſtris fas ſit ſævire ſagittis.* Idem.

881. *Et prenſis concuſſa comis.*] Nam morituris ſolent erigere capita, comas concutiendo ſive vellendo, quaſi revocent illius ſenſum. *Idem.* *Et prenſis concuſſa comis.*] Ritus (hic à Lutatio obſervatus) alibi mihi non lectus. Scio præſecari ſolere crines morientibus, unde illud Virgilii: *Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat.* (Macrobius v. Satur. cap. x ix. videatur) ſed nihil ad lucem hujus loci. *Bernart.*

884. *Inciden-*

Tandem hæc ſingultu verba incidente profatur :
Labimur, i, miſeram, Dorceu, ſolare parentem.
Illa quidem, ſi vera ferunt præſagia curæ,
Aut ſomno jam triſte nefas, aut omine vidit.
Tu tamen arte pia trepidam ſuſpende, diuque
Decipito, neu tu ſubitus, neve arma tenenti
Veneris, & tandem cum jam cogere fateri,
Dic : merui, genitrix, pœnas, invita capeſſens
Arma puer rapui, nec te retinente quievi:
Nec tibi ſollicitæ ſaltem inter bella peperci.
Vive igitur, potiuſque animis iraſcere noſtris.
Et jam pone metus. fruſtra de colle Lycæi
Anxia proſpectas, ſi quis per nubila longe
Aut ſonus, aut noſtro ſublatus ab agmine pulvis.
Frigidus in nuda jaceo tellure, nec uſquam
Tu prope, quæ vultus, efflantiaque ora teneres.
Hunc tamen, orba parens, crinem (dextraque ſecandum
Præbuit) hunc toto capies pro corpore crinem,
Comere quem fruſtra me dedignante ſolebas.
Huic dabis exequias: atque inter juſta memento,
Ne quis inexpertis hebetet mea tela lacertis,

Dile-

884. *Incidente.*] Irrumpente. *Lact.*

889. *Arma tenenti.*] Ne audita morte mea, te aut ſe interficiat. id eſt, ſtatim ut veneris ne dicas me occiſum fuiſſe. *Id.*

890. *Dic merui.*] Dic meæ matri, ex mea perſona merui occidi, quia te revocantem me ab intentione belli non ſum ſecutus; & merito pœnas dedi. *Idem.* *Invita capeſſens Arma puer.*] MSS. magno conſenſu *capeſſe.* Idque verum eſſe agnoſces, modo recte interpunxeris: *Dic: merui, genitrix. pœnas invita capeſſe. Arma puer rapui.* Dignus fui perire, qui te offenderim, & injuſſu tuo arma rapuerim, nec vel in ipſo prælio tui reverentia parcius me periculis objecerim. Reſuſcita igitur iram tuam, ut patientius doleas, & cogita deos maternæ majeſtatis vindices teque adeo ipſam, licet invitam, & graviores, juſtas tamen, de me pœnas expetiviſſe ob contumaciam & temeritatem. Hoc velut ultionis ſolatio luctum mitiga. Vox Corbulonis ſe ferientis, Ἄξιος, quod ſceleſto Principi nimium credidiſſet, apud Dionem. *Grenovius.*

894. *Lycæi.*] Mons enim hic Arcadiæ altiſſimus. *V. S.* Inter inſignes ejus regionis recenſet Strabo lib. VIII. Et Plinius lib. IV. c. 3. *Jovis Lycæi fano* ibi celeberrimo diverſi, quod ad montem κατὰ τὸ ὄρος, Strabo: in montem collocat Plinius. *Barthius.*

901. *Præbuit.*] Interpoſitio per poëtæ perſonam. *Idem.*

902. *Me dedignante ſolebat.*] Quia quaſi vir fortis volebat ornaribus decorari. *Idem.*

907. *Ingrata*

Dilectoſque canes ullis agat amplius antris.
Hæc autem primis arma infelicia caſtris
Ure, vel ingratæ munus ſuſpende Dianæ.

907. *Ingratæ munus ſuſpende.*] Quæ me non potuit inter bellum protegere. *Idem.*

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER DECIMUS.

OBruit Heſperia Phœbum nox humida porta
Imperiis properata Jovis, nec caſtra Pelaſgum,
Aut Tyrias miſeratus opes, ſed triſte tot extra
Agmina, & immeritas ferro decreſcere gentes.
Panditur immenſo deformis ſanguine campus.
Illic arma, & equos, ibant quibus ante ſuperbi,
Funeraque orba rogis, neglectaque membra relinquunt.
Tunc inhonora cohors laceris inſignibus ægras
Secernunt acies, portæque ineuntibus arma
Anguſtæ populis, late cepere reverſos.
Par utrinque dolor, ſed dant ſolatia Thebis
Quatuor errantes Danaum ſine præſide turmæ.

Ceu

1. *OBruit Heſperia.*] *Heſperia* occidentali. *Lactantius.*

2. *Properata.*] Feſtinata. *Idem.*

3. *Miſeratus opes.*] Miſeratus eſt Jupiter triſte eſſe perire illos, qui nec Thebani fuerant, nec Argivi, ſed utriuſque partibus auxilio venerant. *Idem.*

4. *Panditur.*] Abſceſſu militum patefactus eſt campus, quorum acie antea tegebatur. *Deformis ſanguine.*] Horridus ſive confuſus. *Idem.*

8. *Orba rogis.*] Sepultura carentia. *Idem.*

9. *Inhonora cohors.*] Turpis viſu. Claudian.

Nunc inhonorus, egens, perfert miſerabile pacis
Supplicium. ——

Bello Gildon. Vide & lib. 2. vſ. 629. Exprimitur Virgilius de Deiphobo:

—— *Truncas inhoneſto vulnere nares.*

Barthius.

9. *Ineuntibus arma.*] Anaſtrophe, pro euntibus in arma, id eſt ad bellum. *Lact.*

10. *Anguſtæ.*] Nimia multitudine. *Late cepere reverſos.*] Quia pauci redierant. *Idem.*

11. *Par utrinque dolor.*] Quia utriuſque partis magna clades extiterat. *Idem.*

12. *Quatuor errantes.*] Amphiarai, Tydei, Hippomedontis, Parthenopæi. *Idem.*

13. *Viduæ*

Ceu mare per tumidum viduæ moderantibus alni,
Quas Deus, & caſus, tempeſtateſque gubernant.
Inde animus Tyriis non jam ſua caſtra, ſed ultro
Hoſtilem ſervare fugam, ne forte Mycenas
Contenti rediiſſe petant. dat teſſera ſignum

Excu-

13. *Viduæ moderantibus alni.*] Gubernatoribus deſtitutæ. *Moderantibus* pro moderatoribus, participium pro nomine. *Idem.*

15. *Animus.*] Audacia : hinc enim fiducia Thebanis accreverat, quod quatuor Argivorum duces eximii extincti fuerant ſorte bellorum. *Idem.*

17. *Contenti rediiſſe.*] Quibus ſine gloria incolumibus in patriam rediiſſe ſuffecerat. *Id.* *Dat teſſera ſignum.*] Teſſera antiquis breve lignum, cui ſignum inſcriptum vel inſculptum : hinc Polybius lib. VI. πλατεῖον teſſeram vocat & Plinius lib. XVI. cap XVIII. Liguſtrum, cujus lignum molle & tractabile, teſſeris aptiſſimum ſcribit. Uſus Teſſeræ quà in pace, quà in bello. In pace; præcipuè triplex. Nam aut *frumentaria* ea, aut *ludicra*, aut *hoſpitalis.* Frumentaria civibus tenuioris fortunæ in principio cujuſque menſis diſtribuebatur, ea accepta ad horrea publica ire licitum; petitum frumentum gratis. Meminere complures Juriſconſulti noſtri. Ulpianus l. LII. De Jud. *Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit, quamvis major pars hæreditatis in provincia ſit, tamen Romæ debere fideicommiſſum ſolvi, dicendum eſt: cum apparet id teſtatorem ſenſiſſe, ex genere comparationis.* Paulus l. XLIX. de leg. II. *Si Titio teſſera frumentaria legata ſit.* Ludicra, à principibus luxu diffluentibus introducta, Vid. Xiphilinum Nerone. Hoſpitalem juventus ut intelligat, ſcire debet Hoſpitii neceſſitudinem non inter privatos modò, ſed reges, populos, oppida, veteribus contrahere ſollenne. Livius lib. V. de Timaſitheo Liparenſi: *Hoſpitium cum eo Senatuſconſulto factum eſt, donaque publicè data.* & libro VII. *Nihil nobis tota noſtra actione P. C. difficilius neque moleſtius eſt, quàm quòd cum Eumene nobis diſceptatio eſt, cum quo uno maximè regum & privatim ſingulis, & (quod magis nos movet) publicum civitati noſtræ hoſpitium eſt.* Hoſpitii hujus contracti ſignum (ſignatè inter privatos) teſſera erat, quæ utrinque dabatur. Plautus Pœnulo: *Si ita eſt, teſſeram conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli.* AG. *Agedum huc oſtende: eſt par probe, nam habeo domi.* POE. *O mi hoſpes, ſalve multum. nam mihi tuus pater, hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo fuit.* alluſit lepidè, uti ſolet, idem Comicus Ciſtellaria: *hic apud nos jam Alceſimarche confregiſti teſſeram.* Novam, ſed aptam more ſuo, ab hoc ritu vocem formavit Tertullianus de Præſcrip. *Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit quam ejuſdem ſacramenti una traditio.* Memini aliquando eruditè de hoc loco differentem me audiviſſe, eruditiſſimum Theologum, Petrum Bernartium, cognatum meum, virum planè (veris, non ambitioſis laudibus utor) antiquæ vitæ, doctum pariter & probum. Ad bellum jam venio, in quo frequens etiam teſſeræ uſus, ſignatè ad colligendum militem, ad excubias, ad pugnam. De teſſera ad colligendum militem accipiendus eſt Virgilius VII. *Claſſica jamque ſonant: it bello teſſera ſignum:* & Papinius noſter l. VII. *longo fugit ordine velox teſſera.* De ea quæ ad excubias aperte idem Statius:

—— dat teſſera ſignum
Excubiis, poſitæque vices ——

exempla paſſim obvia in hiſtoria Romana. Nec ideo tamen velim exiſtimes, Papinium, more ſuo, Græcam litem Romano jure decidere. Nam & apud Græc. teſſeræ hujus uſum fuiſſe diſertè aſſerit Pauſanias Phocicis. imò apud Perſas Xenophon, l. III. & VII. Teſſeram ad pugnam fuiſſe, elicias ex Taciti loco Hiſtoriarum III. *Eadem utraque acie arma,*

crebris

Excubiis, poſitæque vices. dux noctis opertæ
Sorte Meges, ultroque Lycus. jamque ordine juſſo
Arma, dapes, ignemque ferunt, rex firmat euntes.
Victores Danaum (nec enim lux craſtina longe,
Nec quæ pro timidis interceſſere tenebræ
Semper erunt) augete animos, & digna ſecundis
Pectora ferte deis. jacet omnis gloria Lernæ
Præcipuaque manus, ſubiit ultricia Tydeus
Tartara. mors ſubitam nigri ſtupet auguris umbram.
Iſmenos raptis tumet Hippomedontis opimis.
Arcada belligeris pudet annumerare trophæis.
In manibus merces. nuſquam capita ardua belli
Monſtrataque ducum ſeptena per agmina criſtæ.
Scilicet Adraſti ſenium, fraterque juventa
Pejor, & inſanis Capaneus metuendus in armis?
Ite age, & obſeſſis vigiles circundate flammas.
Nulli ex hoſte metus, prædam adſervatis, opeſque
Jam veſtras. Sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas. juvat exhauſtos iterare labores.
Sicut erat pulvis, ſudorque, cruorque per artus
Mixtus adhuc, vertere gradum. vix obvia paſſi
Colloquia, amplexus etiam, dextraſque ſuorum

Excuſ-

crebris interrogationibus notum pugnæ ſignum. rectè ait, *interrogationibus.* nam vocalis ea. Hirtius de bello Africano: *Cæſar ſigno Felicitatis dato, equo admiſſo in hoſtem ire contendit.* Reſpicit hanc etiam Suetonius Octavio, cap. XVI. *Sub horam pugnæ tam arctè repente ſomno devinctus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur.* Denique ſcito uti *frumentariæ teſſeræ* erant, ita *oleariæ*, quibus oleum, *cœnariæ* quibus cœna, *nummariæ* quibus nummi præberentur, fuiſſe. Poſtremò obſervabit juventus, Principum ævo, ita inoleviſſe teſſerarum uſum, ut per teſſeram quælibet mandata darentur. Suetonius Galba: *Sollenni fortè ſpectaculo plaudentes inhibuit, data teſſera ut manus penulis continerent.* Ammianus: *Per teſſeram edicto itinere.* dico, *Principum ævo* frequentiæ cauſſa, nam libera Republica etiam uſus. *Bernart.*

18. *Vices.*] Excubantium ſucceſſiones. *Lactantius.*

19. *Ultro.*] Voluntate, non ſorte cogente. *Idem.*

21. *Lux craſtina.*] Quæ nos victores efficiet. *Idem.*

23. *Secundis.*] Faventibus. *Idem.*

27. *Tumet.*] Superbit. *Idem.*

29. *In manibus merces.*] In promptu eſt præmium laboris noſtri. *Idem.*

35. *Jam veſtras.*] Ad incitandum virorum fortium animos ſpem prædæ monſtravit, ut Lucan.

Supereſt pro ſanguine merces, quam monſtrare meum eſt. Idem.

38. *Vertere gradum.*] Ad Argivos. *Idem.*

 40. *Adver-*

Excuſſere humeris. tunc frontem, averſaque terga
Partiti, laterumque ſinus, vallum undique cingunt
Ignibus infeſti. rabidi ſic agmine mixto
Sub noctem coiêre Lupi, quos omnibus agris
Nil non auſa fames longo tenuavit hiatu,
Jam ſtabula ipſa premunt: torquet ſpes irrita fauces,
Balatuſque tremens, pingueſque ab ovilibus auræ.
Quod ſupereſt, duris adfrangunt poſtibus ungues,
Pectoraque, & ſiccos minuunt in limine dentes.
At procul Argolici ſupplex in margine templi
Cœtus, & ad patrias fuſa Pelopeïdes aras
Sceptriferæ Junonis opem, reditumque ſuorum
Expoſcunt, pictaſque fores, & frigida vultu
Saxa terunt, parvoſque docent procumbere natos.
Condiderant jam vota diem: nox addita curas
Jungit, & aggeſtis vigilant altaria flammis.
Peplum etiam dono, cujus mirabile textum
Nulla manus ſterilis, nec diſſociata marito
Verſarat, calathis caſtæ velamina divæ
Haud ſpernenda ferunt. variis ubi plurima floret
Purpura picta modis, mixtoque incenditur auro.

Ipſa

40. *Adverſaque terga.*] Excubiarum inter ſe officia diviſerunt. *Idem.*

43. *Sub noctem.*] Per noctem. *Idem.*

45. *Fauces.*] Luporum. *Idem.*

47. *Quod ſupereſt.*] Siquidem nil aliud poteſt facere. *Idem.*

49. *Supplex in limine templi.*] Scripti propemodum omnes: *in margine templi.* Quod ſpernendum non fuit. nam vulgarum ejus interpretatio eſt. Ad Marcellum: *Mareneique ſedens in margine templi Sume animum.* Gronov.

53. *Saxa terunt.*] Ita ſuppliciter humi procubuerunt, ut vultibus ſuis templorum tegerent limina. *Lactant.*

55. *Vigilant altaria flammis.*] Liber optimus, aliique noſtri conſtanter vel *famis* vel *fumis* habent. Hoc Papinianum eſſe puto. Ut odores pretioſos eſſe notet. Ut talibus fumis delectari dii crediti, docent poſt alios multos Arnobius & Lucianus. *Barthius.*

56. *Peplum etiam dono.*] Peplum eſt veſtis candida, aureis clavis picta, ſine manicis, quod ſimulachris fiebat. Sed hoc peplum primum eſt ab Athenienſibus inſtitutum, quod matronæ ſuis manibus faciebant. & inter triennium numinibus offerebant. *Lact. Peplum etiam.*] Ita mos vetus, ut in ſuppliciis, peplum matronæ deabus offerrent. Virg. 1.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis. Bern.

59. *Ubi.*] In ipſo peplo. *Floret.*] Splendet. *Lactant.*

60. *Incenditur.*] Splendet. *Idem.*

61. *Deſpon-*

Ipſa illic magni thalamo deſponſa Tonantis
Expers connubii, & timide poſitura ſororem
Lumine demiſſo pueri. Jovis oſcula libat
Simplex, & nondum furtis offenſa mariti.
Hoc tunc Argolicæ ſanctum velamine matres
Induerant ebur, & lachrymis queſtuque rogabant.
Aſpice ſacrilegas Cadmeæ pellicis arces,
Siderei regina poli, tumulumque rebellem
Disjice, & in Thebas aliud (potes) excute fulmen.
Quid faciat? ſcit fata ſuis contraria Grajis,
Averſumque Iovem: ſed nec periiſſe precatus
Tantaque dona velit. tempus tamen obvia magni
Fors dedit auxilii. videt alto ex æthere clauſa
Mœnia, & inſomni vallum ſtatione teneri.
Horruit irarum ſtimulis, motaque verendum
Turbavit diadema coma. non ſævius arſit
Herculeæ cum matris onus, geminoſque Tonantis
Concubitus vacuis indignaretur in aſtris.
Ergo intempeſta ſomni dulcedine captos
Deſtinat Aonios leto præbere: ſuamque
Orbibus accingi ſolitis jubet Irin, & omne
Mandat opus. paret juſſis dea clara, polumque
Linquit, & in terras longo ſuſpenditur arcu.

Stat

61. *Deſponſa.*] Sponſa deſignata. *Idem.*

62. *Timide poſitura pudorem.*] Bonum hoc, ſed non germanum. Libri veteres ſiquidem conſenſu, lectionem præferunt, talento contra non caram; *timidè poſitura ſororem*, acutè, & quo verbo omnem Venerem complector, Papinio meo digna ſententia. Mens, Timidè Junonem vincula naturæ rupiſſe, & à ſorore ad uxorem tranſiiſſe. quod peculiariter ipſi convenit. τὸ *pudorem* tranſlatitium eſt, & omnibus commune. Quis tam inamœnus ut elegantiſſimam hanc emendationem non exoſculetur? *Bernartius.*

63. *Lumine demiſſo.*] Nam virginitas eum pudore deponitur fœminarum. *Lactantius.*

68. *Tumulumque rebellem.*] Synecdoche, à parte totum, & tumulum in quo natus eſt Liber. rebellem contra Junonem. *Idem.*

73. *Fors dedit.*] Caſus occurrens. *Idem.*

74. *Vallum.*] Thebanorum. *Idem.*

77. *Geminoſque Tonantis.*] Indignata eſt Juno vacuis in aſtris geminos Jovis in Thebana urbe concubitus. *Idem.*

81. *Orbibus accingi.*] Virgilius,
Mille trahit varios adverſo ſole colores.
Idem.

83. *Suſpenditur.*] Curvatur; ut ipſe alibi: *ſuſpendit Pelion arcu.* Idem.

 84. *Occi-*

Stat ſuper occidua nebuloſa cubilia noctis,
Æthiopaſque alios, nulli penetrabilis aſtro
Lucus iners, ſubterque cavis grave rupibus antrum
It vacuum in montem, qua deſidis atria ſomni,
Securumque larem ſegnis Natura locavit.
Limen opaca Quies, & pigra Oblivia ſervant,
Et nunquam vigili torpens Ignavia vultu.
Otia veſtibulo, preßiſque ſilentia pennis
Muta ſedent, abiguntque truces à culmine ventos.
Et ramos errare vetant, & murmura demunt
Alitibus. non hic pelagi, licet omnia clament
Littora, non illic cœli fragor. ipſe profundis
Vallibus effugiens ſpelunca proximus amnis
Saxa inter, ſcopuloſque tacet. nigrantia circa
Armenta, omne ſolo recubat pecus, & nova marcent
Germina, terrarumque inclinat ſpiritus herbas.
Mille intus ſimulacra dei cælaverat ardens
Mulciber. hic hæret lateri redimita Voluptas.
Hic comes in requiem vergens labor. eſt ubi Baccho,
Eſt ubi Martigenæ ſocium pulvinar Amori
Obtinet. interius tectum in penetralibus altis
Et cum Morte jacet. nullique ea triſtis imago.
Ipſe autem, vacuus curis, humentia ſubter

Antra

84. *Occidua.*] In occidentalibus partibus conſtitutæ. *Idem.*

85. *Æthiopaſque alios.*] Mauros dicit occidentales. *Idem.* *Æthiopaſque alios.*] Nam duplices Æthiopes, Occidentales & Orientales. Homerus Odyſſea *α.*

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. Bern.

Nulli penetrabilis aſtro.] Hoc eſt, nullius ſideris lumen admittens. *Lactantius.*

86. *Iners.*] Quietus. *Grave.*] Pigrum ſive obſcurum. *Idem.*

87. *It.*] Vadit. *Idem.*

91. *Silentia pennis.*] Alata quidem, ſed pennas non elevantia. *Silentia* ideo *pennata* fecit, quia per ſilentium cogitationes celerrime volant hinc inde. Alludit ſimul ſtridorem aut ſonitum volantium pennarum ſilentio contrarium. *Barth.*

93. *Errare.*] Moveri. *Lactant.*

106. *Ipſe autem vacuus.*] Ante hunc verſum ſex alios è MSS. prolatos Lindenbrogio, poſt & An. Schotto, nos quoque in ſex codicibus invenimus, & ſunt omnino excellentis Poëtæ. Quod ipſum Somnum paſſim fictum poſuit Vulcanus, idem fecit in regia Martis l.7. *cælataque ferro* &c. *ubique ipſum, ſed non uſquam ore remiſſo Cernere erat. talem divina Mulciber arte Ediderat.* Quam ſcite autem, quæ maxime cauſantur ſomnum,

aut

Antra ſoporifero ſtipatus flore, tapetas
Incubat. exhalant veſtes, & corpore pigro
Strata calent. ſupraque torum niger efflat anhelo
Ore vapor, manus hæc fuſos à tempore levo
Suſtentat crines: hæc cornu oblita remiſit.
Aſſunt innumero circum vaga ſomnia vultu.
Vera ſimul falſis, permixtaque triſtia blandis.
Noctis opaca cohors, trabibuſque, aut poſtibus hærent,
Aut tellure jacent. tenuis qui circuit aulam
Invalidusque nitor. primoſque hortantia ſomnos
Languida ſucciduis expirant lumina flammis.
Huc ſe cœruleo libravit ab æthere virgo
Diſcolor. effulgent ſilvæ, tenebroſaque Tempe
Adri-

aut in eum deſinunt, ea diverſis in diætis cum Somno jacent. Sic Virgilius in ſexto ea locavit in aditu inferorum, quæ vicina ſunt morti, aut ſecundum mortem creantur, aut in morte ſunt, ut obſervat Servius. *Voluptatem* primam, cujus juxta vivum exemplum apud Petronium in bacchanali Quartillæ, Homerum Jovis in Ida, Virgilium Vulcani, qui *placidumque petivit Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem.* Inde *laborem:* unde Terentio Phædria: *Opus faciam, ut defatiger uſque ingratis ut dormiam.* Silius lib. 8. *ſitimque Avertunt fluvio ſomnique labore parantur.* Additur *Bacchus*, de quo noſter alibi: *tuoque Baccho Inferum trahet ebrius ſoporem.* Silius lib.7. *compoſuit luctantia lumina ſomnus, Somnus, Bacche, tibi comes additus.* Expertus Cyclops in Odyſſea. Nec temere, quod Amor *Martigena* potiſſimum cum Somno cubat; nam Martis amor per ſomnum deprehenſus eſt. Simonides: σχέτλιε παῖ, δολόμηδες, Ἀφροδίτα τὸν Ἄρεϊ δολομηχάνῳ τέκεν. Cicero 3. de nat. deor. *ex ea & Marte natus Anteros dicitur.* *Interius tectum* exquiſite, ut Propertius 1,5. *Ulteriuſque domos vadere Memnonias.* Quod non cepit ſcriptor cod. Gall. qui dedit *tecti.* At ego vereor, ne ſic quoque Perſius dixerit Sat. 6. *Hæc cinerem ulterior metuet.* Quod ſequitur, Virgilii eſt in ſeptimo: *tecti medio in penetralibus altis.* Sed *& cum Morte jacet*, quia conſanguineus leti ſopor. Refert Pauſanias in Eliacis inſtar fœminæ duos pueros ſopitos, album dextra, nigrum ſiniſtra ſuſtinentis: & indicare titulos, alterum Somnum, alterum Mortem eſſe, mulierem Noctem utriuſque nutricem. Convenientiſſime mox: *nullique ea triſtis imago:* quia ſomnum morti jungentibus nec terror nec dolor. Ut hoc libro ℣ſ.311. *Neſcius heu rapitur fatis, hilariſque ſub umbras Vita fugit, mortiſque feræ lucrata dolores.* Ovidio inter centauros *Sopitus vinis & inexperrectus* Aphidas occiditur: igitur *Mors caruit ſenſu*, L.12. Quod autem Pariſ. & Tolet. cod. *Cernitur hæc ſpecies autem:* hominis ſtolidi commentum eſt, qui ſententiam, ut putabat, laborantem explere voluit. Noſtri ſex illi verſum hunc illibatum ſervant: *Ipſe autem vacuus curis hum.* Gron.

107. *Stipatus flore tapetis.*] Vix auſim ſpernere, quod eſt in nonnullis: *ſtipatos flore tapetas Incubat.* Nam & ſic lib.1. *altoſque inferre tapetas*, & lib.2. *Aſſyriis exſtructa tapetibus.* *Incumbere* autem ſic habes lib.5 76. *Palladios non inſcius hauſtus Incubuit.* Idem.

119. *Diſcolor.*] Per arcum ſuum venire

Adriſere deæ, & Zonis lucentibus icta
Evigilat domus. ipſe autem nec lampade clara
Nec ſonitu, nec voce deæ perculſus, eodem
More jacet. donec radios Thaumantias omnes
Impulit, inque oculos penitus deſcendit inertes.
Tunc ſic orſa loqui nimborum fulva creatrix:
Sidonios te Juno duces, mitiſſime divûm
Somne, jubet populumque trucis deſigere Cadmi,
Qui nunc eventu belli tumefactus, Achæum
Pervigil adſervat vallum, & tua juſſa recuſat.
Da precibus tantis, (rara eſt hoc poſſe facultas,)
Placatumque Jovem dextra Junone merere.
Dixit, & increpitans languentia pectora dextra,
Ne pereant voces, iterumque, iterumque monebat.
Ille deæ juſſu dubium, mixtumque ſopori
Annuit. excedit gravior nigrantibus antris
Iris, & obtuſum multo jubar excitat imbri.
Ipſe quoque & volucrem greſſum, & ventoſa citavit
Tempora, & obſcuri ſinuatam frigore cœli
Implevit chlamydem, tacitoque per æthera curſu

Fer-

nire & redire credebatur in cœlum. Ovid.

— *Labique ut ſomnum ſenſit in artus*
Effugit, & remeat, per quos modo venerat, arcus. Barthius.

131. *Dextra Iunone mereri.*] Adſcriptum habet liber optimus: vel *merere.* Quod videtur commodius, ſiquidem omnia ſunt integra, nam membranæ, quas habeo donum Georgii Richteri, virtute & honoribus in Norico præfulgentis, verſu ſolido ſunt auctiores, hoc modo:

Da precibus tantis (rara eſt hoc poſſe facultas)
Placatamque ſimul Junonem conjuge dextro,
Placatumque Jovem dextra Junone mereri.

Hoc modo, *mereri*, melius. Da tantæ deæ precibus, ut utroſque & Jovem & Junonem, huic obſequendo, demerearis. Paullo aliter conceptum invenit Lindenb. *Gronovius.*

139. *Æthera curru fertur.*] Scripti codices & editio princeps: *curſu fertur.* quod omnino mavelim. Somno ſiquidem non currum, ſed alas Poëtæ adfingunt. Euripides Hecuba:

— ὦ πότνια χθὼν
Μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων.

Tibullus II:

Poſtque venit tacitus fulvis circumdatus alis
Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.

Propertius:

Dum me jucundis laſſum ſopor impulit alis.

Silius lib. x.

— *quatit inde ſoporas*
Devexo capiti pennas, oculiſque quietem
Irrorat —

nec

Fertur, & Aoniis longe gravis imminet arvis.
Illius aura ſolo volucres, pecudeſque, feraſque
Explicat, & penitus quacunque ſupervolat orbem.
Languida de ſcopulis ſidunt freta. pigrius hærent
Nubila, demittunt extrema cacumina ſylvæ,
Pluraque laxato ceciderunt ſidera cœlo.
Primus adeſſe deum ſubita caligine ſenſit.
Campus, & innumeræ voces, fremituſque virorum
Summiſere ſonum. cum vero humentibus alis
Incubuit, piceaque haud unquam denſior umbra
Caſtra ſubit, errare oculi, reſolutaque colla,
Et medio adfatu verba imperfecta relinqui,
Mox & fulgentes clypeos, & ſæva remittunt
Pila manu, laſſique cadunt in pectora vultus.
Et jam cuncta ſilent: ipſi jam ſtare recuſant
Cornipedes. ipſos ſubitus cinis abſtulit ignes.
At non & trepidis eadem ſopor otia Grajis
Suadet, & à junctis arcet ſua nubila caſtris
Noctivagi vis blanda dei, ſtant undique in armis
Fœdam indignantes noctem, vigileſque ſuperbos.
Ecce repens, ſuperis animum lymphantibus, horror
Thiodamanta ſubit, formidandoque tumultu
Pandere fata jubet. ſive hanc Saturnia mentem,
Sive novum comitem bonus inſtigabat Apollo.
Proſilit in medios viſu, audituque tremendus,
Impatienſque dei, fragili quem mente receptum

Non

nec viſum noſtro diſſentire, quinîmò ſignatè hoc eodem libro:

— *cùm verò humentibus alis*
Incubuit. —

& Achilleidos 1.

— *totis ubi ſomnus inertior alis*
Defluit in terras — Bern.

142. *Quamcunque ſupervolat urbem.*] Itane tantum urbes ſupervolavit, & ibi ſcopuli, freta, ſilvæ? Lege; *quacunque ſupervolat orbem.* ut plane Arondel. *Gronovius.*

147. *Campus.*] Thebanorum poſuit terram. *Lactant.*

148. *Summiſere.*] Suppreſſere. *Idem.*

150. *Errare.*] Dormitare. *Idem.*

153. *Vultus.*] Deſcriptio altius dormientis. *Idem.*

157. *Caſtris.*] Argivorum. *Idem.*

160. *Repens.*] Repentinus. *Lymphantibus.*] Furentibus. *Idem.*

163. *Sive novum.*] Quia Thiodamas in locum Amphiarai fuerat conſtitutus. *Idem.*

165. *Stimu-*

Non capit, exundant ſtimuli, nudusque per ora
Stat furor, & trepidas incerto ſanguine reddit,
Exhauritque genas: acies huc errat, & illuc,
Sertaque mixta comis ſparſa cervice flagellat.
Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis, conſumptaque brachia ferro
Scire vetat. quatit ille ſacras in pectora pinus,
Sanguineosque rotat crines, & vulnera curſu
Exanimat: pavet omnis ager, reſperſaque cultris
Arbor, & attoniti currum erexere leones.

Ven-

166. *Stimuli.*] Quibus premebatur à numine. *Idem.* *Nudusque per ora.*] In optimis membranis: *multusque per ora Stat furor.* Ut Virg. 1. Georg. *cum ſe nux plurima ſilvis Induet in florem.* Lib 3. *bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix.* Omnes autem ſequenti: *trepidas incerto ſanguine reddit Exhauritque genas.* non *tendit.* Et recipere debuiſſent. Eſt enim quaſi dixiſſet, *exhaurit redditque*, ὕστερον πρότερον. Ovidius lib. 2. met. *Dum redit itque frequens.* Lib. 8. *ſi dant adimuntque figuras.* Gronov.

167. *Stat.*] Plenus eſt, ut Virgil.

Stant & juniperi.

Incerto.] Trementi ſive ambiguo, quia modo rubor, modo pallor ora ejus mutaverat, ut Virgil.

Cui plurima fanti
Ante fores ſubito non vultus, non color unus.

Tendit.] Inflat, ut Lucan.

Tendatque tumens pereunte figura.

Lactant.

169. *Sparſa.*] Rotata hac atque illac coma, ut Virgil.

Non comptæ manſere comæ. Idem.

170. *Sic Phryga.*] Quos in templo Matris Deum Gallos appellant. *Cruentum.*] Cruentatum. *Idem.*

171. *Conſumptaque brachia ferro.*] Britannicus codex, cujus excerpta Patricius Junius V. CL. olim per Jo. Adamum Schragium, Argentoratenſem JC. virum egregium, ad me miſit, pro *ferro* habet *furor.* Alter optimus quod eodem loco primum habuit, eraſum eſt dubiis notis, *furor* an *buxus* fuerit ſcriptum. Itaque cœpi dubitare an potuerit feciſſe Papinius: *conſumptaque brachia buxus Scire vetat.* Ea namque incitatrix furoris in ſacris Berecynthiæ non minus quam æra Corybantum. Virgilius lib. 9. *Tympana vos buxusque vocat Berecynthia matris Idææ.* Ovid. 4. Faſt. *Tibia dat Phrygios, ut dedit ante modos.* Et rurſus: *Exululant comites, furioſaque tibia flatur.* Valer. Flac. lib. 1. *Obruit Idæam quantum tuba Martia buxum.* Lib. 2. *ſacris hinc ignibus Ide Vibrat, & horriſona reſpondent Gargara buxò.* Lib. 3. *at barbara buxus Si vocet, & motis ululantia Dindyma ſacris, Tunc enſis placeatque furor. modo tela ſacerdos Porrigat, & juſta ſanguis exuberet urna.* Ubi videtur ſcribendum: *& juſſa ſanguis exuberet ulna.* Brachii videlicet. *Gronovius.*

172. *Quatit ille ſacras.*] Reſpicit morem horum fanaticorum, qui in ſimulato iſto luctu pectora ſibi tundere ſoliti pinu. Claudianus: *Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu.* Lampridius Commodo: *Iſiacos verò pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.* Bernartius. *Pinus ſacras.*] Conſecratas faces. *Lact.*

174. *Reſperſa.*] Polluta ſanguine, quem furens laniato corpore ſuo fuderat, ut Virgil.

Sparſi rorabant ſanguine vepres. Idem.

175. *Arbor.*] Pinus, quæ colitur in ſacris Matris Deûm, ſub qua jacuit Attis, Matri Deum dilectus. *Idem.*

176. *Demum-*

Ventum ad concilii penetrale, domumque verendam
Signorum, magnis ubi dudum cladibus æger
Rerum extrema movens, fruſtra conſultat Adraſtus.
Stant circum ſubiti proceres, ut quiſque perempto
Proximus, & magnis loca deſolata tuentur
Regibus, haud læti, ſeque huc creviſſe dolentes.
Non ſecus amiſſo medium cum præſide puppis
Fregit iter, ſubit ad vidui moderamina clavi,
Aut laterum cuſtos, aut quem penes obvia ponto

Prora

176. *Domumque verendam ſignorum.*] Alludit ad ædiculam ſive templum, in quo, religionis cauſa, Aquila & ſigna ſervabantur in exercitu Romano: Herodotus lib. 4. ὡς δ᾽ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴς τε τὸν νεὼν ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖ). *Poſtquam in caſtra venit, & id ſacellum in quo ſigna & imagines exercitus adorantur.* nec velim te mirari quod introducit, duces apud ſigna, ſeu in principiis, conſultantes. noſti enim quam Papinius amet exprimere Romanos mores. illi verò præcipuos caſtrorum actus apud ſigna celebrabant. Jus illic dictum. Livius lib. 28. *Tribunos tamen jura reddere in principiis ſinebat.* Concionari inibi ſolet Imperator. Tacitus: *contractos in principia milites juſſit cum ſilentio audire.* litteræ publicæ ibi lectæ. Spartianus Peſcennio: *Itaque miſi litteras recitandas ad ſigna.* Juramenta illic exacta. Tacitus: *jurejurando peti cautum apud ſigna.* Animadverſio denique, nonnunquam & illic. Frontinus lib. 4. Strateg. *M. Cato memoriæ tradidit in furto comprehenſis, dextras eſſe præciſas, aut ſi leniùs animadvertere voluiſſet, in principiis ſanguinem miſſum.* dico, *nonnunquam.* quia ut in oppidis animadverſio extra muros, ubi & carnifex & veſpillones habitabant (Cicero pro Rabirio, Artemidorus lib. 1. c. 4. Tacitus Annal. 1 1. videntor) ita alias in caſtris extra vallum. Conſule Senecam de ira, lib. 1. cap. 16. Tacitum Annal. 1. Hirtium de bello Africano, Calphurnium declamatione 7. in ipſo argumento. *Bern.*

179. *Subiti proceres.*] Tumultuarii, qui paulo ante fuerant privati. Novi, ut Lutatius. Ita *non ſubiti clivi*, cum cura & conſilio ſenſim parati aut enati l. VI. ỳſ. 260. Et ſic *ſubitus Thyodamas*, recens in locum Amphiarai electus aut veniens, lib. VIII. ỳſ. 365. *Barthius.*

180. *Loca deſolata tuentur Regibus.*] Id eſt, ſpoliata ſeu relicta. *Deſolatus* ſiquidem μονωθεὶς *ſolus relictus.* Tacitus Annal. 1. *mox deſolatus aliorum diſceſſione.* Idem lib. 12. *deſolatus paulatim etiam ſervilibus miniſteriis.* Virgilius XI.

Disjectique duces, deſolatique manipli.

inibi,

—— ſat funera fuſi
Vidimus, ingentes & deſolavimus agros.

colonis videlicet ad bellum abductis. cui compar ſententia Papinii noſtri l. V.

Delectas cui deſolavimus urbes.

abductis civibus. & lib. 1.

—— quod deſolata domorum
Tecta vides.

& lib. 9.

—— Deſolatumque magiſtro agmen.

Bernart.

181. *Seque huc creviſſe.*] Id eſt, ad hos honores provectos ſe dolebant: ideo quod occiſis ducibus, per calamitatem provecti ſunt. *Lactant.*

183. *Fregit iter.*] Id eſt, à gubernatore deſerta eſt. *Idem.*

184. *Aut laterum cuſtos.*] Quia navis latera cuſtodiendo ſervabat. *Idem.*

Prora fuit. ſtupet ipſa ratis, tardeque ſequuntur
Arma, nec accedit domino tutela minori.
Ergo alacer trepidos ſic erigit augur Achivos:
Magna deûm mandata, duces monituſque verendos
Advehimus. non hæ noſtro de pectore voces:
Ille canit, cui me famulari, & ſumere vittas
Veſtra fides, ipſo non diſcordante, ſubegit.
Nox fœcunda operum, pulchraque accommoda fraudi
Panditur augurio divûm. vocat obvia virtus,
Et poſcit Fortuna manus. ſtupet obruta ſomno
Aonidum legio. tempus nunc funera regum
Ulciſci, miſerumque diem. rapite arma, moraſque
Frangite portarum: ſociis hoc ſubdere flammas,
Hoc tumulare ſuos. equidem hoc & Marte diurno
Dum res infractæ, pulſique in terga redimus,
(Per tripodas juro, & rapti nova fata magiſtri)
Vidi, & me volucres circum plauſere ſecundæ.
Sed nunc certa fides. modo me ſub nocte ſilenti
Ipſe, ipſe aſſurgens iterum tellure ſoluta,
Qualis erat (ſolos infecerat umbra jugales)

Amphia-

186. *Domino tutela minori.*] Hoc eſt, novo gubernatori: qui in locum defuncti ſucceſſit, non minus conſervandæ navis ſibi creditæ creſcit ſtudium. *Idem.*

192. *Nox fœcunda.*] Fraudibus opportuna. *Idem.*

196. *Miſerumque diem.*]Quo victi ſumus. *Idem.*

197. *Frangite portarum.*]Undique nos fractis portarum clauſtris in hoſtes immittite. *Idem.*

198. *Hoc tumulare.*] Sepelire. id eſt, pœnam quam hoſtibus tentamus inferre, pro ſepultura erit extinctis ſociis noſtris: quaſi ultione gaudeant interemptorum manes. *Equidem.*] Per ironiam dictum eſt, id eſt, revera hæc opor. unitas nobis etiam per diem contingit, ideoque debemus differre, hoc eſt, ne faciendi occaſio pereat, differri non debet. *Idem.*

201. *Plauſere ſecundæ.*] Illa ipſa die præcedente mihi ſucceſſum bonum nunciarunt aves, & nunc etiam addicunt. *Vet. Schol.* Vere. Nam de Noctis proſpero Augurio ſequitur infra verſu 210.

—— iterum, ecce, benignæ
Noctis aves; ſequor & comitum licet
agmina ceſſent,
Solus eo. ——

Barthius.

201. *Ipſe, ipſe.*] Ut fidem vaticinationi ſuæ faciat, iterum ſe ab Apolline, ut hæc dicat, admoneri ſignificat, ut Virgilius:

Ecce iterum ſtimulat.

Soluta.] Hiatu diviſa. *Lactant.*

204. *Umbra jugales.*] Ipſe quidem tam clarus erat, quam fuerat vivens: equi autem ipſius inferorum fuerant offuſcati caligine. *Idem.*

205. *Non*

Amphiaraus adit. vanæ nec monſtra quietis,
Nec ſomno comperta loquor. Tune inquit, inertes
Inachidas (redde hæc Parnaßia ſerta, meoſque
Redde deos) tantam patiere amittere noctem,
Degener? hæc egomet cœli ſecreta, vagoſque
Edocui lapſus? vade eja, ulciſcere ferro
Nos ſaltem. dixit, meque hæc ad limina viſus
Cuſpide ſublata, totoque impellere curru.
Quare agite, utendum ſuperis. non cominus hoſtes
Sternendi, bellum jacet, & ſævire poteſtas:
Ecqui aderunt? quos ingenti ſe attollere fama
Non pigeat, dum fata ſinunt? iterum ecce benignæ
Noctis aves. ſequor, & comitum licet agmina ceſſent,
Solus eo, ſolus. venit ille, & quaſſat habenas.
Talia vociferans, noctem exturbabat, euntque
Non ſecus accenſi proceres, quam ſi omnibus idem
Corde deus. flagrant comitari & jungere caſus.
Ter denos numero, turmarum robora, juſſus
Ipſe legit. circa fremit indignata juventus
Cætera, cur maneant caſtris, ignavaque ſervent
Otia. pars ſublime genus, pars facta ſuorum,

Pars

205. *Non vanæ monſtra quietis.*] Virgil.
Nec ſopor illud erat, ſed coram agnoſcere vultus,
Velataſque comas, præſentiaque ora videbar.
Idem.

206. *Tune inquit.*] Invehentis verba. *Idem.*

207. *Redde.*] Hæc interpoſitio eſt. *Idem.*

208. *Amittere noctem.*] Oportunitatem invadendorum hoſtium perdere. *Idem.*

210. *Edocui lapſus.*] Avium volatus oſtendit. *Idem.*

214. *Sternendi.*] Non contra vigilantes cominus pugnabimus, ſed contra dormientes. *Idem.*

216. *Benignæ noctis.*] Demonſtrativè; etenim dum loquitur, iterum proſperum augurium. Virgil. *Ecce iterum ſtimulat.* Idem.

218. *Solus eo. atque adeo.*] In optimis pluribuſque video: *Solus eo, ſolus. venit ille.* Neque aliter ſcribendum. Sic ſupra: *Sacrum amnem, ſacrum.* Alterum condiderunt, quibus abruptum videbatur: *venit ille:* itaque iſtam commiſſuram interpoſuere. *Gronovius.*
Quaſſat habenas.] Quaſi denuo Amphiaraus revertatur ad ſuperos, quod eſt iræ indicium, quod tardabant ire. *Lactantius.*

221. *Corde Deus.*] Ac ſi corde omnes Apollinem aut Amphiaraum recepiſſent. Corda inſidebat talis furor. Virgilius:
— *Os rabidum, fera corda domans.*
Barthius.

226. *Sortem*

Pars ſua. ſortem alii clamant, ſortem undique poſcunt.
Gaudet in adverſis, animoque adſurgit Adraſtus.
Vertice ſic Pholoës volucrum nutritor equorum,
Cui fœtura gregem pecoroſo vere novavit,
Lætatur, cernens hos montis in ardua niti,
Hos innare vadis, certare parentibus illos.
Tunc vacuo ſub corde movet, qui molle domandi
Ferre jugum, qui terga boni, quis in arma, tubaſque
Natus, ad Eleas melior quis ſurgere palmas.
Talis erat turmæ ductor longævus Achivæ.
Nec deeſt cœptis: unde hæc tam ſera repente
Numina? qui fractos ſuperi rediiſtis ad Argos?
Eſtne hic infelix virtus? gentique ſuperſtes
Sanguis, & in miſeris animorum ſemina durant?
Laudo equidem, egregii juvenes, pulchraque meorum
Seditione fruor. ſed fraudem, & operta paramus
Prælia, celandi motus. nunquam apta latenti
Turba dolo. ſervate animos: venit ultor in hoſtes
Ecce dies. tunc arma palam, tunc ibimus omnes.
His tandem virtus juvenum frenata quievit.

Non

226. *Sortem undique poſcunt.*] Ut vel ſortes exigant qui mittantur. *Lactant.* Sorte enim, quod notum ſatis, pleraque imprimis, quæ militiam concernebant, peracta ſunt, & creditum, ſortis jactura nemini fieri injuriam.

227. *Gaudet in adverſis.*] Hactenus pene animum deſpondens, recreatur. Ut Virgil. *Æneæ tacitam pertentant gaudia mentem.* V. Schol. Locus autem Virgilianus ad iſta parum facit: non enim deſpondebat animum Æneas, ut Adraſtus, quem ex tali re etiam apud Inferos pallore induit idem Maro. *Barthius.*

229. *Fœtura.*] Equarum ſoboles. *Lactantius.*

231. *Certare.*] Curſu contendere. *Idem.*

234. *Natus.*] Naturaliter aptus. *Id.*

233. *Terga boni.*] Seſſioni utiles. *Id.*

236. *Nec deeſt cœptis.*] Imo conſentiebat. *V. Scholiaſt.* Voce pariter utitur lib. XI. ✢ſ. 276.

Deeſt ſervitio plebes. —

In Optimo tamen codice expreſſiſſimis literis hoc loco ſcriptum eſt: *Nec deerat cœptis.* Quod pronunciem recipiendum, cum alioquin unica ſyllaba hac vocula utatur, ut lib. VIII. ✢ſ. 236. Ita Maro lib. X. *Deeſt jam terra fugæ.* Lucret. l. 2. *Talibus in rebus communi deeſſe ſaluti.* Barth.

237. *Ad Argos.*] Gentis noſtræ, quæ virtutis erat plena. *Lactant.*

241. *Seditione.*] Quia certabant qui magis eligeretur. *Idem.*

242. *Nunquam apta latenti Turba dolo.*] Lectio hæc à manu ſcriptis eſt. Nec quin germana ſit quiſquam ſanus, aut pro ſano dubitaverit. Vulg. *nondum apta.* Bernart.

247. *Imperio-*

Non aliter moto quam ſi pater Æolus antro
Portam iterum ſaxo premat imperioſus, & omne
Claudat iter, jam jam ſperantibus æquora ventis.
Inſuper Herculeum ſibi jungit Agyllea vates
Actoraque. hic aptus ſuadere, hic robora jactat
Non ceßiſſe patri. comites tribus ordine deni
Horrendum Aoniis, & contra ſtantibus agmen.
Ipſe, novi gradiens furta ad Mavortia belli,
Ponit adoratas Phœbea inſignia frondes,
Longævique ducis gremio commendat honorem
Frontis: & oblatam Polynicis munere grato
Loricam, galeamque ſubit. ferus Actora magno
Enſe gravat Capaneus. ipſe haud dignatus in hoſtem
Ire dolo, ſuperoſque ſequi. permutat Agylleus
Arma trucis Nomii. quid enim fallentibus umbris
Arcus, & Herculeæ juviſſent bella ſagittæ?
Inde per abruptas caſtrorum ex aggere pinnas,
Ne gravis exclamet portæ mugitus ahenæ,
Præcipitant ſaltu. nec longum, & protinus ingens
Præda ſolo, ceu jam exanimes, multoque peracti
Enſe jacent. Ite ô ſocii quacunque voluptas
Cædis inexhauſtæ: ſuperiſque faventibus, oro,

Suſſi-

247. *Imperioſus.*] Crudelis & imperio quodammodo abutens. Claudianus:

— *Eques Gelonis Imperioſior.*

Strenuior, nempe & ſtrictior. *Imperium* juſſio cum auctoritate & effectu. Sedul. lib. III.

— *Quantum imperii fert juſſio Chriſti.*

Inde *imperioſus* Paullinus Petrocorius lib. IV. de B. Martino:

— *fixa rebellant*
Imperio jumenta truci —

Barth.

249. *Inſuper.*] Super electos. *Lactantius.*

250. *Aptus ſuadere.*] Aptus dandis conſiliis. *Jactat.*] Gloriatur. *Idem.*

251. *Non ceßiſſe patri.*] Dat operam ne videatur patri eſſe diſſimilis. *Ordine deni.*] Deni comites ſingulos duces ſequebantur, ut cum his triginta proficiſcerentur ad bellum, quod Thebanis etiam potuiſſent per diem horrorem inducere. *Idem.*

252. *Agmen.*] Hi pauci etiam non dormientibus, & diverſo pugnantibus ſine dubio ſuffeciſſent. *Idem.*

255. *Gremio.*] Hoc eſt fidei. *Idem.*

257. *Galeamque ſubit.*] Armatur. *Idem.*

258. *Enſe gravat.*] Non dixit *donat*, ſed *gravat*: quia ponderoſus erat. *Idem.*

259. *Superoſque ſequi.*] Quaſi impius. *Idem.*

260. *Quid enim.*] Interrogative. *Idem.*

263. *Mugitus ahenæ.*] Ne audirent hoſtes portarum ſtridorem. *Idem.*

265. *Peracti.*] Perfoſſi. *Idem.*

269. *Cernitis*

Sufficite. hortatur clara jam voce ſacerdos:
Cernitis expoſitas turpi marcore cohortes.
Pro pudor! Argolicas hi ne auſi obſidere portas?
Hi ſervare viros? ſic fatus & exuit enſem
Fulmineum, rapidaque manu morientia tranſit
Agmina. quis numeret cædes? aut nomine turbam
Exanimem ſignare queat? ſubit ordine nullo
Tergaque, pectoraque, & galeis incluſa relinquit
Murmura, permiſcetque vagos in ſanguine manes.
Hunc temere explicitum ſtratis, hunc ſero remiſſis
Greſſibus illapſum clypeo, & male tela tenentem:
Cœtibus hos mediis vina inter, & arma jacentes.
Acclines clypeis alios, ut quemque ligatum
Infelix tellure ſopor, ſupremaque nubes
Obruerat. nec numen abeſt, armataque Iuno
Lunarem quatiens exerta lampada dextra
Pandit iter, firmatque animos, & corpora monſtrat.
Sentit adeſſe deam tacitus, ſed gaudia celat
Thiodamas. jam tarda manus, jam debile ferrum,

Et

269. *Cernitis expoſitas turpi marcore cohortes. (Pro pudor!). Argolicas, hi ne auſi obſidere portas.*] Peſſime ab interpunctionibus laborans locus. tu reſcribe: *Cernitis expoſitas turpi marcore cohortes, (Pro pudor!) Argolicas hi ne auſi obſidere portas?* neque enim, quod ineptiſſime vulgata præ ſe fert, ſomno obruti Græci jacebant, ſed Thebani. Et indignatur vates, ſomnolentos hos, auſos fuiſſe obſidere Argivorum caſtra. *Bernart.*

270. *Hi ne auſi.*] Debiles & ſomno dediti. *Lactant.*

271. *Servare viros.*] Obſidere: ad emphaſin dictum. Ad hoc enim venerant Thebani, ut Argivos ne fugerent cuſtodirent. *Idem.*

272. *Tranſit.*] Cito occidit. *Idem.*

274. *Signare queat.*] Numero diffinire. *Idem.*

277. *Hunc temere.*] Negligentem & ſine cura aliqua dormientem. *Explicitum.*] Extenſum. Lucan.

Et omnem explicuit per membra virum.

Idem.

278. *Greſſibus illapſum clypeo.*] Qui ſcilicet ſero victus ſomno, dum ſtabat defecit, ac corruit. *Idem.*

280. *Acclines.*] Stantes, aut incumbentes clypeis dormientes. *Idem.*

281. *Suprema nubes.*] Ultimus enim hic ſomnus. Picea umbra ſupra ✝ſ. 143. Ita *nubes veterni* id eſt immodici ſomni & torporis apud Auſon. *Nubes ſoporis* Val. Flaccum, lib. VIII.

— primi percuſſus nube ſoporis
Horruit, & dulces excuſſit ab arbore ſomnos.

Barthius.

286. *Debile ferrum.*] Non ferrum debile, ſed qui occidendo utebantur ferro debiles facti ſunt. *Lactant.*

287. *Caligantes*

Et caligantes nimiis ſucceſſibus iræ.
Caſpia non aliter magnorum in ſtrage juvencûm
Tigris, ubi immenſo rabies placata cruore,
Laſſavitque genas, & craſſo ſordida tabo
Confudit maculas, ſpectat ſua facta, doletque
Defeciſſe famem. victus ſic augur inerrat
Cædibus Aoniis. optet nunc brachia centum,
Centenaſque in bella manus. jam tædet inanes
Exhaurire minas, hoſtemque adſurgere malit.
Parte alia, ſegnes magno ſatus Hercule vaſtat
Sidonios, Actorque aliâ. ſua quemque cruento
Limite turba ſubit. ſtagnant nigrantia tabo
Gramina, ſanguineis nutant tentoria rivis.
Fumat humus, ſomnique, & mortis anhelitus una
Volvitur, haud quiſquam viſus, aut ora, jacentum
Erexit. tali miſeris deus aliger umbra
Incubat, & tantum morientia lumina ſolvit.
Traxerat inſomnis cithara, ludoque ſuprema
Sidera, jam nullos viſurus Alimenus ortus,

Sido-

287. *Caligantes iræ.*] Incertæ perturbationes, ſive ſedatæ. *Idem.* Scribendum forte, ut Barthius autumat non *ſedatæ*; ſed *ſatiatæ.*

288. *Caſpia.*] A mari Caſpio, quod eſt inter Armeniam & Pontum. *Lactantius.*

289. *Rabies.*] Fames. *Idem.*

291. *Confudit maculas.*] Pulchritudinem macularum cruore perfuſa turbavit. *Spectat ſua facta.*] Victa fame reſpicit prædam. *Doletque defeciſſe famem.*] Dolet expletum fuiſſe deſiderium comedendi. *Idem.*

294. *Inanes.*] Debiles, ſine effectu. *Idem.*

296. *Satus Hercule.*] Agylleus. *Idem.*

301. *Volvitur.*] Lumine ſolvit, id eſt, ad mortem ſuam eorum oculos, in quem tela laxaverat ſomnus. *Idem.*

304. *Traxerat in ſomnis cythara.*] Maculoſum hoc, eluunt ſcripti: *traxerat inſomnis*, id eſt, pervigil; vide quæ notavi ad lib. 11. *Bernartius.*

305. *Nullos viſurus Alimenus ortus.*] Hoc nomen vitii arguit codicum varietas. *Palmenus, Parmenus, Alinenius, Almenus* alii atque alii habent. Lindenborg. notat, *Ialminus.* Hoc proximum vero. Scribendum enim: *nullos viſurus Ialmenus ortus.* Hoc nomen Bœoticum eſſe credas vel Homero Ιλ. β', ubi Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος υἷες Ἄρηος Aſpledonenſium & Orchomeniorum duces. Quos & rurſus appellat Ιλ. I. Idemque nomen vel ejus Patronymicum reſtituendum eſt ℣ſ. 505. *Pronus Achæmenides ferratæ robora portæ Torſerunt.* Sane longe aberat à Thebis proles magni Achæmenis. Nec valde prudenter Lindenbr. & *Alcmenides*, quaſi non eſſet Ἀλκμαίων. Behotius obſervat è MSS. & *Almenides.* Ego in tribus *hyalmenides*; in optimo, *Yalmenides* notavi. Ergo: *Pronus Ialmenides.* nam & hic Thebanæ partis. *Gronov.*

307. *Cogente*

Sidonium Paana canens, huic languida cervix
In levum cogente deo, mediaque jacebant
Colla relicta lyra. ferrum per pectus Agyleus
Exigit, aptatamque cava teſtudine dextram
Percutit, & digitos inter ſua fila trementes.
Proturbat menſas dirus liquor: undique manant
Sanguine permixti latices, & Bacchus in altos
Crateras, pateraſque redit, ferus occupat Actor
Implicitum fratri Thamyrum. Tagus hauri Ethecli
Terga coronati. Danaus caput amputat Hebri.
Neſcius heu rapitur fatis, hilariſque ſub umbras
Vita fugit, mortiſque fera lucrata dolores.
Stratus humo gelida ſubter juga fida, rotaſque
Palpetus, Aonios gramen gentile metentes
Proflatu terrebat equos, madida ora redundant,
Accenſuſque mero ſopor æſtuat. Ecce jacentis
Inachius vates jugulum fodit. expulit ingens
Vina cruor, fractumque perit in ſanguine murmur.

Fors

307. *Cogente Deo.*] Premente ſomno. *Lactant.* Expreſſio ex parte eſt Maroniana:

Et juvenem Sorranum, illa qui plurima nocte
Luſerat, inſignis facie; multoque jacebat
Membra Deo victus. —

Barthius.

Mediaque jacebant Colla relapſa.] Magno conſenſu ſcripti: *Colla relicta.* Quod tamen nondum ſatisfacit mihi. Et puto ſubeſſe verbum, quod non uno loco pridem apud eum corruptum fuit: *mediaque jacebant Colla reclina lyra.* Ovid. 10. met. *poſita cervice reclinis.* Manil. lib. 5. *nivea cervice reclinis.* Neque enim cauſa eſt, cur non & *reclinus* dicatur. *Gronov.*

309. *Exigit.*] Tranſadigit. *Cava teſtudine.*] Antiptoſis, pro *cavæ teſtudini.* Lactant.

310. *Et digitos.*] Poëtice dictum, ut morientis digiti citharæ fila pulſarent, ut Virgilius:

Semianimeſque micant digiti, ferrumque retractant. Idem.

313. *Crateras pateraſque.*] Inverſi crateres fuderunt merum, quo abundantia ſanguinis repulſum jacentes replevit crateres. *Idem.*

314. *Implicitum.*] Dum dormiunt mutuis ſe tenent amplexibus. *Haurit.*] Perfodit, penetrat. *Idem.*

316. *Neſcius heu.*] Scribend. ex Optimo libro: *Neſcius hic.* Pertinent autem hæc ad levitatem mortis, quam leviſſimam accidere ajunt, amputato capite. Vide Barth. adverſ. Comment. l. 32. c. 8. *Neſcius.*] Quia dromiens morti dimittitur. *Hilaris.*] Quia ſine ſenſu doloris in fata deceſſit. *Lactant.*

320. *Proflatu.*] Anhelitu. Virgil. — *anhelum proflabat ſub luce deum.* Idem.

322. *Inachius vates.*] Thiodamas. *Id.*

323. *Fractumque perit.*] Succiſum, interruptum. Voluit enim proloqui, ſed morte interveniente non potuit. *Idem.*

324. *Fors*

Fors illi præſaga quies, nigraſque gravatus
Per ſomnum Thebas, & Thiodamanta videbat.
Quarta ſoporiferæ ſuperabant tempora nocti,
Cum vacuæ nubes, & honor non omnibus aſtris,
Adflatuſque fugit curru majore Bootes.
Jamque ipſum defecit opus, cum providus Actor
Thiodamanta vocat. Satis hæc inopina Pelaſgis
Gaudia: vix ullos tanto reor agmine ſævam
Effugiſſe necem, ni quos deformis in alto
Sanguine degeneres occultat vita. ſecundis
Pone modum. ſunt & diris ſua numina Thebis.
Forſitan & nobis modo quæ favere, recedunt.
Paruit, & madidas tollens ad ſidera palmas:
Phœbe, tibi exuvias monſtrata præmia noctis,
Nondum ablutus aquis, (tibi enim hæc ego ſacra litavi)
Trado ferus miles tripodum, fiduſque ſacerdos.
Si non dedecui tua juſſa, tulique prementem

Sæpe

314. *Fors illi.*] Dubitando dixit poëta, quia conjectura erat potius, quam veritas quod dicebat. *Idem.*

326. *Quarta ſoporiferæ ſuperabant tempora nocti.*] Veteres noctem in quatuor vigilias diſtribuere ſolitos, omnes ſciunt: reſpicit huc Papinius. Illud non perinde vulgatum, Romanos initio, in ortum & occaſum ſolum, diem diſtribuiſſe, adeo ut in XII. Tabulis, nuſquam horarum facta fuerit mentio. Cenſorinus auctor & Plinius lib. VII. *Duodecim tabulis ortus tantum & occaſus nominatus: poſt aliquot annos adjectus & meridies.* ACCENSO COSS. *id pronuntiante.* Recte *pronuntiante* dicit, quia horæ poſtea inventæ, non ſigno campanæ vel inſtrumento, ut hodie apud nos, ſed arbitrio ſolius magiſtratus dividebantur. Varro lib. V. de lingua Latina: *Hoc idem Coſconius in actionibus ſcribit, Prætorem accenſum ſolitum tum eſſe jubere, ubi ei videbatur horam eſſe tertiam, inclamare horam eſſe tertiam itemque meridiem & horam nonam.* Deinde excogitatum, ut dies ſicuti & nox, ſemper eſſet XII. horarum, quæ pro tempore anni, longiores vel breviores forent; horæ vero clepſydris diſcriminarentur. Nox præterea quatuor vigilias haberet, ſingulæ vigiliæ tres horas, & quando vigilia mutaretur, ſignum daretur buccina. Vegetius lib. III. cap. VIII. Livius lib. VII. Propertius lib. IV. videntor. *Bernart.*

327. *Cum vacuæ nubes.*] Toto rore vacuatæ. *Honor.*] Lux. *Non omnibus aſtris.*] Quia ſerena nocte non omnes ſtellæ æquali ſplendore fulgent. *Lactant.*

328. *Boetes.*] Septentrionem dixit, qui hebeſcit ſolis adventu. *Idem.*

329. *Defecit opus.*] Defecerunt mortes. *Idem.*

336. *Madidas.*] Cruore perfuſas. *Idem.*

337. *Monſtrata præmia noctis.*] Quia ſupra dixit, de eo ſe fuiſſe commonitum. *Idem.*

338. *Nondum ablutus.*] Nondum ſe ſacerdotali purificaverat ritu. *Idem.*

340. *Si non dedecui.*] Si monitus tuos non indecenter effeci, ſive non dehoneſtavi,

Sæpe veni. ſæpe hanc dignare irrumpere mentem.
Nunc tibi crudus honos, trunca arma, cruorque virorum,
At patrias ſi quando domos, optataque Paan,
Templa, Lycie, dabis, tot ditia dona ſacratis
Poſtibus, & totidem voti memor exige tauros.
Dixerat, & lætis ſocios revocabat ab armis.
Venerat hos inter fato Calydonius Hopleus
Mænaliuſque Dymas, dilecti regibus ambo,
Regum ambo comites, quorum poſt funera mæſti
Vitam indignantur. prior Arcada concitat Hopleus:
Nullane poſt Manes regis tibi cura perempti,
Care Dyma? teneant quem jam fortaſſe volucres
Thebanique canes. patriæ quid deinde feretis
Arcades? en reduces contra venit aſpera mater.
Funus ubi? at noſtro ſemper ſub pectore Tydeus
Sævit inops tumuli, quamvis patientior artus
Ille, nec abruptis adeo lachrymabilis annis.
Ire, tamen, ſævumque libet nullo ordine paſſim
Scrutari campum, mediaſque irrumpere Thebas.
Excipit orſa Dymas: per ego hæc vaga ſidera juro,
Per ducis errantes inſtar mihi numinis umbras,
Idem ardor miſero. comitem circunſpicit olim

Mens

honeſtavi. *Tulique prementem.*] Pertuli urgentem, quia vatis præceptum impetiit numen. *Idem.*

342. *Crudus honos.*] Cruentus à nobis præbetur. *Idem.*

343. *At patrias ſi quando domos.*] Si nos feceris ad patriam remeare. *Idem.*

345. *Exige tauros.*] Tot tauros immolabo, quot hoſtes occidi. *Idem.*

347. *Fato urgente.*] Quia perituri ſunt. *Hopleus.*] Hic Tydeo fuit & militia, & amore, devinctus. *Idem.*

350. *Vitam indignantur.*] Malentes mori, quam vivere. *Vet. Scholiaſtes.* Ait, non ferebant æquo animo ſuperſtites eſſe ſuis regibus. Sic infra hoc libro vſ. 769.

—— *Inſignemque animam mucrone coruſco*
Dedignantem artus pridem, mæſtamque teneri
Arripit. ——

Ad finem lib. IX.

—— *Sævumque minatur*
Indignans veniam.

Barth.

355. *Sævit inops tumuli.*] Quia diu vixerit: Parthenopæus autem immatura morte conſumptus eſt. *Patientior artus.*] Figurata locutio; quamvis patientiores artus habeat. Id eſt Tydei membra dura ſunt, & non cito tabeſcunt, nec ut adoleſcens Parthenopæus, multis ſit lachrymis dignus. *Lactant.*

361. *Errantes.*] Inſepultas. *Idem.*

362. *Idem ardor miſero.*] Eadem ego quoque cupiditate ſuccendor. *Idem.*

363. *Mens*

Mens humilis luctu: ſed nunc prior ibo, viamque
Inchoat, & mœſto converſus ad athera vultu
Sic ait: Arcana moderatrix Cynthia noctis,
Si te tergeminis perhibent variare figuris
Numen, & in ſilvas alio deſcendere vultu,
Ille comes nuper, nemorumque inſignis alumnus,
Ille tuus, Diana, puer (nunc reſpice ſaltem)
Quaritur. incendit pronis dea curribus almum
Sidus, & admoto monſtravit funera cornu.
Apparent campi, Thebaque, altuſque Citharon.
Sic ubi nocturnum tonitru malus athera frangit
Juppiter, abſiliunt nubes, & fulgure claro
Aſtra patent, ſubituſque oculis oſtenditur orbis.
Accepit radios, & eâdem percitus Hopleus
Tydea luce videt. longe dant ſigna per umbras
Mutua latantes, & amicum pondus uterque,
Ceu reduces vita, ſævaque à morte remiſſos
Subjecta cervice levant. nec verba, nec auſi
Flere diu: prope ſæva dies, indexque minatur
Ortus. eunt taciti per mœſta ſilentia magnis
Paſſibus, exhauſtaſque dolent pallere tenebras.

Invi-

363. *Mens humilis.*] Debilitatus animus. *Idem.*

365. *Arcana.*] Secretæ noctis domina. *Idem.*

367. *Alio deſcendere vultu.*] Quia dicitur luna mutata ad ſilvas figura deſcendere. nam eandem etiam Dianam dicunt, unde Virgil. *Aſtrorum decus & nemorum Latonia cuſtos.* Idem.

374. *Aſiliunt.*] Ratio & res ipſa poſtulant, ſcribendum *abſiliunt.* Hoc eſt ſubito & cum impetu recedunt, ſecedunt, disjunguntur. Inſcite cum ſuo *crepitant* Lactantius. Ita infra ỳſ.873.
— *Abſiliunt pontes, tectique trementis*
Saxea frena labant. — Barth.

375. *Aſtra.*] Pro cælo: nam diſſilientibus nubibus cælum patet. *Oſtenditur orbis.*] Mundus apparet. *Lactant.*

376. *Accepit radios.*] Id eſt, Dymas. *Eadem partitus Hopleus.*] Eadem luce qua radios acceperat Dymas. *Idem.*

377. *Dant ſigna.*] Significant ſibi invicem, ſe quæſita inveniſſe cadavera. *Idem.*

379. *Ceu reduces.*] Tantus amor & veneratio erat, ut non minus gauderent cadaveribus repertis, quam ſi vivis denuo miniſtrare poſſent. *V. Schol.*

380. *Nec verba auſi.*] Papiniana locutio, *audere verba.* Sic Lib. VIII. ỳſ.62. *Auſus iter, audere bella, &c.* Barth.

381. *Prope ſæva dies.*] Silentii cauſam expoſuit. *Indexque minatur.*] Adventus diei raptorum cadaverum proditionem minatur. *Lactant.*

383. *Exhauſtas.*] Finitas. *Pallere tenebras.*] Lucis adventu noctem finiri. *Idem.*

Invida fata piis, & ſors ingentibus auſis
Rara comes. jam caſtra vident, armiſque propinquant,
Et decreſcit onus, ſubiti cum pulveris umbra,
Et ſonus à tergo. monitu ducis acer agebat
Amphion equites, noctem, vigilataque caſtra
Explorare datus, primuſque per avia campi
Uſque procul (necdum totas lux ſolverat umbras)
Neſcio quid viſu dubium, incertumque moveri
Corporaque ire videt. ſubitus mox fraude reperta
Exclamat: cohibete gradum quicunque. ſed hoſtes
Eſſe patet. miſeri pergunt anteire, timentque
Non ſibi. tunc mortem trepidis minitatur, & haſtam
Expulit, ac vanos alte levat eminus ictus,
Affectans errare manus, ſtetit ille Dymantis
Ante oculos, qui forte prior, greſſumque repreſſit.
At non magnanimus curavit perdere jactus
Æpytus, & fixo tranſverberat Hoplea tergo:
Pendenteſque etiam perſtrinxit Tydeos armos.
Labitur, egregii nondum ducis immemor Hopleus,
Expiratque tenens: felix ſi corpus ademptum
Neſciat, ac ſævas talis deſcendat ad umbras.
Viderat hoc retro converſus, & agmina ſentit

Juncta

384. *Et ſors ingentibus auſis.*] Inviderunt viris fortibus fata, quibus ſemper rarus felicitatis eſt eventus. *Idem.*

385. *Armiſque propinquant.*] Animorum cupiditate, licet adhuc non parvo disjungerentur ſpatio, tamen ſpe & properandi ſtudio jam ſibi caſtra videbantur tenere. *Idem.*

386. *Decreſcit onus.*] Spe brevioris vix minuebatur corporis magnitudo. *Id.*

391. *Incertumque moveri.*] Expreſſit quemadmodum in tenebris aliquid videretur. *Idem.*

394. *Timentque non ſibi.*] Mire poëta animantium cadavera expreſſit affectum. *Idem.*

397. *Affectans errare manum.*] Non percutientis animo. *Idem.*

394. *Curavit.*] Ad hoc Epytus miſerat telum, ut Hopleum occideret. *Idem.*

400. *Æpytus.*] Unus & præcipuus comitum Amphionis. *Vet. Scholiaſtes.* Eundem Epytum portam unam ex Thebanis ſtatione ſtatuiſſe memoratur, Lib. xi. ✝ſ. 240.

Nuncius exanimi ſuſpenſus pectora curſu
Epithus ad Regem, porta ſtatione relicta
Tendit. ———

Quo loco ſuſpenſus illud Horatianum explicat non bene à Julio Scaligero notatum: *Sublimi fugias mollis anhelitu.* Barth.

404. *Neſciat.*] Si non ſentiat interventu mortis amici ſibi corpus auferri. *Lactant.*

406. *Juncta*

Juncta Dymas, dubius precibuſne ſubiret, an armis
Inſtantes. arma ira dabat. fortuna precari,
Non audere jubet: neutri fiducia cœpto.
Diſtulit ira preces. ponit miſerabile corpus
Ante pedes: tergoque graves quas forte gerebat
Tigridis exuvias, in levum torquet, & obſtat
Exertum objectans mucronem, inque omnia tela
Verſus, & ad cædem juxta, mortemque paratus.
Ut lea quam ſævo fœtam preſſere cubili
Venantes Numidæ, natos erecta ſuperſtat
Mente ſub incerta, torvum ac miſerabile frendens.
Illa quidem turbare globos, & frangere morſu
Tela queat, ſed prolis amor crudelia vincit
Pectora, & a media catulos circunſpicit ira.
Et jam leva viro, quamvis ſævire vetaret
Amphion, erepta manus, puerique trahuntur
Ora ſupina comis. ſerus tunc denique ſupplex
Demiſſo mucrone rogat: Moderatius oro
Ducite. fulminei per vos cunabula Bacchi,
Inoamque fugam, veſtrique Palamonis annos.

Si

406. *Juncta Dymas.*] Amphioni & Epyto qui præceſſerant. *Idem.*

408. *Neutri fiducia.*] Nec in precibus ſpem ſalutis relictam videbant. *Id.*

413. *Ad cædem.*] Deſperatione vitæ & ad occidendum, & ad moriendum erat paratus. *Idem.*

414. *Ut lea.*] Simili comparatione uſus eſt etiam in animoſitate Hippomedontis, dum Tydei cadaver ab hoſtibus defenſaret:

-- Imbellem non ſic amplexa juvencum,
Infeſtante lupo, tum primum fœta tuetur Mater. Idem.

Ut lea.] A ſummo amore hujus feræ erga liberos ſeu ſcymnos hanc potius nominavit, quam patrem Leonem. Ita eidem illam præferunt alii. Valer. Flaccus lib. III. Ultimo:

Nam aliter gemitu quondam lea prolis ademtæ
Terga dedit, ſedet inde viis, incluſaque longa
Pervigilant caſtella metu: dolor attrahit orbes
Interea, & miſero manat juba ſordida tabo.

Ubi Juba πολυλεχῶς omnem notat prolixiorem comam Leonis aut villos ipſos. *Barth.*

420. *Jam leva viro.*] Jam manus ſiniſtra Dymanti fuerat præſciſſa, licet hoc inſtantius prohiberet Amphion. *Lactant.*

424. *Fulminei*] Id eſt, an fulmine excuſſi utero matris. *Idem.*

425. *Inoamque fugam.*] Quia cum Ino ſe præcipitaret in mare, meruit numen fieri. *Veſtrique.*] Ad incutiendam miſericordiam hoſtibus, per infantiam numinis adjurat, ut Parthenopæi pueritiæ parceretur. *Idem.*

427. *Hic*

Si cui forte domi natorum gaudia, ſi quis
Hic pater, anguſti puero date pulveris hauſtus,
Exiguamque facem. rogat, en rogat ipſe jacentis
Vultus: ego infandas potior ſatiare volucres.
Me præbete feris: ego bella audere coëgi.
Immo, ait Amphion, regem, ſi tanta cupido
Condere, quæ timidis belli mens, ede, Pelaſgis.
Quid fracti, exangueſque parent. cuncta ocyus effer,
Et vitâ, tumuloque ducis donatus, abito.
Horruit, & toto præcordia protinus Arcas
Implevit capulo, ſummumne hoc cladibus, inquit,
Deerat, ut afflictos turparem ego proditor Argos?
Nil emimus tanti, nec ſic velit ipſe cremari.
Sic ait & magno proſciſſum vulnere pectus
Injecit puero, ſupremaque murmura volvens:
Hoc tamen interea charo potiere ſepulchro.
Tales optatis regum in complexibus ambo,
Par inſigne animis Ætolus, & inclytus Arcas,
Egregias efflant animas, letoque fruuntur.
Vos quoque ſacrati, quamvis mea carmina ſurgant
Inſe-

427. *Hic pater.*]. Apud vos jacentes vultus, quia dixerat illum ſuperius ſupinum trahi, quemadmodum ſolent jacentes ſupplicare. *Idem.* *Pulveris hauſtus.*] Minimi, pauciſſimi. *Vet. Schol.* Et hæc enim *ſparſio* loco habebatur, urgente neceſſitate, ſepulturæ. Horatius de Archyta:

Te maris & terræ numeroque carentis arenæ
Menſorem, cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera. ——
Quanquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit
Injecto ter pulvere curras.

Id quod ex Lege Attica ductum videri notatum eſt. *Barthius.*

430. *Immo ait Amphion.*] Adhuc ignoravit Amphion extinctos vigiles ſuos. *L.*

437. *Ut afflictos turbarem ego proditor Argos.*] Veteres, nec dubito quin ſincerius, *turparem ego.* Lucretius libro 1.

Aulide quo pacto Triviaï virginis aram
Iphianaſſaï turparunt ſanguine fœde
Ductores Danaum delecti. ——

Vetus Poëta apud Ciceronem Tuſcul. quæſt. lib. 1.

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram ſanguine turpari.

Tacitus Hiſtor. v. *Sue abſtinent memoria cladis quod ipſos ſcabies quondam turpaverat.* Bernart.

438. *Nil emimus tanti.*] Proditione civium meorum nec vitam meam, nec Parthenopæo quæſimus ſepulturam. *Lactant.*

446. *Memores*

Inferiore lyra, memores ſuperabitis annos.
Forſitan & comites non aſpernabitur umbras
Euryalus, Phrygiique admittet gloria Niſi.
At ferus Amphion, regi qui facta reportent,
Edoceantque dolum, captivaque corpora reddant,
Mittit ovans. clauſis ipſe inſultare Pelaſgis
Tendit, & abſciſos ſociorum oſtendere vultus.
Interea reducem murorum è culmine Graji
Thiodamanta vident. nec jam erumpentia calant
Gaudia, ut exertos enſes, & cade recenti
Arma rubere notant. novus adſilit athera magnus
Clamor, & è ſummo pendent cupida agmina vallo
Noſcere quiſque ſuos. volucrum ſic turba recentum
Cum reducem longo proſpexit in athere matrem,
Ire cupit contra, ſummaque è margine nidi
Extat hians: jam jamque cadat, ni pectore toto
Obſtet aperta parens, & amantibus increpet alis.
Dumque opus arcanum, & taciti compendia Martis
Enumerant, latiſque ſuos complexibus implent,
Hopleaque exquirunt, tardumque Dimanta queruntur.
Ecce & Dircea juxta dux concitus ala
Venerat Amphion. non longum cade recenti
Latatus, videt innumeris fervere catervis
Tellurem, atque una gentem expirare ruina,
Qui tremor illicita cœli de lampade tactos,

Hic

446. *Memores ſuperabitis annos.*] Virtutis veſtræ gloria temporum longitudo vincetur. *Idem.*

448. *Admittet.*] Suſcipiet, id eſt, participes ſuæ gloriæ faciet. *Idem.*

450. *Dolum.*] Raptorum regiorum cadaverum. Nam cædem ſuorum nondum reſciverat Amphion, ut clarum faciunt ſequentia. *V. Schol.*

452. *Abſciſſos.*] Capita Dymantis & Hoplei. *V. S.* Omnes meliores Codices, hic & alibi uno ſigmate ſcribunt hanc vocem. *Sciſſus* tamen ubique legitur, non *Sciſus.* Barthius.

456. *Arma rubere.*] Sanguine perfuſa rubeſcere. *Lactant.*

458. *Recentum.*] Pullorum. *Idem.*

462. *Aperta.*] Alis extenſis. *Increpet alis.*] Percutiendo alas pullos ſuos à caſu prohibeat. *Idem.*

463. *Opus arcanum.*] Quod perfecerat in inſidiis. *Idem.*

470. *Qui tremor.*] Tali tremore perculſus eſt, qualis ſolet invadere fulminatos. *Illicita.*] A longinquo epitheton traxit, eo quod non liceat tangi loca, ubi jaceant fulminati. *Idem.*

 473. *Ipſe*

Hic fixit juvenem, pariterque horrore ſub uno
Vox, acies, ſanguiſque perit, gemituſque parantem
Ipſe ultro convertit equus. fugit ala retorto
Pulvere. nondum illi Thebarum clauſtra ſubibant,
Et jam Argiva cohors nocturno freta triumpho
Proſilit in campos, per & arma, & membra jacentum
Tetraque congerie ſola, ſemianimumque cruorem
Cornipedes, ipſique ruunt. gravis exterit artus
Ungula, ſanguineus lavat imber, & impedit axes.
Dulce viris hac ire via, ceu tecta ſuperbi
Sidonia, atque ipſas calcent in pulvere Thebas.
Hortatur Capaneus: Satis occultata, Pelaſgi,
Delituit virtus. nunc nunc mihi vincere pulchrum
Teſte die. mecum clamore, & pulvere aperto
Ite palam juvenes: ſunt & mihi provida dextra
Omina, & horrendi ſtricto mucrone furores.
Sic ait. ardentes alacer ſuccendit Adraſtus,
Argolicuſque gener, ſequitur jam triſtior augur.
Jamque premunt muros, & adhuc nova funera narrat
Amphion, miſeramque intrabant protinus urbem,
Ni Megareus ſpecula citus exclamaſſet ab alta.
Claude vigil: ſubeunt hoſtes: claude undique portas.

Eſt

473. *Ipſe ultro convertit equus.*] Ex fide librorum ſic edi volui. Vulg. interpolatitie: *convertit equis.* Bernartius. *Retorto pulvere.*] Retro contorto. nam pulvis illic erigitur quo homines. *Lactantius.*

477. *Congerie.*] Sanguinis collectione. *Semianimumque.*] Semianimorum. *Idem.*

478. *Extrahit.*] Imminuit cadavera. *Idem.*

479. *Impedit axes.*] A curſu retardat. *Idem.*

483. *Delituit virtus.*] Nocte per inſidias pugnans. *Idem.*

484. *Pulvere.*] Certamine. *Idem.*

485. *Sunt & mihi.*] Sicut Thiodamanti. *Provida dextra.*] Non avium aut deorum, ut Virgilius:

Dextra mihi deus, & telum quod mißile libro. Idem.

486. *Horrendi furores.*] Timendus meus furor propter virtutem & ſtrictum gladium, non illos fœmineos motus, quibus Apollo Thiodamantem inſtabat. *V. Schol.*

487. *Alacer.*] Paulum erectior quam ante, ob ſucceſſum inſidiarum. *V. S.*

488. *Argolicuſque gener.*] Princeps jam Argivorum poſt obitum Tydei, Polynices, minime enim Thebanis favebat. *V. Schol.* *Triſtior augur.*] Quoniam prodere non poterat futuram calamitatem. *Lactant.*

491. *Specula ab alta.*] Fœminino genere dixit. *Idem.*

493. *Eſt*

Eſt ubi dat vires nimius timor: ocyus omnis
Porta coit. ſolas dum tardius arctat Echion
Ogygias, audax animi Spartana juventus
Irrupit, cæſique ruunt in limine primo,
Incola Taygeti Panopeus, rigidique natator
Oebalus Eurotæ. tuque ô ſpectate palæſtris
Omnibus, & nuper Nemæo in pulvere felix
Alcidama, primis quem cæſtibus ipſe ligarat
Tyndarides: nitidi moriens convexa magiſtri
Reſpicis, averſo pariter deus occidit aſtro.
Te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacænæ
Virginis, & falſo gurges cantatus olore,
Flebit, Amyclæis Triviæ lugebere nymphis.

493. *Eſt ubi dat vires nimius timor.*] Veriſſimum eſt: & ut ocellus Hiſtoricorum Curtius, inquit: *ignaviam quoque neceßitas acuit, & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt.* Imbibet victor; & ſi ſibi ſuiſque conſultum velit, nunquam ſpem omnem hoſti abſcindet. *Bern.*

495. *Audax animis Spartana juventus.*] Credo ſcripſiſſe auctorem: *audax animi Spartana.* Et ſane ita liber optimus. *Gronov.*

497. *Taygeti.*] Mons Laconicæ regionis. *Rigidi Eurotæ.*] Frigidi. *Eurotas* fluvius Laconicæ regionis. *Lactant.*

498. *Spectate.*] Laudate. *Idem.*

499. *Nemeæo in pulvere fælix.*] Modo in Nemeæo agone victoria coronatus. hic Alcidamas in agone, quem in honorem Archemori Adràſtus celebravit, adverſus Capaneum cæſtibus dimicavit, ut ſuperius poëta teſtatur. *tandem inſperatus nuda de plebe Laconum proſilit Alcidamas.* Idem.

501. *Tyndarides, nitidi moriens, &c.*] Qui ſpuriam hanc lectionem intruſerunt, vellem mihi dicerent qua fiducia hoc fecerint. libri veteres quos non dubitavi audire,

— primis quem cæſtibus ipſe ligarat
Tyndarides, nitidi moriens convexa magiſtri, &c.

Mens. Alcidamam ad cæſtuum certamen à Polluce formatum morientem ſuſtuliſſe oculos in cælum, ubi magiſter ejus ſydus, quod ſtatim etiam tanquam abominaretur diſcipuli mortem, ſe abſcondit. Noſter lib. VI.

— Sed ſocii fretum Polluce magiſtro
Norant & ſacras inter creviſſe palæſtras.

Seneca Philoſophus Medea:

Sed Caſtore cum ſuo
Pollux cæſtibus aptior.

Arnobius lib. I. *Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugillator bonus, ideo non Caſtor ſed Pollux dicitur.* Nec recedit ab his Virgilius dum ait: *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.* Nam ut ibidem inquit Servius: *Caſtor domitor equorum fuit, ſed fratrem pro fratre poſuit Poëtica licentia.* Bernart. *Convexa.*] Plaga cœli, in qua lucet ſtella Pollucis, quam refert poëta propter mortem cultoris ſui nominis in occaſum fuiſſe converſam. Unde ſuperius, *Sed ſocii fretum Polluce, &c.* Lactant.

503. *Lacæna.*] Ledam dicit, quam Juppiter in cygnum mutatus compreſſit. *Idem.*

504. *Falſo olore.*] Proprie dictum, quia non cygnus, ſed Juppiter in cygnum verſus ad Ledam venerat. *Idem.*

Et quæ te leges, præceptaque fortia belli
Erudiit genitrix, nimium dediciſſe queretur.
Talis Echionio Mavors in limine ſævit.
Tandem humeris obnixus Acron, & pectore toto
Pronus Alimenides ferratæ robora portæ
Torſerunt. quanta pariter cervice gementes
Profringunt inarata diu Pangæa juvenci.
Par operis jactura lucro. quippe hoſte retento
Excluſere ſuos. cadit intra mœnia Grajus
Ormenus, & pronas tendentis Amynthoris ulnas
Fundentiſque preces, penitus cervice reciſa
Verba ſolo, vultuſque cadunt, colloque decorus
Torquis in hoſtiles cecidit per vulnus arenas.
Solvitur interea vallum, primæque recuſant
Stare moræ. jam ſe peditum junxere catervæ
Mœnibus, at patulas ſaltu tranſmittere foſſas
Horror equis. hærent trepidi, atque immane paventes
Abruptum mirantur agi: nunc impetus ire

Mar-

507. *Erudit genitrix.*] Quia mater Alcidamæ nympha fuit venatrix. Quæ ſine dubio flevit, quod ita fortem nutrierat, itaque bellicoſum, ut audacia virtutis ſuæ fretus, occubuiſſet incautus. *Idem.*

510. *Alcmenides.*] Patronymicum. *Id.*

511. *Torſerunt.*] Clauſerunt. *Idem.*

512. *Profindunt inarata.*] Plures *perfringunt*. Binæ optimæ membr. *Profringunt*. Quod non videtur inſuper habendum. Quaſi dicat, protelo frangunt, uſque & uſque frangere pergunt. Tale verbum eſt Virgilii 3. Georg. *Et pede proſubigit terram.* Quod imitatus Valerius Flaccus lib. 4. *& fulmina Cyclops Proſubigit*. Gronovius. *Pangæa.*] Mons Macedoniæ vel Mænala. *Idem.*

518. *Cecidit per vulnus.*] Collo inciſo non poterat manere torques. *V. Schol.* Ita Propert. lib. IV. de Gallo Torquato à Manlio interempto :

Torquis ab inciſa decidit unca gula.

Barth.

519. *Solvitur interea.*] Irruperunt Argivi Thebanorum vallum, nec illos vis ulla potuit ab impetu retardare. *Lactantius.*

523. *Abruptum mirantur agi.*] Sumptum videtur ex Homeri Iliad. 11. apud quem Hectoris equi pariter deſcribuntur reſiſtentes, & timentes, in ſummo labro foſſæ :

—οὐδὲ οἱ ἵπποι
Τόλμων ὠκύποδες μάλα δὲ χρεμέτιζον ἐπ' ἄκρῳ
Χείλει ἐφεσταότες. —

Locum hunc ita edi volui, cum in vulgatis turpi errore legeretur : *Abruptum mirantur equi.* Probas ſcio lector, & geminationem à mala manu fuiſſe vides : illud uno verbo, occaſione hujus vocis *abruptum* moneo, eleganti metaphora, Tertullianum adverſus Praxeam dixiſſe, *ſi tam abrupte utamur*, id eſt, tam præciſe & ſine limitatione : & Valerium lib. VIII. cap. I. *abruptæ ſpei*, id eſt, ſpei perditæ, prorſus abſciſæ. *Bern.*

Mirantur

Margine ab extremo. nunc ſponte in frena recedunt.
Hi præfixa ſolo vellunt munimina: at illi
Portarum objectus minuunt, & ferrea ſudant
Clauſtra remoliri, trabibuſque arctata ſonoro
Pellunt ſaxa loco, pars ad faſtigia miſſas
Exultant hæſiſſe faces: pars ima laceſſunt
Scrutanturque cavas cæca teſtudine turres.
At Tyrii, qua ſola ſalus, caput omne coronant
Murorum, nigraſque ſudes, & lucida ferro
Spicula, & arſuras cœli per inania glandes,
Saxaque in adverſos ipſis avulſa rotabant
Mœnibus. exundant ſævo faſtigia nimbo,
Armataque vomunt ſtridentia tela feneſtræ.
Qualiter aut Malean, aut alta Ceraunia ſupra
Ceſſantes in nube ſedent, nigriſque leguntur
Collibus, & ſubitæ ſaliunt in vela procellæ:
Talis Agenoreis, Argivum exercitus armis
Obruitur. non ora virum, non pectora flectit
Imber atrox, rectoſque tenent in mœnia vultus

Imme-

Mirantur agi.] Agi ſe mirabantur equi à ſedentibus, per abrupta. *Lactant.*
Impetus iræ.] Stultiſſima lectio: Lege
—— nunc impetus ire,
Margine ab extremo, nunc ſponte in frena recedunt.
Equi eſt ſaltum audentis, & tamen retro ſe reducentis deſcriptio. Cum *ira* tamen illa ſua delirarunt Lindebrogii, Bernartii, Aldi atque aliæ editiones. *Barth.*

524. *In frena recedunt.*] In veſtigia redeunt; modo abeunt alacritate tranſeundi, modo timore altitudinis retrorſum redeunt. *Lactant.*

527. *Remoliri.*] Diſrumpere, avellere. *Idem.*

532. *Nigraſque.*] Semi uſtas. *Idem.*

533. *Arſuras glandes.*] Nam ſunt plumbeæ. Plumbum enim ſolet nimietate jactus calefactum liquefieri. *Idem.*

535. *Mœnibus.*] Pro everſione mœnium ipſis mœnibus pugnabatur. *Exundant faſtigia nimbo.*] Scatent multitudine jaculorum. *Idem.*

536. *Feneſtræ.*] Ex omnibus muri foraminibus propugnant Thebani. *V.S.* Peſſime nonnulli libri *faretræ.* Non noſtri, qui ſapiunt melius. Poſterior ætas tales *feneſtras*, quia quadris cancellis erant munitæ, *quarnellas* vocabat. Gulielmus Brito lib. VII. ℣. 668.
—— Baliſta queat jaculari, arcuſque ſagittas
Quas, ubicunque patent quarnelli, ſive feneſtræ,
Obſeſſi nequeunt toties impune cavere.
Barthius.

537. *Ceraunia.*] Montes Epyri excelſi, qui illis propius navigantes infeſtant. Unde Luc.
Scopuloſa Ceraunia nautæ ſumma timent.
Lactant.

541. *Virum.*] Argivorum. *Idem.*

542. *Imber atrox.*] Telorum denſitas. etenim peculiare eſt poëtis, belli impetum

Immemores leti, & tantum ſua tela videntes.
Anthea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit gravis impetus haſtæ.
Lora excuſſa manu, retroque in terga volutus
Semianimos artus, ocreis retinentibus hæret
Mirandum viſu belli ſcelus, arma trahuntur,
Fumanteſque rotæ tellurem, & tertius haſta
Sulcus arant. longo ſequitur vaga pulvere cervix,
Et reſupinarum patet orbita longa comarum.
At tuba luctificis pulſat clangoribus urbem,
Obſeptaſque fores ſonitu perſtringit amaro.
Diviſere aditus, omnique in limine ſævus
Signifer ante omnes ſua damna, & gaudia portat.
Dira intus facies: vix Mavors ipſe videndo
Gaudeat. incertis lymphatam horroribus urbem
Scindunt diſſenſu vario, luctuſque, furorque
Et pavor, & cæcis fuga circunfuſa tenebris.
Bellum intraſſe putes: fervent diſcurſibus arces,
Miſcentur clamore viæ. ferrum undique, & ignes
Mente vident: ſævas mente accepere catenas.
Conſumpſit ventura timor. jam tecta replerant

Tem-

impetum cœli tempeſtatibus comparare. *Idem.*

544. *Falcato.*] Falces habente. hoc genus armorum etiam Salluſtius deſcribit. *Idem.*

547. *Ocreis.*] Crurum tegminibus, quibus in curru hærentibus trahebantur. *Idem.*

548. *Mirandum.*] Miſerandum. *Idem.*

549. *Fumantes rotæ.*] Propter nimiam celeritatem. *Vet. Scholiaſtes.* Poteſt & ad arenæ levem ſparſionem dici. Ut fine lib. XI. Æneid.

— *Æneas fumantes pulvere campos*
Proſpexit. —

Sed parum apte. *Barthius.*

552. *At tuba.*] Argivorum. *Lactant.*

553. *Amaro.*] Terribili. *Idem.*

555. *Sua damna.*] Quia occidebantur. *Idem.*

556. *Dira intus facies.*] Horrenda luctus ſpecies impleverat civitatem. *Idem.*

557. *Lymphatam.*] Timoris magnitudine furiatam. *Idem.*

559. *Circumfuſa tenebris.*] Fugere velint, & palant fugibundi, ſed cæcatis mentibus neſciunt quorſum aut quo pacto debeant ſe imminentibus malis eripere. *Vet. Commentar.*

562. *Mente accepere cathenas.*] Præ timore illa videbantur, quæ poterat inferre captivitas. *Lactant.*

563. *Conſumpſit ventura timor.*] Peracta putabantur timoris magnitudine, quæ nondum evenerant ſorte bellandi. *Idem.*

571. *Ipſa*

Templaque, & ingratæ vallantur planctibus aræ.
Una omnes, eademque ſubit formido per annos.
Poſcunt fata ſenes, ardet, palletque juventus,
Atria fœmineis trepidant ululata querelis.
Flent pueri, & flendi nequeunt cognoſcere cauſas
Attoniti, & tantum matrum lamenta timentes.
Illas cogit amor, nec habent extrema pudorem.
Ipſæ tela viris, ipſæ iram, animoſque miniſtrant,
Hortanturque, unaque ruunt, nec avita gementes
Limina, nec parvos ceſſant oſtendere natos.
Sic ubi pumiceo paſtor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit aſpera nubes:
Inque vicem ſeſe ſtridore hortantur, & omnes
Hoſtis in ora volant, mox deficientibus alis
Amplexæ, flavamque domum, captivaque plangunt
Mella, laborataſque premunt ad pectora ceras.
Nec non ancipitis pugnat ſententia vulgi.
Diſcordeſque ſerit motus. hi reddere fratrem
Nec muſſant, ſed voce palam, claroque tumultu

Redde-

571. *Ipſæ tela viris.*] Quia in calamitate nullus pudor eſt fœminis prodire in publicum, vel aliquo pro patria fungi officio. *Idem.*

573. *Oſtendere natos.*] Ut viros ſuos ad pugnam oſtendendo liberos, acrius excitarent. Salluſt. *Ut res magis quam verba gererentur, liberos parenteſque in muris locaverant.* Idem.

574. *Sic ubi puniceo paſtor rapturus ab antro Armatas exegit apes.*] Virgilius IV. Georg.

—— penituſque repertæ
Pumicibuſque cavis exeſaque arboris antro. Bernart.

575. *Armatas exegit apes.*] Omnes ſcripti, *erexit.* Et quid ceſſarunt accipere? Eſt enim excitavit, irritavit, rigidis & ſtrictis eſſe aculeis coëgit. Libro II. *præceps cum cominus egit Ira ſues, ſtrictiſque erexit pectora ſetis.* Sulpicia: *Turba rigens ſtrictis per lutea corpora telis.* Gronov.

577. *Deficientibus alis.*] Laſſata vi volandi, vel vi coactæ. *Vet. Scholiaſt.* Illi de fumo natæ conſentit & gloſſographus in optimo Codice, qui ſuperſcripſit *laßitudine ex ſuffocatione.* Ita mente habuerit Papinius illa Virgiliana lib. XII.

Incluſas ut cum latebroſo in pumice paſtor
Veſtigavit apes, fumoque implevit amaro;
Illæ intus, trepidæ rerum, per cerea caſtra
Diſcurrunt, magniſque acuunt ſtridoribus iras,
Volvitur ater odor tectis, &c.

Plura de fumo ad apes Rerum Ruſticarum ſcriptores imprimis Columella. *Barth.*

581. *Serit.*] Diſpergit, immittit. *Lactant.*

583. *Reveren-*

Reddere regna jubent : periit reverentia regis
Sollicitis : veniat, pactumque hic computet annum,
Cadmeoſque lares exul, patriaſque ſalutet
Infelix tenebras. cur autem egò ſanguine fraudes,
Et perjura luam regalis crimina noxæ?
Inde alii. ſera iſta fides, jam vincere mavult.
Tireſian alii lachrymis & ſupplice cœtu
Orant, quodqùe unum rebus ſolamen in arctis,
Noſſe futura rogant. tenet ille incluſa, premitque
Fata deum. Quiane ante duci bene credita noſtra
Conſilia, & monitus, cum perfida bella vetarem?
Te tamen, infelix, inquit, perituraque Thebe,
Si taceam, nequeo miſer exaudire cadentem,
Argolicumque oculis haurire vacantibus ignem.
Vincamur, pietas: pone eja altaria, virgo,
Quæramus ſuperos. facit illa, acieque ſagaci
Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras
Ignem, & clara tamen mediæ faſtigia lucis

Orta

583. *Reverentia regis.*] Perturbationis magnitudine nulla reverentia regiæ perſonæ apud ſollicitos erat. *Idem.*

584. *Computet annum.*] Ut computato tempore exilii, anno integro ſolus Polynices regnum teneret. *Idem.*

586. *Tenebras.*] Cæcitatem patris. *Idem.*

587. *Noxæ.*] *Noxa* eſt pœna, *noxia* culpa ipſa. *Idem.*

588. *Inde alii.*] E diverſo alii contraria ſentiebant, dicendo: olim quidem iſtam fidem ſequi debuimus, ut Polynicen minime pelli pateremur, nunc vero cœpto ſemel prælio eſt acriter dimicandum. *Idem.*

591. *Noſſe futura.*] Doceri ab ipſo expetunt, inde fiduciam aut metum ſumturi. *Vet. Schol.* Se dedituri aut pugnaturi. *Alius.* Futura cognoſcere Prudentiam contra deſperationem generat. *V. Commentat.*

592. *Quiane ante duci.*] Ironicôs, cur modo futura non dicam, qui ante cum ventura prædicerem, ita ſum libenter auditus. *Lactant.* *Quiane ante duce.*] MSS.° *Quiane ante duci.* Virgilius:

— *Quiane auxilio juvat ante levatos.*

Idem:

Heu quianam tanti cinxerunt æquora venti.

Catullus:

— *quemne ipſa reliqui.*

Bernart.

594. *Perituraque Thebe.*] Notandum, quod *Thebe* ſingulariter dixit. *Lactant.*

596. *Vacantibus.*] Cæcitate vacuatis. *Idem.*

597. *Vincamur pietas.*] Hoc eſt, decreveram quidem tacere: ſed miſeratione victus patriæ, me ſilere futura non patior. *Idem.*

599. *Flammarum apices.*] Hoc genus ſacrificii καπνομαντεία dicitur, quia ex diviſione ipſius fumi futura monſtrantur. *Idem.*

600. *Et clara tamen.*] Per medium ſplenden-

Orta docet. tunc in ſpeciem ſerpentis inanem
Ancipiti gyro volvi, frangique ruborem
Demonſtrat dubio, patriaſque illuminat umbras.
Ille coronatos jamdudum amplectitur ignes
Fatidicum ſorbens vultu flagrante vaporem.
Stant triſtes horrore comæ, vittaſque trementes
Cæſaries inſana levat. diducta putares
Lumina, conſumptumque genis rediiſſe nitorem.
Tandem exundanti permiſit verba furori,
Audite ô ſontes, extrema litamina divûm,
Labdacidæ. venit alma ſalus, ſed limite duro.
Martius inferias, & ſæva efflagitat anguis
Sacra, cadat generis quicunque noviſſimus extat
Viperei: datur hoc tantum victoria pacto.
Felix qui tanta lucem mercede relinquet.
Stabat fatidici prope ſæva altaria vatis
Mœſtus adhuc, patriæ tantum communia lugens
Fata Creon. grandem ſubiti cum fulminis ictum
Non ſecus ac torta trajectus cuſpide pectus,

Acci-

ſplendentem piceem victoria Thebana monſtratur. *Faſtigia lucis.*] Summum culmen exortæ flammæ. *Idem.*

601. *In ſpeciem ſerpentis.*] Serpentis ſpecie flamma figurata mortem ſignificat Menœcei, qui ex draconis ſemine originem trahebat. *Idem.*

602. *Ancipiti gyro.*] In utraque parte. *Volvi.*] Frangi, obſcurarique: vel flecti, ſive rotari flammam in claram lucem. *Idem.*

603. *Dubio Tyreſiæ.*] Id eſt, ignaro, per cæcitatem neſciebat, quæ ſacrificia ſigna monſtrarent. *Illuminat umbras.*] Dat oculos cæco, nunciando ſigna quæ facta ſunt. *Idem.*

604. *Ille coronatos.*] Sive flamma in coronam verſa, ſive quia aræ omnibus ſacrificiis coronabantur. *Idem.*

607. *Inſana levat.*] Furore divino ſacerdotis crines horrebant. *Deducta.*] Patefacta. *Idem.*

608. *Conſumtumque genis.*] Id eſt totam faciem ævo exhauſtam recepiſſe priſtinam ſuam ſpeciem. Optimus autem & alii duo Codices clare legunt *Vigorem.* Adſenſu noſtro, re eadem. *Barth.* *Conſumptum.*] Senectute horridum vultum lætitia futuræ victoriæ credens immutatum in priſtinum juventutis nitorem. *Lactant.*

610. *Extrema litamina.*] Sacrificiorum ſigna, poſt quæ ſacrificare iterum non licet. inter *litare* enim & *ſacrificare* hoc intereſt. *Sacrificare* eſt hoſtias immolare: *litare* vero per immolationem hoſtiarum impetrare, quod poſtules. *Idem.*

611. *Sed limite duro.*] Victoriam nobis quidem numina pollicentur, ſed dura ſententia: quia aliter evenire non poterit, niſi ſe Menœceus occiderit. *Id.*

617. *Communia lugens.*] Quia adhuc patriæ ruinas impatienter ferebat, nedum filii orbitatem. *Idem.*

621. *Suadet-*

Accipit exanimis, ſentitque Menœcea poſci.
Monſtrat enim, ſuadetque timor. ſtupet anxius alto
Corda metu glaciante pater. Trinacria qualis
Ora repercuſſum Libyco mare ſumit ab aſtu.
Mox plenum Phœbo vatem, & celerare jubentem
Nunc humilis genua amplectens, nunc ora cauentis
Nequicquam reticere rogat. jam fama ſacratam
Vocem amplexa volat, clamantque oracula Thebæ.
Nunc age quis ſtimulos, & pulchra gaudia mortis
Addiderit juveni (neque enim hæc abſentibus unquam
Mens homini tranſmiſſa deis) memor incipe Clio,
Sæcula te quoniam penes, & digeſta vetuſtas.
Diva Jovis ſolio juxta comes, unde per orbem
Rara dari, terriſque ſolet contingere virtus.
Seu pater omnipotens tribuit, ſive ipſa capaces
Elegit penetrare viros, cœleſtibus ut nunc
Deſiluit gaviſa plagis. dant clara meanti
Aſtra locum, quoſque ipſa polis adfixerat ignes,
Jamque premit terras: nec vultus ab æthere longe,
Sed placuit mutare genas, ſit provida Manto.

Reſpon-

621. *Suadetque timor.*] Habet enim proprias divinationes in diverſis timor nimius, ut Virgil.

Agnovit gemitum præſaga mali mens.
Idem.

623. *Libyco.*] Tyrrheno. *Idem.*

624. *Celerare jubentem.*] Mortem Menœcei. *Idem.*

625. *Ora cauentis.*] Creon Tyreſiam ſuppliciter rogabat, ut funeſtam ſibi deorum voluntatem taceret: quia pro ſalute patriæ unius hominis mors negari non poterat. Popoſcerant enim numina, ut pro Thebana victoria Menœceus, unus qui de ſemine illorum ſuperfuerat, qui ſatis draconis dentibus nati fuerant, ſe voluntarie traderet morti. *Idem.*

628. *Quis ſtimulos.*] Ita veteres, & ſine dubio recte. Vulgat. *Nunc age cui.* Bernart. *Pulchra mortis.*] Glorioſæ, virtuoſæ, *Vet. Schol.* Eodem modo Virg.

—— *Pulchramque petunt per vulnera mortem.*

630. *Mens homini tranſmiſſa deis.*] Nemo enim talem, niſi diis hortantibus, ſuſciperet mentem, qualem Menœceus accepit. *Lactant.*

631. *Digeſta.*] Ordinata. *Idem.*

632. *Diva.*] Incipit jam erumpere in rem magnam decantandam, velut afflatus à Muſis, quas modo invocaverat, nihil ante horum ſciviſſet. *V. Sch.*

736. *Affixerat ignes.*] Stellas virorum fortium dicit tranſeunti honorem referre virtutis, quia ipſius merito poſſederant cœlum. Dicit autem Liberum, Herculem, Caſtorem, Pollucem, quos ardens evexit ad æthera virtus. *Lactantius.*

639. *Mutare genas.*] Transfigurare ſe in aliam formam. *Idem.*

640. *Reſpon-*

Reſponſis ut plana fides, & fraude priores
Exuitur vultus. abiit horrorque vigorque
Ex oculis, paulum decoris permanſit, honoſque
Mollior, & poſito vatum geſtamina ferro
Subdita. deſcendunt veſtes, torviſque ligatur
Vitta comis (nam laurus erat) tamen aſpera produnt
Ora deam, nimiique gradus. ſic Lydia conjux
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus,
Et turbare colus, & tympana rumpere dextra.
Sed neque te indecorem ſacris, dignumque juberi
Talia, Dircæa ſtantem pro turre, Menœceu,
Invenit. immenſæ reſerato limine portæ
Sternebas Danaos. pariter Mavortius Æmon.
Sed conſanguinei quamvis, atque omnia fratres,
Tu prior. exanimes circumcumulantur acervi.
Omne ſedet telum: nulli ſine cædibus ictus.

Nec-

640. *Reſponſis ut plana fides.*] Ut Thyreſiæ reſponſis fides promptior haberetur, quæ jubebant perire Menœceum. *Idem.*

643. *Mollior.*] Suavior. *Idem.*

644. *Deſcendunt veſtes.*] Veſtes defluunt. Solet enim virtutis ſimulacrum depingi ſuccinctum. *Idem.*

645. *Vitta comis (nam laurus erat.)*] Senſus. Virtutem cum ſe aſſimularet eſſe Mantho, tantùm vittas ſumpſiſſe, non laurum, ut decebat vatem. quia laurum ſemper penes ſe habet, ideoque non habuit neceſſe aliunde petere. *Bern.* *Nam laurus erat.*] Laurus commune eſt vatum, & virorum fortium decus. *Lactantius.*

646. *Sic Lydia conjunx.*] Omphale, cui Hercules per amorem inſerviſſe perhibetur. *Idem.*

648. *Perdere Sydonios.*] Quia Herculem non decebat muliebris habitus, quia mole membrorum mollia rumpebantur. *Perdere* eſt aliquid male imitari. *Sydonios amictus.*] Veſtem purpuream dixit. *Idem.*

649. *Et tympana rumpere.*] Quæ nimietate percutientis frangebantur. *Idem.*

650. *Dignumque juberi.*] Dupliciter hoc ſentiendum. Id eſt, neque indignum cui poſt mortem fierent ſacra, neque indignum cui talia juberentur. *Idem.*

653. *Mavortius.*] Bellicoſus. *Idem.*

654. *Atque omnia*] Id eſt, in omnibus. *Idem.* *Omnia fratres.*] Id eſt, ad omnia. Virgil. lib. IV.

Omnia Mercurio ſimilis, vocemque coloremque.

Æmonem filium Creontis fuiſſe, ipſe Pater indicat, lib. XI. p. 290.

— *Quid enim miſero ſuper unicus Æmon?*

Et ipſe Menœceus *unanimem fratrem* vocat hoc libro v. 721. *Barth.*

655. *Tu prior.*] Melior, major. *Circumcumulantur.*] Mortuorum cadaveribus, quos occiderant. *Lactant.*

656. *Omne.*] Scilicet Menœcei vulnus letale erat, & nulli ictus in vanum cadebat. *Idem.*

Necdum aderat virtus. non mens, non dextra quieſcit,
Non avida arma vacant, ipſa inſanire videtur
Sphynx galeæ cuſtos, viſoque animata cruore
Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident.
Cum dea pugnantis capulum, dextramque repreſſit:
Magnanime ô juvenis, quo non agnoverit ullum
Certius armifero Cadmi de ſemine Mavors,
Linque humiles pugnas, non hac tibi debita virtus:
Aſtra vocant, cœloque animam (plus concipe) mittes.
Jamdudum hoc hilares genitor bacchatur ad aras,
Hoc ignes, fibræque volunt, hoc urget Apollo.
Terrigenam cuncto patriæ pro ſanguine poſcunt.
Fama canit monitus. gaudet Cadmeïa plebes
Certa tui. rape mente deos, rape nobile fatum.
I, precor, accelera. ne proximus occupet Hæmon.
Sic ait, & magna cunctantis pectora dextra
Permulſit tacite, ſeſeque in corde reliquit.
Fulminis haud citius radiis adflata cupreſſus
Combibit infeſtas, & ſtirpe & vertice flammas,
Quam juvenis multo poſſeſſus numine pectus
Erexit ſenſus, letique invaſit amorem.
Ut vero averſæ, greſſumque, habitumque notavit,
Et ſubitam à terris in nubila creſcere Manto,
Obſtupuit. ſequimur, divum quæcunque vocaſti,

Nec

657. *Necdum aderat virtus.*] Talia Menœceus necdum inſtigante numine faciebat. *Idem.*

660. *Renident.*] Sanguine perfuſa nitidiora fiunt. *Idem.*

663. *Cadmi de ſanguine.*] Nec hic dubitandum fuit, cum ſcripti fere omnes, cum Lactantio: *armifero Cadmi de ſemine.* hoc eſt, de Spartis, quos ſeminarat, ille *Martis operti Agricola.* Creon, pater hujus, filius erat Menœcei, nepos Penthei, cui pater Echion è Spartis. *Gronov.*

665. *Plus concipe.*] Plus virtutis ſuſcipe. *Lactant.*

668. *Cuncto patriæ.*] Mortem libenter amplectere, pro ſalute omnium Thebanorum. *Idem.*

670. *Certa tui.*] Certum habet patria tua tanto ſe à te amore diligi, ut pro ea te libenter offeras morti. *Rape nobile fatum.*] Totus hic locus celeriter pronunciandus eſt, ut jubentis exprimat affectum. *Idem.*

673. *Seſeque in corde reliquit.*] In animo Menœcei penitus virtus inſedit. *Idem.*

677. *Invaſit.*] Arripuit. *Idem.*

678. *Habitumque notavit.*] Virgil. *Et vera inceſſu patuit dea.* Idem.

682. *Fixit.*]

Nec tarde paremus ait. jamjamque recedens,
Inſtantem vallo Pylium tamen Agrea fixit.
Armigeri feſſum excipiunt. tum vulgus euntem
Auctorem pacis, ſervatoremque deumque
Conclamat gaudens, atque ignibus implet honeſtis.
Jamque iter ad muros curſu feſtinus anhelo
Obtinet, & miſeros gaudet vitaſſe parentes.
Cum genitor (ſteteruntque ambo & vox hæſit utrinque,
Dejectæque genæ) tandem pater ante profatur:
Quis novus inceptis rapuit te caſus ab armis?
Quæ bello graviora paras? dic nate precanti,
Cur tibi torva acies? cur hic truculentus in ore
Pallor? & ad patrios non ſtant tua lumina vultus?
Audiſti reſponſa. palam eſt. per ego oro tuoſque,
Nate, meoſque annos, miſeræque per ubera matris,
Ne vati, ne crede puer. ſuperine profanum
Dignantur ſtimulare ſenem? cui vultus inanis,
Extinctique orbes, & pœna ſimillima diro
Oedipodæ? quid ſi inſidiis, & fraude doloſa
Rex agit? extrema eſt cui noſtra in ſorte timori
Nobilitas, tuaque ante duces notiſſima virtus.
Illius hæc forſan remur, quæ verba deorum
Ille monet: ne frena animo permitte calenti:
Da ſpacium, tenuemque moram: male cuncta miniſtrat
Impe-

682. *Fixit.*] Occidit. *Idem.*

683. *Armigeri fixum excipiunt.*] Meliores & pars maxima, *feſſum*, ut de Menœceo intelligatur, quem armigeri & officioſi comites, alii acceptis ab eo armis levarunt, alii dextra data aut humeris manui ſuppoſitis innixum pro more principum ſuſtinuerunt, alii aliter proſequuti ſunt. *Gron.*

688. *Steteruntque ambo.*] Neuter volens præterire alterum. Mira emphaſi rem exprimit, quam ſermone valde accommodato perſequitur. *Vet. Scholiaſt.* *Vox hæſit utrinque.*] Nec male foret, *utrique*. Gronov.

694. *Reſponſa.*] Quæ te jubent mori pro patria. *Idem.*

697. *Dignantur ſtimulare.*] Vult pater ab ætatis decrepitæ aſſertione reſponſa deſtruere. Dicit enim Tyreſiam jam nimia ſenectute non poſſe vera reſponſa proferre. *Idem.*

698. *Fraude doloſa.*] Quid ſi hoc immiſſu regis Etheoclis doloſe Tyreſias fingat. ſumus enim regi pro noſtra nobilitate ſuſpecti, ne illi ſuccedamus in regnum. *Idem.*

702. *Quæ verba deorum.*] Forte regis hæc verba ſunt, quæ nos reſponſa credimus numinum. *Idem.*

704. *Male cuncta miniſtrat Impetus.*] Veriſſima gnome. & celeres plerumque

Impetus. hoc, oro, munus concede parenti.
Sic tua maturis ſignentur tempora canis,
Et ſis ipſe parens, & ad hunc, animoſe, timorem
Pervenias. ne perge meos orbare penates.
Externi te nempe patres, alienaque tangunt
Pignora? ſi pudor eſt, primum miſerere tuorum.
Hæc pietas, hic verus honos, ibi gloria tantum
Ventoſumque decus, titulique in morte latentes.
Nec timidus te flecto parens: I, prælia miſce,
Per Danaas acies, medioſque per obvius enſes;
Non teneo. liceat miſero tremebunda lavare
Vulnera, & undantem lachrymis ſiccare cruorem.
Teque iterum ſævis, iterumque remittere bellis.
Hoc malunt Thebæ. ſic colla, manuſque tenebat
Implicitus. ſed nec lachrymæ, nec verba movebant
Diis votum juvenem. quin & monſtrantibus illis
Fraude patrem tacita ſubit, avertitque timorem.
Falleris heu, veroſque metus, pater optime, neſcis,

Non

celeris pœnitentia, ſed eadem ſera atque inutilis ſequitur. Intellexit id magnus Imperator, qui prudenter apud Livium: *Omnia audentem* (inquit) *contemnet Annibal, nihil temerè agentem metuet. omnia non properanti clara, feſtinatio improvida eſt & cæca.* Subſcribit Princeps Hiſtoricus qui ſapienter affirmat: Δύο μὲν ἐναντιώτατα τῇ εὐβουλίᾳ τάχος τε καὶ ὀργή. *Duo adverſiſſima rectæ menti, celeritas & ira.* quarum poſterior nunquam utilis, prior interdum. nam actioni in primis grata. Enimverò ut rectè inquit Demoſthenes: Exord. XXIX, δεῖ μὲν βουλεύεσθαι ἐφ᾽ ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς, *Conſulere quidem oportet lentè, conſulta exequi feſtinanter.* Bernart.

705. *Hoc, oro.*] Si fas eſt filium orari à Patre, oro vel obliviſcaris hujus rei, vel differas eam, donec melius auctorem ejus cognoſcas. *Vet. Comment.*

707. *Timorem pervenias.*] Quomodo ego tibi timeo, ſic tu timeas liberis tuis: id eſt, ſic ad id ætatis pervenias, ut pater ſis. *Lactantius.*

717. *Teque iterum ſævis iterumque.*] Poſtulante libro ſcripto, lege verſus ſuffragante, hanc lectionem admiſi. Vulg. *ſæviſque iterum.* Bernart.

719. *Implicitus.*] Totum totus complectens. *Vet. Scholiaſt.* Implicitus eſt totus occupatus & impeditus. Lucan. lib. 3.

Implicitus magno Cæſar terrore cohortes
Ut vidit. ———

Et Horat. arte Poëtica 1.

——— *eripere atris*
Litibus implicitum. ———

Valer. Flaccus, lib. VI.

——— *Implicitas, miſeraque in veſte revinctos*
Confodiunt ——— Barthius.

720. *Quin & monſtrantibus illis.*] Diis utique ſibi devotum juvenem rationem fallendi patris moventibus. Nam ſecurum eum deceptu fraudis effecit. *Lactantius.*

725. *In me*

Non me ulli monitus, nec vatum exorſa furentum
Sollicitant, maneſque movent: ſibi callidus iſta
Tireſias, nataque canat. non ſi ipſe recluſis
Cominus ex adytis in me inſaniret Apollo.
Sed gravis unanimi caſus me fratris ad urbem
Sponte refert. gemit Inachia mihi ſaucius Hæmon
Cuſpide. vix illum medio de pulvere belli
Inter utraſque acies, jamjamque tenentibus Argis.
Sed moror. I, refove dubium, turbaque ferenti
Dic, pareant, leviterque vehant. ego vulnera doctum
Jungere, ſupremique fugam revocare cruoris
Eetiona petam. ſic imperfecta locutus
Effugit. illi atra merſum caligine pectus
Confudit ſenſus. pietas incerta vagatur,
Diſcordantque metus: impellunt credere Parcæ.
Turbidus interea ruptis venientia portis
Agmina belligeri Capaneus agit æquore campi.
Cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedeſtres,
Et proculcantes moderantum funera currus.

Idem

725. *In me inſaniret.*] Sive in templo poſitus Apollo talia prædicaret, ut meis auribus divinantis numinis verba perciperem, non facile credidiſſem. *Idem.*

729. *Vix illum.*] Vix illum ſauciatum vulnere de hoſtium medio potui liberare, inter utraſque acies Argivorum & Thebanorum. *Idem.*

733. *Fugam revocare.*] Sanguinis fluxum arte medicinæ reſtringere. *Idem.*

734. *Æthiona petam.*] Et hoc nomen Græcis, opinor, incognitum. nam *Echion* prima brevi. Scripti *Æthiona* vel *Actiona*. Lege: *Eetiona petam.* Ἠετίων Homero ſatis frequens. Et hoc vocabulo aliis Thebis aliter imperantem interfecit Achilles. *Gronov.*

735. *Caligine pectus.*] Ut magis timeat Hæmoni vulnerato, quam perituro filio Menœceo. *Lactant.*

739. *Agit æquore campi.*] Obſerva tu qui in ſtudiis tyro. Æquor Latinis ſcriptoribus, quidquid planum eſt: nec ſolum de mari, ſed etiam de terra, fluvio & cælo dici. Noſter lib. XII.

Jamque in pulverem furiis hortantibus æquor
Proſiliunt.

Lucretius III.

Volvitur & plani raptim petit æquora campi.

Cicero: *Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes.* Virgilius IV.

Virideſque ſecant placido æquore ſilvas.

Accius Atreo:

Sed quid tonitru turbida torvo
Concuſſa repente æquora cæli
Senſimus ſonere?

Papinius I.

Horrendos etenim latices Stygia æquora fratris.

Bernart.

740. *Nunc equitum cuneos.*] Ejicit. *Lactantius*

741. *Moderantum.*] Regentium equos. *Currus.*] Pro equis. *Idem.*

Idem altas turres ſaxis, & turbine crebro
Laxat, agit turmas idem, atque in ſanguine fumat.
Nunc ſpargit torquens volucri nova vulnera plumbo,
Nunc jaculum excuſſo rotat in ſublime lacerto,
Nullaque tectorum ſubit ad faſtigia, quæ non
Deferat haſta virum, perfuſaque cæde recurrat.
Nec jam aut Oeniden, aut Hippomedonta peremptos,
Aut vatem Pelopea phalanx, aut Arcada credunt,
Quin ſociûm coiiſſe animas, & corpore in uno
Stare omnes: ita cuncta replet. non ullius ætas,
Non cultus, non forma movet. pugnantibus idem;
Supplicibuſque furit. non quiſquam obſiſtere contra.
Non belli tentare vices. procul arma furentis,
Terribileſque jubas, & frontem caſſidis horrent.
At pius electa murorum in parte Menœceus,
Jam ſacer aſpectu ſolitoque auguſtior ore,
Ceu ſubito in terras ſupero demiſſus ab axe,
Conſtitit, exempta manifeſtus caſſide noſci,
Deſpexitque acies hominum, & clamore profundo
Convertit campum, juſſitque ſilentia bello.
Armorum ſuperi, tuque ô qui funere tanto
Indulges mihi, Phœbe, mori, date gaudia Thebis,
Quæ pepigi, & toto quæ ſanguine prodigus emi.
Ferte retro bellum, captæque impingite Lernæ

Relli-

743. *Laxat.*]Solvit. *Fumat.*] Anhelat. *Idem.*

747. *Deferat.*] Fundat.

749. *Pelopea phalanx.*] Omnis exercitus Achivorum. Sic *Pelopeia mœnia* univerſam Græciam Aſiæ oppoſitam notant Maroni, lib. 11.

Ultro Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam. ——

Notiſſima virtus & fortuna ejus Herois Provinciæ Pelopônneſo titulum dedit, quæ ſane fuit totius Græciæ nobiliſſima nec minima portio. *Barthius.*

751. *Ullius ætas.*] Nullius ætas aut virtus Capaneum poterat ab impetu virtutis ſuæ tardare. *Lactantius.*

754. *Vices.*]Alternos impetus. *Idem.*

757. *Auguſtior.*] Venerabilior. *Idem.*

759. *Exempta manifeſtus.*] Nudo capite cœpit magis agnoſci. *Idem.*

760. *Deſpexitque acies hominum.*] Quaſi ipſe jam deus, vitam pro gloria contempturus. *Idem.*

761. *Convertit campum.*] Ad orationem ſuam pugnantium ora vultuſque convertit. *Idem.*

765. *Ferte retro bellum.*] Retro agite hoſtes in fugam. *Captæque impingite Lernæ.*] Ut qui nunc victores ſunt Argivi, vincantur, & qui inſequuntur fugiant. *Idem.*

768. *Domos,*

Relliquias turpes, confixaque terga foventes
Inachus indecores pater averſetur alumnos.
At Tyriis templa, arva, domos, connubia, natos
Reddite morte mea. ſi vos placida hoſtia juvi,
Si non attonitis vatis conſulta recepi
Auribus, & Thebis nondum credentibus hauſi.
Hæc Amphioniis pro me perſolvite terris,
Ac mihi deceptum, precor, exorate parentem.
Sic ait, inſignemque animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem, mœſtamque teneri
Arripit, atque uno quæſitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc ſpargit turres & mœnia luſtrat.
Seque ſuper medias acies, nondum enſe remiſſo,
Jecit, & in ſævos cadere eſt conatus Achivos.
Aſt illum amplexæ Pietas, Virtuſque ferebant
Leniter ad terras corpus. jam ſpiritus olim
Ante Jovem, & ſummis apicem ſibi poſcit in aſtris.
Jamque intra muros nullo ſudore receptum
Gaudentes heroa ferunt. abſceſſerat ultro
Tantalidum venerata cohors. ſubit agmine longo
Colla inter juvenum, latiſque favoribus omni
Concinitur vulgo, Cadmum atque Amphiona ſupra
Conditor. hi ſertis, hi veris honore ſoluto
Accumulant artus, patriaque in ſede reponunt

Cor-

768. *Domos, connubia, &c.*] Paucis verbis omnem felicitatem indicavit. Deorum templa, id eſt, Religionem, patriam, agros, urbes, conjugia, ſobolem, conjunctim vovens proſperari. *Vet. Comment.* Ita in Carmine Seculari Horatius, primum omnia vota conjungit; Deinde per partes explicat, ut per faciles partus, per feracitatem & felicia connubia & ſic deinceps:

Alme ſol, curru nitido diem qui
Promis & celas, aliuſque & idem
Naſceris, poßis nihil urbe Roma
Viſere majus.

770. *Si non attonitis.*] Si non divinantis Tyreſiæ verba ſtupefactus accepi. *Attonitis.*] Timidis. *Attoniti* enim dicuntur, quos fragor tonitrui in unum locum defixit. quos Græci vocant * hoc eſt ſtupentes. *Lactant.*

773. *Exorate.*] Conſolamini. *Idem.*

775. *Dedignantem artus.*] Quippe qui jam cælum petebat. *Idem.*

787. *Concinitur.*] Collaudatur. ordo; concinitur vulgo, cum populus conditorem urbis ſuæ vocabat, & Cadmo atque Amphione meliorem dicebat. *Idem.*

788. *Veris honore ſoluto.*] Apertis roſis. *Idem.*

790. Lachry

Corpus adoratum. repetunt mox bella peractis
Laudibus: hic victa genitor lachrymabilis ira
Congemit, & tandem matri data flere poteſtas:
Luſtralemne feris ego te, puer inclyte, Thebis,
Devotumque caput, vilis ceu mater alebam?
Quod molita nefas? cui tantum inviſa deorum?
Non ego monſtrifero coitu revoluta notavi
Pignora, nec nato peperi funeſta nepotes.
Quid refert? habet ecce ſuos Jocaſta duceſque,
Regnanteſque videt. non ſæva piacula bello
Demus, ut alternis (placet hoc tibi fulminis auctor)
Oedipodioniꝫ mutent diademata fratres.
Quid ſuperos hominesve queror? tu ſæve Menœceu,
Tu miſeram ante omnes properaſti extinguere matrem,
Unde hic mortis amor? quæ ſacra inſania menti?
Quosve ego conceptus, aut quæ mala pignora fudi
Tam diverſa mihi? nimirum Martius anguis,
Quaque novis proavum tellus effloruit armis.
Hinc animi triſtes, nimiuſque in pectore Mavors,
Et de matre nihil, ſponte en ultroque peremptus
Irrumpis mœſtas fatis nolentibus umbras.
Aſt egomet Danaos Capaneaque tela verebar.
Hæc erat, hæc metuenda manus, ferrumque quod amens

Ipſa

791. *Lachrymabilis.*] Quia dolebat fraude deceptum à filio, & eum iratus nolebat flere. *Idem.*

793. *Luſtralem.*] Luſtrare civitatem humana hoſtia Gallicus mos eſt. nam aliquis de egentiſſimis pelliciebatur præmiis, ut ſe ad hoc venderet: qui anno toto publicis ſumptibus alebatur purioribus cibis, denique certo & ſolemni die, per totam civitatem ductus ex urbe, extra pomœria ſaxis occidebatur à populo. *Idem.*

796. *Coitu revoluta notavi.*] Quando filii coitus in matrem rediit. Ut ipſe alibi: *proprios monſtro revolutus in ortus.*

805. *Quæ mala pignora fudi.*] Optimi: *quæ male pignora fudi.* hoc eſt, infeliciter, magno malo & luctu meo. Ut Ovidio, *Dumque male optatos nondum premis inſcius axes.* Noſter: *& in tumulos ſi quid male facta reliquit Mater.* Gronov.

806. *Effloruit armis.*] Quia de ſerpente illo, cujus Cadmus ſeverat dentes, Creon Menœcei pater à ſerpentibus duxit originem; queritur ergo mater Menœcei, omnia illum à patre habuiſſe, & nihil de matre, & inde illum amore mortis abreptum. *Lactant.*

810. *Nolentibus fatis.*] Quia ante diem periiſti. *Idem.*

812. *Hæc manus.*] Tua ſcilicet quæ te occidit. *Idem.*

813. *Viden'.*]

Ipſa dedi. viden' ut jugulo conſumpſerit enſem?
Altius haud quiſquam Danaum mucrone ſubiſſet.
Diceret infelix etiamnum & cuncta repleret
Queſtibus. abducunt comites, famulæque peroſam
Solantes thalamoque tenent. ſedet eruta multo
Ungue genas. non illa diem, non verba precantum
Reſpicit, aut viſus flectit tellure relictos.
Jam vocis, jam mentis inops. ſic aſpera tigris
Fœtibus abreptis Scythico deſerta ſub antro
Accubat, & tepidi lambit veſtigia ſaxi.
Nuſquam ira: ſedit rabies, feritaſque, fameſque
Oris, eunt præter ſecura armenta, gregeſque.
Aſpicit illa jacens. ubi enim, quibus ubera paſcat,
Aut quos ingenti premat expectata rapina?
Hactenus arma, tubæ, ferrumque, & vulnera. ſed nunc
Cominus aſtrigeros Capaneus tollendus in axes.
Non mihi jam ſolito vatum de more canendum:
Major ab Aoniis ſumenda audacia lucis.
Mecum omnes audete deæ. ſive ille profunda
Miſſus nocte furor, Capaneaque ſigna ſecutæ
Arma Jovem contra Stygiæ rapuere ſorores,
Seu virtus egreſſa modum, ſeu gloria præceps,

Seu

813. *Viden'.*] Syllaba cum naturaliter longa ſit, tamen eam corripuit, ſecutus authoritatem Maronis dicentis:

Viden' ut geminæ ſtent vertice criſtæ.

Conſump erit enſem.] Quia totum pectore recepit ferrum. *Idem.*

814. *Haud quiſquam.*] Non tantum ab hoſte fuiſſet infixus gladius. *Idem.*

816. *Peroſam.*] Odio habentem conſulantes. *Idem.*

819. *Tellure relictos.*] Quia ſolam terram intuebantur. *Idem.*

822. *Saxi.*] Speluncæ, in qua filios edidit vel educabat. *Idem.*

824. *Præter.*] Juxta tigridem orbam. *Idem.*

825. *Ubi enim.*] Interrogative, quia nuſquam videbat filios, quibus alimoniam lactis pararet. *Idem.*

827. *Hactenus arma, tubæ.*] Jam de humanis pugnis dictum ſit. Reſtat nunc ut *Jovis* cum *Capaneo bellum* memoretur, ad quod opus putat non unius Muſarum, ſed omnium omnino ſuccurſu & inſpiratione. *Barthius.*

828. *Comminus.*] Mox inſequenti. *Tollendus.*] Carminibus altius efferendus. *Lactant.*

831. *Profunda.*] Inferna. *Idem.*

832. *Signa ſecutæ.*] Velut Capaneo militent. *Idem.*

833. *Arma Jovem.*] Invidioſe ſe contra Jovem Capaneus armavit, ut glorioſa morte periret. *Idem.*

835. *Seu*

Seu magna data fama neci, ſeu læta malorum
Principia, & blandæ ſuperum mortalibus iræ.
Jam ſordent terrena viro, tædetque profundæ
Cadis, & exhauſtis olim, Grajumque, ſuiſque
Miſſilibus, laſſa reſpexit in æthera dextra.
Ardua mox torvo metitur culmina viſu,
Innumeroſque gradus, gemina latus arbore cluſus
Aërium ſibi portat iter. longeque timendus
Multifidam quercum flagranti lumine vibrat.
Arma rubent una, clypeoque incenditur ignis.
Hac, ait, in Thebas, hac me jubet ardua virtus
Ire, Menœceo qua lubrica ſanguine turris.
Experiar, quid ſacra juvent, an falſus Apollo.
Dixit, & alterno captiva in mœnia greſſu
Surgit ovans. quales mediis in nubibus æther
Vidit Aloidas, cum creſceret impia tellus
Deſpectura deos, nec adhuc immane veniret
Pelion, & trepidum jam tangeret Oſſa Tonantem.
Tum vero attoniti fatorum in cardine ſummo
Ceu ſuprema lues urbem, facibuſque cruentis
Æquatura ſolo turres Bellona ſubiret,
Omnibus è tectis certatim ingentia ſaxa,

Robora-

835. *Seu læta malorum.*]Quando gaudemus arduas res & periculoſas inchoare, quarum nos poſtea pœnitet. *Idem.*

836. *Mortalibus iræ.*] Ludibrio habere Deos res humanas dicit, ut alii infiniti auctores, quoſque velint magnis malis afficere, iis ſucceſſibus rerum optabilibus prius illudere. *Vetus Schol.*

841. *Gemina latus.*] Admirabilis periphraſis ſcalarum. Pomponius ſane in Armorum judicio: *Tum præ ſe portant aſcendibilem ſemitam, quam ſcalam vocant.* Lactantius.

844. *Incenditur ignis.*] Nitore clypei repercuſſus ſplendidior fit. *Idem.*

847. *Quid ſacra juvent.*] Quid proſit Thebanis mors Menœcei ſacris inventa. *Idem.*

848. *Ex alterno.*]Mire deſcribit ſcalis aſcendentem. *Alterno greſſu*] Id eſt, modo dextro, modo ſiniſtro pede. *Idem.*

850. *Vidit Aloidas.*]Othus & Ephialtes Aloi filii, tantæ audaciæ fuere, ut montibus conſtructis cœlum expugnare niterentur: & icti fulmine, in tartara merſi ſunt. *Idem.*

853. *Cardine ſummo.*] Summo diſcrimine. *Vet. Scholiaſt.* Prodigioſa autem res, unius hominis metu, quem contra in acie ſæpe ſteterant tot millia hominum & quidem intra munimenta tantopere conſternari. *Cardo* ultima eſt imminens neceſſitas. Virgil. lib. 1.

— *Haud tanto ceſſabit cardine rerum.* Barthius.

858. *Spes*

Roboraque, & gravidas fundæ balearis habenas,
(Nam jaculis, cœloque vagis ſpes unde ſagittis?)
Verum avidi & tormenta rotant, & molibus urgent.
Ille nec ingeſtis, nec terga ſequentibus unquam
Detrahitur telis, vacuoque ſub aëre pendens
Plana velut terra certus veſtigia figat,
Tendit, & ingenti ſubit occurrente ruina.
Amnis ut incumbens longævi robora pontis
Aſſiduis oppugnat aquis. jam ſaxa fatiſcunt,
Emotæque trabes, tanto violentior ille
(Sævit enim majore ſalo) quaſſatque, trahitque
Molem ægram, nexus donec celer alveus omnes
Abſcidit, & curſu victor reſpirat aperto.
Utque petita diu celſus faſtigia ſupra
Eminuit, trepidamque adſurgens deſuper urbem
Vidit, & ingenti Thebas exterruit umbra,
Increpat attonitos: Humileſne Amphionis arces,
Pro pudor, hi faciles, carmenque imbelle ſecuti,
Et, mentita diu Thebarum fabula, muri?
Et quidnam egregium proſternere mœnia molli
Structa lyra? ſimul inſultant, greſſuque, manuque
Molibus obſtantes cuneos, tabulataque ſævus
Deſtruit. abſiliunt pontes, tectique trementis

Saxea

858. *Spes nulla ſagittis.*] Et meliores & plures: *ſpes unde ſagittis?* Nimirum interdum quo caremus cujuſve potiundi vel difficilis vel nulla copia eſt, de illo dicebant: *unde illa res mihi?* &, *unde illam rem mihi?* & *unde illud?* Quod genus propemodum ſepultum aut tranſmiſſum primi revocavimus in uſum in Diatribe, plurimaque eodem congeſſimus, ſi ſecundam editionem dabitur parare. Nam quis ſperet jaculis aut ſagittis muros poſſe defendi? Noſter lib. 6. *unde ego bella tibi Thebaſque ignara timerem?* id eſt, nec enim timebam bello aut à Thebis tibi noceri poſſe, lib. 7. *timent thyrſos nuptarum & prælia matrum. Unde tubas Martemque pati?* Gronov.

867. *Sævit enim.*] Duo membranacei veteres libri non agnoſcunt hunc verſum. Agnoſcit optimus & optime quidem. Non enim poteſt commode abeſſe, & eſt eruditior, quam pro infititio. *Salum* omnis vis aquarum. Virgil. Æneid. lib. 1.

Perque undas, ſuperante ſalo, perque invia ſaxa.
Diſpulit —

Barthius.

874. *Carmenque imbelle ſecuti.*] Quia Amphione cantante fuiſſe dicuntur constructæ. *Lactant.*

879. *Abſiliunt.*] Diſſolvuntur. *Idem.*

880. *Saxea*

Saxea frena labant, diſſeptoque aggere rurſus
Utitur, & truncas rupes in templa, domoſque
Præcipitat, frangitque ſuis jam mœnibus urbem,
Jamque Jovem circa ſtadiis diverſa fremebant
Argolici, Tyriique dei. pater æquus utriſque
Aſpicit ingentes ardentum cominus iras,
Seque obſtare videt. gemit inſervante noverca
Liber, & obliquo reſpectans lumine patrem:
Nunc ubi ſæva manus, meaque heu cunabula flammæ,
Fulmen, io ubi fulmen? ait. gemit auctor Apollo,
Quas dedit ipſe domos, Lernam, Thebaſque rependit.
Mœſtus, & intento dubitat Tirynthius arcu.
Maternos plangit volucer Danaëius Argos.
Flet Venus Harmoniæ populos: metuenſque mariti
Stat procul, & tacita Gradivum reſpicit ira.
Increpat Aonios audax Tritonia divos.
Junonem tacitam furibunda ſilentia torquent.
Non tamen hæc turbant pacem Jovis. ecce quierant
Jurgia, cum mediis Capaneus auditus in aſtris,
Nullane pro trepidis, clamabat, numina Thebis
Statis? ubi infandæ ſegnes telluris alumni
Bacchus, & Alcides? piget inſtigare minores.

Tu

880. *Saxea frena.*] Compages quadratorum, quæ conſtringunt, & continent ædificationem. *Idem.*

886. *Inſervante.*] Cuſtodiente Junone, ne quid pro Thebis diceret Liber. *Gemit infeſtante noverca.*] Ora optimi: vel *inſervante*. Et videtur in ſuis inveniſſe Lindenbrogius, qui ſic edidit: placetque ut ſit, ſollicitis & trucibus eum oculis denotante, adſpiciente. Verbum alioqui proprium Statii. Lib. 6. *piget inſervare; peritque Venturi promiſſa fides.* Lib. 8. *dedit inſervare volucres.* Hoc & Lactantius habuit, & vetuſta quædam editio pridem occupavit. *Gronov.*

887. *Obliquo.*] Non ea parte aſpiciens, propter Junonem, ſive quaſi iratus Jovi. *Lactantius.*

188. *Cunabula flammæ.*] Ubi ſunt mea cunabula. *Idem.*

188. *Auctor Apollo.*] Quia Apollinis oraculum Cadmus ſecutus ædificavit Thebas. *Idem.*

891. *Dubitat Tirynthius.*] Ideo inducit Herculis dubium favorem, quia & ab Argivis, & à Thebanis ducebat originem, ab Argivis, propter patrem à Perſeo venientem. nam Perſeus Danaës filius; ejus filia Gorgophone. Gorgophones Electrion. Electrionis Amphitryo. Amphitryonis Hercules. A Thebanis vero propter uxorem Megaram, Creontis filiam, de qua ſuſcepit Oxeam & Creontiadem: quas furore correptus occidit. *Idem.*

895. *Tritonia.*]

Tu potius venias, (quis enim concurrere nobis
Dignior?) en cineres Semeleaque buſta tenentur.
Nunc age, nunc totis in me connitere flammis
Juppiter. an pavidas tonitru turbare puellas
Fortior? & ſoceri thalamos exſcindere Cadmi?
Ingemuit dictis ſuperûm dolor. ipſe furentem
Riſit, & incuſſa ſanctarum mole comarum,
Quanam ſpes hominum tumidæ poſt prælia Phlegræ?
Tune etiam feriendus? ait, premit undique lentum
Turba Deûm frendens, & tela ultricia poſcit.
Nec jam audet fatis turbata obſiſtere conjux.
Ipſa dato nondum cœleſtis regia ſigno
Sponte tonat, coëunt ipſæ ſine flamine nubes,
Accurruntque imbres, Stygias rupiſſe catenas
Japetum, aut victam ſupera ad convexa levari
Inarimen, Ætnamve putes. pudet iſta timere
Cælicolas. ſed cum in media vertigine mundi
Stare virum, inſanaſque vident depoſcere pugnas,
Mirantur taciti, & dubio pro fulmine pendent.
Cœperat Ogygiæ ſupra faſtigia turris
Arcanum mugire polus, cœlumque tenebris
Auferri: tenet ille tamen, quas non videt arces,
Fulguraque attritis quoties micuere procellis,
His, ait, in Thebas, his jam decet ignibus uti,
Hinc renovare facem, laſſamque accendere quercum.
Talia dicentem toto Jove fulmen adactum

Cor-

895. *Tritonia.*] Hæc etiam Argivis favet. de Junone autem nemo dubitet, quam Homerus Argivam nominat. Bene ergo *tacita*; ubique Juno tacens deſcribitur, unde ei oratio neceſſitate datur. Unde Virg. *quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?* Idem.

897. *Non tamen hæc turbant pacem. Jovis ecce quierant Jurgia.*] Levicula interpunctione illuſtro ſententiam quæ in denſa nocte: *Non tamen hæc turbant pacem Jovis. ecce, &c.* Bern. *Pacem Iovis.*] Ocium, quo iracundia carebat. *Lact.*

920. *Pro fulmine pendent.*] Deſperatione fulminis ſolliciti ſunt, id eſt, riment ne non valeat fulmen perimere Capaneum. *Idem.*

926. *Renovare faces.*] A te mihi ſuppeditandi ſunt ignes, unde meam quercum accendere & Thebas exurere poſſim. *Vet. Comment.*

928. *Fugere*

Corripuit. prima fugere in nubila criſtæ,
Et clypei niger umbo cadit. jamque omnia lucent
Membra viri. cedunt acies, & terror utrinque
Quo ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.
Intra ſe ſtridere facem, galeamque, comaſque
Quærit, & urentem thoraca repellere dextra
Conatus, ferri cinerem ſub pectore tractat.
Stat tamen, extremumque in ſidera verſus anhelat,
Pectoraque inviſis obicit fumantia muris
Ne caderet. ſed membra virum terrena relinquunt,
Exuiturque animus. paulum ſi tardius artus
Ceſſiſſent, potuit fulmen meruiſſe ſecundum.

928. *Fugere in nubila.*] Ex Euripedis modo aſſcriptis *comis* decenter *criſtas* fecit Papinius. Nec illud ἐσφενδονᾶτο melius teddere poterat, lib.v. vſ.587. De eodem:

— *Moti tamen aura cucurrit*
Fulminis, & ſummas libavit vertice criſtas. Barthius.

930. *Cedunt acies.*] Thebanæ Argivæque. *Lactantius.*

936. *Fumantia muris.*] Ut eos corporis ſui igni ſuccenderet. *Idem.*

937. *Sed membra virum.*] Sed pro *niſi.* Idem.

938. *Exuiturque animus.*] Mire *exuitur* dixit, quia anima exuitur corpore: ideo metaphoram à veſtibus poſuit. *Paulum ſi tardius.*] Nonnulli libri inſerunt exclamationem *O ſi*, quod annotatum de ſuis etiam Bernartio. Optimus noſter nihil mutat, neque eſt cur quicquam novandum arbitremur. *Locum* ubi ictu fulminis periit Capaneus adnotavit Pauſanias lib. IX. Via nim. à Platæa ad Eleatridem portam ducente, ſecutus Æſchylum, qui ibi ab eo pugnatum dicit. Fabulati ſunt de *mortuo* alii, vivis redditum, memorante Apollod. l. III. Quod jam ante nobis indicatum exiſtimo. *Barthius.*

639. *Ceſſiſſent fulmini.*] Hoc eſt conſumpti fuiſſent. *Lactant.*

P. PA-

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER UNDECIMUS.

Poſtquam magnanimus furias virtutis iniquæ
Conſumpſit Capaneus, expiravitque receptum
Fulmen, & ad terras longe comitata cadentem
Signavit muros ultricis ſemita flammæ:
Componit dextra victor concuſſa plagarum
Juppiter, & vultu cœlumque, diemque reducit.
Gratantur ſuperi. Phlegræ ceu feſſus anhelet
Prælia, & Encelado fumantem impreſſerit Ætnam.
Ille jacet laceræ complexus fragmina turris,
Torvus adhuc viſu, memorandaque facta relinquens
Gentibus, atque ipſi non illaudata Tonanti.
Quantus Apollineæ temerator matris Averno
Tenditur, ipſæ horrent ſi quando pectore ab alto
Emergunt volucres, immenſaque membra jacentis
Spectant, dum miseræ creſcunt in pabula fibræ.
Sic gravat injectus terras, hoſtiliaque urit
Arva, & anhelantem cœleſti ſulfure campum.
Reſpirant Thebæ, templiſque tacentia ſurgunt

Agni-

1. *Expiravitque receptum, &c.*] Una cum anima. Indicant hæc corpus Capanei incombuſtum permanſiſſe, quod infra mox clare dicit:

Ille jacet laceræ complexus fragmina turris

Torvus adhuc viſu ——

Quod concordat Phyſicorum nonnullorum traditis, Fulminis ignem nullum corpus conſumere. Vide Minutium Felicem Octavio. *Barthius.*

4. *Signavit muros.*] Excuſſit. *Lactant.*

5. *Fragmina turris.*] Quæ cum ipſo eſt fulminata. *Idem.*

10. *Memoranda facta.*] Quod à Jove meruit fulminari. *Idem.*

11. *Non illaudata Tonanti.*] Ad exaggerationem virtutis Capanei dixit, ejus morte etiam Jovem ſeſe potuiſſe jactare. *Idem.*

12. *Temerator matris.*] Tityon Latonæ concubitum violenter affectans, Apollinis eſt peremptus ſagittis, & à Jove apud inferos perpetua pœna damnatus. *Idem.*

14. *Volucres.*] Secundum Homerum qui dicit, viſcera Tityonis gemino vulture exedi, non uno, ut Virg. dicit. *Idem.*

21. *Al*

Agmina. jam finis votis, finiſque ſupremis
Planctibus, & natos auſæ deponere matres.
At vaga palantes campo fuga volvit Achivos.
Nec jam aut hoſtiles turmæ, aut ferrum mortale timetur,
Omnibus ante oculos iræ Iovis, omnibus ardent
Arma metu, galeæque tonant, viſuſque paventes
Ipſe ſequi, & profugis opponere Juppiter ignes.
Inſtat Agenoreus miles, cœlique tumultu
Utitur, indomitos ut cum Maſſylla per arva
Armenti reges magno Leo fregit hiatu,
Et contentus abit: rauci tunc cominus urſi,
Tunc avidi venere lupi, rabieque remiſſa
Lambunt degeneres alienæ vulnera prædæ.
Hinc premit Eurymedon, cui ruſticus horror in armis,
Ruſtica tela manu, patriumque agitare tumultum.
Pan illi genitor: tener hinc conatibus annos
Egreditur, juvenemque patrem puer æquat Alatreus.
Fœlices ambo: ſed fortunatior ille,
Quem genuiſſe juvat, nec jam dinoſcere promptum,
Quæ magis arma ſonent, quo plus eat haſta lacerto.
Arctatur denſo fugientum examine vallum.

Quæ

21. *At vaga palantes.*] Hanc lectionem ſcripti libri & editio princeps approbant, ſententia flagitat. Vulg. *aut vaga.* Bernart.

24. *Galeæque tonant.*] Velut tonitru inſonant. *Lactantius.*

26. *Cœlique tumultu utitur.*] Jovis fulmine audaciam dimicandi plebs Thebana conceperat. *Idem.*

27. *Maſſylla per arva.*] Terras Africæ. *Idem.*

29. *Rauci tunc cominus urſi.*] Ut ingenuè loquar, non ſatis percipio cur raucedinem urſis tribuat. Fuit cùm divinarem legendum, *ravi tunc cominus urſi*, à colore deducto epitheto. Sed adhuc delibero. *Bernart.*

30. *Tunc avidi venere lupi.*] Optimi duo libri nec volam nec veſtigium hujus verſus agnoſcunt. Optime omnino. Aſſutus eſt ex Ovidianis modo poſitis ab homine talibus intrudendis infeſto huic ſcriptori, ut jam ſemel deprehenſum eſt. Quorſum pertinere dicas illud? *rabieque remiſſa, &c.* Barthius.

8. *Hinc premit Eurymedon.*] Ex parte altera Eurymedon dux Thebanorum premebat, cujus in catalogo fecerat mentionem, *proximus Eurymedon qui paſtoralia Fauni Arma patris.* Lactant.

35. *Juvenemque patrem.*] E diverſo dicit Pythonem cum Adelphilo bellum movere, pari pœne ætate pollentes: & iſtorum meminit in catalogo. *pater eſt natuſque ſed ævi Confudere modos.* Idem.

39. *Ex agmine vallum.*] Licet libri nihil mutent, tamen magis γνήσιον, me judice, *examine vallum.* Bernart.

43. *Alternis*

Quas volvis, Gradive, vices? modo mœnia Cadmi
Scandebant, ſua nunc defendunt tecta Pelaſgi.
Ceu redeunt nubes, ceu circumflantibus Auſtris
Alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nunc obruit æſtus arenas,
Procumbit late pubes Tirynthia, alumni
Exuvias imitata dei. trux mœret ab alto
Amphitryoniades Nemeæa in ſanguine terga,
Et ſimiles ramos, ſimileſque videre pharetras.
Stabat in Argolicæ ferrato margine turris
Egregius lituo dextri Mavortis Enipeus
Hortator, ſed tunc miſeris dabat utile ſignum,
Suadebatque fugam, & tutos in caſtra receptus:
Cum ſubitum obliquo deſcendit ab aëre vulnus,
Urgentiſque ſonum leva manus aure retenta eſt,
Sicut erat: fugit in vacuas jam ſpiritus auras,
Jam gelida ora tacent, carmen tuba ſola peregit.
Jamque pôtens ſcelerum, geminaque exercita gentis
Sanguine, Tiſiphone fraternâ cludêre quærit

Bella

43. *Alternis procumbit.*] Male obtemperatum Bernartio ſic reponenti, cum omnis manus ſcriptorum: *Alternus procumbit ager.* Quaſi quicquam frequentius quam hoc adjectivum pro adverbio poni. Ut lib. 5. *Alternaque pectora mutant.* Quid hoc aliud quam alternatim vel alternis. Lib. 6. *Et jam alterna manus frontemque humeroſque &c. laceſſit.* Hoc ipſo libro: *quid alternos vultus pallorque ruborque Mutat?* Sic & libro præcedente ✠ſ. 796. *ut alterni (placet hoc tibi fulminis auctor!) Oedipodionii mutent diademata fratres.* Sic ſcripti. Vulgo, *alternis.* Gron.

45. *Pubes Tirynthia.*] Juvenes dicit qui cum Agyleo fuerant, Herculis filio, qui ſtipitibus & ſagittis dimicabant, non gladiis: ut in catalogo:

— *flavent capiti tergoque leonum*
Exuviæ, gentilis honos, ac pineus armat
Stipes, inexhauſtis artantur tela pharetris. Lactant.

46. *Exuvias imitata dei.*] Suſpecta hæc mendi dudum habui: ſed idem liber ſcriptus deduxit me ad veri latebras, præfert enim: *imitata tui*, lego, *imitata ſui.* Bernart.

47. *Nemeæ in ſanguine terga.*] Vel invitis omnibus libris ſcribe: *Nemeæa.* hoc eſt, vacuæ leonum pelles. Lib. 4. de iiſdem: *flavent capiti tergoque leonum Exuviæ.* Et ideo hic: *pubes Tirynthia alumni Exuvias imitata dei.* Quæ fruſtra dudum ſuſpecta mendi Bernartius habuit, & putat ſe rem magnam præſtitiſſe ſubſtituto, *ſui.* Nam ipſe lib. 8. *dulces Superos atque omne ex ordine alumnum Numen ubique ſacri reſonant Pæanes.* Gronov.

50. *Enypeus.*] Hic tuba Thebanos in bellum excitare ſolebat, ſed tum amens fugam civibus ſuadebat. *Lactant.*

56. *Tuba ſola peregit.*] Ennius:

Cumque caput caderet carmen tuba ſola peregit,
Et pereunte viro raucum ſonus ære cucurrit. Idem.

Bella tubâ. nec ſe tanta in certamina retur
Sufficere, inferna comitem ni ſede Megaram,
Et conſanguineos in prælia ſuſcitet angues.
Ergo procul vacua conſedit valle, ſolumque
Enſe fodit Stygio, terraque immurmurat abſens
Nomen, &, Elyſiis ſignum indubitabile regnis,
Crinalem attollit longo ſtridore ceraſten.
Cærulea dux ille comæ, quo protinus omnis
Horruit audito tellus, pontuſque, poluſque,
Et pater Ætnæos iterum proſpexit ad ignes.
Accipit illa ſonum, ſtabat tunc forte parenti
Proxima, dum cætu Capaneus laudatur ab omni
Ditis, & inſignem Stygiis fovet amnibus umbram.
Protinus abrupta terrarum mole ſub aſtris
Conſtitit, exultant manes, quantumque profundæ
Rareſcunt tenebræ, tantum de luce receſſit.
Excipit atra ſoror, dextraque innexa profatur:
Hac germana tenus Stygii metuenda parentis
Imperia, & juſſos potui tolerare furores
Sola ſuper terras, hoſtilique obvia mundo,
Dum vos Elyſium & faciles compeſcitis umbras.
Nec pretium deforme moræ, caſſique labores:
Hoc quodcunque madent campi, quod ſanguine fumant
Stagna, quod innumero Lethæa examine gaudet
Ripa, meæ vires, meæ læta inſignia. ſed quid

Hæc

62. *Vacua valle.*] Ab humano cultu. In deſerta veſtigiis omnibus valle. *Vet. Schol.* Peragentem inducit ſacra infernalia, educendæ Megæræ, qualia ſolita poëtis aſſcribi Manium Elicitoribus Tiſiphonem. *Barth.*

63. *Abſens.*] Pro abſentis. *Lactant.*

65. *Attollit.*] Erigit. *Idem.*

68. *Et pater Ætnæos iterum.*] Bene *iterum*, quia paulo ante fulminaverat Capaneum, nunc iterum adverſus Furiam fulmen requirit. *Idem.*

74. *Rareſcunt tenebræ.*] Furiæ, inquit, abſceſſu tantum inferis lucis acceſſit, quantum adventu ejus dies ſplendoris amiſit. *Idem.*

75. *Dextræque innixa.*] Scribendum *innexa*, hoc eſt manum manui implicans, Bernartianis, Noſtris, Lindenbrogii codicibus ſic volentibus. *Barthius.*

76. *Hac germana tenus.*] Supra iraſcentis Diris verba ad Furiam hæc fuerant: *ſed quid ego hac ira caras ulciſcere ſedes Tiſiphone.* Lact.

80. *Nec precium.*] Nec operæ precium fuit diu manſiſſe apud ſuperos tantis factis ſtragibus. *Idem.*

84. *Hæc*

Hæc ego? Mars habeat, vulgataque jactet Enyo.
Vidiſtis (Stygiis certe manifeſtus in umbris)
Sanguine fœdatum rictus, atroque madentem
Ora ducem tabo. miſerum inſatiabilis edit
Me tradente caput. modo nempe horrendus ab aſtris
Deſcendit vos uſque fragor. mea ſacra premebat
Tempeſtas, ego mixta viri furialibus armis
Bella deûm, & magnas ridebam fulminis iras.
Sed jam (effabor enim) longo ſudore fatiſcunt
Corda ſoror, tardæque manus. hebet infera cœlo
Taxus; & inſuetos angues nimia aſtra ſoporant.
Tu cui totus adhuc furor, exultantque recentes
Cocyti de fonte comæ, da jungere vires.
Non ſolitas acies, nec Martia bella paramus,
Sed fratrum (licet alma fides, pietaſque repugnent,
Vincentur) fratrum ſtringendi cominus enſes.
Grande opus. ipſæ odiis, ipſæ diſcordibus armis
Aptemur. quid lenta venis? agedum elige cujus
Signa feras: ambo faciles, noſtrique, ſed anceps
Vulgus, & adfatus matris, blandamque precatu
Antigonen timeo, paulum ne noſtra retardet
Conſilia. ipſe etiam, qui nos laſſare precando
Suetus, & ultrices oculorum expoſcere diras,
Jam pater eſt. cœtu fertur jam ſolus ab omni
Flere ſibi. Atque adeo moror ipſa irrumpere Thebas,
Aſſuetumque larem, tibi pareat impius exul,

Argo-

84. *Hæc ego.*] Quæ hactenus facta ſunt ſibi Mars cum Bellona vindicat, nunc ego ad ſingulare impellam. *Idem.*

85. *Manifeſtus in umbris.*] Quia ſimilitudo geſtorum apud inferos extitit. *Idem.*

88. *Horrendus ab aſtris.*] Capaneum quoque, ſed modice fuiſſe ſe dicit audacem. *Idem.*

91. *Bella deum.*] Aut Martis & Bellonæ, aut Apollinis & Minervæ. *Idem.*

92. *Fatiſcunt.*] Laſſantur. *Idem.*

94. *Taxus.*] Quia Furiæ de taxo arbore dicuntur faces habere. *Idem.*

97. *Martia.*] Qualia Mars ſolet efficere. *Idem.*

107. *Jam pater eſt.*] Hoc eſt jam cœpit Oedipus circa filios meliora vota habere, & patris circa juvenes affectum tenere. *Idem.*

109. *Aſſuetumque larem.*] Diuturno jam tempore habitatum, ex quo nimirum Laium occiderat, & matrem duxerat, Furiæ habitabant domum Oedipi. *Vet. Commentator.*

 120. *Inceſta-*

Argolicumque impelle nefas, neu mitis Adraſtus
Prævaleat, plebeſque, cave, Lernæa moretur.
Vade, & in alternas inimica revertere pugnas.
Talia partitæ diverſum abiere ſorores.
Ut Notus, & Boreas, gemino de cardine mundi,
Hic nive Rhiphæa, Libycis hic paſtus arenis,
Bella cient. clamant amnes, freta, nubila, ſilvæ;
Jamque patent ſtrages. plangunt ſua damna coloni,
Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas.
Illas ut ſummo vidit pater altus Olympo
Inceſtare diem, trepidumque Hyperionis orbem
Suffundi maculis, torvo ſic incboat ore:
Vidimus armiferos, quo fas erat uſque, furores,
Cœlicolæ, licitaſque acies, etſi impia bella
Unus init, auſuſque mea procumbere dextra.
Nunc par infandum, miſeriſque incognita terris
Pugna ſubeſt. auferte oculos. abſentibus auſint
Iſta deis, lateantque Jovem. ſat funera menſæ
Tantaleæ, & ſontes vidiſſe Lycaonis aras,
Et feſtina polo ducentes aſtra Mycenas.
Nunc etiam turbanda dies. mala nubila tellus
Accipe, ſecedantque poli, ſtat parcere mundo,

Cœli-

120. *Inceſtare diem.*] Inquinare, impuram facere. Idem Maro:
—— totamque inceſtat funere claſſem.
Pariſſime de Dite Claudian. lib. II. Rapt. vſ. 217.
—— tua cur ſede relicta
Audes tartareis cœlum inceſtare quadrigis.
Superorum res inceſtari aſpectu infernalium multis habent Tragœdiæ in fabulis Herculis. *Barth.*

124. *Dignuſque mea procumbere dextra.*] Variant libri: & plures quidem: *auſuſque meam contemnere dextram*: ſed meliores: *auſuſque mea procumbere dextra.* Quod verum cenſeo, & prægnantius ſenſu quam verbis: ut ſit, auſus mereri, ut procumberet mea dextra. *Gronov.*

127. *Sat funera menſæ.*] Dicit Juppiter adhuc ſibi Tantali horrere convivio, in quo Pelopem prædictus pater numinibus appoſuit epulandum. *Lact.*

128. *Lycaonis aras.*] Lycaon rex Arcadiæ Jovem ſuſcepit hoſpitio, cumque vellet explorare an numen Juppiter eſſet quem in domo ſuſceperat, humanas ei carnes appoſuit. quod cum Juppiter agnoviſſet, domum ejus incendit, ipſumque mutavit in lupum, unde Græce λύκος dicitur lupus. *Idem.*

129. *Aſtra Mycenas.*] Quia Atreo & Thyeſte parricidis epulantibus, refugo ſole nox feſtina prævenit. Aſtra vero pro nocte poſuit. *Idem.*

131. *Stat parcere cœlo.*] Behotius notat è ſuis, *ſoli*: & ſic Britannicus. Sed optimus

Cælitibuſque meis. ſaltem ne virginis almæ
Sidera, Ledæi videant neu talia fratres.
Sic pater omnipotens; viſuſque nocentibus arvis
Abſtulit, & dulci terræ caruere ſereno.
Jamque per Argolicas Erebo ſata virgo cohortes
Veſtigat Polynicis iter, portiſque ſub ipſis
Invenit, incertum leto tot iniqua fugane
Exeat; & dubios turbabant omina ſenſus.
Viderat, obſcura vallum dum nocte pererrat
Æger conſilii, curiſque noviſſima volvens,
Conjugis Argiæ lacera cum lampade mœſtam
Effigiem. (ſunt monſtra deûm, ſic ire parabat,
Has latura viro tedas erat) ergo roganti,
Quæ via, quiſve dolor, cur mœſta inſignia? tantum
Fleverat; atque manu timidos averterat ignes.
Scit mentem vidiſſe nefas. etenim unde Mycenis
Adforet, & vallum conjux inopina ſubiret?
Sed fati monitus, vicinaque funera ſentit,
Ac ſentire timet. cum vero Acherontis operti
Diva ter admoto tetigit thoraca flagello,

Ardet

optimus Berneg. adſcriptum habet: vel *mundo*. Quod maxime placet. Neque enim Statius minus quam alii veteres *mundum* pro cœlo uſurpat. Lib. 3. Amphiaraus: *immenſi fruitur caligine mundi.* Gronov.

137. *Veſtigat.*] Intentis oculis obſervat & inquirit. *Vetus Scholiaſtes.* Et Virgil. lib. VI.

Ergo alte veſtiga oculis. ——

Servius: *require omni intentione.* Ita *in umbra veſtigare* omnem animi intentionem, etiam demto viſu deſignat Valerio Flacco lib. 2. ℣ſ. 116.

—— *famamque vagam veſtigat in umbra.*

Barthius.

139. *Exeat.*] Declinet. *Dubios turbabant.*] Terent.

Dum in dubio eſt animus paulo momento huc illuc impellitur. Lactant.

141. *Æger conſilii.*] Triſtia cogitans, ſive conſilio imbellis. *Idem.*

143. *Monſtra deum.*] Infelicia monſtra Deum, id eſt, non deſunt prodigia futurorum. *Sic ire parabat.*] Non ſic parabat viro ſuo occurrere quo nunc ſcilicet corpus ejus quæſitura eſt. *Idem.*

144. *Viro tædas.*] Non putat his ſe tædis ad rogum viri eſſe venturam. *Id.*

145. *Cur mœſta inſignia tantum fleverat.*] Ænigma hoc, ſolvam tamen etſi non ſim Oedipus: Interpunge: *cur mœſta inſignia? tantum fleverat.* Bern.

150. *Acherontis operti.*] Obſcuri, tenebroſi. Nemo enim certe ſcire poteſt, quid ſit poſt mortem futurum diſceptantibus & ſemper incertis Philoſophis. *Vet. Schol.*

151. *Diva ter admoto.*] Cum iteravit eum percutere Furia incipit amare mortem per fratricidium ardens amore ſceleris, ut interficiat fratrem. *V. Schol.*

Ardet inops animi, nec tam conſidere regno,
Quam ſcelus, & cædem, & perfoſſi in ſanguine fratris
Expirare cupit, ſubituſque adfatur Adraſtum.
Sera quidem, extremus ſocium, gentiſque ſuperſtes
Argolicæ, conſulta, pater, jam rebus in arctis
Aggredior: tunc tempus erat, cum ſanguis Achivum
Integer, ire ultro, primamque capeſſere pugnam.
Non plebis Danaæ florem, regumque verendas
Objectare animas, ut lamentabile tantis
Urbibus induerem capiti decus: aſpera quando
Præcepit virtus; nunc ſaltem exolvere fas ſit,
Quæ merui, ſcis namque ſocer; licet alta recondas
Vulnera, & adflictum generi vereare pudorem.
Ille ego ſum, qui te pacem, & pia jura regentem
Infelix (utinamque aliis datus urbibus hoſpes)
Extortem patria, regnoque. ſed exige tandem
Supplicia, fratrem ſuprema in bella (quid horres?
Decretum eſt, fixumque) voco. deſiſte morari:
Nec poteris, non ſi atra parens, miſeræque ſorores
In media arma cadant; non ſi ipſe ad bella ruenti
Obſtet, & extinctos galeæ pater ingerat orbes,
Deficiam. an ne bibam ſupereſt quodcunque cruoris
Inachii? & veſtris etiamnum mortibus utar?
Vidi egomet propter ruptos telluris hiatus,
Nec ſubii: vidi exanimum, fecique nocentem
Tydea: me Tegee regem indefeſſa repoſcit,
Orbaque Parrhaſiis ululat mihi mater in antris.

Ipſe

163. *Quæ merui (ſcis nempe ſocer,) licet alta recondas. Vulnera, & afflictum generi vereare pudorem. Ille ego ſum.*] Vitioſiſſima interpunctio, tu diſtingue;
— *nunc ſaltem exolvere fas ſit*
Quæ merui. ſcis nempe ſocer, licet alta recondas
Vulnera & afflictum generi vereare pudorem. Bernart.

167. *Patria regnoque.*] Extra fines patrios te coëgi bella ſuſcipere. *Lactantius.*

175. *Vidi ego me propter.*] Optimi: *Vidi egomet propter.* Et ſcholion, *juxta.* Quod merito probamus vel ob Terentianum: *interdum propter dormiet.* Gronovius.

178. *Ululat mihi.*] Quia mea cauſa amiſit filium Parthenopæum. *V. Schol. Mihi*, in me, mea cauſa. Claudian. IV. Conſ.

Ipſe nec Iſmeni ripas, dum ſtagna cruentat
Hippomedon, Tyrias potui nec ſcandere turres,
Dum tonat, & tecum, Capaneu, miſcere furores?
Quis tantus pro luce timor? ſed digna rependam,
Conveniant ubicunque nurus, matreſque Pelaſgæ,
Longævique patres, quorum tot gaudia carpſi,
Orbavique domos. fratri concurro: quid ultra eſt?
Spectent, & votis victorem Etheoclea poſcant.
Jamque vale conjux, dulceſque valete Mycenæ.
At tu care ſocer (nec enim omnis culpa malorum
Me penes, & ſuperi mecum, Parcæque nocentes)
Sis lenis cineri, meque hæc poſt prælia raptum
Alitibus, fratrique tegas, urnaque reportes.
Hoc tantum, & natæ melius connubia jungas.
Ibant in lachrymas, veluti cum vere reverſo
Biſtoniæ tepuere nives, ſummittitur ingens
Hæmus, & anguſtos Rhodope deſcendit in amnes.
Cœperat & leni ſenior mulcere furentem
Alloquio. ſcidit orſa novo terrore cruenta
Eumenis, alipedemque citum, fatаliaque arma,
Protinus Inachii vultus expreſſa Perinthi
Obtulit, ac fidas excluſit caſſide voces.
Ac ſuper hæc: Abrumpe moras: celeremus, & illum
Adventare ferunt portis. ſic omnia vicit,

Cor-

Conſ. Hon.
—— *tibi mille ruebant*
Per fluvium, plenæ cuneis immanibus, alni.
Scilicet tuæ gloriæ cauſa, ut tu eas ſuperares. *Barth.*

191. *Neges urnaque reponas.*] In ſcriptis undecim reperi: *Alitibus fratrique tegas urnamque reportes.* Et invenerunt in ſuis alii. Quam conſpirationem, qui ſpernere auſim? *Alitibus fratrique tegere* eſt ab alitibus & fratre defendere, ab illorum injuria prohibere. Et *tegere* alioqui verbum funebre. Virgil. lib. 6. *Oſſaque lecta cado texit Corinæus aheno.* Nec minus exquiſitum, *me reportes urnam*, hoc eſt, meos cineres reliquiaſque in urna, per metonymiam continentis: cum ero quod digitis quinque levatur onus. Martialis. 9, 79. *Abſentemque patri rettulit urna rogum.* Lib. 8. Thebaid. *nec attonito ſaltem cinis ibo parenti.* Gronov.

194. *Summittitur.*] Solutis nivibus minuitur. *Lactant.*

200. *Fidas*] Caſſide caput Polynicis obduxit Furia Tiſiphone, ne fideles admonitiones Adraſti poſſet exaudire. *V. S.*

202. *Sic omnia vicit.*] Quæcunque moram faciebant exire. *Lactant.*

 203. *Injecit*

Correptumque injecit equo. volat æquore aperto
Pallidus, inſtantemque deæ circumſpicit umbram.
Sacra Iovi merito Tyrius pro fulmine ductor
Nequicquam Danaos ratus exarmaſſe ferebat.
Nec pater æthereus, divumque has ullus ad aras,
Sed mala Tiſiphone trepidis inſerta miniſtris
Aſtat, & inferno prævertit vota Tonanti.
Summe deûm, tibi namque meæ primordia Thebæ,
(Liveat infandum licet Argos, & aſpera Iuno)
Debent, Sidonios ex quo per littora raptor
Turbaſti thyaſos, dignatus virgine noſtra
Terga premi, & placidas falſum mugire per undas!
Nec te vana fides, iterum Cadmeia adeptum
Connubia, & Tyrios nimium irrupiſſe penates.
Tandem, inquam, ſoceros, dilectaque mœnia gratus
Reſpicis, adſertorque tonas. ceu regia cœli
Attentata tui, ſic te pro turribus altis
Vidimus urgentem nubes, lateque benignum
Fulmen, & auditos proavis agnovimus ignes:
Accipe nunc pecudes, & magni thuris acervos,

Voti-

203. *Injecit equo.*] Invitum & ignorantem ſemetipſum raptat. *V. Schol.* Ita infra de adveniento Eteocle ✝ſ.388.

—— *ſubito cum matre repulſa*
Eumenis ejecit fractis Eteoclea portis.

Barth.

209. *Inferno prævertit vota Tonanti.*] Propinat ex ſcripto Bernartius, *pervertit.* idque genus ſermonis notum ait vel ex uno Plauto. Ego vero undecumque id ignotum mihi fateor. Scio *perverſa vota* eſſe Papinio diras: *perverſaque vota ſecunda.* Sed nemo dixit unquam *pervertere vota Plutoni.* Merus hic error librarii. Recte autem *prævertit*, id eſt, intercepit & avertit à Jove & aliis diis ad Plutonem. Florus 2, 4. *Mox Arioviſto duce vovere de noſtrorum militum præda Martiſuo torquem. Intercepit Jupiter votum.* Gronov.

211. *Licet Argos.*] Quamvis Græci tibi ſerviant, & ipſi ſacrificia debeant: tamen & nos amare, quia multa apud nos, ob ſtuprum Europæ, amoris gaudia perfeciſti. *Lactant.*

213. *Thyaſos.*] *Thyaſi* chori, ſacra ducentium Liberi patris, ſive certamina ſatyrorum. *Idem.*

216. *Tyrios nimium.*] Propter ſui vultus imaginem, & bene *nimium*, quia adventum Jovis armati ferre non potuit, vique fulminis interiit. *Idem.*

218. *Adſertor.*] Tuorum & tuæ urbis Vindex & Tutor. *Vet. Scholiaſtes.* Donatus in Adelph. act.2. Scen. 1. Vide ad illum Terent. locum notas Doctiſſ. Lindebrogii. *Regia cœli.*] Palatium divorum. Vid. Ovid. 1. Metam. *Barth.*

221. *Agnovimus ignes.*] Fulmina quæ miſeras in Semelen. *Lactant.*

223. *Voti-*

Votivumque marem. dignas ſed pendere grates
Haud mortale opus eſt. certent tibi reddere Bacchus
Noſter, & Alcides. illis hæc mœnia ſerva.
Dixerat, aſt illi niger ignis in ora genaſque
Proſiluit, raptumque comis diadema cremavit.
Tunc ferus ante ictum ſpumis delubra cruentat
Taurus, & obſtantum mediis è cœtibus exit
Turbidus, inſano feriens altaria cornu.
Diffugiunt famuli, & regem ſolatur aruſpex.
Ipſe inſtaurari ſacrum male fortis, agique
Imperat, & magnos ficto premit ore timores.
Qualis ubi implicitum Tirynthius oſſibus ignem
Senſit, & Oeteas membris accedere veſtes,
Vota incepta tamen, libataque thura ferebat
Durus adhuc, patienſque mali, mox grande coactus
Ingemuit, victorque furit per viſcera Neſſus.
Nuntius exanimi ſuſpenſus pectora curſu
Æpytus ad regem porta ſtatione relicta
Tendit, & hæc trepido vix intellectus anhelat:
Rumpe pios cultus, intempeſtivaque, Rector,
Sacra Deûm. frater muris circum omnibus inſtat,
Portarumque moras frenis adſultat, & haſtis,
Nomine te crebro, te ſolum in prælia poſcens.

Flent

223. *Votivum.*]Sacrificio Jovis dicatum taurum, qui Hæmus dicebatur. *Id.*

233. *Imperat.*] Erat enim conſuetudinis, ut ſi prima ſacrificia minime fuiſſent accepta numinibus, ſecunda aruſpex ſacrificia repararet, donec viderentur eſſe ſuſcepta. *Idem.*

235. *Accedere veſtes.*] Per membra compaſci. *Hercules* enim victo Acheloo, Deianiram duxit uxorem. qui cum ad fluvium perveniſſet, Neſſo dedit Centauro transferendam. quam cum ille in flumine comprimere voluiſſet, ab Hercule eſt ſagittis extinctus, qui veſtem dedit Deianiræ ſuo ſanguine tinctam, ut ſe ulciſceretur, & dixit illi, ſi vellet perpetuo ſe ab Hercule diligi, daret eam illi veſtem induendam. unde cum Hercules Iolem ſecum captam adveheret, Deianira verita, ne ei pellex præferretur, hanc veſtem Herculem induit, quam ille indutus, cum veneni afficeretur incendio, in Oeta monte rogum voluntate conſcendit. *Lactant.*

238. *Victor Neſſus.*] Venenum ab eo oriundum. *V. Schol.* Sunt qui *naphtam* fuiſſe autument, qua & coronam Medea, &c. tinxerit. Vide Plin. lib. 11. cap. 105. Doctiſſimus medicus Leon. Fuchſius ad Nicol. Myrepſum *Petrolei* genus eſſe autumat. *Colamen Bituminis Babylonici* accipit Dioſcorides l. 1. c. c1. *Barth.*

 256. *Trepi-*

Flent mœſti retro comites, & uterque loquenti
Adgemit, & pulſis exercitus obſtrepit armis.
Ille vocat: Nunc tempus erat, ſator optime divûm,
Quid meruit Capaneus? turbatus inhorruit altis
Rex odiis, mediaque tamen gaviſus in ira eſt.
Sic ubi regnator poſt exulis otia tauri,
Mugitum hoſtilem ſumma tulit aure juvencus,
Agnovitque minas, magna ſtat fervidus ira
Ante gregem, ſpumiſque animos ardentibus effert,
Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aëra findens.
Horret ager, trepidæque expectant prælia valles.
Non deſunt regi comites: Sine, mœnia pulſet
Irritus. ille autem fractis huc audeat uſque
Viribus? hic miſeris furor eſt inſtare periclo
Nec librare metus, & tuta odiſſe. reſiſte
Hoc fretus ſolio. nos propulſabimus hoſtem.
Nos bellare jube. ſic proxima turba, ſed ardens
Ecce aderat luctu, dicturuſque omnia belli
Libertate Creon. urit fera corda Menœceus:

Nulla

256. *Trepidæque exſpectant prælia vaccæ.*] Vaccæ, prope dixerim, fuerunt qui nobis hoc ſubjecerunt præ conſtanti membranarum ſcriptura: *exſpectant prælia valles.* Horat. Epod. 2. *Aut in reducta valle mugientium Proſpectat errantes greges.* Ovid. 5. metaph. *Tigris ut, auditis diverſa valle duorum, Exſtimulata fame, mugitibus armentorum.* Noſter libro 2. *veluti dux taurus amata Valle carens.* Martial. 3. 58. *Truces in alta valle mugiunt tauri.* Dubitem hinc ego dicere *valles mugire?* Neque igitur, exſpectare illas prælia taurorum. Quid cum Vigil. 3. Georg. *ſed tota æſtiva repente Speſque gregemque ſimul.* Ubi Servius: *Loca pro animantibus poſuit.* Gronovius.

257. *Non deſint Regi comites.*] Acutiſſime idem liber ſcriptus, *non deſunt regni comites.* Notat ſignate aulæ illa mancipia, quibus nihil magis familiare, quam omnia Principum ſive honeſta, ſive inhoneſta, laudare. *Perpetuum malum Regum* (Curtii verba ſunt) *quorum opes ſæpius aſſentatio quam hoſtis evertit.* Veriſſima vox, quæ utinam perſonet aures magnatum! *Bernartius.* *Sine mœnia pulſet irritus.*] Membratim iſta legenda ſunt, ut videantur à multis ſatellitibus dici: ut alterius ſit: *Sine mœnia pulſet irritus.* Alterius verò: *ille autem fractis huc audeat ire viribus.* Alterius item: *Hic furor eſt miſeris inſtare periclo.* Lactant.

263. *Belli libertate.*] In pace non laturus tantam loquendi libertatem impune. *V. Schol.* Ratio hujus libertatis eſt: Non audebat Creontem ob tam libera verba interficere Eteocles, ne occulta hactenus multorum in ſe odia ſuſcitaret, & erumpere faceret in propatulum. Neminem enim latebat perfidiam ejus omnium patriæ malorum cauſam eſſe. *Barth.*

272. *Perjuria*

Nulla patri requies: illum quæritque, tenetque.
Illum ſanguineos proſlantem pectore rivos
Aſpicit, & ſæva ſemper de turre cadentem.
Ut dubium, & pugnas cunctantem Etheoclea vidit:
Ibis ait, neque te ulterius, fratrumque ducumque,
Peſſime, funeribus patriæ, lachrimiſque potitum,
Eumenidum bellique reum, patiemur inulti.
Sat tua non æquis luimus perjuria divis.
Urbem armis, opibuſque gravem, & modo civibus arctam,
Ceu cœlo dimiſſa lues, inimicave tellus
Hauſiſti, vacuamque tamen ſublimis obumbras?
Deeſt ſervitio plebes. hos ignis egentes
Fert humus, hos pelago patrius jam detulit amnis.
Hi quærunt artus, illi ardua vulnera curant.
Redde agedum miſeris fratres, natoſque, patreſque,
Redde arvis, domibuſque viros. ubi maximus Hypſeus,
Finitimuſque Dryas? ubi Phocidos arma ſonoræ,
Euboicique duces? illos tamen æqua duelli
Fors tulit ad manes. at tu (pudet) hoſtia regni,
Hoſtia nate jaces, ceu mutus, & è grege ſanguis.
Hei mihi primitiis armorum, & rite nefaſto
Libatus, juſſuſque mori, & cunctabitur ultra
Iſte? nec adverſo nunc ſaltem Marte vocatus
Stabit? an in pugnas alium jubet ire prophanus
Tireſias? iterumque meos oracula nectit
In gemitus? quid enim miſero ſuper unicus Hæmon?

Ille

272. *Perjuria divis.*] Quia imperium ſorte debitum negaſti germano. *Lactant.*

274. *Inimicave tellus.*] Quæ negando fruges, ſterilitate homines afficit. *Idem.*

275. *Amnis.*] Hiſmenos. *Idem.*

281. *Phocidos ſonoræ.*] A Phoco Æaci filio, quem Peleus & Thelamon occidiſſe dicuntur, civitas nomen accepit. *Sonoræ* dixit, dantis reſponſa. *Idem.*

283. *At tu.*] Apoſtropha ad filium. *Idem.*

284. *Et è grege ſanguis.*] Pecus ignobile. *de grege* enim, de multitudine vulgari dixit. *Idem.*

285. *Primitiis armorum.*] *Primitiæ* proprie dicuntur primæ fruges diis oblatæ. *Rite nefaſto.*] *Rite* pro *ritu* poſuit. Expiatio enim fuerat civitatis mors Menœcei. *Idem.*

289. *Oracula nectit.*] Tecum reſponſa componit. *Idem.*

297. *Miſeraque*

Ille jube ſubeat, tuque hinc ſpectator ab alta
Turre ſede. quid ſæva fremis, famulamque cohortem
Reſpectas? hi te ire volunt, hi pendere pœnas:
Ipſa etiam genitrix, ipſæque odere ſorores.
In te ardens frater, ferrum, mortemque minatur,
Sævaque portarum convellit clauſtra, nec audes?
Sic pater infrendens, miſeraque exæſtuat ira.
Ille ſub hæc: Non fallis, ait, nec te inclyta nati
Fata movent: canere illa patrem, & jactare decebat.
Sed ſpes ſub lachrymis, ſpes atque occulta cupido
His latet; inſano prætendis funera voto,
Meque premis fruſtra, vacua ceu proximus aulæ.
Non ita Sidoniam fortuna reliquerit urbem,
In te ut ſceptra cadant tanto indigniſſime nato.
Nec mihi difficilis præſens vindicta. ſed arma,
Arma prius famuli. coëant in prælia fratres.
Vult gemitus lenire Creon: lucrare furorem:
Victori mihi cuncta lues. ſic jurgia paulum
Diſtulit, atque enſem, quem jam dabat ira, repreſſit.
Ictus ut incerto paſtoris vulnere ſerpens
Erigitur gyro, longumque è corpore toto
Virus in ora legit, paulum ſi devius hoſtis
Torſit iter, cecidere minæ, tumefactaque fruſtra
Colla ſedent, iraſque ſui bibit ipſe veneni.
At genitrix primam funeſtæ ſortis ut amens
Expavit famam, (nec tarde credidit) ibat

Sciſſa

297. *Miſeraque exæſtuat.*] Melius Optimus Codicum: *Miſeramque exæſtuat iram.* Verbis nimirum egerit intus æſtuantem iracundiam. Ex imo æſtuat. Sic Virgil. de Ætna:

—— Liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.

Idem de Turno lib. IX.

——— Mens exæſtuat ira.

Vide & Apulei. init. lib. X. *Barth.*

298. *Non fallis ait.*] Nec celas, inquit, quid tuus animus hac oratione feſtinet. Non luges filium, ſed me pugnante regnare deſideras. Laudare mortem filii & præconiis debebas efferre, qui pro patria periit, non dolere. *Idem.*

301. *Inſano voto.*] Maximo tuo, ſed incongruo deſiderio prætendis funus Menœcei. Re autem ipſa doles ſuper vita mea, quo ſemoto ſperas te Thebis regnaturum. *V. Schol.*

302. *Premis.*] Dictis opprimis & perſequeris. *V. S.*

320. *Pro-*

Sciſſa comas, vultuque, & pectore nuda cruento.
Non ſexus, decoriſve memor. Pentheïa qualis
Mater ad inſani ſcandebat culmina montis,
Promiſſum ſævo caput allatura Lyæo.
Non comites, non ferre ipſæ veſtigia natæ
Æqua valent. tantum miſeræ dolor ultimus addit
Robur, & exangues crudeſcunt luctibus anni.
Iamque decus galeæ, jam ſpicula ſæva ligabat
Ductor, & ad lituos hilarem, trepidumque tubarum
Proſpiciebat equum. ſubito cum apparuit ingens
Mater, & ipſe metu famulumque expalluit omnis
Cœtus, & oblatam retro dedit armiger haſtam.
Quis furor? unde iterum regni integrata reſurgit
Eumenis? ipſi etiam poſt omnia, cominus ipſi
Stabitis? uſque adeo geminas duxiſſe cohortes,
Et facinus mandaſſe parum eſt? quo deinde redibit
Victor? in hos ne ſinus? ô diri conjugis olim
Felices tenebræ! datis improba lumina pœnas.
Hæc ſpectanda dies? quo, ſæve, minantia flectis
Ora? quid alternos vultus, pallorque ruborque
Mutat? & obnixi frangunt mala murmura dentes?
Me miſeram, vinces! prius hæc tamen arma neceſſe eſt
Experiare domi. ſtabo ipſa in limine portæ
Auſpicium infelix, ſcelerumque immanis imago.
Hæc tibi canicies, hæc ſunt calcanda, nefande,

Ubera.

320. *Promiſſum caput, &c.*] Fabulam ob oculos ponunt, qui de magno numero nunc ſuperſunt, Euripides in Bacchis. Ovid. Metam. III. Nonnus & alii. Præcipue autem *caput Pentheo* à matre avulſum canebatur. Ovid.

—— ululavit Agave
Collaque jactavit, crinemque per aëra movit,
Avulſumque caput digitis complexa cruentis, &c. Barthius.

321. *Non ferre ipſæ veſtigia natæ.*] Margo optimi & quædam in contextu membranæ: *non ferre piæ veſtigia natæ.* Nec rejecerim, quando hic melior ſexus Oedipodæ liberorum. *Gronov.*

323. *Crudeſcunt.*] Juveneſcunt, aut novi fiunt. *Lactant.*

329. *Integrata reſurgit.*] Ex integro inchoat. *Idem.*

334. *Improba lumina.*] Quæ ſpectatura ſunt fratrum ſingulare certamen. *Idem.*

337. *Obnixi.*] Cum conatu ſtricti. *Idem.*

338. *Me miſeram, vinces!*] Prius tamen hæc arma neceſſe eſt experiare domi, ut nos ante proſternas. *Idem.*

244. *Feralia*

Ubera. perque uterum ſonipes hic matris agendus.
Parce: quid oppoſitam capulo, parmaque repellis?
Non ego te contra Stygiis feralia ſanxi
Vota deis. cæco nec Erinnyas ore rogavi.
Exaudi miſeram: genitrix te, ſæve, precatur,
Non pater. adde moram ſceleri, & metire quod audes.
Sed pulſat muros germanus, & impia contra
Bella ciet? non mater enim, non obſtat eunti
Ulla ſoror. te cuncta rogant, hic plangimus omnes.
Aſt ibi vix unus pugnas diſſuadet Adraſtus,
Aut fortaſſe jubet: tu limina avita deoſque
Linquis, & à noſtris in fratrem amplexibus exis?
At parte ex alia tacitos obſtante tumultu
Antigone furata gradus (nec caſta retardat
Virginitas) volat Ogygii faſtigia muri
Exuperare furens. ſenior comes hæret eunti
Actor, & hic ſummas non duraturus ad arces.
Utque procul viſis paulum dubitavit in armis,
Agnovitque (nefas!) jaculis, & voce ſuperba
Tecta inceſſentem, magno prius omnia planctu
Implet, & è muris ceu deſcenſura profatur:
Comprime tela manu, paulumque hanc aſpice turrim
Frater, & horrentes refer in mea lumina criſtas.
Agnoſcis ne hoſtes? ſic annua pacta, fidemque
Poſcimus? hi queſtus? hæc eſt bona cauſa modeſti
Exulis? Argolicos per te, germane, penates
(Nam Tyriis jam nullus honos,) per ſiquid in illa
Dulce domo, ſummitte animos. en utraque gentis

Turba

244. *Feralia vota.*] Diras dicit, quibus devovit filios ſuos ob impietatem in ipſum, pater Oedipus. Sæpius horum ſupra mentio eſt facta. *Sanxi.*] Confirmavi aſcitis Deorum numinibus. *Vet. Scholiaſt.* Sancire eſt ſummopere, & ut ultra non poſſis, confirmare. Dictum alibi. *Barthius.* *Sanxi.*] Devovi. *Lactantius.*

345. *Ore cæco.*] Alludit ad excœcationem Oedipi, de qua Fabulatores. *Barth.*

358. *Non duraturus.*] Senio non perventurus. id eſt, ſenectutis impedimento ad ſummum murum evadere non poterit. *Lactant.*

361. *Inceſſentem.*] Invadentem, pulſantem, aut ferientem. *Idem.*

371. *Regi.*]

Turba rogant, ambæque acies. rogat illa ſuorum
Antigone devota malis, ſuſpectaque regi,
Et tantum tua, dure, ſoror. ſaltem ora, truceſque
Solve genas. liceat vultus fortaſſe ſupremum
Noſcere dilectos, &, ad hæc lamenta, videre,
Anne fleas. illum gemitu jam ſupplice mater
Frangit, & exertum dimittere dicitur enſem.
Tu mihi fortis adhuc? mihi, quæ tua nocte, dieque
Exilia, erroreſque fleo? jam jamque tumentem
Placavi tibi, ſæve, patrem. quid crimine ſolvis
Germanum? nempe ille fidem & ſtata fœdera rupit,
Ille nocens, ſævuſque ſuis. tamen ecce vocatus
Non venit. his paulum furor elangueſcere dictis
Cœperat, obſtreperet quamquam, atque obſtaret Erinnys.
Jam ſummiſſa manus, lente jam flectit habenas,
Jam tacet. erumpunt gemitus, lachrymaſque fatetur
Caſſis. hebent iræ, pariterque & abire nocentem
Et veniſſe pudet. ſubito cum matre repulſa
Eumenis ejecit fractis Etheoclea portis
Clamantem, Venio, ſolumque quod ante vocaſti
Invideo. ne inceſſe moras, gravis arma tenebat
Mater. Io patria, ô regum incertiſſima tellus,

Nunc

371. *Regi.*] Etheocli, propter amorem Polynicis: dicitur enim cum eo concubuiſſe. *Idem.*

373. *Liceat vultus fortaſſe ſupremos Noſcere dilectos.*] Quis dubitabit quin legendum ut ex ſcriptis repoſui: *ſupremum?* Bernart.

375. *Illum gemitu, &c.*] Eteoclem. In duobus optimis libris legitur:

—— Illum gemitu par ſupplice mater
Frangit. ——

Quod non puto librariorum eſſe commentum. *Exſertum enſem.*] Jam parata arma dicitur deponere, matre hortante. *Vet. Scholiaſt.* Audiſſe autem ſe hæc ſcite virgo dicit, non enim propter turbam accedere poterat Eteoclem, ut ſupra memoratum eſt, ꝟſ. 354. *Barth.*

383. *Cœperat.*] Sola enim Antigone poterat Polynicem à ſingulari cum fratre certamine removere. Supra enim de ipſa dixerat Furia: *blandamque precatur Antigonem; timeo paulum ne noſtra retardet Conſilia.* Lactant.

391. *Mater, &, ô patria.*] Stulte inculcatum eſt τὸ &: ſive ipſi tribuas Eteocli, ſive Poëtæ quaſi interponenti hoc quoque eum dixiſſe. Nimirum recte bonæ ſatis & multæ membranæ, jamque olim editum fuit: *Mater. io patria, ô regum incertiſſima.* Præcedenti libro: *Fulmen, io, ubi fulmen?* nam *regum* quidem, non *regni*, credo, in omnibus ſcriptis. *Gronovius.* *Incertiſſima.*] Ante cruentum pugnæ dubia. *Lactant.*

397. *Regis*

Nunc certe victoris eris. nec mitior ille,
Tandem, inquit, ſcis, ſæve, fidem? & deſcendis in æquum?
O mihi nunc primum longo poſt tempore frater,
Congredere: hæ leges, hæc fœdera ſola ſuperſunt.
Sic hoſtile tuens fratrem: namque uritur alto
Corde, quod innumeri comites, quod regia caßis,
Inſtratuſque oſtro ſonipes, quod fulva metallo
Parma micet: quamquam haud armis inhonorus & ipſe,
Nec palla vulgare nitens. opus ipſa novarat
Mœoniis Argia modis, & pollice docto
Stamina purpureæ ſociaverat aurea telæ.
Jamque in pulvereum furiis hortantibus æquor
Proſiliunt: ſua quemque comes, ſtimulatque, regitque.
Frena tenent ipſæ, phalerasque, & lucida comunt
Arma manu, mixtiſque jubas ſerpentibus augent.
Stat conſanguineum campo ſcelus: unius ingens
Bellum uteri, coëuntque pares ſub caßide vultus.
Signa tacent, ſiluere tubæ: ſtupefactaque Martis
Cornua. ter nigris avidus regnator ab oris
Intonuit, terque ima ſoli concußit, & ipſi
Armorum fugere dei. nuſquam inclita Virtus,
Reſtinxit Bellona faces, longeque paventes
Mars rapuit currus, & Gorgone cruda virago

Abſti-

397. *Regia caßis.*] Cum diademate. *Idem.*

400. *Palla.*] Chlamyde. *Idem.*

401. *Mæoniis.*] Lydiis, de hac enim regione fuit Ariadne lanificii peritiſſima, quæ Minervam provocavit, & ab ea in araneam eſt mutata. *Idem.* *Opus ipſa novarat Mæoniis Argia modis.*] Cur Mœoniis? quia ex Lydia (ita poſtea eſt vocata Mœonia) fuit Arachne lanificii peritiſſima, quæ Minervam provocavit: haud inepte hoc dixeris. *Bernartius.*

406. *Serpentibus augent.*] Equorum jubas augent Furiæ, adjectione ſerpentum. *Lactant.*

411. *Et ipſi armorum fugere dei.*] Mars & Minerva. *Idem.*

414. *Cruda.*] Aſpera, dicit Minervam oppoſita Gorgone, viſus ſuos cælaſſe. *Idem.* *Cruda virago.*] Bellicoſa & pugnarum tractatrix, Minerva. *V. S.* Sic *ferox Diva* eadem lib. 2. ỷſ. 715. Servius ad Æneid. x. Crudus cum ad animum pertinet, aſperum & crudelem notat. Scholiaſt. Horat. libro 3. Od. xi. Viraginem Minervam dicit etiam lib. iv. Silv. v.

—— Mea carmina
Regina Bellorum virago
Cæſareo peravit auro.

Barthius.

428. *Sed*

Abſtitit, inque vicem Stygiæ rubuere ſorores.
Prominet excelſis vulgus miſerabile tectis:
Cuncta madent lachrymis, & ab omni plangitur arce.
Hinc queſti vixiſſe ſenes, hinc pectore nudo
Stant matres, parvoſque vetant attendere natos.
Ipſe quoque Ogygios monſtra ad gentilia manes
Tartareus rector porta jubet ire recluſa.
Montibus inſidunt patriis, triſtique corona
Infecere diem, & vinci ſua crimina gaudent.
Illos ut ſtimulis ire in diſcrimen apertis
Audiit, & ſceleri nullum jam obſtare pudorem,
Advolat, & medias immittit Adraſtus habenas.
Ipſe quidem regnis multum, & venerabilis ævo,
Sed quid apud tales, quis nec ſua pignora curæ?
Alternos tamen illa rogat: Spectabimus ergo
Inachidæ, Tyriique nefas? ubi jura, deique?
Bella ubi? ne perſtate animis: te deprecor hoſtis,

428. *Sed quid apud tales? quis non ſua.*] Malim ego: *Sed quis apud tales?* Mens: erat quidem reipſa venerabilis Adraſtus, ſed quæ veneratio apud eos, quibus nec pignora curæ? *Bern.*

429. *Exter honos?*] Sic jam ante Canterum fuit editum. Inſolens tamen illud *exter*: etſi legerit ita quoque Priſcianus. Vidit in compoſitione quoque aliquid eſſe ſcabri Bernartius, corrigitque: *Sed quis apud tales.* Immo Modius in Novantiquis. Ego notavi optimos quoque, immo fere omnes codices habere aut *Alternos* aut *Externos*. Berneggeri, quæ mearum omnium membrana vetuſtiſſima: *Alternos*. & ſupra ſcriptum *Thebanos & Argivos.* Mihi quidem momentis rationum, quantum in hoc arcto otio & præcipiti feſtinatione licet, libratis, hoc propenſiſſimum viſum eſt. Nam vel *exter* vel *externus*, utrique certe, qui poterat dici, qui alterius ſocer eſſet? qui cum utriuſque parentibus communes nepotes habebat? alteri dicat ſtatim: *nec tu mihi ſanguine longe?* Scribatur: *Sed quid apud tales, queis nec ſua pignora curæ?* Sed quid poſſent ſeu valerent cum majeſtas regis, tum veneratio ſenis, apud eos, qui jam vincula ſanguinis, qui conjunctionem uteri ſanctiſſimam ruperant? *Alternos tamen ille rogat.* nihilominus ille modo hunc, modo illum aggreditur & quidem precibus. quod & mox facit: *te deprecor hoſtis, Te gener & jubeo.* Fratres enim proprie *Alternos* intellige. Ovid. 5. metaph. *ſed & hunc & Perſea vultu Alterno ſpectans.* Quid dicemus ad auctoritatem Priſciani? nempe aut pervetuſtum eſſe mendum, aut ei memoriam impoſuiſſe. *Gronov.*

431. *Ne perſtate animis.*] Ne perſeverate his furoribus. *Vetus Scholiaſtes.* Virgil. lib. v.

Nunc quoque mens eadem perſtat mihi.

Et lib. 11.

90. *Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat.* Lucan. lib. 11.

— crebra percuſſus cuſpide perſtat.

Barthius.

(Quamquam, hac ira ſinat; nec tu mihi ſanguine longe)
Te gener, & jubeo. ſceptri ſi tanta cupido eſt,
Exuo regales habitus: Lernan, & Argos
Solus habe. non verba magis ſuadentia frangunt
Accenſos, ſumptiſque ſemel conatibus obſtant,
Quam Scytha curvatis erectus fluctibus unquam
Pontus, Cyaneos vetuit concurrere montes.
Ut periiſſe preces, geminoſque ad prælia fuſos
Pulvere cornipedes, explorarique furentum
In digitis amenta videt, fugit, omnia linquens
Caſtra, viros, generum, Thebas, ac fata monentem
Converſumque jugo propellit Ariona. qualis
Demiſſus curru levæ poſt præmia ſortis
Umbrarum cuſtos, mundique noviſſimus hæres
Palluit, amiſſo veniens in Tartara cœlo.
Non tamen indulſit pugnæ, cunctataque primo
Subſtitit in ſcelere, & paulum fortuna morata eſt.
Bis caſſa periere via: bis cominus actos
Avertit bonus error equos, puræque nefandi
Sanguinis obliquis ceciderunt ictibus haſtæ.
Tendunt frena manu, & ſævis calcaribus urgent
Immeritos. movet & geminas miſerabile divum.

Pro-

438. *Pontus Cyaneos vetuit.*] Quoniam aqua non vetuit ſibi montes collidi. *Lactant.*

431. *In digitis amenta videt.*] Lorum ſeu ligamen intelligit, quo mediam haſtam veteres religare ſolent, ut jaci longius poſſet. Duxit hinc elegantem Metaphoram Tertullianus, adverſus Marcionem lib. IV. *Injuſtitiæ auctorem & dominatorem totius ſeculi mammonam, cui famulatam videns Phariſæorum cupiditatem, amentavit hanc ſententiam, Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.* Bern.

432. *Ac fata.*] Hactenus mediis inter pugnaturos Arion, morabatur ne poſſent per liberum campi ſpatium concurrere. *V. Commentat.* Lutatius & Bernartiani (ut ipſe ait) libri *monentem* legunt. Non male, cum fatidicus ſemper fuerit iſte Adraſti equus. Sic habent & noſtri duo libri, nec non Behotiani & receperunt idem Lindebrog. & Gevart. *Barth.*

436. *Palluit amiſſo veniens in Tartara cœlo.*] Plutonem intelligit, & fabulam reſpicit, qua Jupiter, Neptunus, Pluto, univerſi hanc machinam diviſiſſe ſorte finguntur. *Bern.*

449. *Bis caſſa.*] Notandum eſt apud Poëtas hunc numerum eſſe rei non perfectæ, quæ procurabatur. Ita hic etiam poëta poſuit. Ternarius autem ſolet rem perfectam prænotare. *Vet. Schol. ſeu Comment.*

447. *Indulſit.*] Inſtituit. *Lactant.*

453. *Venerabile.*] Formidandum. *Idem.*

455. *Iterare*

Prodigium turmas, alternaque murmura volvunt
Muſſantes, iterare aciem, procurrere ſæpe
Impetus, & totum miſeris opponere bellum.
Jamdudum terris, cœtuque offenſa deorum
Averſa cœli Pietas in parte ſedebat,
Non habitu quo nota prius, non ore ſereno,
Sed vittis exuta comam, fraternaque bella,
Ceu ſoror infelix pugnantum, aut anxia mater,
Deflebat: ſævumque Jovem, Parcaſque nocentes
Vociferans, ſeſeque polis, & luce relicta
Deſcenſuram Erebo, & Stygios jam malle penates.
Quid me, ait, ut ſævis animantum, ac ſæpe deorum
Obſtaturam animis, princeps natura, creabas?
Nil jam ego per populos, nuſquam reverentia noſtri.
O furor, ô homines, diraque Prometheos artes!
Quam bene poſt Pyrrham tellus, pontuſque vacabant?
En mortale genus! dixit, ſpeculataque tempus,
Auxilium tentemus, ait, licet irrita coner.
Deſiluitque polo: niveus ſub nubibus altis
Quamquam mœſta dea, ſequitur veſtigia limes.
Vix ſteterat campo, ſubita manſueſcere pace
Agmina, ſentirique nefas. tunc ora madeſcunt.
Pectoraque, & tacitus ſubrepſit fratribus horror,
Arma etiam ſimulata gerens, cultuſque viriles

Nunc

455. *Iterare aciem.*] Denuo bellum inſtaurare. *Idem.*

456. *Opponere.*] Objicere ſe pugnantibus fratribus. *Idem.*

459. *Non habitu.*] Non læta, ſed triſtis. *Idem.*

465. *Animantum.*] Animas habentium, id eſt, hominum. *Idem.*

469. *Poſt Pyrrham.*] Poſt diluvium, cui ſola cum Deucalione ſuo ſuperſtes fuiſſe Pyrrha perhibetur. Itaque ejus nomine *diluvium* cenſetur. Horatius:

—— *grave ne rediret*
Seculum Pyrrhæ, nova monſtra queſtæ.

Vide Claudian. bello Gildon. Fuit autem diluvium hoc, *Pyrrhæ* nomine nominatum, in ſola Theſſalia. *Barthius.*

471. *Auxilium tentemus ait.*] Recte ſcripti omnes, *Auxilio.* modo bene interpungas: *Speculataque tempus Auxilio, tentemus, ait, licet irrita coner.* Utrumque elegantius: *tempus auxilio*, ut ſæpe Livio *locus inſidiis*; & *tentemus*, ſine caſu nominis. *Gronov.*

473. *Quamquam mœſta dea.*] Cum pietas de cœlo deſcenderet ad terras, licet mœſta eſſet, tamen quocumque ibat per nubes nigras, claram ſui numinis lucem trahebat. *Lactant.*

 485. *Numen*

Nunc his, nunc illis, Agite, ite, obſiſtite, clamat,
Quîs nati fratreſque domi, quîs pignora tanta.
His quoque (nonne palam eſt ultro miſereſcere divos?)
Tela cadunt, cunctantur equi: fors ipſa repugnat,
Nonnihil impulerat dubios, ni torva notaſſet
Tiſiphone fraudes, cœleſtique ocyor igne
Aſſoret increpitans. Quid belli obverteris auſis,
Numen iners, pacique datum? cede improba: noſter
Hic campus, noſterque dies. nunc ſera nocentes
Defendis Thebas: ubi tunc cum bella cieret
Bacchus? & armatas furiarent orgia matres?
Aut ubi ſegnis eras, dum Martius impia ſerpens
Stagna bibit! dum Cadmus arat? dum victa cadit Sphynx?
Dum rogat Oedipoden genitor? dum lampade noſtra
In thalamos Jocaſta venit? ſic urget. & ultro
Vitantem aſpectus, etiam, pudibundaque longe
Ora reducentem, premit adſtridentibus Hydris,
Intentatque faces: dejectam in lumina pallam
Diva trahit, magnoque fugit queſtura Tonanti.
Tunc vero accenſæ ſtimulis majoribus iræ:
Arma placent, verſæque volunt ſpectare cohortes,
Inſtaurant crudele nefas. rex impius aptat
Tela, & funeſtæ caſum prior occupat haſtæ.
Illa viam medium clypei conata per orbem
Non perfert ictus, atque alto vincitur auro.

Tunc

485. *Numen iners.*] Pietas, quæ bella diſſuadet. *Idem.*

488. *Furiarent.*] Inſtigarent. *Idem.*

490. *Cadmus erat.*] Dentes draconis de quibus cohors armata proſiluit. *Idem.*

491. *Rogat.*] Convenit. *Idem.*

494. *Ora reducentem.*] Vultum ſuum retro tollentem. *Idem.*

495. *In lumina pallam.*] Faciem ſuam chlamyde protegebat, ne Furiæ vultum videret. *Idem.*

496. *Queſtura.*] Nequaquam cogitato etiam hoc Papinius ſcripſit. Quomodo enim auditurus erat Jupiter, aut quid in eo ſpei habere poterat, quam paulo ante eundem convitiis inceſſentem & cælum ejus exſecrantem induxit ỳſ. 462.

— *Saxumque Jovem, Parcaſque nocentes*
Vociferans, ſeſeque polis & luce relicta, &c. Barth.

499. *Rex impius.*] Etheocles. *Idem.*

500. *Prior occupat.*] Ferituрus prævenit, ac tela diſponit. *Lactant.*

502. *Per orbem.*] Per medium ſcutum conata eſt tranſire. *Idem.*

506. *Pidro*

Tunc exul ſubit, & clare funeſta precatur:
Dii quos effoſſo non irritus ore rogavit
Oedipodes, firmate nefas, non improba poſco
Vota: piabo manus, & eodem pectora ferro
Reſcindam; dum me moriens hic ſceptra tenentem
Linquat, & hunc ſecum portet minor umbra dolorem.
Haſta ſubit velox equitis femur inter equique
Ilia, letum utrique volens. ſed plaga ſedentis
Laxato vitata genu. tamen irrita voti
Cuſpis, in obliquis invenit vulnera coſtis.
It præceps ſonipes ſtrictæ contemptor habenæ,
Arvaque ſanguineo ſcribit rutilantia gyro.
Exultat, fratris credens hunc eſſe cruorem.
Credit & ipſe metu. totis jamque exul habenis
Indulget, cæcuſque avidos illidit in agrum
Cornipedem curſus. miſcentur frena manuſque,
Telaque, & ad terram turbatis greſſibus ambo
Præcipitant. ut nocte rates, quas nubilus Auſter
Implicuit, frangunt tonſas, mutantque rudentes,
Luctatæque diu tenebris, hiemique, ſibique,
Sicut erant, imo pariter ſedere profundo.
Hæc pugnæ facies. coëunt ſine more, ſine arte,
Tantum animis, iraque, atque igneſcentia cernunt
Per galeas odia, & vultus rimantur acerbo
Lumine. nil adeo mediæ telluris, & enſes

Im-

506. *Piabo manus.*] Expiabo parricidium fratris mei morte. *Idem.*

508. *Minor umbra dolorem.*] Aſtyſmos, id eſt, urbane; *minor umbra* dixit victi regis, ut Horat.

Medumque flumen gentibus additum
Victis minores tollere vertices. Idem.

510. *Plaga.*] Vulnus metum immiſit. *Idem.*

523. *Sedere.*] Sedere, conſedere, depreſſæ ſunt. *Vet. Scholiaſt.* Sic lib. IX. v. 503.

Huc undæ coëunt, & ineluctabile cænum
Verticibus recavis ſedit. ——
Propert. lib. 2. Eleg. 14.

—— *Veniet mea littore navis*
Servata an mediis fidat onuſta vadis.

Seneca Hercule Furente; de navi Charontis:

—— *Sedit & gravior ratis*
Utrinque Lethen latere titubanti bibit.

Barthius.

526. *Rimantur.*] Perveſtigant. *Acerbo.*] Torvo. *Lactant.*

527. *Telluris.*] Subaudis *intererat.* id eſt, non à ſe multum aberant, ſed comminus ſua ora cernebant. *Idem.*

529. *Signa*

Impliciti nexaque manus, alternaque ſævi
Murmura, ceu lituos rapiunt, aut ſigna tubarum.
Fulmineos veluti præceps cum cominus egit
Ira ſues, ſtrictiſque erexit pectora ſetis:
Igne tremunt oculi, lunataque dentibus uncis
Ora ſonant. ſpectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens, canibuſque ſilentia ſuadet.
Sic avidi incurrunt: nec dum letalia miſcent
Vulnera, ſed cœptus ſanguis, facinuſque peractum,
Nec jam opus eſt furiis: tantum mirantur, & adſtant
Laudantes, hominumque dolent plus poſſe furores.
Fratris uterque furens cupit affectatque cruorem,
Et neſcit manare ſuum. Tandem irruit exul,
Hortatuſque manum, cui fortior ira, nefaſque
Juſtius, alte enſem germani in corpore preſſit,
Qua male jam plumis imus tegit inguina thorax.
Ille dolens nondum, ſed ferri frigore primo
Territus, in clypeum turbatos colligit artus,
Mox intellecto magis ac magis æger anhelat
Vulnere, nec parcit cedenti, atque increpat hoſti:
Quo retrahis, germane, gradus? O languida ſomno,
Et regnis effœta quies! longaque ſub umbra
Imperia! exilio, rebuſque exercita egenis
Membra vides. diſce arma pati, nec fidere lætis.

Sic

529. *Signa tubarum.*] Neglectu ſuo plus excitabantur ad ſcelus. *Idem.*

530. *Fulmineos.*] Fortes. *Idem.*

536. *Facinuſque peractum.*] Tanta inerat ſævientibus feritas, ut cum nulla ſibi adhuc vulnera intuliſſent, tamen jam ſe ſcelus perfeciſſe credebant. *Idem.*

542. *Juſtius.*] Juſtior in ſcelere Polynices videbatur pro denegato ſibi imperio. *Idem.*

543. *Quam male jam plumis imis tegit inguina thorax.*] Inſigne mendum, parva labe contractum. nam litterulam dettahe, & germanam lectionem effeceris: *Qua male.* Bernartius. *Plumis.*] Laminis, ut Virgil.

Quem pellis ahenis in plumam ſquamis.
Lactant.

546. *Magis ac magis æger.*] Polynices ſcilicet viſo fratris vulnere imminebat. *Idem.*

547. *Atque increpat hoſtem.*] Non poſſis accipere aliter quam Eteoclem hoc facere. At verba ſunt Polynicis. Scripti, *hoſti.* Lege: *nec parcit cedenti, atque increpat hoſtis. Cedenti*, Eteocli. *Hoſtis*, Polynices. *Gronov.*

550. *Rebuſque exercita egenis.*] Has vires exilia calamitateſque nutrierunt. *Lactant.*

560. *Et*

Sic pugnant miſeri. reſtabat laſſa nefando
Vita duci, ſummuſque cruor, poterantque parumper
Stare gradus: ſed ſponte ruit, fraudemque ſupremam
In media jam morte parat. clamore Cithæron
Erigitur, fraterque ratus viciſſe, levavit
Ad cœlum palmas. Bene habet. non irrita vovi,
Cerno graves oculos, atque ora natantia leto.
Huc aliquis propere ſceptrum, atque inſigne comarum
Dum videt. hæc dicens greſſus admovit, & arma
Ceu templis decus & patriæ laturus ovanti,
Arma etiam ſpoliare cupit. nondum ille peractis
Manibus, ultrices animam ſervabat in iras.
Utque ſuperſtantem, pronumque in pectore ſenſit,
Erigit occulte ferrum, vitaque labantis
Relliquias tenues odio ſupplevit, & enſem
Iam latus fratris non frater corde reliquit.
Ille autem, Viviſne? & adhuc manet ira ſuperſtes,
Perfide, nec ſedes unquam meriture quietas?

I me-

560. *Et arma.*] In vetuſtiſſimo optimoque Codice verſus margini eſt adſcriptus tanquam per parentheſin huic ſubjungendus: *Demens, qui primo fratrem haud ſpoliaverit enſe.* De quo eſto aliorum cenſere, ego intrudere nolim, etſi nec ſit malus, & ſententiam habeat oppido quam bonam, cum in nullo alio libro ejus exſtet veſtigium. Locutio etiam Papiniana lib. IX.

Demens, qui Rutulum in medio non agmine Regem
Viderit irrumpentem, ultroque incluſerit urbi. Barthius.

567. *Jam lætus frater fratris ſub corde.*] Variant codices. *Jam lætus fati,* quod dedit Lindenbrog. ex eo accepit, quod nonnulli habent *fati*, ſed cum picta ſuper virgula, quæ literam caninam ſignificat. Alii, *fraterno in corde,* & *fratri fraterno corde.* Sed princeps ille Berneggeri: *fratris non frater corde reliquit.* Idemque inveni in codice Bavar. Monacienſi. Neque auſim refutare: licet, explices, non fraterno animo. Nihil erant illa priora; hoc demum lætus erat, hoc maxime placebat eorum, quæ tanquam minime frater fratri fecerat. Pertinent huc illa, quæ notavimus alibi ſimilia Ovidiano: *pugnat materque ſororque.* pro affectu materno & ſororio. Tum illud *non frater* dixit, ut alibi: *Horrendum non matris opus.* Gronov.

569. *Quietas.*] Quia in mortem ipſam uſque ſceleratus es. *Vet. Scholiaſt.* Qui non emendabant vitam & deſinebant malitiam, neque confeſſi eſſent, ut punirentur, eos peſſime puniri credebant apud Inferos. Virgil.

Gnoſius hæc Rhadamantus habet duriſſima regna
Caſtigatque auditque dolos, ſubigitque fateri,
Quæ quis apud ſuperos (furto lætatus inani)
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Barthius.

 575. *Con-*

I mecum ad Manes: illic quoque pacta repoſcam,
Si modo Agenorei ſtat Gnoſſia judicis urna,
Qua reges punire datur: nec plura locutus,
Concidit, & totis fratrem gravis obruit armis.
Ite truces animæ, funeſtaque Tartara leto
Polluite, & cunctas Erebi conſumite pœnas.
Voſque malis hominum, Stygiæ, jam parcite, divæ,
Omnibus in terris ſcelus hoc, omnique ſub ævo
Viderit una dies, monſtrumque infame futuris
Excidat, & ſoli memorent hæc prælia reges.
At genitor ſceleris comperto fine, profundis
Erepſit tenebris, ſævoque è limine profert
Mortem imperfectam. veteri ſtat ſordida tabo
Utraque canicies, & durus ſanguine crinis
Obnubit furiale caput. procul ora, genæque
Intus, & effoſſæ ſquallent veſtigia lucis.
Virgo autem impoſitæ ſuſtentat pondera lævæ,
Dextra ſedet baculo. qualis ſi puppe relicta
Exoſus pigri manes ſulcator Averni
Exeat ad ſuperos, ſolemque, & pallida turbet
Aſtra, nec ipſe diu fortis, patienſque ſuperni

Aëris.

575. *Conſumite pœnas.*] Omnia ſupplicia tranſeundo ſubire. *Lactant.*

578. *Una dies.*] Stat tantum. *Idem.*

579. *Prælia reges.*] Execrando fratrum prælia ſoli noverant reges, penes quos eſt & opprimendæ libertatis ambitus, & ſæviendi crudelitas. *Idem.*

582. *Mortem imperfectam.*] Cæcitatem, ut ipſe in primo, *longaque animam ſub nocte trahebat.* Idem.

583. *Utraque canities.*] Et capitis, & barbæ. *Idem.*

584. *Genæque intus.*] Sedet intus abactis ferrea lux oculis. *Idem.*

587. *Puppe relicta.*] Charon. *Idem.*

588. *Exoſus manes.*] Odio habens mortuorum ſæva ſupplicia. *Idem.* *Nigri ſulcator Averni.*] Veriorem lectionem præferunt calamo exarati, *pigri ſulcator Averni.* Noſter Epicid. in patrem: —— *pigro tranſmiſit Averno*
Cauſa minor.
Idem lib. VIII.
Tunc regemunt pigrique lacus, uſtæque paludes.
Bernart.

590. *Nec ipſe diu.*] Nihil mirum. Cum nec Cerberus inferis extractus, diem tulerit. Ovid. lib. VII.
Eſt via declivis, per quam Tirynthius Heros
Reſtantem, contraque diem, radioſque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis
Cerberon attraxit. ——
Et Theſeus ab inferis rediens, in Hippolyte queritur apud Senecam:
—— *vix cupitum ſufferunt oculi diem.*
Barthius.

d

592. Ex-

Aëris. interea longum ceſſante magiſtro
Creſcat opus, totiſque expectent ſæcula ripis.
Talis init campum, comitique extrema gementi,
Duc, ait, ad natos, patremque recentibus oro
Injice funeribus. cunctatur neſcia virgo,
Quid paret, impediunt iter, implicitoſque morantur
Arma, viri, currus, altaque in ſtrage ſeniles
Deficiunt greſſus, & dux miſeranda laborat.
Ut quæſita diu monſtravit corpora clamor
Virginis, inſternit totos frigentibus artus.
Nec vox ulla ſeni. jacet, immugitque cruentis
Vulneribus, nec verba diu tentata ſequuntur.
Dum tractat galeas, atque ora latentia quærit,
Tandem muta furens genitor ſuſpiria ſolvit,
Tarda meam, pietas, longo poſt tempora mentem
Percutis? eſt ne ſub hoc hominis clementia corde?
Vincis me miſerum, vincis, natura, parentem.
En habeo gemitus, lachrymaque per arida ſerpunt
Vulnera, & in molles ſequitur manus impia planctus.
Accipite infanda juſta exequialia mortis,
Crudeles, nimiumque mei. nec noſcere natos,
Alloquiumque aptare licet. dic, virgo, precanti,
Quem teneo? quo nunc veſtras ego ſævus honore
Proſequar inferias? ô ſi fodienda redirent
Lumina, & in vultus ſævire ex more poteſtas.

Heu

592. *Exſpectent ſæcula ripis.*] Notione non cuilibet è plebe litteratorum nota *ſæcula* pro *hominibus* poſuit: nec id ſine ratione, vel auctore. Enimvero uti recepta apud Latinos phraſis eſt, *væ ætati tuæ*, pro *væ tibi*; ita cum ætas hominis *ſæculo* concludatur, non abſurde Poëtica licentia, pro homine *ſæcula*, Noſter uſurpavit. Præſertim cum locupletiſſimum auctorem habeat Lucretium lib. v.

— *inde loci mortalia ſæcla creavit.*

Et inibi:

Tum tibi terra dedit primum mortalia ſæcla, id eſt, *homines*. & iterum: *Lanigeræque ſimul pecudes & bucera ſæcla*, pro ipſis *bubus*. Bern.

608. *Per arida ſerpunt.*] Cæcitatem aridam dixit, eo quod deficientibus oculis, lachrymarum origo ceſſaverit. *Lactantius.*

609. *Molles.*] Quia ſunt animi molliores. *Idem.*

610. *Exequialia mortis.*] In morte veſtra lachrymas fundo, quæ exequiis coæquentur. *Idem.*

611. *Nimiumque mei.*] Minimè à meis criminibus diſcrepantes. *Idem.*

 620. *Et*

Heu dolor, heu juſto magis exaudita parentis
Vota, malaque preces. quiſnam fuit ille deorum
Qui ſtetit orantem juxta præceptaque verba
Dictavit fatis? furor illa, & movit Erinnys,
Et pater, & genitrix, & regna oculique cadentes;
Nil ego. per Ditem juro dulceſque tenebras,
Immeritamque ducem, ſubeam ſic tartara digna
Morte, nec irata fugiat me Laïus umbra.
Hei mihi quos nexus fratrum, quæ vulnera tracto?
Solvite quæſo manus, infeſtaque vincula tandem
Dividite, & medium nunc ſaltem admittite patrem.
Talia dequeſtus, paulatim ſumpſerat iras
Mortis, & occulte telum, ni nata vetaret,
Quærebat, ſed caſta manu ſubtraxerat enſes
Antigone, furit inde ſenex: Ubi noxia tela?
Heu furiæ, num totum abiit in corpora ferrum?
Dicentem comes ægra levat. mutumque dolorem
Ipſa premit, ſævum gaudens planxiſſe parentem.
Olim autem incœpta clamore exterrita pugnæ
Regina extulerat notum penetralibus enſem,
Enſem ſceptriferi ſpolium lachrimabile Laji.
Multaque cum Superis, & diro queſta cubili,
Et nati furiis, & primi conjugis umbris,
Luctata eſt dextra, & prono vix pectore ferrum
Intravit tandem, & venas prorupit aniles

Vulnus,

620. *Et pater & genitrix.*] Quia ſceleratus in hos fueram, regnoque à filiis ejectus & oculos præterea amiſeram in furorem verſus, per eum devovi filios meos. Unde ſi juſti fuiſſent, dii debebant attendere non meas, ſed Furiarum ipſarum voces, neque ita crudeli parricidio eos innocentes de medio tollere. *V. Schol.*

627. *Talia conqueſtus.*] Interpolarunt homines invenuſti, & extruſerunt proprium Papinio verbum, *dequeſtus.* quod ſcripti agnoſcunt. Noſter lib. I.

—— ſimileſque notas dequeſtus & imbres. Sidonius lib. IX. epiſt. IX. *Iurgium tacere nos vir ſacratiſſime in commune dequeſtus es.* Bernart.

637. *Multaque.*] Multaque in deos convitiata, & de inceſto cubili plurimum conqueſta. *Lactant.*

638. *Et nati furiis.*] Filii nuptiis. *Et primi conjugis.*] Lai prioris mariti. *Idem.*

639. *Luctata eſt.*] Conata eſt manus anilis virorum fortium opus implere. *Idem.*

641. *San-*

Vulnus, & infelix luſtratur ſanguine lectus.
Illius exili ſtridentem in pectore plagam
Iſmene collapſa ſuper, lachrymiſque, comiſque
Siccabat plangens. qualis Marathonide ſilva
Flebilis Erigone, caſi prope funera patris
Queſtibus abſumptis triſtem jam ſolvere nodum
Cœperat, & fortes ramos moritura legebat.
At jam læta ducum ſpes eluſiſſe duorum
Res Amphionias alio, ſceptrumque maligna
Tranſtulerat Fortuna manu, Cadmique tenebat
Jura Creon. miſer heu bellorum terminus! illi
Pugnarant fratres. hunc & Mavortia clamant
Semina, & impenſus patriæ paulo ante Menœceus
Conciliat populis. ſcandit fatale tyrannus
Flebilis Aoniæ ſolium. prô blanda poteſtas,
Et ſceptri male-ſuadus amor! nunquamne priorum
Hærebunt documenta novis? juvat ecce nefaſto
Stare loco, regimenque manu tractare cruentum,
Quid melior Fortuna poteſt? jam flectere patrem
Incipit, atque datis abolere Menœtea regnis.

Pri-

641. *Sanguine lectus.*] Cruore ſuo infelicis lectuli purgavit inceſtum. *Idem.*

644. *Qualis Marathonide ſilva.*] *Marathon* mons Atticæ regionis, in quo Icarus eſt occiſus: ad quem locum Erigone filia ejus cane præeunte pervenit, & ſe nimio luctus dolore laqueavit, fortioribus ramis electis, ne forte infirmioribus fractis, mortem corporis ruina declinaret. Pinus autem in qua pependit regionem illam ſua umbra vaſtabat. ut placaretur extincta, ora in humanam ſpeciem ipſi formata in eadem arbore ſuſpendebant, & paſtorum congreſſibus cantibuſque diem illum celebrem faciebant. Quod Virgilius aliud agendo perſtrinxit: *tibique oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.* Idem.

646. *Nodum.*] Laqueum, quo ſe regina ſuſpenderat. *Lactant.*

647. *Ramos moritura legebat.*] Buſl. *ligabat.* Reſpicit fabulam, qua fingitur Erigone Icari filia, Penelopes ſoror, à Baccho in ſpecie uvæ compreſſa, cum patrem à paſtoribus inſuper occiſum reperiſſet, ſeipſam de arbore ſuſpendiſſe, ſed ramo fracto in terram decidiſſe, inter aſtra tranſlatam, & ſignum Zodiaci factam, quod Virginem appellant. *Bernart.*

651. *Illi Pugnarant.*] Hujus emolumenta. *Vet. Schol.* Idem ſenſus deprehenſus à nobis eſt in illo, initio hujus Operis:

—— alternaque regna profanis
Decertata odiis. ——

Hoc eſt certando utrique Hæredi amiſſa. Talem ſolebant pugnam olim pugnare Arcades, qui proverbio locum dederunt. Vide Heſychium. *Barth.*

661. *Pri-*

Primum adeo ſævis imbutus amoribus aulæ,
Indicium ſpecimenque ſui jubet igne ſupremo
Arceri Danaos, nudoque ſub axe relinqui
Infelix bellum, & triſtes ſine ſedibus umbras.
Mox reducem Ogygiæ congreſſus limine portæ
Oedipoden timuit paulum, ſeſeque minorem
Confeſſus tacite, promptamque coërcuit iram.
Mox redit in regem, cæcumque audentibus hoſtem
Increpitans. procul, inquit, abi victoribus omen
Inviſum, & furias averte, ac mœnia luſtra
Diſceſſu Thebana tuo. ſpes longa peracta eſt.
Vade, jacent nati. quæ jam tibi vota ſuperſunt?
Horruit inſtinctu rabido, ſteteruntque trementes,
Ceu viſu præſente, genæ, ſeniumque receſſit.
Tunc natam, baculumque manu dimiſit, & iræ
Innixus, tumido vocem de pectore rumpit:
Iamne vacat ſævire, Creon? modo perfida regna
Fortunæque locum noſtræ miſerande ſubiſti,
Et tibi jam fas eſt regum calcare ruinas?
Iam tumulis victos, ſocios jam mœnibus arces?
Macte, potes digne Thebarum ſceptra tueri.
Hæc tua prima dies. ſed cur nova contrahis amens

Jura?

661. *Primum adeo ſævis imbutus amoribus aulæ Indicium.*] Ignotus ille, ſed magnus Auctor Thebais, ab hac mente:

——— tam ferum & durum geris
Sævumque in iras pectus, & nondum imperas?
Quid ſceptra facient?

Et Seneca Thyeſt.

Ut nemo doceat fraudis & ſcelerum vias,
Regnum docebit.

Adeo omnes fere cum Pindarico illo Tantalo;

-- *μέγαν ὄλβον καταπέψαι οὐ δυνάσθη*).

Magnam felicitatem concoquere non poſſunt. Bern.

674. *Seniumque receſſit.*] Nimia ſenectus dicitur *ſenium*. Terent. *Ut illum dii deæque omnes perdant ſenem, qui me hodie remoratus eſt.* Lactant.

677. *Jam ne vacat ſævire Creon.*] Jam non doles interitum filii, ſed contra mortuos furibundus iraſceris. *Idem.*

679. *Calcare ruinas.*] Afflictorum regum inſultare caſibus. *Idem.*

680. *Jam tumulis junctos ſocios, jam mœnibus arces.*] Peſſime qua de verbis, qua de interpunctionibus affectus locus. Sed Pharmacum ex ſcriptis quod huic ægro faciet vitam:

Jam tumulo victos, ſocios jam mœnibus arces?

Bernartius.

682. *Nova contrahis.*] Cur parce uſurpas jura tua, cur ea contrahis,

quæ

Jura? quid anguſte tantos metiris honores?
Exilium intendis? timida inclementia regum
Iſta. feros avidus quin protinus imbuis enſes?
Crede: licet veniat cupidus parere ſatelles,
Intrepiduſque ſecet non evitantia colla,
Incipe: an expectas, ut pronus ſupplice dextra
Sternar? & immitis domini veſtigia quaram?
Finge autem tentare, ſines? mihine ulla minaris
Supplicia? aut ullos reris ſupereſſe timores?
Linquere tecta jubes? cœlum, terraſque reliqui
Sponte, atque ultricem crudelis in ora retorſi
Non ullo cogente manum. quid tale jubere
Rex inimice potes? fugio, excedoque nefandis
Sedibus. an refert quo funera longa, meaſque
Tranſportem tenebras? ne non gens cuncta precanti
Concedat, patriæ quantum miſer incubo terræ?
Sed dulces Thebæ: nimirum hic clarior ortus,
Et meliora meos permulcent ſidera vultus.
Hic genitrix, natique. habeas Thebana, regaſque
Mœnia, quo Cadmus, quo Laïus omine rexit,
Quoque ego. ſic thalamos, ſic pignora fida capeſſas;
Nec tibi ſit virtus fortunam evadere dextra:
Sed lucem deprenſus ames. ſatis omina ſanxi,
Duc age nata procul. quid te autem luctibus addo?
Da, rex magne, ducem. timuit miſeranda relinqui

Anti-

quæ extendere debebas: Rudis, inquit, adhuc es, nec expertus quid tyranno liceat. Sciendum eſt hæc quaſi Furiæ ore loqui Oedipum, & ſic adhibiti ſunt geſtus in recitando. *V. Schol.*

683. *Anguſte metiris.*] Longe plus licet Thebano regi, quam quod tu nunc agis; Utere plenius in me tyrannide tua exemplo præceſſorum Regum. *V. Schol.* *Metiris honores.*] Ut exilium imperes ei quem potes occidere, cur non ſævius aliquid imperas? iſta mihi parva ſunt quæ minaris exilia, qui ſponte ſupplicia in me majora perfeci. *Lactant.*

685. *Quin protinus imbuis enſes.*] Quinimo imbue, id eſt, in me auſpicare innocentem cædem, quaſi novus tyrannus. *Idem.*

686. *Satelles.*] Id eſt, armiger, qui me poſſit occidere. *Idem.*

704. *Nec tibi ſit virtus.*] Id eſt, nulla in te ſit fortitudo animi, qua poſſis adverſa magnanimiter ferre. *Idem.*

705. *Satis omina ſanxi.*] Satis imprecatus ſum. *Idem.*

712. *Sic*

Antigone: mutatque preces. felicia per te
Regna, verende Creon, ſanctaſque Menœceos umbras:
Da veniam adflicto, dictiſque ignoſce ſuperbis.
Hunc morem fandi longa fecere querelæ.
Nec ſoli ferus iſte tibi, ſic fata, deoſque
Alloquitur. durus luctu, faciliſque nec ipſi
Sæpe mihi. pridem indomito ſub pectore fervet
Libertas miſera, & ſævæ ſpes anxia mortis.
Et nunc ecce tuas irritat callidus iras,
Suppliciumque cupit. ſed tu majoribus, oro,
Imperii potiare bonis, altuſque jacentes
Prætereas, & magna ducum vereare priorum
Funera. & hic quondam ſolio ſublimis, & armis
Septus, opem miſeris, jura & poſcentibus æquus,
Supplicibuſque dabat: cui nunc ex agmine tanto
Una comes, necdum exul erat. felicibus hic ne
Obſtat? in hunc odiis, & regni viribus exis?
Hunc abigis tectis? an ne prope limina clarum
Ingemat, & votis intempeſtivus oberret?
Pone metum, procul uſque tua ſummotus ab aula
Flebit. ego erectum ſubigam, & ſervire docebo.
Cœtibus abducam, ſolaque in ſede recondam:

Exul

712. *Sic fata Deoſque, &c.*] Perpetuis jurgiis inceſſit homines & Deos tam diuturnorum malorum impatientia deſperabundus. *V. Schol.*

713. *Durus luctu.*] Induruit malis, nec quenquam timet. *V. Schol.*

718. *Altuſque jacentes.*] Elatus imperii dignitate, miſeros humileſque deſpicias. *Lactant.*

719. *Vereare priorum.*] Ante oculos habeas fata priorum ducum. *Idem.*

720. *Sublimis & armis ſeptus.*] Ut inclitum & virtuoſum Regem decebat. *V. Schol.* Aliter tamen Papinius lib. 1. ℣ſ. 148. De regno Thebano Oedipi illo tempore. Non erant, inquit, tunc in ea civitate:

— *impacatis Regum advigilantia ſomnis*
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ, &c. Barth.

722. *Cui nunc ex agmine tanto Una comes.*] Mirantur viciſſitudinem hanc, qui ea tantum proſpiciunt quæ ante pedes ſunt; at non illi quos altiori quadam aura cana Prudentia afflavit. Didicerunt quippe à ſapientiſſimo Romanorum: *Horæ momentum intereſſe intra ſolium & aliena genua.* & velut in Euripo, ſurſum deorſumque omnes volvi. Nec tamen ideo dejiciuntur cum ſerio imbiberint ejuſdem Sophi monitum: *In ſecundis nemo confidat. alternæ ſunt vices rerum. Quid exſultas? iſta, quibus veheris in ſummum, neſcis ubi te relictura ſint. Quid jaces? ad imum delatus es? nunc eſt reſurgendi locus.* Bern.

743. *Exar-*

Exul erit: nam quæ migranti externa patebunt
Mœnia? vis Argos eat, hoſtileſque Mycenas
Squallidus irreptet? victique ad limen Adraſti
Aonias narret clades? tenuemque precetur
Rex Thebanus opem? miſeræ quid crimina gentis
Pandere, quid caſus juvat oſtentare pudendos?
Conde precor quodcunque ſumus, nec longa precamur
Dona Creon, miſerere ſenis, mœſtique parentis
Hic precor, hic manes indulge ponere: certe
Thebanos ſepelire licet. ſic orat, humique
Volvitur. abducit genitor. ſævumque minatur
Indignans veniam. qualis leo rupe ſub alta,
Quem viridem quondam ſilvæ monteſque tremebant:
Jam piger, & longo jacet exarmatus ab ævo,
Magna tamen facies, & non adeunda ſenectus:
Et ſi demiſſas veniat mugitus ad aures,
Erigitur, meminitque ſui, vireſque peractas
Ingemit, & campis alios regnare leones.
Flectitur affatu, ſed non tamen omnia rector
Supplicis indulget lachrymis, partemque recidit
Muneris. haud, inquit, patriis prohibebere longe
Finibus, occurſu dum non pia templa, domoſque
Commacules. habeant te luſtra, tuuſque Cithæron:
Atque hæc ecce tuis tellus habitabilis umbris,
Quæ bellum, geminæque jacent in ſanguine gentes.
Sic ait, & ficto comitum, vulgique gementis
Aſſenſu, limen tumidus regale petebat.
Interea pulſi vallum exitiale Pelaſgi
Deſtituunt furto. nulli ſua ſigna, ſuuſque

Ductor:

743. *Exarmatus ab ævo.*] Dentibus & unguibus obtuſis imbellis redditus. *Vet. Schol.* Ita Sil. lib. 1. ✝ſ. 410.

Nec non ſerpentes diro exarmare veneno.

Et de iiſdem Calpurn. Eclog. v.

——— *ipſe videbis*
Serpentum cecidiſſe minas, non ſtringere dentes
Illa poteſt. uncos, &c. Barth.

749. *Supplicis indulget.*] Veniam Oedipo ſub certa conditione promittit. *Lactant.*

753. *Habitabilis umbris.*] Ubi filii ſe tui mutuis vulneribus peremerunt. *Id.*

754. *Quæ bellum.*] Thebanæ & Argivæ gentes moverunt. *Idem.*

758. *Deſtituunt.*] Occulte fugiunt. *Lactant.*

1. *Incli-*

Ductor: eunt taciti paſſim, & profunere pulchro
Dedecorem amplexi vitam reditusque pudendos.
Nox favet, & grata profugos amplectitur umbra.

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER DUODECIMUS.

Nondum cuncta polo vigil inclinaverat aſtra
Ortus, & inſtantem cornu tenuiore videbat
Luna diem: trepidas ſubito Tithonia nubes
Diſcutit, ac reduci magnum parat æthera Phœbo.
Agmina jam raris Dircæa penatibus errant
Noctis queſta moras, quamvis tunc otia tandem,
Et primus poſt bella ſopor: tamen ægra quietem
Pax fugat, & ſævi meminit victoria belli.
Vix primo proferre gradum, & munimina valli
Solvere, vix totas reſerare audacia portas.
Stant veteres ante ora metus, campique vacantis
Horror: ut adſiduo jactatis æquore tellus
Prima labat. ſic attoniti nil cominus ire

Mi-

1. *INclinaverat.*] Occidere fecerat, id eſt, nondum omnia aſtra adventus extinxerat Solis. *Lactantius.*

2. *Trepidos ubi jam Tithonia.*) Hoc ab illis eſt ortum, qui veteris orationis filum melius nectere docere voluerunt. Scripti: *trepidas ſubito.* Perinde eſt ac ſi foret, *cum ſubito.* Ovid. lib. 3. Met. *Vix bene Caſtalio Cadmus deſcenderat antro, Incuſtoditam lente videt ire juvencam.* Lib. 4. *Poſtera nocturnos aurora removerat ignes: Ad ſolitum coïere locum.* An & hic facient, *ubi coïere.* Gronov.

5. *Raris penatibus errant.*] Quia pauci erant habitatores. *MS. Scholia.* Qui tamen ſenſus Poëtæ non eſt. Sed quod ſequentia verba notant: *Noctis queſta moras.* Degebant enim extra domos, ut ſole Oriente quantocyus hoſtes invaderent. *Dircæa.*] Thebana. Ut *Dirce* pro univerſis Thebanis rebus, infra ỳſ. 610. *Barthius.*

9. *Munimina valli*] Quamvis fugati eſſent Argivi, tamen exire de civitate Thebani metuebant. *Lactantius.*

10. *Reſerare audacia portas.*] Nondum audebant terrore præteritorum malorum omne portarum ſpacium reſerare. *Idem.*

13. *Prima labat.*] Virgil.
Dum trepidi egreſſique labant veſtigia prima. Idem.

23. *Cruen-*

Mirantur, fuſaſque putant adſurgere turmas.
Sic ubi proſpicuæ ſcandentem limina turris
Idaliæ volucres fulvum aſpexere draconem,
Intus agunt natos, & fœta cubilia vallant
Unguibus, imbelleſque citant ad prælia pennas:
Mox ruerit licet ille retro, tamen aëra nudum
Candida turba timet, tandemque ingreſſa volatus
Horret, & à mediis etiamnum reſpicit aſtris.
Itur in exanguem populum, bellique jacentis
Relliquias, quâ quemque dolor, luctuſque cruenti
Exegere duces. hi tela, hi corpora, at illi
Cæſorum tantum ora vident, alienaque juxta
Pectora. pars currus deflent, viduiſque loquutus
Hoc ſolum quia reſtat, equis: pars oſcula figunt
Vulneribus magnis, & de virtute queruntur.
Frigida digeritur ſtrages; patuere reciſæ
Cum capulis, haſtiſque manus, mediiſque ſagittæ
Luminibus ſtantes. multis veſtigia cædis
Nulla, ruunt planctu pendente, & ubique parato.
At circum informes truncos miſerabile ſurgit
Certamen; qui juſta ferant, qui funera ducant.
Sæpe etiam hoſtiles (luſit Fortuna parumper)
Decepti flevere viros. nec certa facultas
Noſcere quem miſeri vitent, calcentve cruorem.

At

23. *Cruenti duces.*] Luctus & Dolor monſtrant viam; nimirum dum ſuos quiſque charos & propinquos quærit per cadavera. *Vet. Scholiaſt.*

28. *Queruntur.*] Virtutis malo imputant, quæ perierint. *Lactant.*

29. *Digeritur.*] Ordinatur. *Idem.*

30. *Cum ſcapulis: haſtiſque manus.*] Omnes ſcripti: *capulis.* Unus quem ego viderim Buſlid. habet alterum, ſed ita, ut ultro ſubnotato puncto τῷ S. indicet vacare. Hic igitur ſi creditus auctor Bernartio, *ſcapulas* hic inculcanti, auctoritatem defugiet. *Capuli* ſunt gladiorum, quibus perinde, ut haſtis, manus immortuæ. *Gronov.*

35. *Luſit Fortuna parumper.*] Decepti opinione ſua homines, *ludi* dicebantur à Fortuna, cuique pleræque omnes nationes omnem in res humanas caſtigandas & illudendas poteſtatem dabant. Qua de re eleganter. Plin. lib. 2. cap. 7. Et Ovid. lib. IV. de Ponto:

Hæc Dea non ſtabili quam ſit levis orbe fatetur,
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.

 38. *Va-*

At quibus eſt illæſa domus, vacuique dolores,
Aut deſerta vagi Danaum tentoria luſtrant;
Immittuntque faces, aut (quæ poſt bella voluptas)
Quærunt diſperſi, jaceat quo pulvere Tydeus,
An rapti pateat ſpecus auguris, aut ubi divûm
Hoſtis, an ætheriæ vivant per membra favillæ.
Jam lachrymis exemta dies, nec ſerus abegit
Veſper: amant miſeri lamenta, maliſque fruuntur.
Nec ſubiere domos, ſed circum funera pernox
Turba ſedet, vicibuſque datis alterna gementes
Igne feras, planctuque fugant. nec dulcibus aſtris
Victa, nec aſſiduo coierunt lumina fletu.
Tertius auroram pulſabat Lucifer, & jam
Montibus orbatis lucorum gloria, magna
Theumeſi venere trabes, & amica Cithæron
Silva rogis. ardent exciſæ viſcera gentis
Molibus extructis. ſupremo munere gaudent
Ogygii manes: queritur miſerabile Grajum
Nuda cohors, vetitumque gemens circumvolat ignem.
Accipit & ſævi manes Etheoclis iniquos
Haudquaquam regalis honos, Argivus haberi
Frater juſſus adhuc, atque exule pellitur umbra,
At non plebejo fumare Menœcea buſto
Rex genitor, Thebæque ſinunt. nec robora vilem
Struxerunt de more rogum: ſed bellicus agger
Curribus, & clypeis, Grajorumque omnibus armis
Sternitur. hoſtiles ſuper ipſe ut victor acervos,

Paci-

38. *Vacuiq; dolores.*] Non poſſunt dici vacui *dolores*, niſi pro ſupervacuis, inanibus, vanis. Is autem non eſt ſenſus hujus loci. Scribe *vacuique doloris*, id eſt, qui carent dolore, qui mala belli mortibus ſuorum non ſentiunt. Lib. 5. *& vacuis fluviorum in vallibus errat.* Gron.

55. *Miſerabile.*] Pro miſerabiliter. *Lactant.*

57. *Accipit.*] Subaudis, ignis. *Idem.*

58. *Argivus haberi.*] Id eſt, non ſepeliri ſicut Græci. *Idem.*

62. *Sed bellicus agger.*] Inſtrumentorum belli exaggeratio. *Idem.*

64. *Acervos.*] Exuviarum hoſtilium moles. Exuviis enim hoſtium extruebatur regibus mortuis pyra: quem ritum ſepulturæ hodie quoque barbari ſervare dicuntur, quem *Strabas* dicunt lingua ſua. *Idem.*

65. *Paci-*

Pacifera lauro crinem, vittiſque decorus
Accubat. haud aliter quam cum poſcentibus aſtris
Lætus in accenſa jacuit Tirynthius Oeta.
Spirantes ſuper inferias captiva Pelaſgum
Corpora, frenatoſque pater; ſolatia, fortes
Bellorum, mactabat equos, his arduus ignis
Palpitat, & gemitus tandem erupere paterni:
O niſi magnanimus tantæ te laudis iniſſet
Ardor, Echionios mecum venerande penates,
Atque ultra recture puer: venientia qui nunc
Gaudia & ingratum regni mihi munus acerbas.
Tu ſuperum convexa licet, cœtuſque perenni
(Credo equidem) Virtute colas: mihi flebile ſemper
Numen eris. ponant aras, excelſaque Thebæ
Templa dicent: uni fas ſit lugere parenti.
Et nunc heu quæ digna tibi ſolennia, quaſve
Largiar exequias? nec ſi fatale, poteſtas,
Argos, & impulſas cineri miſcere Mycenas,
Meque ſuper, cui vita, (nefas!) & ſanguine nati
Partus honos. eademne dies, eadem impia bella
Te, puer, & diros miſere in Tartara fratres?
Et nunc Oedipodi par eſt Fortuna doloris,
Ac mihi: quam ſimiles gemimus, bone Juppiter, umbras?
Accipe, nate, tui nova libamenta triumphi,

Accipe,

65. *Pacifera lauro.*] Triumphali ſive victrici. *Idem.*

68. *Spirantes ſuper inferias.*] Ad morem veterem dixit, quo in cæca illa errorum fovea prolapſis, perſuaſum, defunctorum animas humano ſanguine propitiari, ideoque captivos ad buſtum jugulare ſolebant. Homerus Iliad. ψ.

Δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς Καλκῷ δηϊόων.

Virgilius Æneid. XI.

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas. Bern.

74. *Ultra.*] Poſt mortem. *Lactant.*

75. *Acerbas.*] Acerbum facis. *Idem.*

84. *Eadem dies.*] Unius igitur Diei res duobus libris Decimo & Undecimo complexus eſt Papin. Et hoc quidem Antimachicum eſt. *Barth.* *Miſere.*]Hoc deplorandum eſt, inquit, te tantæ virtutis hominem eo die fatis ceſſiſſe, quo exſtinxere ſe mutua cæde peſſimi iſti fratres. *Vet. Schol.*

85. *Fratres.*]Una ſorte & eadem die, cum nefandis fratribus bellorum fortunam conjunxit. *Lactant.*

88. *Libamenta.*] Dona ſacrata ſive pueris initia mortis. *Idem.*

89. *Regi-*

Accipe, & hoc regimen dextræ, frontiſque ſuperbæ
Vincula, quæ patri nimium geſtanda dediſti.
Regem te, regem, triſtes Etheocleos umbræ
Aſpiciant. ſimul hæc dicens, crinemque, manumque
Deſtruit, accenſaque iterat violentius ira:
Sævum agedum, immitemque vocent, nunc funera Lernæ
Tecum ardere veto. longos utinam addere ſenſus
Corporibus, cœloque animas, Ereboque nocentes
Pellere fas: ipſumque feras, ipſum unca volucrum
Ora ſequi, atque artus regum monſtrare nefandos.
Hei mihi quod poſitos humus alma, dieſque reſolvit.
Quare iterum repetens, iterumque edico, ſuprema
Ne quis ope, aut flammis auſit juviſſe Pelaſgos,
Aut nece facta luet, numeroque explebit ademta
Corpora: per ſuperos, magnumque Menœcea juro.
Dixit, & abreptum comites in tecta ferebant.
Flebilis interea vacuis comitatus ab Argis
(Fama trahit miſeras) orbæ, viduæque ruebant
Inachides, ceu capta manus: ſua vulnera cuique,
Par habitus cunctis, dejecti in pectora crines,
Accinctique ſinus. manant lacera ora cruentis
Unguibus, & molles planctu crevere lacerti.
Prima per attonitas nigræ regina catervæ
Triſtibus illabens famulis, iterumque reſurgens
Quærit inops Argia vias. non regia cordi,
Non pater: una fides, unum Polynicis amati
Nomen in ore ſedet. Dircen, infauſtaque Cadmi
Mœnia,

89. *Regimen dextræ.*] Sceptrum ſive regalis virga. *Frontiſque ſuperbæ.*] Vincula, diadema. oſtendit poëta Creontem regni inſignia in ardentis filii pyram jeciſſe. *Idem.*

94. *Funera Lernæ.*] Cadavera Argivorum. Quia jam tu combureris, ne, quia cauſa tui interitus fuerunt, etiam mortui, componantur, vero eos ſepeliri. De Lerna ſupra dictum eſt, quantum ſatis fuerit. *Vet. Schol.*

104. *Abreptum.*] Iracundia enim nimia ei deliquium animi faciebat. *Vet. Schol. Comites*, ſomnos amicorum notant, lib. x. ℣ſ. 157.

— *Novum comitem bonus inſtigabat Apollo.* Et ℣ſ. 343.

—— *Calydonius Hopleus*
Mænaliuſque Dymas, dilecti Regibus ambo,
Regum ambo Comites. ——

Barthius.

123. *Impia*

Mœnia, poſthabitis velit coluiſſe Mycenis.
Proxima Lernæo Calydonidas agmine mixtas
Tydeos exequiis trahit haud ceſſura ſorori
Deiphile. ſcelus illa quidem, morſuſque profanos
Audierat miſeranda viri. ſed cuncta jacenti
Infelix ignoſcit amor. poſt aſpera viſu,
Ac deflenda tamen, digno plangore Nealce
Hippomedonta ciens. vatis mox impia conjux
Heu vacuos poſitura rogos. Poſtrema gementum
Agmina Mænalia ducit comes orba Dianæ.
Et gravis Euadne, dolet hæc, queriturque labores
Audacis pueri: magni memor illa mariti
It torvum lachrymans, ſummiſque iraſcitur aſtris.
Illas & lucis Hecate ſpeculata Lycæis
Proſequitur gemitu, duplexque ad littus euntes
Planxit ab Iſthmiaco genitrix Thebana ſepulchro.
Noctivagumque gregem, quamvis ſibi luget, Eleuſin
Flevit, & arcanos errantibus extulit ignes.
Ipſa per averſos ducit Saturnia colles,
Occultatque vias, ne plebs congreſſa ſuorum
Ire vetet, pereatque ingentis gloria cœpti.
Nec non functa ducum refovendi corpora curam
Iris habet: putreſque arcanis roribus artus
Ambroſiaque rigat ſuccis, ut longius obſtent

Expe-

123. *Impia conjux.*] Proditrix. Eryphilen ſignificat Amphiarai uxorem, quæ monilis cupiditate ducta, latebras conjugis prodidit, quam poſtea filius in vindictam patris occidit. *Lactant.*

130. *Duplex littus.*] Ionium & Ægæum. *Idem.*

131. *Iſthmiaco.*] Corinthio. *Genitrix*] Leucothea. *Idem.*

132. *Noctivagumque.*] Mulierum Argivarum gregem ſignificat. *Noctivagum* ideo, quia quæ tentes maritorum cadavera nocte vagantur incertæ. *Eleuſis.*] Civitas non longè ab Athenis. quamvis Eleuſis propriis luctibus ſerviat. In ſacris enim hujus civitatis myſteria ſunt Cereris, Proſerpinæ raptum dolentis.

133. *Arcanos.*] Secretos, ſive ſacrificiorum ignes oſtendit. *Extulit.*] Elevavit. *Idem.*

134. *Ipſa per adverſos.*] Ipſa Juno & avia monſtrabat itinera, & refovebat corpora mortuorum: mandat ſimul curam Iridi, quæ ambroſiis ſuccis perfundens ea debere ſolvi vetabat. *Idem.*

135. *Ne plebs.*] Ne conjuncta fugientium multitudo à cœpto deterreatur. *Id.*

137. *Functa.*] Mortua. *Idem.*

138. *Roribus.*] Liquor bus ſuis. *Idem.*

139. *Obſtant.*] Repugnant. *Idem.*

140. *Fatiſ-*

Expectentque rogos. flammas neve ante fatiſcant,
Squallidus ecce genas, & hianti vulnere pallens
Ornitus (hic ſocio deſertus ab agmine, tardat
Plaga recens) timidus ſecreta per avia furto
Debile carpit iter, fractaque innititur haſta.
Iſque ubi mota novo ſtupuit loca ſola tumultu,
Fœmineumque gregem, quæ jam ſuper agmina Lernæ
Sola videt (non ille viam, cauſaſque requirit,
Quippe patent) mœſto ſed ſic prior occupat ore:
Quo miſeræ, quo fertis iter? funuſne peremptis
Speratis, cineremque viris? ſtat pervigil illic
Umbrarum cuſtos, inhumataque corpora regi
Adnumerat. nuſquam lachrymæ, procul uſque fugati
Acceſſus hominum. ſolis avibuſque, feriſque
Ire licet. veſtriſne Creon dabit æquus honorem
Luctibus? immites citius Buſiridos aras,
Odryſiique famem ſtabuli, Siculoſque licebit
Exorare deos. rapiet fortaſſe precantes,
(Si meus nota mihi) nec conjugalia ſupra

Funera,

140. *Fatiſcant.*] Ut occiſorum corpora putredine non ante ſolvantur, quam rogos accipiant; & eſt ordo: ante flammas non fatiſcant. *Idem.*

145. *Mota.*] Propter virgulta & arbores. *Vet. Scholiaſt.* Horatius:

— *Seu virides rubum dimovere lacertæ*
Et corde & genibus tremit —

Novum tumultum dicit qualem ante non audiverat, nec in ea ſolitudine exſpectabat. *Barthius.*

149. *Funuſne peremptis ſperatis.*] Speratiſne vos mortuis ſepulturæ ſolatia poſſe præſtare. *Lactant.*

152. *Annumerat.*] Servat. *Idem.*

155. *Buſiridis aras.*] Hic rex Ægypti fuit, advenas ſolitus ad aras mactare; poſtremo adventu Herculis exemplo ſuo immolatus eſt. *Idem.*

156. *Odryſiique.*] Diomedes Thracum rex equos habebat, quos humanis carnibus nutriebat. Hos Hercules occiſo Diomede, ad ſolita pabula, id eſt ad gramina, mollita feritate revocavit. *Siculoſque licebit.*] Jupiter Ætnam Nympham compreſſit. quam cùm Juno perſequeretur, illa Terræ imploravit auxilium, & in ſinu ejus recepta, enixa eſt geminos, necdum partu maturos: hos terra intra gremium ſuum tandiu fovit, quamdiu lex uteri poſtulabat: poſtea enixa eſt, unde Palici, id eſt, bis geniti ſunt appellati. Hos autem immites fuiſſe, & humano ſanguine placari conſuetos, fabula differente confirmatum eſt. Quod videtur etiam ſtrictim tetigiſſe Virgil.

— *Et implacabilis ara Palici.*

Idem.

158. *Nec conjugalia ſupra Funera.*] Utrum ſolves ſecundam ſyllabam & *conjugalia*, an males *connubialia*? An denique *conjugialia*? ut apud Ovidium l. 5. Met. *nec conjugialia feſta Qui canat, eſt clamor.* Et lib. 6. *Nec mea virginitas, nec conjugialia jura.* Sed mirum eſt utrobique

Funera, ſed caris longe mactabit ab umbris:
Quin fugitis, dum tuta via eſt, Lernamque reverſæ
Nomina (quod ſupereſt) vacuis datis orba ſepulchris,
Abſenteſque animas ad inania buſta vocatis?
Aut vos Cecropiam (prope namque & Theſea fama eſt
Thermodontiaco lætum remeare triumpho)
Imploratis opem? bello cogendus & armis
In mores hominemque Creon. ſic fatus, at illis
Horruerant lachrymæ, ſtupuitque immanis eundi
Impetus, atque uno vultus pallore notati.
Non ſecus afflavit molles ſi quando juvencas
Tigridis Hircanæ jejunum murmur, & ipſe
Auditu turbatur ager: timor omnibus ingens,
Quæ placeat, quo illa fames deſcendat in armos,
Continuo diſcors vario ſententia motu
Scinditur: his Thebas, tumidumque ambire Creonta
His placet Actææ ſi quid clementia gentis
Annuat. extremum curarum, ac turpe reverti.

At

que in tribus membranis haberi *conjugalia.* Gronov.

162. *Abſenteſque animas ad inania buſta vocatis.*] Adumbratus ex Virgilio locus lib. III.

Ante urbem in luco falſi Simoentis ad undam
Libabat cineri Andromache, maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem
Et geminas cauſam lachrymis ſacraverat aras.

reſpicit uterque Poëta ad κενοτάφιον, cujus præclarum apud Xenophontem exemplum lib. VI. expeditionis Cyri. ubi militibus, quorum reliquiæ reperiri non poterant, inane ſepulchrum ſtatuitur. vide Tacitum Annalium I. & II. Suetonium Claudio cap. I. Marcellinum in vita Thucydidis: Lampridium Severo: Vopiſcum Floriano. Denique Juriſconſultos noſtros, Macianum l VI. de rer. diviſione: & Ulpianum l. V. de relig. & ſumpt. funer. ubi diſces cenotaphium non fuiſſe apud veteres religioſum. *Bernart.*

164. *Thermodontiaco.*] Thracio, à fluvio Thermodonte, Thraciæ regionis. *Lactantius.*

166. *In mores hominemque.*] In humanam conſuetudinem, id eſt, ut mortuos ſepulturæ concedat, bello cogendus eſt Creon. *Idem.*

168. *Uno vultus pallore notati.*] Quanto melius veteres, *pallore gelati*? Statius lib. IV.

— *ſic fata gelatis vultibus.*

Inibi:

— *gelat ora pavor greſſuſque tremiſcunt.*

& lib. X.

— *ſtupet anxius alto*
Corda metu glaciante pater. —

Juvenalis Sat. VI.

— *pavidoque gelantur*
Pectore. —

Bernart.

At non fœminea ſubitum virtutis honorem
Colligit Argia, ſexuque immane relicto
Tractat opus. placet egregii ſpes dura pericli
Cominus infandi leges accedere regni.
Quo Rhodopes non ulla nurus, nec alumna nivoſi
Phaſidis, innuptis vallata cohortibus iret.
Tunc movet arte dolum, quo ſemet ab agmine fido
Segreget, immiteſque deos, regemque cruentum
Contemptrix animæ, & magno temeraria luctu
Provocet. hortantur pietas, igneſque pudici.
Ipſe etiam ante oculos omni manifeſtus in actu
Nunc hoſpes miſeræ, primas nunc ſponſus ad aras,
Nunc mitis conjux. nunc jam ſub caſide torva
Mæſtus

177. *Hic non fœmineæ.*] Sed omnino virilis fortitudinis. *V. Schol.* Melior hic eſt Vetuſtiſſimorum librorum Lectio: *At non fœmineæ.* Ita Claudianus:

At non magnanimi virtus Stiliconis eodem
Fracta metu. — Barthius.

179. *Dura pericli.*] Cauſa mariti furtim cremandi. *Lactantius.*

181. *Rhodopes.*] Mons Thraciæ. *Idem.*

182. *Innuptis.*] Amazoniis. *Idem.*

189. *Nunc mitis conjux.*] Vitioſiſſima interpunctio. Tu mecum reſcribe:

Nunc hoſpes miſeræ, primas nunc ſponſus ad aras,

tangit iterum, ſed occultè, more ſuo, ritum priſcum, quo *ſacrificium* ſignatè inter nuptiarum ſollennia. Tacitus Annal. XI. de Sillio & Meſſalina: *Haud ſum ignarus fabuloſum viſum iri, tantum ullis mortalium ſecuritatis, in civitate omnium gnara & nihil reticente, Conſulem deſignatum, cum uxore Principis, prædicta die, adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſa, convenisse: atque illam audiſſe auſpicum verba, ſubiſſe, ſacrificaſſe apud deos, diſcubitum inter convivas, oſcula, complexus. noctem denique actam licentia maritali.* Scriptor ignotus Octaviæ:

— *vidit attonitus tuam*
Formam Senatus, tura cum ſuperis dares,
Sacraſque gratas ſpargeres aras mero,
Velata ſummum flammeo tenui caput.

Terentius Phormione: *ſi argentum acceperis, ducenda eſt uxor, ut ais, concedo tibi ſpatium quidem tandem apparandis nuptiis, vocandi, ſacrificandi dabitur paululum.* Valerius Flaccus, VIII. Argonaut.

Inde ubi ſacrificas cum conjuge venit ad aras
Aeſonides, unaque adeunt, pariterque precari
Incipiunt, ignem Pollux undamque jugalem
Prætulit. —

qui locus alterius cujuſdam ritus memorem me reddit Juriſconſultus l. penult. §. 1. de donat. inter vir. & uxor. *Virgini in hortos deductæ ante diem tertium quàm ibi nuptiæ fierent, prius quàm ad eum tranſiret, & prius quàm aqua & igni acciperetur.* Dionyſius Antiquitatum II. de Romulo, raptas Sabinas, ſuis conjungens: *Nuptias inter eos his conditionibus concilians, ut ignis & aquæ einſdem participes eſſent, quemadmodum adhuc & noſtra ætate fit.* cauſam hujus ritus reddidit Lactantius lib. II. de origine erroris, c. X. de aqua & igne agens, *alterum enim quaſi maſculinum elementum*

Mæſtus in amplexu, multumque à limine ſummo
Reſpiciens. ſed nulla animo obverſatur imago
Crebrior, Aonii quam quæ de ſanguine campi
Nuda venit, poſcitque rogos. his anxia mentem
Ægreſcit curis, & qui caſtiſſimus ardor,
Funus amat. tunc ad comites converſa Pelaſgas:
Vos, ait, Actæas acies, Marathoniaque arma
Elicite, aſpiretque pio fortuna labori.
Me ſinite Ogygias tantæ quæ ſola ruinæ
Cauſa fui, penetrare domos, & fulmina regni
Prima pati. nec ſurda feræ pulſabimus urbis
Limina, ſunt illic ſoceri mihi, ſuntque ſorores
Conjugis, & Thebas haud ignoranda ſubibo.
Ne tantum revocate gradus. illo impetus ingens,
Auguriumque animi. nec plura: unumque Menœtem
(Olim hic virginei cuſtos, monitorque pudoris)
Eligit, & quanquam rudis, atque ignara locorum
Præcipites greſſus qua venerat Ornitus affert.
Atque ubi viſa procul, ſocias liquiſſe malorum,
Anne, ait, hoſtiles ego te labente per agros,
Heu dolor, expectem quanam ſententia lenti
Theſeos? an bello proceres, an dexter aruſpex
Annuat? interea funus decreſcit: & uncis
Alitibus non hos potius ſupponimus artus?
Et nunc me duram, ſi quis tibi ſenſus, ad umbras
Me tardam quereris Stygiis, fidiſſime, divis.

Heu

alterum quaſi femininum, alterum activum, alterum patibile, ideoque à veteribus inſtitutum, ut ſacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera ſanciantur, quod fœtus animantium calore & humore corporentur & animentur ad vitam. videndus Varro lib. IV. de lingua Latina. Ovidius Faſtorum IV. Nonius etiam in *Titionem* & in *Felix*. Erit fortaſſe aliquis, cui extra limitem extraque oleas (quod dicitur) ire videbor: non eo; noto hæc talia, ut intelligat juventus Papinium ſcribentem Epith. Stellæ & Violantillæ:

— procul ecce canoro (venæ
Demigrant Helicone deæ quatiuntque novæ
Lampade ſollennem thalamis coëuntibus ignem,
Et de Pieriis vocalem fontibus undam.

Reſpicit vetuſtiſſimum hunc ritum & ipſas Muſas, ea quæ ad ſollennia geſtaſſe vult. *Bern.*

215. *Tardam fidiſſime.*] Non reſpondentem fidei erga te meæ quereris tardam venire ad Stygios divos, id eſt, protrahere meam mortem contra debitam fidem. *Vet. Schol.*

Heu ſi nudus adhuc, heu ſi jam forte ſepultus,
Noſtrum utrumque nefas. adeo vis nulla dolenti,
Mors nuſquam, ſævuſque Creon. hortaris euntem
Oruite: ſic dicens magno Megareïa praceps
Arva rapit paſſu, demonſtrat proxima quiſquis
Obvius, horreſcitque habitus, miſeramque veretur.
Vadit atrox viſu, nec corde, nec aura paveſcens,
Et nimiis confiſa malis, propiorque timeri:
Nocte velut Phrygia cum lamentata reſultant
Dindyma, pinigeri rapitur Simoëntis ad amnem
Dux veſana chori, cujus dea ſanguine lecto
Ipſa dedit ferrum, & vittata fronte notavit.
Jam pater Heſperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis,
Cum tamen illa gravem luctu fallente laborem
Neſcit abiſſe diem. nec caligantibus arvis
Terretur, nec frangit iter, per & invia ſaxa,
Lapſuraſque trabes, nemorumque arcana ſereno
Nigra die. cæciſque inciſa novalia foſſis
Per fluvios ſecura vadi, ſomnoſque ferarum

Præter,

217. *Vis nulla dolenti.*] Nunquam eſt animi magnitudo, quæ perducat ad mortem. *Lactantius.*

218. *Hortaris euntem.*] Verbis dehortantibus cohortaris. *Idem.*

224. *Nocte velut Phrygia.*] Sacra matris nocte Phrygibus colebantur in monte Dyndimo, in quibus ſe Galli abſcindere conſueverant. Quod genus ſacrificii ſtrictim Virgilius tetigit: *Ite per alta Dyndima.* Idem.

226. *Dux veſana chori.*] Non memini mulieres quoque fuiſſe in ſacris Magnæ Matris, quæ ſe cruentarent. An igitur de archigallo loquitur ut fœmina? Id ſic quidem nimis inſolens videtur. An ſcribendum: *pinigeri raperit Simoentis ad undam Dux veſane chori.* Gronov. *Cujus Dea ſanguine lecto.*] Cujus ſanguine placari vult Cybele. *Vet. Sc.* In optimo libro alia eſt lectio:

— *Cui jus Dea ſanguine lecto*
Ipſa dedit ferri, & vittata fronte notavit.

Non eſt fortaſſis Librariorum aut naſutorum hominum hæc ſcriptura, cum de Modimperatrice Sacrorum horum clarus ſit ſermo. Nihil tamen mutamus. *Barth.*

229. *Aliis rediturus ab undis.*] In occidentem vergens ſol, neceſſe eſt ab orientis partibus oriatur. *Lact.*

232. *Nec frangit iter.*] Non minuit vel deflectit. *Idem.*

234. *Novalia.*] Agrorum loca, quæ verno tempore ſcrobibus factis vinetis aptantur. *Idem.*

235. *Per fluvios ſecura ruit.*] Cur non audiam veteres: *per fluvios ſecura vadi*? Bernart.

236. *In-*

Præter, & horrendis inſeſſa cubilia monſtris.
Tantum animi, luctuſque valent. pudet ire Menœtem
Tardius, invalidaque gradum miratur alumnæ.
Quas non illa domos, pecorumque, hominumque modeſto
Pulſavit gemitu? quoties amiſſus eunti
Limes, & errantem comites ſolatia flammæ
Deſtituunt? gelidaque facem vicere tenebræ?
Jamque ſupinantur feſſis, lateque fatiſcunt
Penthei devexa jugi, cum pectore anhelo
Jam prope deficiens, ſic incohat orſa Menœtes:
Haud procul (exacti ſi ſpes non blanda laboris)
Ogygias Argia domos, & egena ſepulchri
Buſta jacere reor. grave cominus æſtuat aër
Sordidus, & magnæ redeunt per inane volucres.
Hæc illa eſt crudelis humus: nec mœnia longe.
Cernis, ut ingentes murorum porrigat umbras
Campus, & è ſpeculis moriens intermicet ignis?
Mœnia ſunt juxta, modo nox magis ipſa tacebat,
Solaque nigrantes laxabant aſtra tenebras.
Horruit Argia, dextramque ad mœnia tendens:
Urbs optata prius, nunc tecta hoſtilia Thebæ,
Et tamen illæſas ſi reddis conjugis umbras,
Sic quoque dulce ſolum: cernis quo prædita cultu,
Qua ſtipata manu, juxta tua mœnia primum
Oedipodis magni venio nurus? improba non ſunt

Vota.

236. *Infeſta cubilia.*] Lactant. legit *inſeſſa*, inhabitata vel obſeſſa exponens, quam veram ſcripturam puto. Et recte editum Lindenbrogio: Gulielmus Canterus lib. 11. Nov. lect. cap. 8. legendum cenſet:

Per fluvios ſecura ruit, ſomnoſq; ferarum
Præter, & horrendis inſeſſa cubilia monſtris.

Quæ ſane elegans Lectio eſt, & ut puto veteribus libris debita. Placet itaque recipi hanc, diſſentiente licet Lutatio. *Barthius.*

243. *Supinantur.*] Inclinantur. *Lact.*

244. *Devexa.*] Latera. *Idem.*

246. *Exacti.*] Finiti ſive concluſi. *Non blanda.*] Non falſa. A blandimentis enim inducimur: ut Terentius:

Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe deluderes,

id eſt, blandimentis induceres. *Idem.*

247. *Egena ſepulchri.*] Cadavera ſepultura carentia. *Idem.*

248. *Buſta.*] Corpora ſemiuſta. *Æſtuat aër.*] Graviter exhalat. *Idem.*

259. *Qua ſtipata manu.*] Qua multitudine comitata, Ironicos, id eſt, nulla. *Idem.*

272. *Anſo-*

Vota. rogos hoſpes planctumque, & funera, poſco.
Illum, oro, extorrem regni, belloque fugatum,
Illum, quem ſolio non es dignata paterno,
Redde mihi. tuque, oro, veni, ſi manibus ulla
Effigies, errantque animæ poſt membra ſoluta.
Tu mihi pande vias, tuaque ipſe ad funera deduc,
Si merui. dixit, tectumque aggreſſa propinqua
Paſtorale caſæ. reficit ſpiramina feſſi
Ignis, & horrendos irrumpit turbida campos,
Qualis ab Ætnæis accenſa lampade ſaxis
Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ,
Auſonium Siculumque latus veſtigia nigri
Raptoris, vaſtoſque legens in pulvere ſulcos.
Illius inſanis ululatibus ipſe remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni.
Perſephonen amnes, ſilvæ, freta, nubila, clamant,
Perſephonen tantum Stygii tacet aula mariti.
Admonet attonitam fidus meminiſſe Creontis
Altor, & occultam ſummittere lampada furto.
Regina Argolicas modo formidata per urbes
Votum immane procis, ſpeſque auguſtiſſima gentis,
Nocte ſub infeſta, nullo duce, & hoſte propinquo,
Sola per offenſus armorum, & lubrica tabo
Gramina, non tenebras, non circumfuſa tremiſcens
Concilia umbrarum, atque animas ſua membra gementes.
Sæpe gradu cæco ferrum calcataque tela
Diſſimulat, ſoluſque labor vitare jacentes,
Dum funus putat omne ſuum, viſuque ſagaci

Ri-

272. *Auſonium Siculumque latus.*] Nunc huc nunc illuc ſe obvertens. Claudianus de Lybico & Italico latere, longe illuſtriori ſenſu: Eadem in re

—— fulvis
Adnatat umbra fretis, extremaque lucis imago
Italiam Libyamq; ferit, clareſcit Etruſcum
Littus & accenſo reſplendent æquore Syrtes.

Nec abſimiliter Sil. Italicus lib. 11. in re tamen alia:

Ardent tecta Deûm, reſpondet imagine flammæ
Æquor, & in tremulo vibrant incendia ponto.

Barthius.

273. *In pulvere ſulcos.*] Rotarum veſtigia. *Lactant.*

290. *Pa-*

Rimatur poſitos, & corpora prona ſupinat
Incumbens, queriturque parum lucentibus aſtris.
Forte ſoporiferas cœli ſecreta per umbras
Juno ſinu magni ſemet furata mariti,
Theſeos ad muros, ut Pallada flecteret, ibat,
Supplicibuſque piis faciles aperiret Athenas:
Atque ubi per campos errore fatiſcere vano
Immeritam Argian ſupero reſpexit ab axe,
Indoluit viſu: & lunaribus obvia bigis
Advertit currum, placidaque ita voce locuta eſt:
Da mihi poſcenti munus breve, Cynthia, ſi quis
Eſt Junonis honos. certe Jovis improba juſſu
Ternoctem Herculeam. veteres ſed mitto querelas:
En locus officio. cultrix placidiſſima noſtri
Inachis Argia cernis qua nocte vagetur,
Nec reperire virum denſis queat ægra tenebris?
Et tibi nimboſum languet jubar. exere quæſo
Cornua, & aſſueto propior premat orbita terras.
Hunc quoque qui curru madidas tibi pronus habenas
Ducit,

290. *Parum lucentibus aſtris.*] Et habere fingebatur facem modo, & talem quidem facem, quæ cæteris incenſis arboribus comparari poſſit. Magna hic iterum oblivio eſt, quam auget poſtea cum iterum lampadem Argiæ tradit, ut ỷ ſ. 349.

—— *aliamque ad buſta ferebat Antigone miſeranda facem.*

Quomodo aliam, niſi aliam haberet jam Argia?

293. *Theſeos ad muros.*]Ad Athenienſis civitatis muros. *Lactant.*

295. *Fatiſcere vano.*] Fatigari errore ſuperfluo. quia mariti corpus inveniri non poterat. *Idem.*

301. *Ternoctem Herculeam.*]Juppiter cum Alcmenam Amphitryonis uxorem amaſſet, & ad eam corrumpendam demutatus in Amphitryonis veniſſet ſpecie, ne adventu diei concubitus minueretur voluptas, juſſit triplicem illam noctem fieri, quia triplices curſus luna peregit: ex quo compreſſu Alcumenæ Hercules dicitur natus. Merito ergo *noctem Herculeam* dixit, in qua conceptus eſt Hercules. *Idem.*

302. *Officio.*]Beneficio. *Idem. Cultrix placidiſſima noſtri.*] Malim, *placitiſſima.* mihi maxime grata & placens. Reviſe ad l 7. Juſtin. 18, 3. *ſerviſque de ſtatu reipubl. deliberantibus placuiſſet regem ex ſuo corpore creari, eumque potiſſimum quaſi placitiſſimum diis, qui ſolem orientem primus vidiſſet.* Ita MSS. ubi ſubdiderunt, *acceptiſſimum.* Suetonius Calig. 36. *cum maxime placitam ſevocaſſet.* Gronov.

305. *Nimboſum.*] Nebuloſum. *Lact.*

306. *Orbita.*] Rotarum via. *Idem.*

307. *Hunc quoque.*] Id eſt, ſomnus qui præcedit bigas tuas, jugales occupet Thebanorum, eoſque laxet in ſomnum. & eſt ordo, Hunc quoque ſoporem. *Idem.*

309. *Vix*

Ducit, in Aonios vigiles demitte Soporem.
Vix ea, cum ſciſſis magnum dea nubibus orbem
Protulit: expavere umbræ fulgorque reciſus
Sideribus, vix ipſa tulit Saturnia flammas.
Primum per campos infuſo lumine, pallam
Conjugis ipſa ſuos noſcit miſeranda labores,
Quanquam texta latent, ſuffuſaque ſanguine mœret
Purpura. dumque deos vocat, & de funere caro
Hoc ſupereſſe putat, videt ipſum in pulvere pæne
Calcatum. fugere animus, viſuſque, ſonuſque,
Incluſitque dolor lachrymas. tunc corpore toto
Sternitur in vultus, animamque per oſcula quærit
Abſentem, preſſumque comis, ac veſte cruorem
Servatura legit. mox tandem voce reverſa,
Hunc ego te, conjux, ad debita regna profectum
Ductorem belli, generumque potentis Adraſti
Aſpicio? taliſque tuis occurro triumphis?
Huc attolle genas, defectaque lumina. venit
Ad Thebas Argia tuas. age mœnibus induc:
Et patrios oſtende lares, & mutua redde
Hoſpitia. Heu quid ago? projectus ceſpite nudo
Hoc patriæ telluris habes? quæ jurgia? certe
Imperium non frater habet. nullaſne tuorum
Moviſti lachrymas? ubi mater? ubi inclyta fama
Antigone? mihi nempe jaces: mihi victus es uni.
Dicebam, quo tendis iter? quid ſceptra negata

Poſcis?

309. *Vix ea conſciſſis manum dea.*] Corruptiſſima hæc ſunt ſi qua alia. Quid enim *conſciſſis manum*? portenta verborum, uti vides. ſed noli dubitare quin legendum ſit ex veteri:

— *cùm ſciſſis magnum dea nubibus orbem*
Protulit. — Bernart.

310. *Fulgorque reciſus.*] Lucente enim Luna neceſſe eſt ut ſtellarum minuatur ſplendor. *Lactantius.*

312. *Infuſo lumine.*] Lachrymis pleno. *Idem.*

314. *Texta.*] Quæ mariti veſtibus impreſſerat texendo. *Mœret.*] Cælatur, ſive nigrior fit. *Idem.*

332. *Nempe mihi jaces.*] Mihi interemtus es, mihi victus es. Tibi (*tu*) enim, ut ſolus regnare poſſes, interemiſti fratrem & regno ſic te impoſuiſti. *Vet. Sch.*

333. *Dicebam.*] Utinam mihi paruiſſes. Dicebam enim tibi: Mane hic, regna in meo regno; Ne committe te tanto periculo. *V. Sch.* Tò *Dicebam* neglecta conſilia meliora exprobrat. Auſon. Epigramm. 13.

Dice-

Poſcis? habes Argos: ſoceri regnabis in aula:
Hic tibi longus honos, hic indiviſa poteſtas.
Quid queror? ipſa dedi bellum, mœſtumque rogavi
Ipſa patrem, ut talem nunc te complexa tenerem.
Sed bene habet, ſuperi: gratum eſt, Fortuna: peracta eſt
Spes longinquá via: totos invenimus artus.
Hei mihi, ſed quanto deſcendit vulnus hiatu!
Hoc frater? qua parte precor jacet ille nefandus
Prædator? vincam volucres, ſit adire poteſtas,
Excludamque feras. an habet funeſtus & ignes?
Sed nec te flammis inopem tua terra videbit:
Ardebis, lachrymaſque feres, quas ferre negatum
Regibus, æternumque tuo famulata ſepulchro
Durabit deſerta fides, teſtiſque dolorum
Natus erit, parvoque torum Polynice fovebo.
Ecce alios gemitus, aliamque ad buſta ferebat
Antigone miſeranda facem, vix nacta petitos
Mœnibus egreſſus. illam nam tempore in omni
Attendunt vigiles, & rex jubet ipſe timeri,
Contractaque vices, & crebrior excubat ignis:
Ergo deis, fratrique moras excuſat, & amens

Ut

Dicebam tibi, Galla, ſeneſcimus, effugit ætas,
Utere rene tuo, caſta puella anus eſt.
Spreviſti; obrepſit non intellecta ſenectus,
Nec revocare potes, qui periere dies.
Barthius.

335. *Hic tibi longus honos.*] Hoc eſt, ſine ſucceſſoris metu. *Indiviſa poteſtas.*] In patria perpetuum fueras poſſeſſurus imperium. *Lactantius.*

338. *Sed bene habet, ſuperi: gratum eſt. Fortuna peracta eſt Spes longinqua via.*] Lego: *Sed benè habet ſuperi. gratum eſt fortuna.* Bern. *Gratum eſt fortuna.*] Fortunæ ſorte conceſſum cadaver invenimus. *Lactantius.*

347. *Durabat.*] Conjugis ſcilicet.

348. *Natus erit.*] Theſſandrus ſcilicet, filius Polynicis. *Idem.* *Polynice.*] Non quod ſic nominetur filius noſter, ſed quod patrem in eo videbor amplecti, & mecum habere. *Vet. Schol.* Alluditur illud Virgilianum Didûs:

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles; ſi quis mihi parvulus aula
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.
Barth.

Fovebo.] Solabor viduitatem meam ſimilitudine tua, nec ſecundas nuptias ſuperſtite filio cupiam. *Lact.*

350. *Petitos.*] Deſideratos. *Idem.*

352. *Timeri.*] Caveri. *Idem.*

353. *Contractæ vices.*] Frequentiores congregationes, quia *vices* dicuntur militum cuſtodiæ, qui ad vigilandum ſibi viciſſim ſuccedunt. *Excubat.*] Excubias præſtat. *Idem.*

360. *Con-*

Ut paulum immiſſo ceſſit ſtatio horrida ſomno,
Erumpit muris. fremitu quo territat agros
Virginis ira leæ rabies, cui libera tandem
Et primus ſine matre furor. nec longa morata eſt,
Quippe trucem campum, & poſitus quo pulvere frater
Noverat. atque illam contra videt ire Menœtes
Cui vacat, & cara gemitus compeſcit alumna.
Cum tamen erectas extremus virginis aures
Acceſſit ſonus: utque atra ſub veſte, comiſque
Squallentem, & craſſo fœdatam ſanguine vultus
Aſtrorum radiis, & utraque à lampade vidit.
Cujus, ait, manes, aut quem temeraria quæris
Nocte mea? nihil illa diu, ſed in ora mariti
Dejicit, inque ſuos pariter velamina vultus,
Capta metu ſubito, paulumque oblita doloris.
Hoc magis increpitans ſuſpecta ſilentia, perſtat
Antigone, comitemque premens ipſamque: ſed ambo
Deficiunt, fixique ſilent. tandem ora retexit
Argia, corpuſque tamen complexa, profatur:
Si quid in hoc veteri bellorum ſanguine mecum
Quæſitura venis, ſi tu quoque dura Creontis
Juſſa times, poſſum, tibi me confiſa, fateri.
Si miſera es (certe lachrymas, lamentaque cerno)
Junge age, junge fidem: proles ego regis Adraſti.
(Hei mihi num quis adeſt?) cari Polynicis ad ignes,
Etſi regna vetant. ſtupuit Cadmeïa virgo,
Intremuitque ſimul, dicentemque occupat ultro:
Mene igitur ſociam (prô ſors ignara!) malorum,
Mene times? mea membra tenes, mea funera plangis,

Cedo.

360. *Contra videt ire Menœtes.*] *Contra ire* pro contra venire; alumni ſcilicet. *Idem.*

367. *Nocte mea.*] Quæ ſoli mihi debebatur, ne quis me ab egregio opere impediret. *Vet. Sch.* Optime: *quæ mihi ſoli conceſſum erat, exire.* Lactant. Sed errat, nihil enim tale conceſſum erat Antigonæ; aut mendoſus eſt, & legend. ——— *ſoli concluſum erat exire.* In quam ſententiam propendet animus. *Barthius.*

377. *Si miſera es.*] Si æque luges. *Idem.*

379. *Polynicis ad ignes.*] Subaudis *veni.* Idem.

384. *Cedo,*

Cedo, ten' pudet! heu pietas ignava ſororis!
Hæc prior. hic pariter lapſæ, junctoque per ipſum
Amplexu, miſcent avidæ lachrymaſque, comaſque,
Partitæque artus redeunt alterna gementes
Ad vultum, & cara vicibus cervice fruuntur.
Dumque modo hæc fratrem memorat, nunc illa maritum,
Mutuaque exorſæ Thebas, Argoſque renarrant,
Longius Argia miſeros reminiſcitur actus:
Per tibi furtivi ſacrum commune doloris,
Per ſocios Manes, & conſcia ſidera juro;
Non hic amiſſos, quamquam vagus exul honores,
Non gentile ſolum, caræ non pectora matris,
Te cupiens unam, noctesque, dieſque, locutus
Antigonen. ego cura minor, faciliſque relinqui.
Tu tamen excelſa ſublimis forſitan arce,
Ante nefas Grajis dantem vexilla maniplis
Vidiſti, teque ille acie reſpexit ab ipſa
Enſe ſalutatam, & nutantis vertice coni:
Nos procul. extremas ſed quis deus in egit iras?
Nil veſtra valuere preces? tibine iſte negavit
Oranti? cauſas ac triſtia reddere facta
Cœperat Antigone: fidus comes admonet ambas:
Eja agite inceptum potius. jam ſidera pallent
Vicino turbata die, perferte laborem,
Tempus erit lachrymis: accenſo flebitis igne.
Haud procul Iſmeni monſtrabant murmura ripas,

Qui

384. *Cedo, ten' pudet! heu.*] Jamdudum exturbaſſent, ſi intellexiſſent, quod eſt in omnibus ſcriptis: *Cedo, tene pudet! heu.* Cæterum ego, quæ adhuc putavi meas eſſe primas partes & luctus & officii erga fratrem nunc à te victam eſſe me fateor, tibique concedo, quæ tam longo itinere prior tamen ades. tu potius tene atque amplectere funus, quod ut tenerem ipſa tractaremque, dum ſupremo officio mando, veni, ſed pigre ſeroque. *Gronov.*

391. *Longius Argia.*] Multa narranda ſunt. *Lactantius.*

392. *Sacrum.*] Exequiale. *Idem.*

395. *Gentile ſolum.*] Patriam, quæ tamen cara omnibus, propriis bonis & commodis parentum vel Luciliano ſcito prælata:

Commoda præterea patriæ ſibi prima putare,
Deinde parentum; tertia jam, poſtremaque, noſtra.

Barth.

413. *Tepida*

Qui turbatus adhuc, & ſanguine decolor ibat.
Huc laceros artus ſocio conamine portant
Invalida, jungitque comes non fortior ulnas.
Sic Hyperionium tepido Phaëthonta ſorores
Fumantem lavere Pado. vix dum ille ſepulchro
Conditus, & flentes ſtant circum flumina ſilvæ.
Ut ſanies purgata vado, membriſque reverſus
Mortis honos, ignem miſeræ poſt ultima quærunt
Oſcula: ſed gelidæ circum exanimeſque favillæ
Putribus in foveis, atque omnia buſta quieſcunt.
Stabat adhuc, ſeu forte rogus, ſeu numine divûm,
Cui torrere datum ſævos Etheocleos artus,
Sive locum monſtris iterum fortuna parabat,
Seu diſceſſuros ſervaverat Eumenis ignes.
Hic tenuem nigris etiamnum advivere lucem
Roboribus pariter cupidæ videre, ſimulque
Flebile gaviſæ, nec adhuc quæ buſta repertum,
Sed placidus, quicunque, rogant, mitiſque ſupremi
Admittat cineris conſortem, & miſceat umbras.

Ecce

413. *Tepido Pado.*] Propter incendia, quæ paulo ante reſtinxerat. *Lactantius.*

415. *Flentes ſtabant ad flumina.*] Liber optimus: *flentes ſta circum flumina ſilvæ.* Inter verſus additæ literæ deficientes *NT.* ut ſit *ſtant circum.* Quæ ſcriptura rem celeriorem reddere videtur. *Gron.* *Silvæ Heliades.*] Phaëthontis ſorores, quæ flendo in populeas arbores ſunt demutatæ. *Idem.*

416. *Ultima oſcula.*] Quæ neceſſaria etiam pene putabantur curando à curis corpori. Ita Corippus de jam componendo à Juſtino Juſtiniano, lib. III.

Ut Pius ingrediens corpus venerabile vidit,
Incubuit lacrymans, atque oſcula frigida carpſit
Divini Patris, verbiſque dolentibus inquit.

Vide eo loco Commentaria Dempſteri.

De iiſdem Tibullus lib. I. Eleg. I.

Flebis & arſuro poſitum me, Delia, lecto
Triſtibus & lacrymis oſcula mixta dabis. Barth.

419. *Putribus.*] Cadente in cinerem lignorum ſtructura quieſcunt. *Lact.*

421. *Cui torrere datum.*] Subaudis Pyrrhæ, cui conceſſum eſt urere cadavera mortuorum. *Idem.*

423. *Seu diſſenſuros.*] Idem liber, *diſceſſuros.* Ut Seneca in Oedipo: *pugnax ignis in partes duas Diſcedit.* Vide ad 3. de benef. 37. *Gronov.* *Diſſenſuros.*] Diſcordantes, ſive in duos apices dividendos. *Lactantius.*

424. *Etiamnum vivere lucem.*] Meliores & plures: *etiamnum advivere lucem.* Verbum ſervatum & in Lapide priſco: *qui. advivente. eo. dono. Delphicæ. areæ. cum. omni. cultu. exornatæ. ſed. &. teſtamento. diviſione. exſequiarum. ejus. honorati. ſunt.* Gronov.

429. *Fra-*

Ecce iterum fratres. primos ut contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi, & novus advena buſtis
Pellitur, exundant diviſo vertice flammæ,
Alternoſque apices abrupta luce coruſcant.
Pallidus Eumenidum veluti commiſerit ignes
Orcus, uterque minax globus, & conatur uterque
Longius. ipſa etiam commoto pondere paulum
Seceſſere trabes, conclamat territa virgo:
Occidimus, functaſque manu ſtimulavimus iras.
Frater erat. quis enim acceſſus ferus hoſpitis umbræ
Pelleret? en clypei fragmen, ſemuſtaque noſco
Cingula, frater erat. cerniſne ut flamma recedat,
Concurratque tamen? vivunt odia improba, vivunt.
Nil actum bello. miſeri, ſic dum arma movetis,
Vicit nempe Creon. nuſquam jam regna, quis ardor?
Cui furitis? ſedate minas. tuque exul ubique
Semper inops æqui, jam cede. hoc nupta precatur,
Hoc ſoror aut ſævos mediæ veniemus in ignes.
Vix ea, cum ſubitus campos tremor, altaque tecta
Impulit, adjuvitque rogi diſcordis hiatus,
Et vigilum turbata quies, quibus ipſe malorum

Finge-

429. *Fratris primos ut.*] Multo vividius optimi & pars major: *Ecce iterum fratres. Primos ut contigit artus Ignis edax.* Nimirum, qui jam nulli eſſe credebantur, ſubito apparuerunt rurſus fratres, quales fuerant, diſcordes & diſſociabiles. En iterum ſpecimen horum fratrum. *Idem.*

431. *Exundant diviſo vertice flammæ.*] Lucanus I.

—— Veſtali raptus ab ara
Ignis & oſtendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit
Thebanos imitata rogos. ——

Bernart.

433. *Commiſerit ignes.*] Ita rogi flamma diviſa eſt, ut & hoc inſtinctu furiæ perpetratum credatur. *Idem.*

434. *Minax.*] Eminens. *Conatur uterque.*] Se ab invicem ſeparare. *Idem.*

440. *Cingula Frater erat, cerniſne ut flamma recedat? Concurratque tamen.*] Interpungo:

Cingula, frater erat, cerniſne ut flamma recedat,
Concurratque tamen?

Bernart.

447. *Campos tremor.*] Id eſt, ſceleris horrore, quo ſe flammæ diviſerant, terræ fractus eſt motus: & dividebantur quidem odio flammæ, ſed plus disjunctæ ſunt terræ: prodigiale enim monſtrum exhorruit terra. *Lactantius.*

449. *Ipſe malorum.*] Quæ per diem fecerant, ea ante oculos verſabantur in ſomniis. *Idem.*

451. *Inda-*

Fingebat ſimulachra ſopor. ruit ilicet, omnem
Proſpectum luſtrans armata indagine miles.
Illos inſtantes ſenior timet unus. at ipſa
Ante rogum, ſæviquc palam ſpreviſſe Creontis
Imperia, & furtum claro plangore fatentur
Securæ, quippe omne vident fluxiſſe cadaver.
Ambigitur ſæva de morte, animoſaque leti
Spes furit. hæc fratris rapuiſſe, hæc conjugis artus
Contendunt, vicibuſque probant. ego corpus, ego ignes,
Me pietas, me duxit amor. depoſcere ſæva
Supplicia, & dextras juvat inſertare catenis.
Nuſquam illa alternis modo quæ reverentia verbis,
Iram, odiumque putes. tantus diſcordat utrinque
Clamor, & ad regem qui deprendêre trahuntur.
At procul Actæis dextra jam Pallade muris
Juno Phoroneas inducit prævia matres
Attonitas, non ipſa minus, cœtumque gementem
Conciliat populis, & flentibus addit honorem.
Ipſa manu, ramoſque oleæ, vittaſque precantes
Tradit, & obtenta ſummittere lumina palla,
Et præferre docet vacuas ſine manibus urnas.
Omnis & Actæis effuſa penatibus ætas
Tecta, viaſque replent. unde hoc examen? & una

Tot

451. *Indagine.*] Circuitu, circumitione. *Vet. Sch.* Gloſſarium Vetus: *Indago, investigatio.* In Iſidori Gloſſis, *indagio, investigatio.* Ductum à re venatoria, ubi *indago* ſpatium retibus, ad capiendas & includendas feras, clauſum. Lucanus lib. IV.

—— magnoque receſſu
Amplexus fines; ſaltus, nemoroſaque teſqua,
Et ſilvas, vaſtaſque feras indagine claudit.

Ubi vetera Scholia: id eſt, continenti ſtatione militum. *Barthius.* *Indagine.*] Inquiſitione. *Lactantius.*

462. *Iram odiumque.*] Subaudis ineſſe. *Idem.*

463. *Ad regem.*] Cuſtodes trahebantur ad regem, ut dicerent quid vidiſſent, quaſque tenerent. *Idem.*

464. *Actæis.*] Quia primò Athenæ *Actæ* dictæ ſunt. *Idem.*

465. *Phoroneas.*] Argivas. Phoroneus rex Argivorum, qui primus Junonem honore ſacrificii decoravit. *Idem.*

466. *Cœtumque gementem.*] Argivarum mulierum multitudinem. *Idem.*

467. *Honorem.*] Reverentiam. *Idem.*

469. *Obtenta.*] Obducta ſeu appoſita. *Idem.*

470. *Præferre.*] Majus efferre. *Idem.*

472. *Una.*] Pariter trunco ſermone, in articulata voce, ſeu ſemipleno ſermone. *Idem.*

473. *Can-*

Tot miſeræ? nec dum cauſas novere malorum,
Jamque gemunt. dea conciliis ſe miſcet utriſque
Cuncta docens, qua gente ſatæ, quæ funera plangant,
Quidve petant. variis nec non affatibus ipſæ
Ogygias leges, immanſuetumque Creonta
Multum & ubique fremunt. Geticæ non plura queruntur
Hoſpitibus tectis trunco ſermone volucres,
Cum duplices thalamos, & iniquum Terea clamant.
Urbe fuit media nulli conceſſa potentum,
Ara deûm, mitis poſuit Clementia ſedem:
Et miſeri fecere ſacram. ſine ſupplice nunquam
Illa novo: nulla damnavit vota repulſa.
Auditi quicunque rogant, noctesque, dieſque
Ire datum, & ſolis numen placare querelis.
Parca ſuperſtitio: non thurea flamma, nec altus
Accipitur ſanguis, lachrymis altaria ſudant,
Mœſtarumque ſuper libamina ſerta comarum
Pendent, & veſtes mutata ſorte relictæ.
Mite nemus circa, cultuque inſigne verendo
Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor olivæ.
Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo

Forma

473. *Cauſas novere malorum.*] Buſlid. *movere*. Poſſes cogitare: *nec dum cauſæ movere malorum, Jamque gemunt.* Sed non ſollicito vulgatam. Statim autem, invitis licet omnibus libris, lege: *dea conciliis ſe miſcet utriſque*. id eſt, cœtibus. non *conſiliis*. Gronov.

478. *Geticæ volucres.*] *Hirundines* ex Atticis quidem mulieribus, ſed in terra tamen Thracia, verſæ. Proverbium eſt notiſſimum, *Hirundine loquacior*. *Duplices thalamos.*] Duarum ſororum. Notiſſima res vel ex Ovidio. Apollodorus l. III. compendio narrat omnia. *Barth.*

481. *Conceſſa potentum ara deûm.*] Hanc aram Cic. libro Tuſculanarum Miſericordiæ nominat, ejuſque Terent. meminit:

Nec tu aram tibi, nec deprecatorem pararis. Lactant.

484. *Vota repulſa.*] Quia illa nunquam miſerorum vota contempſit. *Idem.*

486. *Placare querelis.*] Nullo ſacrificio, nec ſumptuoſis litationibus, ſed ſolis miſerorum lachrymis, pietate opulentum numen placari conſuevit. *Idem.*

488. *Lachrymis.*] Non igni hæc altaria ſudare conſueverunt. *Idem.*

491. *Mite nemus.*] Quia non eſt auſteritate numinis terribile. *Inſigne verendo.*] Pro inſigniter reverendo. *Idem.*

492. *Supplicis arbor olivæ.*] Per quam pax petitur ſupplicando. & in ſecundo diximus, hanc ab Athenienſibus *εἰρησιώνην* dici, à Græcis autem reliquis *ἱκετηρίαν*. *Supplicis* autem *olivæ*, non quòd ipſa ſit ſupplex, ſed quòd omnes qui figant hac ſuppliciter utuntur. *Idem.*

 493. *Et*

Forma deæ, mentes habitare, & pectora gaudet.
Semper habet trepidos, ſemper locus horret egenis
Cœtibus, ignota tantum fœlicibus ara.
Fama eſt defenſos acie, poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.
Fama minor factis: ipſos nam credere dignum
Cœlicolas, tellus quibus hoſpita ſemper Athenæ,
Ceu leges, hominemque novum, rituſque ſacrorum,
Seminaque in vacuas hinc deſcendentia terras;
Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris
Confugium, unde procul ſtarent, iræque, minæque,
Regnaque, & à juſtis Fortuna recederet aris.
Jam tunc innumeræ norant altaria gentes.
Huc victi bellis, patriaque è ſede fugati
Regnorumque inopes, ſcelerumque errore nocentes
Conveniunt, pacemque rogant. mox hoſpita ſedes
Vicit, & Oedipodæ furias, & funus Olynthi

Texit,

495. *Et trepidos.*] Supplices. *Horret egenis.*] Horridior fit miſeris. *Idem.*

497. *Fama eſt.*] Scilicet Athenienſium. *Poſt buſta paterni.*]Hillus Deianiræ & Herculis,& reliqui ex eodem nati, poſtquam Hercules terris abiit, pulſi ab Euryſtheo Athenas confugerunt, à quibus poſtquam tam facile auxilium meruerunt, hanc aram conſecraſſe memorantur, aſſerentes apud Athenas tantummodo ſedes Miſericordiam poſuiſſe. *Idem.*

499. *Credere dignum.*] Minus dicit quam res habet. *Idem.*

501. *Ceu leges hominemque.*] Primi enim Athenienſes inter bona reliqua legum tabulas invenerunt: ſic ergo huc confugiunt, ceu ad leges, & humanos ritus. *Idem.*

503. *Sic ſacraſſe loco.*] Ovidius de Athenis ad quas venit invidia:

Ingeniis opibuſque & feſta pace virentem
Vixque tenet lachrymas, quia nil lacrymabile cernit. Idem.

505. *Fortuna recederet aris.*] Ut ne caſus quidem læderet, qui ad has aras confugiſſent, quamvis meliorem fortunam debemus accipere regis, aut potentioris fortunæ viri. & vult hoc loco intelligi poeta, nulla vi potentum religionem hujus aræ poſſe perfringi. *Idem.*

506. *Jam tunc innumeræ.*] Liber optimus punctis habet ſubnotatum τὸ *tunc*, & ſupra, *procul.* quod contemnendum non videtur. Vult plurimis etiam longinquis populis hanc aram notam & ſaluti fuiſſe. *Gronov.*

510. *Vicit & Oedipodæ furias.*] Mox vicit, quia nondum factum eſt. hoc tantum ſignificat. Oedipus expulſus Creontis imperio confugit Epicolono, in quo locus erat furiis conſecratus,ſed miſericordia Athenienſium illa ſede eſt erutus, hoſpitaliterque tractatus. hanc tragœdiam Ariſtophanes ſcripſit. *Funus Olynthi.*] Olynthus eſt civitas Athenis ſerviens, hæc ſe auctoribus Laſtene & Eutycrate Philippo tradidit, ob quam culpam placuit Athenienſibus evertere civitatem, quo comperto ad aram Miſericordiæ confugerunt. *Lactant.*

511. *Summo-*

Texit, & à miſero matrem ſummovit Oreſte.
Hunc vulgo monſtrante locum, manus anxia Lernæ
Deveniunt: cedit miſerorum turba priorum.
Vix ibi ſedatis requierunt pectora curis,
Ceu patrio, ſuper alta, grues Aquilone fugatæ
Cum videre Pharon, tunc æthera latius implent,
Tunc hilari clangore ſonant: juvat orbe ſereno
Contempſiſſe nives, & frigora ſolvere Nilo.
Jamque domos patrias, Scythicæ poſt aſpera gentis
Prælia, laurigero ſubeuntem Theſea curru
Lætifici plauſus, miſſuſque ad ſidera vulgi
Clamor, & emeritis hilaris tuba nuntiat armis.
Ante ducem ſpolia, & duri Mavortis imago
Virginei currus, cumulataque fercula criſtis,
Et triſtes ducuntur equi, truncæque bipennes,
Quîs nemora, & ſolidam Mæotida cædere ſueta,
Corytique leves portantur, & ignea gemmis
Cingula, & informes dominarum ſanguine peltæ.
Ipſæ autem nondum trepidæ, ſexumque fatentur,
Nec vulgare gemunt, aſpernanturque precari,
Et tantum innuptæ quærunt delubra Minervæ.
Primus amor niveis victorem cernere vectum
Quadrijugis, nec non populos in ſemet agebat
Hippo-

511. *Summovit Oreſte.*] Quia Oreſtes cum poſt abſolutionem fureret, ad hanc aram Pylade amico trahente confugit, & reſipuit, matrem autem ſummovit Virgiliane. Nam ſibi imminere non furia ſed mater videbatur occiſa, ut armatam facibus matrem & ſerpentibus atris confugit: *Ultriceſque ſedens in limine diræ Summovit.* Ait, quaſi ſequentis matris umbram religio aræ ſummoverit. Illic enim ut ſupra dictum eſt furore purgatus eſt. *Idem.*

513. *Turba priorum.*] Aſyli prior turba diſceſſit Argolicis matribus venientibus. *Idem.*

420. *Laurigero ſubeuntem Theſea curru.*] Sumptum à Romanis moribus: nam, apud Græcos non uſus. Dico uberius peculiari de Triumpho libro. *Bern.*

522. *Hilaris tuba.*] Non bellica, ſed feſtivalis. *Vet. Schol.* Calpurnius Eccl. I.

Pacis opus docuit, juſſitque ſilentibus armis
Inter ſacra tubas, non inter bella, ſonare.

De *triumphalibus tubis* triplici in pompa loco prodeuntibus notavit doctiſſ. Panvinius lib. de Triumpho. Ad differentiam alterius *Civilis tuba* dicitur P. Chryſologo Serm. IX. *Barth.*

533. *Populos in ſemet agebat Hippolyte.*] In diverſas abiere ſententias Scriptores qui hanc hiſtoriam tangunt. Clidemus ſiquidem vetus Hiſtoriographus,

Hippolyte, jam blanda genas, patienſque mariti
Fœderis. hanc patriæ ritus fregiſſe ſeveros
Atthides obliquæ ſecum mirantur operto
Murmure: quod nitidi crines, quod pectora palla
Tota latent, magnis quod barbara ſemet Athenis
Miſceat, atque hoſti veniat paritura marito.
Paulum & ab inſeſſis mœſtæ Pelopeides aris
Promovere gradum, ſeriemque & dona triumphi
Mirantur, victique animo rediere mariti.
Atque ubi tardavit currus, & ab axe ſuperbo

Explo-

phus, tradidit Amazona, quæ fuit Theſei uxor, Hippolytam vocatam, quem ſequitur Statius noſter. At Iſacius Antiopen dictam voluit; cui accedere videtur Plutarchus Theſeo, ſemper eam Antiopen vocans; etſi contrariæ ſententiæ meminerit. Subſcribit etiam Seneca Tragicus Hippolyto:

Immitis etiam conjugi caſtæ fuit,
Experta ſævam eſt barbara Antiope manum.

Qui verſus Antiopen occiſam à Theſeo innuunt, quod Hegynus & Ovidius etiam tradidere: ſed ab iis recedit Pauſanias, qui ſignate Atticis: Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν, ἐστὶν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος, ταύτην τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μέν φησιν ὑπὸ Πειρίθου καὶ Θησέως ἁρπασθῆναι. Τροιζηνίῳ δὲ Ἡγίᾳ τοιάδε ἐς αὐτὴν πεποίηται· Ἡρακλέα Θεμίσκυραν πολιορκοῦντα, τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι, ἑλεῖν μὴ δύνασθαι. Θησέως δὲ ἐρασθεῖσαν Ἀντιόπην (στρατεῦσαι γὰρ ἅμα Ἡρακλεῖ καὶ Θησέα) παραδοῦναι τὸ χωρίον. τάδε μὲν Ἡγίας πεποίηκεν. Ἀθηναῖοι δέ φασιν ἐπεί τε ἦλθον Ἀμαζόνες, Ἀντιόπην μὲν ὑπὸ Μολπαδίας τοξευθῆναι, Μολπαδίαν δὲ ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως καὶ μνῆμά ἐστι καὶ Μολπαδίας Ἀθηναίοις. *Ad urbem propius accedenti Antiopes Amazonis monumentum in conſpectu eſt. Hanc certe Antiopen à Theſeo & Pirithoo raptam ſcriptum reliquit Pindarus. Træzenius vero Hegias hæc propemodum de ea ſcripſit: Herculem non prius Themiſcyram, ad Thermodontem amnem, quam diu oppugnarat, cepiſſe, quam Antiope Theſei amore capta (in ea enim oppugnatione Herculi ſocium fuiſſe Theſeum) oppidum tradiderit. Hæc Hegias. Athenienſes vero, cum ad urbem Amazones adventarent à Molpadia ſagitta confixam Antiopen memorant, Molpadiam à Theſeo occiſam. eſt enim & Molpadiæ apud Athenienſes ſepulchrum.* eadem fere de Antiopes morte Plutarchus.

540. *Et ab obſeßis mœſtæ Pelopeides aris.*] Sive ut vetus *inſeßis.* recte, & ex ritu veteri, quo ſupplices ſedebant. Tibullus:

Et Veneris ſanctæ conſidam vinctus ad aram.

Propertius lib. II. ad Jovem:

Pro quibus optatis ſacro me carmine damno,
Scribam ego, Per magnum eſt ſalva puella Jovem.
Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit,
Narrabitque ſedens longa pericla ſua.

Interpretor hinc Tertullianum de oratione: *Foro quum perinde faciant nationes adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Pythagoricum eſt. Notum enim humanioribus ſymbolum: προσκυνήσαντα ἐπικαθῆσθαι. *Bernart.*

555. *Mitto*

Explorat cauſas victor, poſcitque benigna
Aure preces, auſa ante alias Capaneia conjux:
Belliger Ægide, ſubita cui maxima laudis
Semina de noſtris aperit Fortuna ruinis.
Non externa genus, diræ nec conſcia noxæ,
Turba ſumus: domus Argos erat, regeſque mariti.
Non utinam & fortes. quid enim ſeptena movere
Caſtra, & Agenoreos opus emendare penates?
Nec querimur cæſos: hæc bellica jura, viceſque
Armorum. ſed non Siculis exorta ſub antris
Monſtra, nec Oſſæi bello cecidere bimembres.
Mitto genus, claroſque patres; hominum, inclyte Theſeu,
Sanguis erant, homines, eademque in ſidera, eoſdem
Sortitus animarum, alimentaque veſtra creati,
Quos vetat igne Creon, Stygiæque a limine portæ,
Ceu ſator Eumenidum, aut Lethæi portitor amnis,
Summovet, ac dubio cœlique, Erebique ſub axe
Detinet. heu princeps natura! ubi numina? ubi ille
Fulminis injuſti jaculator? ubi eſtis Athenæ?
Septima jam ſurgens trepidis aurora jacentes
Averſatur equis. radios declinat, & horret
Stelligeri jubar omne poli. jam cominus ipſæ
Pabula dira feræ, campumque odere volucres
Spirantem tabo, & cœlum, ventoſque gravantem.
Quantum etenim ſupereſſe rear? nuda oſſa, putremque
Urere permittat ſaniem. properate, verendi
Cecropidæ: vos iſta decet vindicta, priuſquam
Emathii, Thraceſque dolent, quæque extat ubique
Gens arſura rogis, maneſque habitura ſupremos.
Nam quis erit ſævire modus? bellavimus: eſto,
Sed cecidere odia, & triſtes mors obruit iras.
Tu quoque, ut egregios fama cognovimus actus,

Non

555. *Mitto genus.*] Non dicam de cognatione nobiliſſima & genere. *Hominum.*] Humanitatem omnem exuerunt Thebani. In hoc enim repetita hominum appellatione inducere volunt Theſeum. *Vet. Schol.*

576. *Non*

Non trucibus monſtris Sinin, infandumque dediſti
Cercyona, & ſævum velles Scyrona crematum.
Credo & Amazoniis Tanain fumaſſe ſepulchris,
Unde hæc arma refers: ſed & hunc dignare triumphum.
Da terris unum cœloque Ereboque laborem.
Si patrium Marathona metu, ſi tecta levaſti
Creſſia, nec ſudit vanos anus hoſpita fletus.
Sic tibi non ullæ ſocia ſine Pallade pugnæ,
Nec ſacer invideat paribus Tirynthius actis.
Semper & in curru, ſemper te mater ovantem
Cernat, & invictæ nil tale precentur Athenæ.
Dixerat. excipiunt cunctæ, tenduntque precantes
Cum clamore manus. rubuit Neptunius heros
Permotus lachrymis. juſta mox concitus ira
Exclamat: quanam iſta novos induxit Erinnys

Regno-

576. *Non trucibus monſtris Buſyrim.*] Quid ais Papini? Theſeus ne Buſyrim occidit? Tullius tibi adſit, à memoriæ vitio non excuſet. Conſenſu omnium Herculi hoc tribuitur. & tu ipſe hujus ſententiæ tibicen. Hercule Surrent.

Non te Lerna nocens, nec pauperis arva Molorchi,
Nec formidatus Nemees ager, antraque poſcunt
Thracia, nec Pharii polluta altaria regis.

Et paſſim alibi. quid igitur hic tibi viſum diſſentire? nunquam factum, imperiti alicujus Macci gloſſema eſt, non tua ſcriptio. veteres firmant qui præferunt: *monſtris ſi non.* Lego indubitanter: *monſtris Sinin.* Fuit Sinis latro celebris, quem Theſeus interfecit. Idem Pauſanias Corinthiacis: Ἔστι δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς ἀρχῆς ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις λαμβανόμενος πιτύων, ἦγε ἐς τὸ κάτω σφᾶς· ὁπόσων δὲ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ᾽ αὐτῶν δήσας ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι. ἐνταῦθα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ᾽ αὐτῇ εἷλκε, καὶ τοῦ δεσμοῦ μηδ᾽ ἑτέρωσε εἴκοντος, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρωθεν ἴσως βιαζομένου, διεσπᾶτο ὁ δεδεμένος. Τοιούτῳ διεφθάρη τρόπῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Θησέως ὁ Σίνις. *In prima Iſthmi fronte locus eſt, ubi Sinis latro, curvatis ad terram diverſarum pinorum ramis, ad eos quos pugnando viciſſet, arctis utrimque vinculis alligabat, ut cum in ſuam naturam arbores rediſſent, illi diſtraherentur: quo ipſe poſtea ſupplicii genere à Theſeo affectus eſt.* Propertius lib. III.

Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Grajis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes.

Adi & Plutarchum in Theſeo. *Bernartius.*

586. *Athenæ.*] Nil tale patiantur, quale nunc miſera noſtra Patria. Hoc eſt, ut in Expeditione pro nobis eas & victor triumphans revertaris. *V. Schol.*

587. *Tenduntque precantes.*] More ſupplicum & enixe orantium. Vide Adverſ. & ad Claud. Virgilius de Sinone. Euripedes Electra verſ 594.

Θεὸς σὺ, θεὸς ἁμετέραν τις ἄγει
Νίκαν. ὦ φίλαι,
Ἄνεχε χέρας, ἄνεχε λόγον, ἵει
Λιτὰς εἰς θεούς

Alia alibi. *Barthius.*

595. *Sitit.*]

Regnorum mores? non hæc ego pectora liqui
Grajorum abſcedens, Scythiam, pontumque nivalem
Cum peterem. novus unde furor? victumne putaſti
Theſea dire Creon? adſum: nec ſanguine feſſum
Crede: ſitit meritos etiamnum hæc haſta cruores,
Nulla mora eſt. verte, hunc adeo, fidiſſime Phegeu,
Cornipedem, & Tyrias invectus protinus arces
Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis.
Sic ait, oblitus bellique, viæque laborum,
Hortaturque ſuos, vireſque inſtaurat anhelas.
Ut modo connubiis taurus, ſaltuque recepto,
Cum poſuit pugnas; alio ſi forte remugit
Bellatore nemus, quamquam ora, & colla cruento
Imbre madent, novus arma parat, campumque laceſſens
Diſſimulat gemitus, & vulnera pulvere celat.
Ipſa metus Libycos, ſervatricemque Meduſam
Pectoris, incuſſa movit Tritonia parma.
Protinus erecti toto ſimul agmine, Thebas
Reſpexere, angues. nec dum Atticus ire parabat
Miles, & infelix expavit claſſica Dirce.
Continuo in pugnas, haud ſolum accenſa juventus,
Qui modo Caucaſei comites rediere triumphi;
Omnis ad arma rudes ager extimulavit alumnos.
Conveniunt, ultroque ducis vexilla ſequuntur,
Qui gelidum Braurona viri, qui rura laceſſunt
Munichia, & trepidis ſtabilem Pyræa nautis.
Et nondum Eoo clarum Marathona triumpho,

Mittit

595. *Sitit.*] Loquendi uſu militari. Ut Pyrgo Polynices Plautinus:

Nam hanc ego mihi macharam conſolari volo,
Ne lamentetur, neve animum deſpondeat,
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem.
Quæ miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.

Barth.

615. *Qui gelidam Braurona.*] Brauron locus Atticæ regionis in Bœotiam vergens. *Lactant.*

616. *Monichia & Pyreia.*] Monichium & Pyreia juxta Pireum portum Athenienſium loca ſunt. *Idem.*

617. *Marathona triumpho.*] Nec dum ibi ab Athenienſibus victus fuerat Xerxes. In hoc enim loco poſtquam Perſarum claſſis extincta eſt, orientales à Marathonibus auxilio victi ſunt. Ideo enim dixit *triumphum.* Idem.

620. *Herga-*

Mittit in arma manus, genialibus hoſpita divis
Icarii, Celeique domus, virideſque Melanæ.
Dives & Egaleos nemorum, Parneſque benignus
Vitibus, & pingui melior Lycabeſſos oliva.
Venit atrox Ileus, & olentis arator Hymetti,
Quaque rudes thyrſos ederis veſtiſtis Acharnæ.
Linquitur Eois longe ſpeculabile proris
Sunion, unde vagi caſurum in nomina ponti
Creſſia decepit falſo ratis Ægea velo.
Hos Salamis populos, illos Cerealis Eleuſin
Horrida ſuſpenſis ad prælia miſit aratris.
Et quos Calliroe novies errantibus undis
Implicat, & raptæ qui conſcius Orythiæ
Celavit Geticos ripis Iliſſos amores.
Ipſe quoque in pugnas vacuatur collis ubi ingens
Lis Superûm, dubiis donec nova ſurgeret arbor
Rupibus, & longa refugum mare frangeret umbra.
Iſſet & Arctoas Cadmea ad mœnia ducens
Hippolyte turmas, retinet jam certa tumentis
Spes uteri, conjuxque rogat dimittere curas
Martis, & emeritas thalamo ſacrare pharetras.

Hos

620. *Hegaleos, nemorum Parneſque, & Lycabeſſos.*] Montes Attici. *Idem.*

622. *Atrox Ileus.*] Unum pro gente. quidam hunc regem volunt eſſe Tegeæ auxiliarem civem. *Hymetti montis.*] Creatoris mellis bene olentis. *Idem.*

623. *Acharnæ.*] In hoc loco primum Dionyſia & inventa, & celebrata dicuntur. *Idem.*

628. *Miſit aratris.*] Ceres à Dite filiam raptam dum quærit, hoſpitio regis Eleuſi fertur fuiſſe ſuſcepta. cujus filium Triptolemum pro beneficii gratia ſuſtulit nutriendum, cui agriculturam & inveniendi frumenti artificium Ceres oſtendit. *Idem.*

629. *Et quos Calliroe novies errantibus undis.*] Unde ἐννεάχρουνος Græcis dicitur. Conſule Suidam & Thucydidem libro II. *Bernart.* *Callyrhoe.*] Fons novem capitibus means. *Idem.*

630. *Orythiæ.*] Orythia Erecthei filia. hanc Boreas Thracius rapuit à flumine Elyſo, ex qua Zetus & Calais oriuntur. *Idem.*

632. *Ipſe quoque.*] Acropolin dicit arcem Thebarum, de qua Neptuno & Minervæ dicitur fuiſſe certamen percuſſa Neptuno terra equum dedit indicium belli. Minervæ vero olivam pacis inſigne. *Idem.* *Ubi ingens lis ſuperum.*] Reſpicit fabulam qua Pallas & Neptunus de Athenis contendiſſe finguntur. *Bernartius.*

634. *Rupibus.*] Magnitudinem arboris oſtendit ex umbræ æqualitate, qua obſcurat. *Frangeret.*] Inſultaret victo Neptuno. *Lactant.*

639. *Gli-*

Hos ubi velle acies, & dulci gliſcere ferro
Dux videt, utque piis raptim dent oſcula natis
Amplexuſque breves, curru ſic fatur ab alto:
Terrarum leges & mundi fœdera mecum
Defenſura manus, dignas inſumite mentes
Cœptibus. hac omnem divumque, hominumque favorem
Naturamque ducem, cœtuſque ſilentis Averni
Stare palam eſt: illic Pœnarum exercita Thebis
Agmina, & anguicomæ ducent vexilla ſorores.
Ite alacres, tantaque, precor, confidite cauſæ.
Dixit, & emiſſa præceps iter inchoat haſta.
Qualis Hyperboreos ubi nubilus inſtitit axes
Juppiter, & prima tremefecit ſidera bruma:
Rumpitur Æolia, & longam indignata quietem
Tollit hyems animos, ventoſaque ſibilat Arctos.
Tunc montes undæque fremunt, tunc prælia cæſis
Nubibus, & tonitrus inſanaque fulmina gaudent.
Icta gemit tellus: virides gravis ungula campos
Mutat, & innumeris, peditumque, equitumque catervis
Expirat

639. *Gliſcere.*] Cum furore cupere. *Idem.*

645. *Naturamque ducem.*] Secundum enim eam eſt cadavera terræ reddi, cum exinde ſint profecta. Unde jus natum agnoſcunt ſapientes. Gracilis, Epitaphio Probinæ:

Vita ſubit cælum, corpus tellure tenetur,
Omnia ſic repetunt jura, locoſque ſuos.

Julia Marcella Epitaphio Claudii Fabati:

Terrenum corpus, cæleſtis ſpiritus in me
Quo repetente ſuam ſedem, nunc vivimus illi,
Et fruitur ſuperis æterna in luce, Fabatus.

Barth.

649. *Et emiſſa præceps iter inchoat haſta.*] A ritu Fecialium Romanorum: qui ſicubi bellum indicerent, haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam, in fines hoſtium emittebant, uti ex Livio lib. 1. vix ulli ignotum. *Bern.*

651. *Tremefecit.*] Concuſſit. *Lactantius.*

653. *Ventoſa.*] Ventis abundans. *Sibilat.*] Reſonat. *Idem.*

654. *Undæ.*] Effuſi imbres & exundantes fluvii. *Vet. Schol.* Hæc ſunt Hiemis indicia. Auctor Panegyrici (ſi ſic vocare libet, cum tamen id carmen à Panegyrico longe abſit) Lucano aſcripti:

Ver fugit æſtates, æſtatum terga laceſſit
Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus & undis.

Eo ſe ducit illud Orientii noſtri, Diſticho 165.

Nemo vias pedibus, brumali tempore, carpens
Non ſparſus pluvia, non madefactus erit.

Barthius.

657. *Mutat.*] Atterit. *Lactant.*

658. *Ager*

Expirat protritus ager, nec pulvere craſſo
Armorum lux victa perit, ſed in æthera longum
Frangitur, & mediis ardent in nubibus haſtæ.
Noctem adeo, placidaſque operi junxere tenebras,
Certamenque immane viris, quo concita tendant
Agmina, quis viſas proclamet ab aggere Thebas,
Cujus in Ogygio ſtet princeps lancea muro.
At procul ingenti Neptunius agmina Theſeus
Anguſtat clypeo, propriæque exordia laudis,
Centum urbes umbone gerit, centenaque Cretæ
Mœnia: ſeque ipſum monſtroſi ambagibus antri
Hiſpida torquentem luctantis colla juvenci:
Alternaſque manus circum, & nodoſa ligantem
Brachia, & abducto vitantem cornua vultu.
Terror habet populos, cum ſeptus imagine torva
Ingreditur pugnas, bis Theſea, biſque cruentas
Cæde videre manus. veteres reminiſcitur actus
Ipſe tuens, ſociumque gregem, metuendaque quondam
Limina, & abſumpto pallentem Gnoſſida filo.
Sævus at interea ferro poſt terga revinctas
Antigonen, viduamque, Creon, Adraſtida leto
Admovet. ambæ hilares, & mortis amore ſuperbæ
Enſibus intentant jugulos, regemque cruentum
Deſtituunt. cum dicta ferens Theſeïa Phegeus

Aſti-

658. *Ager.*] Herba quæ protrita incurſu belli non naſcitur. *Idem.*

660. *Frangitur.*] Criſpatur. *Ardent.*] Splendent. *Idem.*

661. *Adeo.*] In tantum. *Operi.*] Itineris magnitudini. *Idem.*

672. *Cum ſeptus.*] Cum armatus eſſet pictu Minotauri. *Idem.*

676. *Limina.*] Labyrinthi. *Gnoſida filo.*] Ariadnem dicit Cretenſem, quæ cum Theſeum amaret, & vererentur ne quamvis Minotauro occiſo multiplex & perplexum Labyrinthi iter explicare non poſſet, quæ domus erat Minotauri, Dædalum fabricatorem operis exoravit, à quo globum fili accepit, cujus ſummitatem tenens ipſa Theſeo intranti dedit, poſt ſe ſolvendum, quem ille occiſo Minotauro relegens, victor regreſſus eſt. *Idem.*

680. *Regemque cruentum Deſpiciunt.*] Et ſcripti & Lactantius: *Deſtituunt:* beneque recepit Lindenbrog. Creon autumabat ſe illis mortem pro magno malo dare, ſperabatque futurum, ut metu ejus graviter miſeræ cruciarentur. At illæ conſcientia egtegii facti erectæ & viriliter comprimentes dolorem deſtituerunt exſpectationem tyranni. *Gronovius.*

688. *Reni-*

Aſtitit. Ille quidem ramis inſontis olivæ
Pacificus, ſed bella ciet, bellumque minatur
Grande fremens, nimiumque memor mandantis: & ipſum
Jam prope, jam medios operire cohortibus agros
Ingeminans. ſtetit ambiguo Thebanus in æſtu
Curarum, nutantque minæ, & prior ira tepeſcit.
Tunc firmat ſeſe, fictumque, ac triſte renidens:
Parvane proſtratis, inquit, documenta Mycenis
Sanximus? en iterum, qui mœnia noſtra laceſſant.
Accipimus. veniant: ſed ne poſt bella querantur.
Lex eadem victis. Dixit, ſed pulvere craſſo
Caligare diem, & Tyrios juga perdere montes
Aſpicit. armari populos tamen, armaque ferri
Ipſe jubet pallens, mediaque in ſedibus aulæ
Eumenidas ſubitas, flentemque Menœcea cernit
Turbidus, impoſitoſque rogis gaudere Pelaſgos.
Quis fuit ille dies? tanto cum ſanguine Thebis
Pax inventa perit? Patriis modo fixa revellunt
Arma dies, clypeiſque obducunt pectora fractis,
Et galeas humiles, & adhuc ſordentia tabo
Spicula: non pharetris quiſquam, non enſe decorus,
Non ſpectandus equo. ceſſit fiducia valli:
Murorum patet omne latus, munimina portæ
Expoſcunt: prior hoſtis habet. faſtigia deſunt:
Dejecit Capaneus. exanguis, & ægra juventus,
Jam nec conjugibus, ſuprema nec oſcula natis

Jungit

688. *Renidens.*] Cum iracundia ſubridens. *Lactant.*

689. *Documento.*] Exempla quæ in victos edidimus, quos prohibuimus ſepeliri. *Idem.*

698. *Caligare diem.*] Faciente caliginem non apparere. *Idem.*

706. *Dejecit Capaneus exanguis, & ægra juventus.*] Tenebricoſiſſima ſententia, quam nullus ingenii ſol illuſtrabit niſi mecum interpungat:

Dejecit Capaneus. exanguis & ægra juventus,
Jam nec conjugibus, ſuprema nec oſcula natis
Jungit. Bern.

707. *Jam nec conjugibus.*] Id quod proficiſcentes domo conſueverant facere. Ita pro *extrema inhumanitate* in Nerone recenſet Sueton. cap. 37. *Quod neque adveniens neque proficiſcens quenquam oſculo impertivit,* Illuſtravit rem, producto etiam hoc Papinii loco, amicus olim noſter, Joh. à Wower ad illud Petronianum: *aut patrem reliquit utique aliquem, cui proficiſcens oſculum dedit* Bart.

712. *Diris.*]

Jungit, & attoniti nil optavere parentes.
Atticus at contra, jubar, ut clareſcere ruptis
Nubibus, & ſolem primis aſpexit in armis,
Deſilit in campum, qui ſubter mœnia nudos
Adſervat manes: diriſque vaporibus ægrum
Aëra pulverea penitus ſub caſſide ducens
Ingemit, & juſtas belli flammatur in iras.
Hunc ſaltem miſeris ductor Thebanus honorem
Largitur Danais, quod non ſuper ipſa jacentum
Corpora belligeras acies, Martemque ſecundum
Miſcuit. At lacera ne quid de ſtrage nefandus
Perderet, eligitur ſævos potura cruores
Terra rudis. jamque alternas in prælia gentes
Diſſimilis Bellona ciet. non clamor utrinque,
Non utrinque tubæ. ſtat debilis altera pubes
Summiſſos enſes nequicquam, amentaque dextris
Laxa tenens. cedunt tellure, armiſque reductis
Oſtentant veteres etiamnum in ſanguine plagas.
Jam nec Cecropiis idem ductoribus ardor,
Langueſcuntque minæ, & virtus ſecura reſidit.
Ventorum velut ira minor, niſi ſilva furentes
Impedit, inſanique tacent ſine littore fluctus.
Ut vero æquoreus quercum Marathonida Theſeus
Extulit, erectæ cujus crudelis in hoſtes
Umbra cadit, campumque trucem lux cuſpidis implet.
Ceu pater Edonos Hæmi de vertice Mavors
Impulerit currus, rapido mortemque, fugamque
Axe vehens, ſic exanimis in terga reducit
Pallor Agenoridas. tædet fugientibus uti

Theſea,

712. *Diris.*] Grave olentibus. *Ægrum.*] Corruptum. *Lactant.*

712. *Ducens.*] Odorans. *Idem.*

720. *Non tubæ.*] Animos accendere ſolitæ. *Vet. Schol.* Euripides ante aciem commiſſam utrumque exercitum per præconem monuiſſe ait Theſeum; aliud ſe nihil quærere; nec vindictam quidem Argivorum; ſaltim ex communi Parellelon lege, ut cadavera extremo officio ne fraudarentur; ad ea nihil reſpondiſſe Creontem. *Barthius.* *Pubes.*] Thebana juventus. *Lactant.*

724. *Cadunt.*] Quatiunt. *Idem.*

730. *Quercum.*] Pro haſta. *Idem.*

733. *Ædonios.*] Thracas. *Idem.*

740. *Dege-*

Theſea, nec facilem dignatur dextra cruorem.
Cætera plebejo deſævit ſanguine virtus.
Sic juvat exanimis projectaque præda, caneſque,
Degenereſque lupos, magnos alit ira leones.
Attamen Olenium, Thamirumque, hunc tela pharetra
Promentem, hunc ſævi tollentem pondera ſaxi
Dejicit, & triplici confiſos robore gentis
Alcëidas fratres, totidem quos eminus haſtis
Continuat: ferrum conſumpſit pectore Phileus,
Ore momordit Helops, humero tranſmiſit Iapix.
Jamque & quadrijugo celſum petit Hæmona curru,
Horrendumque manu telúm rotat. ille paventes
Obliquavit equos. longo perlata tenore
Tranſiit haſta duos. ſitiebat vulnera, nec non
Tertia, ſed medio cuſpis temone retenta eſt.
Sed ſolum votis, ſolum clamore fremendo
Omnibus in turmis, optatque vocatque Creonta.
Atque hunc diverſa bellorum in fronte maniplos
Hortantem dictis, fruſtraque extrema minantem
Conſpicit: abſcedunt comites, & Theſea juſſi
Linquebant, fretique deis, atque ipſius armis.
Ille tenet, revocatque ſuos. utque æqua notavit
Hinc atque hinc odia, extrema ſe colligit ira,
Jam letale furens, atque audax morte futura:

Non

740. *Degeneres.*] Timidos. *Ira leones.*] In magnam prædam feruntur. *Idem.*

743. *Triplici.*] Quia tres erant gentes, quibus ſtipabantur ad bellum. *Idem.*

745. *Continuat.*] Id eſt, ſine intermiſſione proſternit. *Idem.*

746. *Humero tranſmiſit.*] Per humeros ferrum exiit. *Idem.*

751. *Temone.*] De longe miſſa, quaſi dicat adhuc potuit tranſire tertium, ſed retenta eſt in temone. *Idem.*

756. *Comites.*] Socii Creontis. *Idem.*

758. *Ille timet revocatque.*] Et numero & bonitate præſtantes: *Ille tenet revocatque ſuos.* Nimirum Creon diſcedentes revocat, ſtantes & ambiguos jubet manere neque excedere loco. Iidem ſtatim: *utque æqua notavit Hinc atque hinc odia.* non *ægra.* & adſcriptum uni: *quia ita ſui relinquebant eum propter odium ſuæ crudelitatis ſicut hoſtes.* Voluit eum animadvertiſſe juxta ſuis ſe odio eſſe atque hoſtibus, quia non parebant imperio, & nihilo ſecius abibant. *Gronov.*

760. *Audax morte.*] Certus exitii ſine conſilio fit audax. *Vet. Scholiaſt.* ſic loquitur lib. VII. ℣. 471. Contrarium eſt in illo Maronis, etſi illinc iſtud

Non cum peltiferis, ait, hæc tibi pugna puellis,
Virgineas nec crede manus. hic cruda virorum
Prælia, nos magnum qui Tydea, quique furentem
Hippomedonta neci, Capeneaque miſimus umbris
Pectora. quæ bellum præceps amentia ſuaſit
Improbe? nonne vides quos ulciſcare jacentes?
Sic ait, & fruſtra periturum miſsile ſummo
Adfixit clypeo. riſit, voceſque, manumque
Horridus Ægides, ferrataque arbore magnos
Molitur jactus, nec non prius ore ſuperbo
Intonat: Argolici, quibus hæc datur hoſtia, Manes,
Pandite Tartareum chaos, ultriceſque parate
Eumenidas, venit ecce Creon: ſic fatus, & auras
Diſsipat haſta tremens. tunc qua ſubtemine duro
Multiplicem tenues iterant thoraca catenæ,
Incidit. emicuit per mille foramina ſanguis
Impius. ille oculis extremo errore ſolutis
Labitur. aſsiſtit Theſeus gravis, armaque tollens:
Jamne dare extinctis juſtos, ait, hoſtibus ignes?
Jam victos operire placet? vade atra dature
Supplicia, extremique tamen ſecure ſepulchri.
Accedunt utrinque pio vexilla tumultu,
Permiſcentque manus. medio jam fœdera bello,
Jamque hoſpes Theſeus. orant ſuccedere muris,
Dignarique domos. nec tecta hoſtilia victor
Aſpernatus, init. gaudent matreſque, nuruſque
Ogygiæ: qualis thyrſo bellante ſubactus
Mollia laudabat jam marcidus Orgia Ganges.

Ecce

calorem duxerit, de Cleopatra:
—— *pallentem morte futura*
Fecerat ignipotens ventis & Iapyge ferri.
Hoc eſt *Iapyge quidem, ſed ventis aliis interturbato* ſecundum V. Schol. explicationem. *Barth.*

766. *Ulciſcare jacentes*] Fratres videlicet in ſe invicem parricidas. *Lactant.*

774. *Tegmine duro.*] Textu ferreo. *Id.*

775. *Thoraca catena.*] Id eſt juxta eam partem ubi loricæ eſt medietas. *Idem.*

776. *Per mille foramina.*] Per infinitos loricæ circulos. *Idem.*

782. *Accedunt.*] Junguntur. *Tumultu.*] Argivorum atque Thebanorum gaudentium ſtrepitu. *Idem.*

786. *Gaudent.*] Luctus mutantur in gaudia. *Idem.*

795. *Theſea*

Ecce per adverſas Dircæi verticis umbras
Fœmineus quatit aſtra fragor, matreſque Pelaſga
Decurrunt. quales Bacchea ad bella vocatæ
Thyades amentes, magnum quas poſcere credas,
Aut feciſſe nefas. gaudent lamenta, novæque
Exultant lachrymæ: rapit huc, rapit impetus illuc.
Theſea magnanimum quærant prius, anne Creonta,
Anne ſuos: vidui ducunt ad corpora luctus.
Non ego centena ſi quis mea pectora laxet
Voce deus, tot buſta ſimul, vulgique, ducumque
Tot pariter gemitus, dignis conatibus æquem.
Turbine quo ſeſe caris inſtraverit audax

Igni-

795. *Theſea magnanimum quærant prius, anne Creonta, Anne ſuos vidui ducant ad corpora luctus.*] Lego & interpungo:

Theſea magnanimum quærant prius, anne Creonta,
Anne ſuos viduæ ducant ad corpora luctus. Bernart.

797. *Non ego centenæ.*] Fingit ſe non ſufficere tantarum rerum narrationi, ut tandem expediat ſe ſcribendi labore, quem tot annos tulerat. *Vetus Scholiaſtes.*

798. *Tot buſta ſimul.*] Pauſanias in præclara illa ſua Græciæ deſcriptione, antiquæ caræque eruditionis theſauros aperiens, multa ad Papinii noſtri illuſtrationem, uti advertere benevole lector potuiſti, contulit. Plura largiturus ni ſcholiorum anguſtiæ nos coarctarent. In objecto totius operis, parum convenire ipſi cum illis, quibus hanc hiſtoriam deſcribere, præcipua videtur fuiſſe cura, initio audiviſti in appendice Theſeani belli, illud præcipuum habet, quod Creontem non regem, ſed regis tutorem faciat: Theſei operam non à viduis, ſed ab ipſo Adraſto petitam adſerat, nec diſſimulet rumorem qui vanum arguit, quicquid de hac re ſcriptores tradidere. Verba ejus hæc ſunt Atticis: Ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος, ἱερὸν Μεγαμείρας ἐστὶ, καὶ μετ' αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι. ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα, καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς ἐνταῦθα ἔθαψε. Θηβαῖοι δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν ἐθελονταὶ λέγουσι δοῦναι, καὶ συνάψαι μάχην οὔ φασι. *Non longe à puteo eſt Meganiræ ſacellum, & eorum qui ad Thebas ceciderunt tumuli. Cum enim Creon, qui Laodamantis, Etheoclis filii tutela ſuſcepta, Thebis imperabat, non ſineret cæſorum cadavera humari, Theſei opem Adraſtus imploravit. Commiſſa itaque inter Athenienſes & Thebanos pugna, Victor Theſeus in Eleuſinum agrum, deportanda cadavera, atque ibi ſepelienda curavit. Thebani tamen neque ſe quin humarentur probibuiſſe, neque ullum ſibi cum Athenienſibus certamen fuiſſe dicunt.* Hæc ille. Plutarchus etiam Theſeo, adjutorem Adraſto fuiſſe Theſeum ad recuperanda illorum corpora, qui ſub Cadmeo ceciderant, refert, non quod fuderit Thebanos, ſed datis acceptiſque hinc inde induciis. *Bern.*

 801. *Igni-*

Ignibus Euadne, fulmenque in pectore magno
Quæſierit. quo more jacens ſuper oſcula ſævi
Corporis, infelix excuſet Tydea conjux,
Ut ſævos narret vigiles Argia ſorori.
Arcada quo planctu genitrix Erymanthia clamet,
Arcada conſumpto ſervantem ſanguine vultus,
Arcada, quem geminæ pariter flevere cohortes.
Vix novus iſta furor, venienſque impleſſet Apollo.
Et mea jam longo meruit ratis æquore portum.
Durabiſne procul, dominoque legere ſuperſtes,
O mihi biſſenos multum vigilata per annos
Thebai? jam certe præſens tibi fama benignum
Stravit iter, cœpitque novam monſtrare futuris.
Jam te magnanimus dignatur noſcere Cæſar,
Itala jam ſtudio diſcit, memoratque juventus.
Vive precor, nec tu divinam Æneïda tenta,
Sed longe ſequere, & veſtigia ſemper adora.
Mox tibi, ſi quis adhuc prætendit nubila livor,
Occidit, & meriti poſt me referentur honores.

801. *Ignibus Euadne.*] Hæc Capanei uxor nimio amore, & dolore flammata in rogum conjugis ſe dedit præcipitem. *Lactant.*

804. *Sorori.*] Deiphilæ. *Idem.*

805. *Clamet.*] Cum lamento invocet. *Idem.*

808. *Vix novus furor.*] Novi carminis iteratio. *Idem.*

809. *Meruit ratis æquore portum.*] Comparatio Poëmatis cum curru aut navi non infrequens. De hoc ſuo pariter loquitur lib. IV. ℣ſ. 89.

—— Jam Sidonios emenſa labores
Thebais optato collegit carbaſa portu.

Et poſtea, Ovid. Init. lib. II. Artis:

—— Mediis tua pinus in undis
Navigat; & longe, quem peto, portus abeſt. Barthius.

813. *Stravit iter.*] Fama ſternente benignum iter ad poſteros uſque proceres. *Lactant.*

816. *Tenta.*] Provoces. *Idem.*

819. *Meriti, &c.*] Poſt meum obitum evaneſcet *invidia* & *gloria* mea perennis erit. Propert. lib. III. Eleg. I.

At mihi quod vivo detraxerit invida turba
Poſt obitum duplici fœnore reddet honos.

Quo loco vide pulchra & utilia, quæ adnotavit plurimæ ille Lectionis Joannes Paſſeratius. *Barthius.* *Referentur honores.*] Poſt mortem meam te honorabit invidia. *Lactant.*

THEBAIDOS FINIS.

P. PAPINII STATII
ACHILLEIDOS
LIBRI DUO.

P. PAPINII STATII
ACHILLEIDOS
LIBER PRIMUS.

MAgnanimum Æaciden formidatamque Tonanti
Progeniem, & patrio vetitam ſuccedere cœlo
Diva refer. Quamquam acta viri multum inclyta cantu
Mæonio, ſed plura vacant. nos ire per omnem
(Sic amor eſt) Heroa velis, Scyroque latentem

Duli-

1. M*Agnanimum.*] More poëtarum; quibus de rebus dicturus ſit proponit eſtque propoſitioni mixta invocatio: ut apud Homer. Magnanimum: qui maluit brevem vitam cum gloria quam ſine gloria longiſſimam, Jove matri objectionem faciente, ut, Hom. ſcribit. Is enim proprie magnanimus eſt: qui ad honeſtam mortem: & ea omnia quæ illam afferant interritus eſt: quod ait Ari. l. IV. Ethicorum. *Matur. Æacidem.*] Achillem nepotem Æaci. Nam ex Æaco Peleus natus eſt. Ex Peleo & Thetide Achilles. *Formidatamque Tonanti.*] Id eſt, quam Juppiter expavit. Cum enim Juppiter Thetidis forma delectatus eam ſibi in matrimonium adjungere cuperet: Prothei vatis monitu connubium ejus vitavit: cum ex ea orituꝛum filium cognoſceret, qui patris facta ſuperaret: majorque eo vocaretur. De quo ita Ovidius:

Namque ſenex Thetidi, &c.

Ergo ne quicquam mundus Jove majus haberet (quamvis haud Tepidos ſub pectore ſenſerat ignes Juppiter) æquoreæ Thetidis connubia vitat. *Britannicus.*

2. *Patrio.*] Id eſt Jovis: qui Achillis pater futurus erat ſi Thetidem uxorem duxiſſet. *Vetitam ſuccedere cœlo.*] Id eſt inhibitam Prothei vaticinatione ſuccedere regno Jovis. *Idem.*

4. *Mæonio.*] Homerico. Fuit Homero, quod Plutarchus ſcribit auctore Hephoro, Creteidos & ejuſdem patrui Mæonis filius ut Ariſtoteli placet à Mæone Lydorum rege Homerum pro filio educatum & meliſigenem prius. *Vacant.*] Superſunt non dicta ab Homero. *Maturant. Nos ire per omnem Heroa.*] Ea omnia attingere: quæ ab Homero prætermiſſa ſunt: cum is neque de ejus educatione apud Chironem ſcripſerit: neque ut habitu fœmineo delituerit apud Lycomedem: neque ut ad bellum per Ulyſſem perductus ſit. *Britannicus.*

5. *Scyroque latentem.*] Ut latuerit apud Lycomedem. Nam Thetis rapta Helena à Paride cum timeret ex Prothei vaticinio ne filius in bellum duceretur, eum habitu muliebri apud Lycomedem regem Scyri inter filias occultavit. Eſt autem ordo. Velis nos proferre turba Dulichia latentem Scyro. Eſt Scyrus una ex Cycladibus Inſulis à Naxo quatuordecim auctore Plinio millibus paſſuum diſtans. Homeri ſepulchro veneranda, longitudinis vigintiquinque millium, ante Phœnicee appellata: Lycomedis olim imperio ſubjecta. *Idem.*

Dulichia proferre tubæ. nec in Hectore tracto
Siſtere, ſed tota juvenem deducere Troja.
Tu modo, ſi veteres digno deplevimus hauſtu,
Da fontes mihi, Phœbe, novos, ac fronde ſecunda
Necte comas: neque enim Aonium nemus advena pulſo,
Nec mea nunc primis albeſcunt tempora vittis.
Scit Dircæus ager: meque inter priſca parentum

Nomi-

6. *Dulichia proferre.*] Alluſio eſt ad hiſtoriam quæ ſequitur: Ut *cum grande tuba ſic juſſus Agyrtes inſonuit.* Nam cum Achilles fœm neo ut diximus habitu apud Lycomedem lateret: Ulyſſes ſagacis vir ingenii illuc accedens una cum Diomede illum quæſiturus, inventum inter puellas regis ſonitu rubæ ita accendit, ut ſtatim depoſitis veſtibus fœmineis arma ſumpſerit: ſicque ad Trojam ductus eſt. Eſt igitur ſenſus: Da mihi Muſa, ut poſſim ſcribere quemadmodum Achilles apud Lycomedem deliteſcens ab Ulyſſe inventus ſit, & excitatus ad bellum ſonitu tubæ. *Dulichia tuba.*] Id eſt Ulyſſis: qua Achillem inflammavit ad bellum: non autem tuba Homeri qua Ulyſſis facta cecinit, ut quidam arbitrantur. Dulichium una eſt Echinadum inſularum: quæ alio nomine auctore Strabone Dolicha nominata eſt: olim Ulyſſis ditioni ſubdita. *Idem.*

7 *Sed tota juvenem.*] Sed volo inquit juvenem à rora Troja, id eſt ab omnibus rebus quas citca Ilium geſſit, ſegregare. id eſt, nihil prorſus à me ſcribetur de iis quæ in bello Ilienſi geſta ſunt à juvene. Quod fecit poëta; Nam ejus propoſitum fuit hoc opere illud tantum ſcribere quo modo (ut diximus) à Chirone educatus ſit, & ut ab Ulyſſe inter puellas Lycomedis inventus perductus ſit ad bellum. *Idem.*

9. *Secunda.*] Primam enim coronam in priore opere meruit, nunc altera coronari poſtulat. *Maturantius.*

10. *Aonium.*] *Muſicum. Aonia* Boëtia dicitur quod eam Aones barbaræ gentes aliquando tenuerunt. in Bœotia autem Helicon Parnaſus & Cythæron loca Muſis ſacra: ut Virg. *Aonas montes:* Bœoticos intellexit Muſis ſacros cum ait, *Aonas in montes ut duxerit una ſororum.* Idem.

11. *Albeſcunt tempora primis.*] Sic MSS. plures, ſic Scholiaſtes in membr. quem beneficio Bern. Rottendorfii vidi. At inepte, inquit Gruterus. At errat. nam noſter ipſe lib. 4. *vatem cultu Parnaßia monſtrant Vellera, frondenti crinitur caßis oliva, Albaque puniceas interplicat infula criſtas.* Virg. lib. 6. Æn. *Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.* Ovid. 5. Met. *Cereriſque ſacerdos Alphitus, albenti velatur tempora vitta.* Val. Flaccus lib. 5. Arg. *pars auguris alba Fronde caput vittiſque ligant.* Statio ipſi Amphiaraus & Malampus lib. 3. *niveis ornati tempora vittis.* Et rurſum alteri lib. 6. *Concolor eſt niveis & caßis & infula criſtis.* Buſl. *angeſcunt.* formatum ex *augeſcunt*, quod in quibuſdam invenitur. Et poſſet admitti, niſi alterum plures auctores haberet. Foret enim, honeſtiora & auguſta fiunt. Ut lib. 6. ℣ſ. 61. *parvique augeſcunt funere manes.* Sic enim libri etiam optimi. Vir doctiſſimus hinc monſtrum voce ac re creavit, *angueſcunt*, & piiſſimos vates furiarum terrore inſignivit. Nec potuit contineri, quin hunc abortum agnoſceret produceretque ad Livii lib. 7, 17. & lepidum ipſe vocaret. *Gronov.*

12. *Dircæus ager.*] Id eſt, Thebæ quidem reſtes ſunt, me facta ſua ſcripſiſſe, & inde coronam metuiſſe. Dirceus Thebanus. Nam Dirce auctore Strabone fons eſt ante Thebas. *Britann.*

13. *Suo*

Nomina, cumque ſuo numerant Amphione Thebæ,
At tu, quem longe primum ſtupet Itala virtus,
Grajaque, cui geminæ florent vatumque ducumque
Certatim laurus (olim dolet altera vinci)
Da veniam, ac trepidum patere hoc ſudare parumper
Pulvere. te longo, necdum fidente paratu
Molimur, magnuſque tibi præludit Achilles.
Solverat Oebalio claſſem de littore paſtor

Dar-

13. *Suo numerant Amphione Thebæ.*] Zetus & Amphion Jovis & Antiopæ filii. Zetus ruſticus, Amphion muſicus, Amphion citharam à Mercurio meruit, cujus dulcedine dicitur muros ſtruxiſſe Thebanos. *Lact.* *Cumque ſuo memorant Amphione.*]Quidam & Schol. *numerant.* Plures enim plerumque magnæ urbes Conditores ob beneficia quorundam referebant. Sic Menœceus *concinitur Cadmum atque Amphiona ſupra Conditor.* Sic Romulo & Camillo tertium conditorem urbis addit Africanum Silius. Senatus addere quartum voluit Auguſtum etiam nomine: ſed invidiam refugit. Aurel. Victor de Conſtantin. *Hinc pro conditore ſeu deo habitus.* Eutropius apud Claud. *tertius Urbis Conditor*, præter Byzantem & Conſtantinum. Ubi tamen omiſſus Pauſanias. *Gronov.*

14. *Longe primum ſtupet itala virtus.*] Aptiſſime aſſentatur Domitiano, quod ſæpe facit in Sylvis, ſicque ejus beoivolentiam ſibi conciliat. Senſus eſt: At tu Imperator qui litteris & Latinis & Græcis ita præditus es, ut admirationi ſis omnibus oratoribus & poëtis tam Græcis quam Larinis, æquo animo patere ſi à nobis prius Achilles, quam facta tua ſcribantur. Nam imperatori ſe ejus geſta ſcripturum pollicitus fuerat. *Itala virtus Grajaque.*] Ad illud certameo reſpexit, quod quinquennale Capitolino Jovi inſtituerat triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum. In quo certabatur etiam & proſa oratione Græce Latioeque ut ideo dicat omnibus oratoribus tam Gr. quam Latinis fuiſſe mirabilem. *Britann.*

16. *Dolet altera vinci.*] Per parentheſim hæc leguntur. Senſus eſt, virtus inquit tua litteraria dolet quod ſe relicta, nunc ſtudia magis militaria ſequaris, & magis in iis gaudeas eminere. Nam relictis litterarum ſtudiis ad bella gerenda converſus eſt. *Idem.*

20. *Solverat Oebalio.*]Nota fabula eſt, quo modo Paris poſtquam contra Junonem Minervamque judicavit Spartam duce Venere quæ omnium pulcherrimam permiſerat navigavit qua expugnata Helenam Jovis & Ledæ filiam, & una divitias ejus ac theſauros rapuit. Cum ergo in patriam cum præda reverteretur eum Thetis conſpicata eſt, & ſtatim vaticinii quod à Protheo acceperat io memoriam venit ut ſcilicet filius ejus Achilles in Trojaoo bello eſſet periturus: qua re indignata in conqueſtionem perrupit, & ſupplex à Neptuno tempeſtatem petiit, quam impetrare noo potuit. ſatis enim ſe ille prohibere reſpondit ex quo poſt longam deliberatiooem ſub muliebri habitu in Scyro inſula Lycomedis tantiſper occultare filium dum bellum gereretur decrevit. *Oebalio.*]Laconico. Oebalus filius fuit Argoli filii Amidatis Rex Laconiæ qui de ſuo nomine provinciam dixit. Auctor Dictis Cretenſis in Trojana hiſtoria, fuit alius Oebalus Thelonis filius, cujus libro 7. Virg. meminit. *Paſtor.*] Paris, qui expoſitus crevit inter paſtores & antequam à Priamo reciperetur paſtor fuit. *Maturantius.*

Dardanus, incautas blande populatus Amyclas,
Plenaque materni referens praſagia ſomni
Culpatum relegebat iter, qua condita ponto
Fluctibus inviſis jam Nereis imperat Helle.
Cum Thetis Idæos (heu nunquam vana parentum
Auguria) expavit vitreo ſub gurgite remos.
Nec mora: & undoſis turba comitante ſororum
Proſiluit thalamis. fervent coëuntia Phrixi
Littora, & anguſtum dominas non explicat æquor.
Illa ubi diſcuſſo primum ſubit aëra ponto:
Me petit hæc, mihi claſſis (ait) funeſta minatur:
Agnoſco monitus, & Protea vera locutum.
Ecce novam Priamo facibus de puppe levatis,

Fert

21, *Dardanus.*] Sic à principio dictus eſt. Paris autem vocatus. effugit enim propoſitam ſibi mortem cum infans eſſet. Somniaverat eniin, quod & Cicero ſcribit libro de divinatione Hecuba prægnans, facem ſe parituram qua omnis Troja contremaretur, quo inſomnio territus Priamus quicquid illa peperiſſet juſſit exponi, ſed infanti filio mater pepercit & paſtoribus clam alendum tradidit. *Incautas.*] Venerat enim ille ut amicus & Menelai hoſpes cum ille abeſſet. nam in Cretam navigaverat. Violato autem jure hoſpit:i Helenam rapuit. Nihil ergo ſibi cavebant. *Idem.*

23. *Culpatum.*] Quod poſtea damnatum eſt. *Britannicus.* *Relegebat.*] Navigando repetebat. Virgilius: *ſive oram Illyrici legis æquoris.* *Qua condita ponto.*] Helleſpontum dicit: Ita enim appellatur mare, quod à Tenedo in propontidem tendit, eo Aſia ſeptem ſtadiis ſeparatur ab Europa. *Idem.*

25. *Idæos.*] Trojanos ab Ida monte Phrygiæ Ilienſibus propinquo. Eſt autem in ſcolopendræ modum, & multipes ab Homero appellatur, alius eſt ejuſdem nominis in Creta. *Maturant.*

28. *Coëuntia Phrixi littora.*] Cùm Phrixus & Helles per mare Helleſpontum tranſirent, Phrixus aſcendit in arietem, pellem auream habentem. Helles natans ad caudam ipſius ſe feſſus tandem ponto ſubmerſit, unde mare Helleſpontum nominatum eſt. Phrixus tranſiens pervenit ad Colchos, ibique arietem occidit, & ejus pellem in templo dicavit, quam Jaſon poſtea cum Argonautis, Medea faciente tulit, & Creonti regi portavit. *Lactant.*

32. *Agnoſco monitus.*] Cujus fuerint monitus dicit, Prothei ſcilicet, qui fore prædixit ut filium in Trojano bello amitteret niſi caveret. Protheos autem Tethios & Oceani, Auctore Heſiodo in Theogonia filius fuit, qui & futura prædicebat & ſeſe in varias figuras convertebat. patria ei fuit Pallene Theſſaliæ civitas, ſed Carpatum & Ægyptum aliquando regno tenuit & Bellona inquit quæ nurum Priami comitatur faces præfert non quæ nuptiis adhiberi ſolent, ſed quibus Ilium ſit arſurum. Noctu nubebant apud majores noſtros, & propterea tres pueri patrimi & matrimi adhibebantur nuptiis, duo qui nubentem tenebant. Tertius qui facem præferebat ex ſpina alba nuptiis auſpicatiſſima. Ex ea enim ſibi paſtores fecere qui Sabinas rapuerunt. *Maturant.* *Prothea.*] Vatem. *Lactant.*

34. *Bello-*

Fert Bellona nurum. video jam mille carinis
Ionium Ægæumque premi. nec ſufficit, omnis
Quod plaga Grajugenum tumidis conjurat Atridis:
Jam pelago, terriſque meus quæretur Achilles,
Et volet ipſe ſequi. quid enim cunabula parvo
Pelion, & torvi commiſimus antra magiſtri?
Illic (ni fallor) Lapitharum prælia ludit

Im-

34. *Bellona.*] Dea belli & ſoror Martis, quam & Minervam fuiſſe credidit antiquitas, cui ex proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant. Eam ſecundi Jovis filiam ſcribit fuiſſe Cicero, bellorumque inventricem atque principem: & ob id à nonnullis Bellonam appellatam eſſe. *Britannic.* *Nurum.*] Helenam. *Lact.*

35. *Ionium.*] Nam ex inſulis vicinis & mari Ionio auxilia venerunt Atridis contra Trojanos, ut Ulyxes. Incipit Ionium ab acrocerauniis montibus. ubi deſinit Adriaticum finitur ad Maleam. Olim pars erat Adriatici, teſte Pauſania. Et Ionium ab Ionio Dirachi filio, quem per errorem Hercules occidit, & in mare projecit, ut illi cognomen imponeret appellatum tradit Appianus Alexandrinus. Ægeum vero dictum à crebris inſulis, quæ in eo ſunt, & procul aſpicientibus caprarum exhibent ſpeciem, ſive ab Æge Amazonum regina, quæ illic periit, ſive ab Ægeo Theſei patre qui ſe in illud præcipitavit, ſive ab Ægis maritima civitate, quod Straboni placet. *Maturant.*

37. *Tumidis.*] Iratis. *Britannicus.* *Atridis.*] Id eſt, in legem & voluntatem Agamemnonis & Menelai, qui Atrei ex Merope filii crediti ſunt, cum Phiſtenis fuerint. Nam Phiſtenes filius Pelopis & Hippodamiæ cum ætate adhuc juvenili moreretur Agamemnonem & Menelaum filios Atreo fratri commendavit, quos ut filios cum educaret, jam memoria patris abolita, ejus filii habiti ſunt. *Quæretur Achilles.*] Nam in fatis erat Ilium capi non poſſe ſine armis & opera Achillis: quem quæſitum & inventum apud Lycomedem inter puellas regias ad Trojam perduxerunt Ulyſſes & Diomedes. *Idem.*

38. *Quid enim cunabula parvo.*] Mens. Cur paſſa ſum filiolum educari, ſeu prima rudimenta accipere apud Chironem. *τὸ cunabula* enim, ſeu quod idem valet, *incunabula* (præter vulgatam) utraque hac notione probis auctoribus notum. Suetonius, Veſp. cap. 11. *quare Princeps quoque locum incunabulorum aßiduè frequentavit*, id eſt, *educationis.* Arcadius Juriſconſultus. l. 1. de Offic. Præf. Prætorii: *His cunabulis præfectorum auctoritas initiata*, id eſt, *his rudimentis*, ſeu *principiis.* Bernart.

39. *Pelion.*] Accuſativus eſt Græcus. Hyppallage eſt, id eſt, Achillem Pelio commiſimus & Antra pro Antris. Pelios, mons eſt Theſſaliæ. Nam cum in Theſſalia ſint quattuor atque triginta montes, eorum nobiliſſimi ſunt Cerceti, Olympus, Pieris, Oſſa: cujus ex adverſo Pindus & Othris Lapytharum ſedes ad occaſum vergentes: Ad ortum verò Pelios omnes theatrali modo ut ſcribit Plin. inflexi, caveatis ante eos ſeptuagintaquinque urbibus. *Britannicus.* *Torvi magiſtri.*] Id eſt, Chironis, quem antiquitas fabulata eſt filium fuiſſe Saturni ex Phillyra Oceani filia priore parte corporis hominem, poſteriore verò equum. Nam cum Saturnus cum Phillyra concumberet: & Ops ejus uxor interveniret in equum mutatus mulierem fecit gravidam. Hic autem cunctos ſui temporis bonitate & juſtitia ſuperavit. *Idem.*

40. *Ludit prælia.*] Quaſi non timeat, veluti pro ludo habet Lapytharum prælia, & eos ſæpe laceſſit ad pugnam. *Idem.*

41. *Patria*

Improbus, & patria jam ſe metitur in haſta.
O dolor, ô ſeri materno in corde timores.
Non potui infelix cum primum in gurgite noſtro
Rhœtaa cecidere trabes, attollere magnum
Æquor? & inceſti prædonis vela, profunda
Tempeſtate ſequi? cunctaſque inferre ſorores?
Nunc quoque ſed tardum eſt, jam plena injuria raptæ.
Ibo tamen, pelagique deos, dextramque ſecundi
Quod ſupereſt, complexa Jovis, per Tethyos annos
Grandævumque patrem, ſupplex miſeranda rogabo
Unam hyemem. Dixit, magnumque in tempore regem
Aſpicit. Oceano veniebat ab hoſpite, menſis
Lætus, & æquoreo diffuſus nectare vultus,
Unde hyemes, ventique ſilent, cantuque quieto
Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſaque cete,
Tyrrhenique greges, circumque, infraque rotantur
Rege ſalutato. Placidis ipſe arduus undis
Eminet, & triplici telo jubet ire jugales.

Illi

41. *Patria jam ſe metitur in haſta.*] Aut jam ſe æqualem præſtat patri. *Idem.*

44. *Rhœtaa.*] Iliacæ, Paridis ſcilicet. Rhœtium mons eſt vicinus Ilio, in quo urbs fuit ejuſdem nominis, juxtaque euntium cum Ajacis tumulo & templo & ſtatua quam ab Antonio ablatam & in Ægyptum aſportatam Auguſtus Cæſar Llienſibus reſtituit. Trabes, naves. Materiam pro forma poſuit. *Maturant.*

45. *Inceſti prædonis.*] Paridis. Inceſtus eſt qui cum ſanguine conjunctis coit vel cum ſanctimonialibus. Hic ab uſus eſt & pro adultero poſuit. *Idem.*

48. *Dextramque ſecundi.*] Notandus juventuti locus, nam, ut ex ſequentibus clarum, per *ſecundum Jovem*, Neptunum intelligit. Jovis nomen ſiquidem, tribus Saturni filiis commune, de eo qui cælo præeſſe fingebatur: exempla nuſquam non obvia. *Bernart.*

49. *Per Tethyos amnes.*] Malim ex manuſcriptis legere, *per Tethyos annos.* ceterùm tu qui in ſtudiis tyro, ne per ſeipſam Nympham rogare autumes, ſcito, Thetim Terræ & Cæli filiam, Oceani uxorem Poëtis eſſe, Deorum omnium & rerum parentem. *Idem.*

51. *Unam hiemem.*] Tempeſtatem. *Maturant.* *Regem.*] Nereum. *Idem.*

52. *Menſis lætus.*] Id eſt, dapibus in menſis appoſitis. *Idem.*

55. *Tritones.*] Monſtra marina, quæ Virg. deſcribit: — *Cærula concha*
Exterrent freta, cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem præfert in piſcem deſinit alvus.

56. *Tyrrhenique.*] Delphines, in quos tyrrheni quidam navicularii ſunt à Baccho mutati cum acceptum ut Naxum transgrederentur nutricibus redderent alia ſpe prædæ pellecti ducere voluiſſent, quam fabulam Higinus ſcribit. *Idem.*

58. *Triplici telo.*] Tridente. *Britann.* *Jugales.*] Id eſt, Phocas, quibus currus Oceani trahi dicitur. *Idem.*

59. *Glome-*

Illi ſpumiferos glomerant à pectore fluctus.
Pone natant, delentque pedum veſtigia cauda.
Cui Thetis: O magni rector genitorque profundi,
Aſpicis in quales miſerum patefeceris uſus
Æquor? eunt tutis terrarum crimina velis.
Ex quo jura freti, majeſtatemque repoſtam
Rupit Iaſonia puppis Pagaſæa rapina.
En aliud furto ſcelus, & ſpolia hoſpita portans
Navigat injuſta temerarius arbiter Idæ.
Eheu quos gemitus terris pelagoque daturus!
Quos mihi? ſic Phrygiæ penſamus præmia palmæ.
Hi Veneris mores, hoc grata munus alumnæ?

Has

59. *Glomerant.*] Volvunt. *Idem.*

60. *Pone natant.*] Nam Phocis qui & vituli marini dicuntur pedes ſunt tantum anteriores, cætera pars in caudam piſcis deſinit. *Pone.*] Retro, id eſt, cauda natant, quæ pars eſt poſterior. Nam poſt currum intelligi non poteſt, cum ab iis currus trahatur. *Idem.*

63. *Ex quo.*] Ex eo tempore quo. *Maturant.* *Jura freti.*] Quæ erant ne hominibus eſſet pervium. *Majeſtatem verendam.*] Quam revereri homines debuiſſent & contrario elemento ſeſe non eredere ab eo inquit tempore cœptum eſt ab hominibus contemni mare, quo Jaſon cum delecta Græciæ juventute fabricata navi Argo quam primam dicunt fuiſſe poëtæ in Colchorum regionem navigavit miſſus à patruo Pelia ſub honoris prætextu ad vellus aureum comparandum, cujus fama orbem terrarum impleverat. Nota eſt fabula quam ſcribit ex noſtris Valerius Flaccus, ex Græcis Orpheus & Apollonius: nec Ovidius intactam reliquit. ſatis conſtat etiam Plinio auctore longa navi primum Jaſonem navigaſſe. *Idem.*

65. *Puppis Pagaſæa.*] Jaſonis navis ad Pegaſas fabricata. Pegaſæ autem civitas fuit Theſſaliæ Pherarum emporium à quibus nonaginta diſtat ſtadiis, ab Colcho vero viginti. quo ex loco Pelias Jaſonem ac Argo navem emiſit & Pagaſas quidem appellatas voluere, quia illic navem Argo compegerint vel propter fontes quos πηγας Græci vocant. *Strabo.* Idem.

66. *En aliud.*] Sicut Iaſon auxilio uſus Medeæ filiæ Oetæ regis Colchorum pellem illam auratam furto ſubduxit, ita & Helenam & bona Menelai Paris furto ſubtraxit, in quo vera de Jaſone tangitur hiſtoria. *Idem.*

67. *Temerarius.*] Stultus & ſine conſilio. Cum enim tres deæ de malo diſcordiæ inter ſe contenderent à Jove ad Paridem miſſæ ſunt: is videre nudas voluit. cumque Juno Aſiæ imperium, Minerva ſapientiam, Venus quamcumque vellet pulcherrimam polliceretur, ad Venerem inclinavit, & malo illo digniſſimam judicavit. *Idæ.*] Ubi judicatum à Paride eſt. *Idem.*

69. *Sic penſamus.*] Quaſi dicat, ſic compenſat & refert gratiam Venus? *Palmæ Phrygiæ.*] Victoriæ, quam adepta eſt judice Phrygio Paride. Sic, in injuriam, & damnum noſtrum, quaſi dicat, Venerem ſi Paridi gratificatura erat, alia quidem via & ratione gratiam referre potuiſſe ſine ſuo maleficio. *Britannicus.*

70. *Hi Veneris mores.*] Ut mali aliquid ſemper machinetur, & tot mala veluti præmium Paridis judicii Trojanis tetribuat. *Matur.* *Hoc gratæ, &c.*] Et hoc munus mihi largitur cum in mari enu-

Has ſaltem (non Semideos, noſtrumque reportant
Theſea) ſi quis adhuc undis honor, obrue puppes,
Aut permitte fretum. nulla inclementia: fas ſit
Pro nato timuiſſe mihi. Da tollere fluctus,
Nec tibi de tantis placeat me fluctibus unum
Littus, & Iliaci ſcopulos habitare ſepulchri.
Orabat laniata comas, & pectore nudo
Cœruleis obſtabat equis. tunc ductor aquarum
Invitat curru, dictiſque ita mulcet amicis:
Ne pete Dardaniam fruſtra, Theti, mergere claſſem.
Fata vetant: ratus ordo deis, miſcere cruentas
Europæque Aſiæque manus, conſultaque bella
Juppiter, & triſtes edixit cædibus annos.
Quem tu illic natum Sageo in pulvere? quanta
Aſpicies victrix Phrygiarum funera matrum?

Cum

ri enutrita apud me ſit? In mari nata ex genitalibus Saturni, & illic etiam educata Venus dicitur à Poëtis. *Idem.*

71. *Has ſaltem.*]Si illam Jaſonis propterea fluctibus mergere noluiſti, quod ſemideos & Theſeum vehebat, ſaltem has Paridis naves obrue, quæ ſceleratum vehunt & adulterum. *Semideos.*] Qui cum Jaſone navigarunt ut Orpheus, Caſtor & Pollux, Hercules. Sunt autem ſemidei quos ἥρωας vocant Græci, quòd nati ſint ex mortali. *Noſtrum Theſea.*] Fuit is Ægæi regis Athenarum filius. Ægeus vero Neptuni. Rumor autem fuit à Pitheo materno avo diſſiparum, à Neptuno fuiſſe generatum, & propterea inquit noſtrum Theſea, id eſt, nepotem ruum vel filium. *Idem.*

75. *Nec tibi de tantis placeat me fluctibus unum.*] Suaſio eſt ab incommodis & miſeriis ſuis quas paſſura eſt niſi ſubmergantur Paris. *Britannicus.*

76. *Et Iliaci ſcopulos ſepulchri.*] Id eſt Sigei promontorii, juxta quod Achilles templum habet & rumulum, qui locus Achilieum nominatur. Ilienſes enim ei & Patroclo, Antilocho. & Ajaci ſacrificant. *Habitare.*] Reſidere ubi in continuis ero lachrymis. *Idem.*

78. *Rector aquarum.*] Nemo damnet. veteres tamen reponi ſuadent: *tum ductor aquarum.* quod germanum non abnuerim. nam τὸ *Ductor* pro *Rector*, Papinius amat: exempla paſſim obvia. *Bern.*

82. *Europæ.*]Cujus partem Græci tenent. *Maturant.* *Aſiæ.*]Cujus pars Trojanis paret, à Gadibus ad Tanaim porrigitur Europa, à Tanai ad Nilum Aſia. Europam autem poëtæ pro Græcorum ponunt imperio, Aſiam pro imperio Trojanorum. *Idem.*

84. *Quem tu illic natum Siges in pulvere.*] Qualem (inquit) aſpicies filium tuum in bello Ilienſi? quaſi dicat, magnam quidem Trojanis inferet ſtragem & multas cædes committet. Sicque conatur timorem ejus de filio infringere, cum oſtendat ab eo univerſam Græcorum victoriam pendere. *Britann.* *Sigæo in pulvere.*] In agro Trojano. Nam, ut diximus, Sigæum promontorium eſt in agro Ilienſi, & urbs ejuſdem nominis diruta, ut ſcribit Strabo. *Quanta funera.*] Id eſt, quam multæ mulieres Trojanæ amittent filios ſuos qui ab Achille trucidabuntur? *Idem.*

89. *Impel-*

Cum tuus Æacides tepido modo ſanguine Teucros
Undabit campos, modo craſſa exire vetabit
Flumina, & Hectoreo tardabit funere currus:
Impelletque manu noſtros, opera irrita, muros.
Pelea jam deſiſte queri, thalamoſque minores,
Credideris peperiſſe Iovi. nec inulta dolebis,
Cognatis utere fretis. dabo tollere fluctus
Cum reduces Danai, nocturnaque ſigna Caphareus
Exeret, & dirum pariter quæremus Vlyſſem.
Dixerat. illa gravi vultum demiſſa repulſa,
Quæ jam excire fretum, & ratibus bellare parabat
Iliacis, alios iterum commenta paratus.
Triſtis ad Æmonias detorquet brachia terras,

Ter

89. *Impellet.*] Ipſe manu ſua Trojanos muros concutiet. Noſtros muros, à me una cum Apolline fabricatos, fabula tradit Apollinem & Neptunum à Laomedonte Trojanorum rege mercede conductos Trojanos muros fabricaſſe. mercedem autem à Laomedonte negatam eſſe, quod propterea fictum eſt, quia Laomedon decretam pecuniam in templorum Apollinis & Neptuni ædificationem ad bellicos uſus tranſtulit. *Maturant. Opera irrita.*] Quibus nihil proderunt, quod à diis fuerint inſtructi. *Idem.*

90. *Pelea jam.*] Nolito inquit conqueri quod mortali nupſeris Peleo, nolito dolere minoribus thalamis, id eſt, humiliori matrimonio & minori marito quàm tu mereris, teque ex Jove peperiſſe exiſtima ſicuti peperiſſes niſi fata obſtitiſſent. Nam vindictam de filii tui ſumet morte, & Græcos perſequetur, non aliter faciet quam ſi ex eo Achillem genuiſſes, & ſic latenter petiturum innuit filium, & conſolatur. deſiſte autem queri Pelea & thalamos minores. figurata locutio eſt. *Idem.*

91. *Inulta.*] Dolebis quidem, ſed non inulta, id eſt quin vindictam feceris de Græcis qui filium tuum in bello traxerint. *Idem.*

92. *Cognatis fretis.*] Conſanguinitate conjunctis. Thetis enim Nerei eſt filia. Senſus eſt, tunc tibi concedam ut mare tempeſtate perturbes, cum Græci everſa Troja domum victores redibunt. *Britannicus.*

93. *Caphareus.*] Mons eſt inſulæ Eubœæ editiſſimus in Helleſpontum perſpiciens, in cujus vertice templum fuit Cælei Jovis. Ad hujus radices vel ira Palladis vel Nauplii regis Eubœæ fraude Palamedis filii ulciſci mortem cupientis, Græcorum claſſis rediens everſa Troja afflicta eſt. Nam laborantibus tempeſtate facem in Caphareo ſuccendit, illi portum in proximo eſſe opinati in aſperrimos delati ſunt ſcopulos, multequi naufragium fecere. *Maturantius.*

94. *Exeret.*] Elevabit per ſuum digitum ereptas. *Pariter.*] Pari odio inimicus Ulyxi factus eſt Neptunus, quoniam ille Polyphemo ejus filio oculum eruit: at vero Thetis Ulyxem perſecuta eſt, quod ab eo Achilles quæſitus & ad bellum eſt perductus. *Idem.*

98. *Hæmonias terras.*] Theſſalicas. Hæmonia dicta eſt Theſſalia ab Hæmone à cujus filio Theſſalo Theſſalia eſt, vocata. Auctor Strabo. *Detorquet.*] Flectit. *Idem.*

99. *Ter*

Ter conata manu, liquidum ter greſſibus æquor
Reppulit, & niveas feriunt vada Theſſala plantas.
Lætantur montes, & connubialia pandunt
Antra ſinus, lateque dea Sperchios abundat
Obvius, & dulci veſtigia circuit unda.
Illa nihil gaviſa locis, ſed cœpta fatigat
Pectore conſilia, & ſolers pietate magiſtra,
Longævum Chirona petit. Domus ardua montem
Perforat, & longo ſuſpendit Pelion arcu.
Pars exhauſta manu, partem ſua ruperat ætas.
Signa tamen, divumque tori, & quem quiſque ſacrarat
Accubitu, genioque, locus monſtrantur: at intra

Cen-

99. *Ter conata.*] Adnatantis terræ exprimit geſtum. *Idem.*

100. *Æquor Reppulit.*] Membranæ bonæ fidei: *Impulit.* Vereor ne hic ei ſit idem vitium oblatum, quod l. 2, 134. *Impulerat cœlo gelidas aurora tenebras.* Ubi male Bernart. ex uno aut altero: *Expulerat.* nam Statio perſæpe *impellere* eſt commovere, movere loco. Ut lib. 4. *Impulerat matres Baccha meliore Cithæron.* Lib. 3. *ubi primum maxima Thetys Impulit Eoo cunctantem Hyperiona Ponto.* Et rurſus: *cui tu, Dictae, ſecundas Impuleris manifeſtus aves.* Ovidius l. 3. Metam. *& impellit properantibus æquora remis.* Gronov.

101. *Connubialia pandunt.*] Id eſt, antra in quibus Peleus Thetidem reluctantem compreſſit uſus Prothei vaticinio, qui ei conſulenti ſe Thetidem tenere non valiturum quod in varias formas mutaretur reſpondit omnino illis mutationibus cedendum non eſſe, quod cum feciſſet, tandem dea in conjugium ejus conſenſit. *Pandunt.*] Extendunt ad eam ſuſcipiendam quaſi gremium quoddam. *Britannicus.*

102. *Sinus.*] Receptacula aquarum, caſus eſt accuſativus. *Idem.* *Lateque dea, &c.*] Sperchius fluvius præ lætitia intumuit, eſtque alveum ingreſſus. Theſſaliæ fluvius eſt & in freto Dryopico monte naſcens & juxta Thermopylas erumpens, cui cæſariem ſeſe nutrire Achilles dicit apud Homerum. Ex eodem & Polydora Achillis ſorore natus eſt Meneſthius. Auctor Strabo. producitur penultima. quoniam Græce eſt Sperchios per ει *dulci*, quaſi blandienti. *Maturant.*

106. *Longævum.*] Jam ad ſenium vergentem. *Domus ardua.*] Domum deſcribit Chironis & partim natura partim artificio factam tradit. Erat autem ad Pelei montis radices ubi adhuc ſigna quæ quiſque deus reliquerat cernebantur. Omnes enim dii nuptiis affuerunt Thetidis & locum tenuerunt. Affuerunt & Parcæ qui futura de Achille vaticinaræ ſunt, quod ſcribit Catullus. Apollo quoque epithalamium & naſcituri Achillis probitatem cecinit. *Idem.*

107. *Perforat.*] In monte perforato & concavo eſt. *Longo arcu.*] Veluti fornice in longum porrecta. *Suſpendit.*] In aëre ſuſpenſum tenet. unde horti penſiles & Babylon penſilis tota fuiſſe dicitur, quoniam pavimentum erat teſtudineum. *Idem.*

108. *Sua ætas.*] Propria ætas & longitudo temporis, non autem ars & hominum labor. *Idem.*

109. *Signa tamen divumque thori.*] In ea inquit Chironis ſpelunca conſpiciuntur, & ſigna deorum & lecti, & loca quæ quiſque conſecravit dum operam dat conviviis. *Britannic.*

114. *Nec*

Centauri ſtabula alta patent, non æqua nefandis
Fratribus. hic hominum nullos experta cruores
Spicula, nec truncæ bellis genialibus orni,
Aut conſanguineos fracti crateres in hoſtes,
Sed pharetræ inſontes, & inania terga ferarum.
Hæc quoque dum viridis; nam nunc labor unus, inermi
Noſſe ſalutiferas dubiis animantibus herbas,
Aut monſtrare lyra veteres heroas alumno.
At tunc venatu rediturum in limine primo
Opperiens, properatque dapes, largoque ſerenat
Igne domum, cum viſa procul de littore mater
Nereis: erumpit ſilvis, dant gaudia vires,
Motaque deſueto crepuit ſenis ungula campo.
Tunc blandus dextra, atque imos ſummiſſus in armos
Pauperibus tectis inducit, & admovet antris.

Jam-

113. *Nec truncæ bellis genialibus orni.*] Notat pugnam Centaurorum cum Lapithis, in nuptiis Pirithoi, qui cùm crateres & telà deficerent certò Cæneum non læderent, arboribus pugnaſſe finguntur: Ovidius 12. Metam. de hac eadem re:

Vidi ego Petræum conantem evellere terra
Glandiferam quercum —

Bernart.

114. *Hoſtes conſanguineos.*] Id eſt, Lapythas. Nam Centauri ex Ixione Lapytharum rege procreati ſunt, & ex Nube, quam ei Juno in ſui ſimilitudinem objecit, cum is in cælum aſſumptus eam de ſtupro interpellaſſet. Recte ergo conſanguineos Centaurorum Lapythas appellat. *Britannicus.*

115. *Terga.*] Pro tergora. *Ferarum.*] Quarum carnibus veſcebantur, non autem hominum ut alii Centauri. *Maturantius.*

116. *Hæc quoque dum Juvenis.*] Subaudi pertractabat, exercebat. Hoc enim dicit Chironem dum eſſet Juvenis ſolitum fuiſſe feras conficere. verum ætate jam graveſcente medicinæ duntaxat vacare cœpiſſe. *Britannicus.*

118. *Alumno.*] Achilli. eſt alumnus qui nutritur nec non etiam qui nutrit. *Maturant.*

119. *Venatu.*] Venatione in quam profectus erat. *Limine primo.*] Primo domus ingreſſu. *Idem.*

120. *Opperiens.*] Expectans. *Properat.*] Urget, feſtinat. *Largo.*] Abundanti. *Idem.*

121. *Mater.*] Achillis. *Idem.*

122. *Nereis.*] Una ex Nereidibus. *Erupit ſylvis.*] Egreſſus eſt Pelei ſylvas in quibus erat ob nimiam lætitiam quam animo concepit & ut honoris gratia obviam occurreret deæ & ſi ſenex erat & egredi domum vix ſolebat. *Idem.*

123. *Deſueto campo.*] Per quem ipſe ire ſuetus non erat. *Ungula.*] Quæ brutorum eſt non ſciſſa ungulis. *Idem.*

124. *Blandus dextra.*] Quam Thetidi blande porrexit. *Imos armos.*] Poſteriores: nam ſuperiore parte homo erat, inferiore equus: qui verò in hominibus humeri vocantur, in brutis armi potius dicuntur, unde arma appellari Feſtus exiſtimat, quod inde dependeant. *Submiſſus.*] Inclinatus, venerationis cauſa ut à nobis fit quotiens quempiam magnificamus. *Idem.*

Jamdudum tacito luſtrat Thetis omnia viſu;
Nec perpeſſa moras: ubì nam mea pignora Chiron?
Dic, ait, aut cur ulla puer jam tempora ducit
Te ſine? num merito trepidus ſopor? atraque matri
Signa deûm? magnos utinam mentita timores!
Namque mihi infeſtos utero modo contuor enſes,
Nunc planctu livere manus, modo in ubera ſævas
Ire feras, ſæpe ipſa (nefas!) ſub inania natum
Tartara, & ad Stygios iterum fero mergere fontes.
Hos abolere metus magici jubet ordine ſacri
Carpathius vates, puerumque ſub axe probato
Secretis luſtrare fretis, ubi littora ſumma
Oceani, & genitor tepet illabentibus aſtris

Pon-

129. *Num merito trepidus ſopor.*] Subaudi eſt. Hæc omnia à Thetide finguntur, ut honeſta occaſione filium à Chirone abducat. Ait enim ſe ſomniis terreri, monerique à Protheo ut filium ad extrema littora Oceani Occidentalis deferat expurgandum. Non enim aliter à Chirone abducere potuiſſet, eſt igitur ſenſus. Non enim inquit mirum ſi per ſomnium multa mihi terribilia offeruntur, cum eum à te longe vagari permittas. *Britannicus.*

131. *Modo.*] Exponit quæ ſigna eſſent & modo inquit videre videor uterum meum vulnerari, ex quo futura mors filii qui egreſſus eſt ſignificavit. *Maturant.*

132. *Livere.*] Nigreſcere. *Modo in ubera.*] Et hoc in ſomnis damnum ex filio portendebat. Nam uberibus alitus eſt. *Sævas feras.*] Ut urſos, tygres. *Idem.*

134. *Iterum fero mergere.*] Nam Thetis cum ex Prothei vaticinio accepiſſet in bello Trojano Achillem periturum, eum recens natum, ut invulnerabilis redderetur, ad inferos detulit, eumque in Stygia palude lavit, excepta planta pedis quæ manu tenebatur, ex quo invulnerabilis totus eſt factus. *Fero iterum.*] Id eſt, videor iterum ferre per ſomnium ut lavem. *Britannicus.*

135. *Hos abolere metus.*] Ad hæc inquit ſomnia, & terrores nocturnos levandos Protheus me monet, ut ex ordine ſacri magici filium feram ad Oceanum Atlanticum ibique purgationes de eo fiant, magi enim conſenſere in Oceano Occidentali Æthiopico optime expiationes fieri, unde & illud Virgilii de Didone cupiente ſolvi ab amore Æneæ: *Oceani finem juxta ſolemque cadentem Ultimus Æthiopum locus eſt, ubi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.* Idem.

136. *Carphatius vates.*] Protheus. *Carphatus* inſula eſt juxta Ægyptum, à qua vicinum Pelagus Carpathium nominatum eſt. Hic aliquando regnavit Protheus relicta Pallene civitate Theſſaliæ, ad quam tamen reverſus eſt poſtea. *Lactantius.* *Sub axe probato.*] Id eſt, ſub ea parte cæli, quam magi probavere plurimum poſſe ad expiationes. Luſtrare, expiare & purgare. *Britannicus.*

137. *Fretis ſecretis.*] Oceano Æthiopico ſive Britannico longe remoto, nam rem ſecretam dicimus quaſi ſeparatam ab iis quæ diſcernuntur, ſic & ſobrium, quaſi ſebrium, id eſt, ſeparatum ab ebrio. *Idem.*

138. *Genitor pontus.*] Vel ut in mari nata ſic dixit, vel ſecundum Thaletis opinionem locutus eſt poëta, qui rerum principia in aquam retulit, unde aquam dici Pompejus exiſtimat, quòd ſit à qua

vivi-

Pontus, ubi ignotis horrenda piacula divis,
Donaque: ſed longum cuncta enumerare, vetorque,
Trade magis. ſic fata parens: neque enim ille dediſſet,
Si molles habitus, & tegmina fœda fateri
Auſa ſeni. tunc ille refert: Duc optima quæſo,
Duc genitrix, humilique deos infringe precatu.
Nam ſuperant tua vota modum, placandaque multum
Invidia eſt. non addo metum, ſed vera fatebor,
Neſcio quid magnum (nec me patria omina fallunt)
Vis feſtina parat, teneroſque ſupervenit annos.
Olim ferre minas, & obire audita ſolebat
Imperia, noſtris procul haud diſcedere ab antris.
Nunc illum non Oſſa capit, non Pelion ingens,
Theſſaliave nives. ipſi mihi ſæpe queruntur
Centauri, raptaſque domos, abſtractaque coram
Armenta, & campis ſemet fluviiſque fugari.
Inſidias, & bella parant, tumidique minantur.
Olim equidem Argoos, pinus cum Theſſala reges

Hac

vivimus. *Maturant.* *Illabentibus aſtris.*] Ubi pontus intepeſcit, id eſt, incaleſcit ſole & ſtellis cadentibus in ipſum cum occidunt. *Idem.*

141. *Trade magis.*] Non mihi, ſed magis à quibus per ignota ſacra expietur & inviolabilis immortaliſque reddatur. *Idem.*

145. *Non ſuperant.*] A mendo liberum hunc locum non eſſe, arguit ſtructura orationis. verùm præſens remedium ex manuſcriptis, *nam ſuperant tua vota modum.* quòd germanum eſſe ego præſto. Senſus, precibus demerendi dii tibi, quandoquidem filius modum virtutis non ſervat, mandata noſtra ſpernit, & planè intractabilis fit. *Bernart.*

148. *Vis feſtina.*]Veniens ante ſuum tempus. *Maturant.*

149. *Olim*] A principio, cum mihi educandus traditus eſt. *Ferre minas.*] Æquo animo pati. *Obire audita imperia.*] Quicquid erat imperatum id exequi. *Idem.*

151. *Oſſa.*] Non ſufficit illi Oſſa qui eſt Theſſaliæ mons objectus Septentrioni. Olympo olim conjunctum Hercules ſcidit. Strabo. terræmotum factum eſſe dicit. *Pelion ingens.*] Eſt enim editiſſimus mons Pelion, nam Dicæarchus vir in primis eruditus rerum curâ montes permenſus altiſſimum omnium, Auctore Plinio, prodidit undecim ſcilicet millium quinquaginta paſſuum. *Idem.*

152. *Theſſalicæque nives.*] Propter Othryn videtur dixiſſe, quem nivalem vocat. Virgilius l. VII. Æneid. Ipſi Centauri, quos timere & revereri Achilles deberet. *Idem.*

156. *Argivos reges.*] Argonautas qui numero quattuor & quinquaginta fuiſſe produntur. Ex quibus clariſſimi fuere Caſtor & Pollux. Hercules. Telamon. Orpheus. Atlante. Schinei. præterea Teſpeſii filii, & ipſe navigii auctor Jaſon. Hi omnes ducem ſibi præfecerunt Herculem veluti omnium judicio fortitudine & virtute præſtantiorem.

Hac veheret, juvenem Alciden, & Theſea vidi,
Sed taceo. figit gelidus Nereida pallor:
Ille aderat multo ſudore, & pulvere major.
Attamen arma inter, feſtinatoſque labores,
Dulcis adhuc viſu, niveo natat ignis in ore
Purpureus, fulvoque nitet coma gratior auro.
Nec dum prima nova lanugine vertitur ætas,
Tranquillæque faces oculis, & plurima vultu
Mater ineſt. qualis Lycia venator Apollo
Cum redit, & ſævis permutat plectra pharetris.
Forte & lætus adeſt (ô quantum gaudia formæ
Adjiciunt!) fœtam Pholoës ſub rupe leænam
Perculerat ferro, vacuiſque reliquerat antris
Ipſam, ſed catulos apportat, & incitat ungues.
Quos tamen, ut fido genitrix in limine viſa eſt,
Abjicit, exceptamque avidis circumligat ulnis.
Jam gravis amplexu, jamque æquus vertice matri.

In-

tiorem. *Pinus Theſſala.*] Id eſt, argo navis, quæ ab Argo ejus fabricatore nominata eſt, vel ut alii ab ejus velocitate, quam antiqui Argon appellabant, apud Pagaſas ut diximus oppidum Theſſaliæ fuit ædificata. *Britannic.*

158. *Sed taceo.*] Præſtantior viſus eſt, voluit dicere. *Figit gelidum Nereida pallor.*] Quaſi vulnerat. Tremoris & frigiditatis cauſa eſt timor nimius. *Maturant.*

159. *Ille aderat multo ſudore.*] Dum ſic Thetis & Chiron colloquerentur, ecce ex venatione Achilles rediit ſudore & pulvere (ut videbatur) amplior, factus major quam antea eſſe videretur. *Idem.*

161. *Dulcis adhuc.*] Nihil naturalis & ſolitæ pulchritudinis ipſa defatigatione amiſiſſe videbatur. *Idem.*

163. *Nova lanugine.*] Quæ incipit XIII. vel XIV. ætatis anno, ad quod tempus cum pueri pervenerunt ephœbi vocantur. *Vertitur.*] Decurrit, ad ſolem autem reſpexit, qui per Zodiacum vertitur. *Idem.*

165. *Qualis Lycia.*] Virgiliana eſt comparatio. Talis erat Achilles à venatione rediens, qualis Apollo eſt cum Lycia relicta, ubi hyemis tempore venationi operam dare conſuevit, ſeſe in Delon recipit, & depoſitis ſagittis lyram aſſumit. Conſtat Apollinem menſibus hybernis apud Patharam Lyciæ Civitatem (à qua Patharæus dicitur) æſtivis vero apud Delum reſponſa dare conſueviſſe. *Idem.*

168. *Pholoës.*] Hinc Achillis animus oſtenditur, qui longe lateque à finibus ſuis vagetur cum è Theſſalia in Peloponeſum tranſeat, ut ſupra *nunc illum non Oſſa capit, non Pelion ingens Theſſalicæve nives.* nam Pholoë mons eſt Arcadiæ regionis Poloponeſiacæ. dicta à Pholo Centauro qui ibi, ut ſcribit Diodorus, ab Hercule ſepultus fuit. *Britannic.*

170. *Incitat ungues.*] Ut ludentes pueri facere ſolent, ungues incitant catulorum, id eſt, ungues apprehendendo catulos incitat & irritat. *Maturantius.*

175. *Patro-*

Inſequitur magno jam tunc connexus amore
Patroclus, tantiſque extenditur æmulus actis.
Par ſtudiis, ævique modis, ſed robore longe,
Et tamen æquali viſurus Pergama fato.
Protinus ille ſubit rapido, quæ proxima, ſaltu
Flumina, fumanteſque genas, crinemque novatur
Fontibus. Eurotæ, qualis vada Caſtor anhelo
Intrat equo, feſſumque ſui jubar excitat aſtri.
Miratur, comitque ſenex, nunc pectora mulcens,
Nunc fortes humeros: angunt ſua gaudia matrem.
Tunc libare dapes, Bacchæaque munera Chiron
Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens,
Elicit extremo chelyn, & ſolantia curas
Fila movet, leviterque expertas pollice chordas

Dat

175. *Patroclus.*] Cum Achilles fureret adverſus Agamemnonem propter Briſeidem noluit egredi ad pugnam adverſus Trojanos, tunc rogatus ut vel arma ſua Patroclo daret, quæ manu erant fabricata Vulcani, perſuadente Ulyſſe conceſſit. Egreſſuſque Patroclus cum armis ejus ſuſpectus ab Hectore occiſus eſt. Illaque arma abſtulit Hector. *Lactantius.*

177. *Æquali fato.*] Nam uterque licet diſpari corporis robore, pari tamen morte cecidere in obſidione Trojana, Patroclus enim primo ab Euphorbo ad interitum vulneratus, ab Hectore mox multis obſceniſque vulneribus interemptus eſt. Achilles vero Paridis ſagitta in templo Apollinis in planta pedis percuſſus occubuit. *Britann.*

180. *Fontibus Eurotæ.*] Comparat Achillem Caſtori, cum & ipſe venatione fatigatus, Eurotam fluvium equo vectus ſubintrat. Caſtor & Pollux Helenæ fratres fuere. *Hic eques*, ut ait Ovidius, ille pugil, de quibus Homerus Iliad. γ. Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα Αὐτοκασιγνήτω. Alludit autem ad ſydus, in quo & gemini mutati dicuntur cum inquit, *Feſſumque ſui jubar excitat aſtri*: ſed hic pulchritudinem per aſtrum accipimus, quam excitare videtur dum ſe abluit. Eurotas vero Laconiæ fluvius eſt, qui præter Spartam labitur & in Gythium Spartanorum navale nobile erumpit. Auctor Strabo. Fontibus ad ipſos fontes Eurotæ. *Maturant.*

18;. *Sua gaudia angunt.*] Qua re gaudebat, eadem angebatur & cruciabatur. gaudebat tanta virtute & fortitudine filii: angebatur, quod videbat fore, ut eadem virtus propediem periret. *Idem.*

185. *Vario oblectamine mulcens.*] Libri plerique *nectens*. Et ſane, cum tertio ante verſu vox altera præceſſerit, vix illam hic repetiſſe videtur. Scholiaſtes quoque ſic invenit, apud quem eſt: *nectens. alliciens illam. atto. ſollicitam. vario ob!. ferculorum diverſitate. elicit. è ſacculo extrahit.* Sic ille ut potuit. Fortaſſe ſcribendum: *& attonitæ varia oblectamina nectens, Elicit extremo chelyn.* Jungit aliud ſuper aliud advocamentum, quo curas ei pelleret. *Elicit* eſt profert, promit, advocat. Sic alibi: *validam ſimul elicit hoſtam.* Gron.

187. *Expertas.*] Id eſt prius exploratas, ut à cytharœdis fieri ſolet qui antequam legitimum inchoent cantum,

 chor-

Dat puero. canit ille libens immania laudum
Semina, qui tumidæ ſuperarit juſſa novercæ
Amphitryoniades: crudum quo Bebryca caſtu
Obruerit Pollux: quanto circundata nexu
Ruperit Ægides Minoi brachia tauri,
Maternos in fine toros, ſuperiſque gravatum

Pe-

chordas pectine, ſive pollice percurrunt ut concinnus ſit earum ſonus. *Britannicus.*

188. *Immania laudum ſemina.*] Hypallage eſt, id eſt, laudes immanium ſeminum, hoc eſt magnorum virorum. Sic enim apud veteres excellentium virorum facta ad Lyram decantabantur. *Idem.*

189. *Qui tumidæ ſuperavit juſſa novercæ Amphitryoniades.*] Canit inquit quomodo Hercules per multas ærumnas monſtra ſuperaverit ex juſſu Junonis novercæ quæ Herculem omnino perdere cupiebat, vanis eum monſtris objiciendo. Amphitryoniades, Hercules Amphitryonis & Alcmenæ filius. *Idem.*

190. *Crudo quo Bebryca.*] MSS. *crudum:* & uterque Scholiaſtes. Ovidius 4. Metam. *Tendentemque manus*, &c. *defodit alta Crudus humo.* Gronovius. *Caſtu.*] Cæſtus arma ſunt pugilum à cædendo, ex corio & plumbo inſuto conſtabant, quibus manus induebantur ad pugnandum. cæſtuum autem ſtrenuus fuit Pollux, Caſtor vero egregius equorum domitor. *Britann.*

191. *Obruerit Pollux.*] Amycum filium Neptuni & Melites nymphæ Pollux ad certamen cæſtuum provocatus interemit. *Bebryca*, id eſt, ex Bebrycia, quemadmodum Cilica ex Cilicia & Thraca ex Thracia dicimus. Nam Bebryciorum rex fuit, ea regio nunc Bythinia appellatur. *Idem.*

192. *Minois brachia tauri.*] Indicato à ſole adulterio Martis & Veneris Vulcanus minutiſſimis catenis lectum cinxit, quibus Mars & Venus ignorantes impliciti ſunt, & cum ingenti turpitudine reſoluti ſub teſtimonio cunctorum Deorum, quod factum Venus vehementer dolens ſtirpem omnem Solis perſequi infandis amoribus cœpit. Igitur Paſiphaë ſolis filia, Minois regis Cretæ uxor, tauri amore flagravit, & arte Dædali incluſa intra vaccam ligneam, ſeptam corio juvencæ pulcherrimæ cum tauro concubuit, unde natus eſt Minotaurus qui intra Labyrinthum incluſus humanis carnibus veſcebatur. Sed Minos de Paſiphae habuit liberos plures, Androgeum, Ariadnem, Phœdram, Sed Androgeus cum eſſet athleta fortiſſimus, & ſuperaret in agonibus cunctos apud Athenas, ab Athenienſibus & vicinis Megarenſibus conjuratis occiſus eſt. Quod Minos dolens collectis navibus bella commovit, & victis Athenienſibus pœnam ſtatuit hanc, ut ſingulis quibuſque annis ſeptem de filiis, & ſeptem de filiabus ſuis edendos Minotauro mitterent. Sed tertio anno Ægei filius Theſeus miſſus eſt, potens tam virtute quam forma, qui cum ab Ariadne regis filia amatus fuiſſet, Dædali conſilio iter rexit. & necato Minotauro, cum rapta Ariadne victor aufugit. De Minotauro enim fabula eſt, quod taliter fuiſſet genitus. Nam taurus notarius Minois fuit, quem Paſiphaë amavit, cum quo in domo Dædali concubuit: & quia geminos peperit unum de Minoë, alterum de tauro, enixa eſſe dicitur Minotaurum. *Lactantius.*

193. *Maternos thoros.*] Id eſt matris connubium. *Superiſque gravatum.*] Nam ejus nuptiis omnes ut diximus ſuperius dii interfuere auctore Jove. *Britann.*

194. *Hic*

Pelion: hic ficto riſit Thetis auxia vultu.
Nox trahit in ſomnos: ſaxo collabitur ingens
Centaurus, blandiſque humeris ſe innectit Achilles,
Quamquam ibi fida parens, aſſuetaque pectora mavult.
At Thetis undiſonis per noctem in rupibus aſtans,
Quæ nato ſecreta velit, quibus abdere terris
Deſtinet, huc, illuc, diverſa mente volutat.
Proxima, ſed ſtudiis multum Mavortia, Thrace:
Nec Macetum gens dura placet, laudumque daturi
Cecropidæ ſtimulos. nimium opportuna carinis
Seſtos, Abydenique ſinus, placet ire per altas
Cycladas. hinc ſpretæ Myconos, humiliſque Seriphos,

Et

194. *Hic.*] Id eſt tunc. *Ficto vultu.*] Ideo ficto, quia anxia & ſollicita erar, difficile enim eſt in triſtitia lætitiam oſtendere. *Idem.*

197. *Quanquam ibi fida parens.*] Parenthesis eſt, ſubaudi erat. ſicque poëta officium pii diſcipuli oſtendit, qui non ſecius judicio Quintiliani magiſtrum ſuum quam parentes amare debet. *Idem.*

198. *Thetis.*] Chiron Achillem amplexatus ſaxo collapſus eſt. at verò Thetis extra antrum in rupibus Pelei, ad quas ſonitus fluctuum vicinis cautibus illiſorum perveniebat Sollicita jacuit minimè dormiens, ſed admodum volans, quibus in locis occultare filium poſſet. *Maturant.* *Undiſonis.*] Hoc vocabulum membrana inculeat ſupra verſ. 27. *Nec mora & undiſonis t. c. ſororum Proſilit è thalamis.* Hic autem *undoſis* habet: unde ſuſpicari poſſis *umbroſis* ſcribi debere. Nihil tamen moveo. *Gron.*

199. *Abdere terris Deſtinet.*] Id eſt paret occultare. Eſt autem ordo. At Thetis volutat. *Britannicus.*

201. *Proxima ſed ſtudiis multum Mavortia Trace.*] Subaudi eſt, ut ſit ſenſus; Thracia quidem ptoxima eſt, ſed nimis eſt bellicoſa, & perinde à ſequentibus ſubaudi non placer. Bonum ordinem ſecutus eſt poëta in locorum numeratione. Nam Europæ à Scythia, prima eſt Thracia, deinde Macedonia poſt Attica. Thrace autem declinatio eſt Græca. *Mavortia.*] Bellicoſa. *Idem.*

202. *Laudumque daturi.*] Athenas dicit quæ ob litterarum ſtudia celeberrima habita eſt civitas. Ut ideo dixerit daturi ſtimulos laudum, quòd ibi homines ſtimulis laudum excitarentur ad virtutem.

203. *Cecropidæ.*] Athenienſes à Cecrope rege, qui primus auctore Strabone multitudinem in civitates. XII. habitandas digeſſit. Quarum nomina ſunt Cecropia, Tetrapolis, Epatria, Decelea, Eleuſis, Aphidna, Thoticus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cepheſia, Phalerus. Theſeus vero poſtea duodecim illas in hanc unam congregaſſe civitatem denuo memoratur. *Idem.*

204. *Seſtos.*] Helleſpontus ſeptem (ut dictum eſt ſupra) ſtadiis Europam ab Aſia dividens illic iniet ſe contrarias urbes habet in Europa Callipolin & Seſton, In Aſia Lampſacum & Abydon. Apud Seſtum locus quidam Apobathra nominatur ad quem Ratis Xerxis juncta fuit. Nam ibi anguſtiæ illæ ſeptem ſtadiorum quæ Aſiam dirimunt ab Europa à Xerxe ponte junctæ fuerunt. *Abydenique ſinus.*] Ab Abydo denominati. *Idem.*

205. *Cycladas.*] Inſulæ Cyclades dictæ ſunt, quòd in orbem objacent. *Myconos.*] Una eſt ex Cycladibus, ſub qua gigantum noviſſimos ab Hercule ma-

 ctatos

Et Lemnos non æqua viris, atque hoſpita Delos
Gentibus. imbelli nuper Lycomedis in aula
Virgineos cœtus, & littora perſona ludo
Audierat, duros laxantem Ægæona nexus
Miſſa ſequi, centumque dei numerare cathenas.
Hæc placet, hæc timidæ tellus tutiſſima matri.
Qualis vicino volucris jam ſedula partu,
Jamque timens qua fronde domum ſuſpendat inanem,
Providet hinc ventos, hinc anxia cogitat angues,
Hinc homines: tandem dubiæ placet umbra, noviſque
Vix ſtetit in ramis, & protinus arbor amatur.
Altera conſilio ſupereſt, triſtemque fatigat

Cura

ctatos jacere fabulantur. *Seriphos.*] Eſt autem & ipſa ex Cycladibus, in qua ea facta vulgantur, quæ dicuntur in fabulis Dicten piſcatorem aream adduxiſſe retibus. In qua Perſeus cum matre Danaë poſitus tenebatur. Cum pater Danaës Acriſius utrunque abjeciſſet in mare, iſta in Inſula educatum fuiſſe Perſeum proditur. *Idem.*

206. *Delos.*] Hæc media eſt Cycladum, & longe clariſſima templo Apollinis cum oraculo celebrata & mercatu: erat enim maxime opportuna, illucque res venales, ut ſervi undique convehebantur. Auctores Plin. & Strab. & propterea hoſpitam vocavit, ſic appellatam tradit Ariſtot. quoniam repente apparuit enata, vel quod primum ſolis radiis illuſtrata ſit, vel quod certiora illic oracula redderentur. *Maturantius.*

207. *Lycomedis in aula.*] Imbelli dicit & quia ſenex eſt Lycomedes nec armis aptus, & quòd ei ſexus tantum eſt fœmineus, ut rectè ſperet illic tutum fore filium. *Britannicus.*

209. *Ægæona nexus.*] Rem fabuloſam proſequitur, nam quæ de gigantibus traduntur fabuloſa omnino ſunt. Cum enim in Phlegra loco Campaniæ pugnaſſe ſcribantur, quomodo fieri potuit ut in Sicilia ſit Enceladus. Othus in Creta. Typhæus in Campania, ut Inarime Jovis imperiis impoſta Typhœo. Ægeon in Scyro? nam modo apparet Thetidem juſſu Jovis Scyrum acceſſiſſe obſervaturam vincula Ægeonis qui ibi relegatus erat ad ſcopulos. Hic autem eſt auctore Homero Centimanus, quem dii Briareum, homines vero Ægæona vocant. *Britannic.*

210. *Centumque Dei numerare.*] Nota eſt Ægæonis fabula & quod ille centimanus à Neptuno ad ſcopulos Ægæi maris religatus fuerit. Mens Poëtæ videtur, cum nunciatum foret Ægæonem conari effugere, & vincula diſſolvere, miſſam Thetim, quæ rem cognoſceret, Scyrim itaque prætervectam, cognoviſſe imbelles eſſe loci incolas, choreis & ludis vacare. *Bern.*

212. *Qualis vicino.*] Optima & maximè congrua comparatio. Mater enim Thetis avi pariture comparatur, Sicut enim avis angues, ventos, homines timet, ita Thetis æditura filium omnia veretur, ne inventus ad bellum trahatur, & ut avis eligit arborem, quam credit tutiſſimam in qua nidificet, ita Thetis poſt longam conſultationem Scyrum deligit, in qua filium occultet. *Maturant.*

217. *Altera.*] Prima cura fuit locum eligere. *Secunda.*] Quomodo in eum Achillem veheret. *Idem.*

219. *Ven-*

Cura deam, natum ipſa ſinu complexa per undas,
An magno Tritone ferat, ventoſque volucres
Advocet, an pelago ſolitam Thaumantida paſci.
Elicit inde fretis, & murice frenat acuto
Delphinas bijuges, quos illi maxima Thetis
Gurgite Atlanteo pelagi ſub valle ſonora
Nutrierat. nullis vada per Neptunia glauca
Tantus honor formæ, nandique potentia: nec plus
Pectoris humani jubet. hos ſubſiſtere pleno
Littore, ne nudæ noceant contagia terræ.
Ipſa dehinc toto reſolutum pectore Achillem
(Qui pueris ſopor) Æmonii de rupibus antri
Ad placidas deportat aquas, & juſſa tacere
Littora. monſtrat iter, totoque effulſerat orbe
Cynthia. proſequitur divam, celereſque recurſus

Secu-

219. *Ventos.*] Ne volucres advocet, an ventis ad vehendum committat, an Pelago, an Iridi traderet ferendum, quæ arcus eſt cæleſtis. Manifeſtum eſt autem radium ſolis immiſſum cavæ nubi repulſa acie, in ſolem refringi, colorumque varietatem mixturâ nubium, ignium aeriſque fieri, certe niſi ſole averſo non fit. *Idem.*

220. *Thaumantida.*] Iris Thaumantia dicta ſecundum poëtas, Thaumantis filia, cæterum ex admiratione hoc nomen accepit, quæ admiratio de ejus coloribus naſcitur. Iris dicta quod nunquam ad conciliationem mittitur, ſicut Mercurius. Sed ad diſturbationem, & eſt miniſtra non tantum Dearum, ſed & deorum. *Lactantius. Paſci.*] Reſpexit poëta opinionem vulgi, quod putat arcum illum in mare deſcendere, & inde etiam oriri. *Britannic.*

221. *Inde fretis.*] Delphines tandem placuere. *Murice acuto.*] Freno ex muricibus confecto. Murices piſces ſunt contextu firmiore pectinum. Eſt & inſtrumentum ferreum tribus acuminibus, quod ſpargi conſuevit ad impediendos equites. *Maturant.*

222. *Bijuges.*] Qui tamquam duo equi junguntur ad currum. *Maxima Thetis.*] Uxor Oceani. Maximam dixit ad differentiam ipſius Thetidis, quæ mater eſt Achillis. *Idem.*

223. *Gurgite Atlanteo.*] In mari Atlantico, quod Lybiam ab Occidente claudit, à Mulacha fluvio incipit, qui Mauros à Numidis ſeparat. Abylam montem abluit ingrediens Oceanum. *Idem.*

226. *Pectoris humani.*] In quibus tantus ſit in homines amor. nam delphines non tantum hominis amicum animal, verum & muſicâ arte mulcetur. *Britann.*

227. *Contagia*] Contactus. *Maturant.*

228. *Reſolutum*] Profundè dormientem, ſolutis membris, & fluentibus. *Id.*

230. *Ad placidas.*] Cur placidæ eſſent ſubjungit, Thetis enim tacere juſſerat. *Idem.*

231. *Toto orbe.*] Plenilunium erat. Quando luna pleno orbe eſt, & tota nocte lucet. *Idem.*

232. *Cynthia.*] Luna ſic dicta à Cyntho monte Deli, ubi nati Apollo & Diana. *Idem. Proſequitur.*] Refert hoc ad Chironem, non ad Lunam, ut ſit Chiron proſequitur. *Recurſus rogat.*] Id eſt, ut citò ad ſe redeat. *Britannicus.*

 233. *Secu-*

Securus pelagi Chiron rogat, udaque calat
Lumina, & abreptos ſubito jam jamque latentes
Erecto proſpectat equo, qua cana parumper
Spumant ſigna fugæ, & liquido perit orbita ponto.
Illum non alias rediturum ad Theſſala Tempe
Iam triſtis Pholoë, jam nubilus ingemit Othrys,
Et tenuis Sperchios aquis, ſpeluncaque docti
Muta ſenis. quærunt puerilia carmina Fauni,
Et ſperata diu plorant connubia Nymphæ.
Iam premit aſtra dies, humiliſque ex æquore Titan
Rorantes evolvit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit. at vada mater
Scyria jamdudum fluctus emenſa tenebat.
Exierantque jugo feſſi Delphines herili.
Cum pueri tremefacta quies, oculique jacentis
Infuſum ſenſere diem. ſtupet aëre primo,
Quæ loca? qui fluctus? ubi Pelion? omnia verſa,
Atque ignota videt, dubitatque agnoſcere matrem.
Occupat illa manu, blandeque affata parentem.

Si

233. *Securus pelagi.*] Id eſt; nihil timens mare, cum illud in Thetidis poteſtate ſit. *Uda lumina.*] Oculos & lachrymas diſſimulat. *Idem.*

235. *Erecto proſpectat equo.*] Pietatem Chironis expreſſit qui diſcipulum abeuntem quam longo potuit viſu eſt proſecutus. Nam media parte poſteriore erat equus. *Idem.*

237. *Theſſala Tempe.*] Locus eſt inter Oſſam & Olympum paſſuum quinque millium longitudinis, per medium Peneus diſcurrit à Pindi profluens radicibus gramine veſtitis marginibus, aviumque concentu, & calculorum aquarumque ſonitu peramœnus, nec alius locus eſt, cujus amœnitatem tantopere laudent poëtæ. *Maturant.*

238. *Pholoë.*] Silva eſt Theſſaliæ, dicta à Pholo centauro qui eam incolebat. qui Pholus tempore quo ab Euriſteo rege Hercules miſſus eſt Thraciam, ut Diomedis equos adduceret, qui humanis carnibus veſcebantur, eum hoſpitio recepit. Aliqui dicunt, quod eum Hercules occidit ſuſceptus ab eo hoſpitio. Velius Aſper longus, Pholum tradit adverſum centauros ab Hercule adjutum. Cum Herculum recepiſſet hoſpitio, Aſper tradit, dum ſagittas Herculis ſtuper, qui tot Centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidiſſe, vulnere ſanari non potuit. Ideo credunt nonnulli ab Hercule occiſum. *Lactantius.*

239. *Sperchius.*] Fluvius cui ſuas comas Achilles devoverat ſi rediſſet. Pater autem Narciſſi fuit Sperchius. *Idem.*

240. *Muta.*] Quia prius carminibus reſonabat. *Fauni.*] Dii proprii fuêre Latinorum, quos in ſilveſtribus locis traditum eſt ſolitos fari, & à fando Faunos vocari. *Maturant.*

241. *Sperata connubia.*] Maritum enim Achillem habere ſperaverant, quem tantopere amabant. *Idem.*

252. *Dediſ-*

Si mihi, care puer, thalamos ſors æqua dediſſet,
Quos dabat, æthereis ego te complexa tenerem
Sidus grande plagis, magnique puerpera cœli,
Nil humiles Parcas, terrenaque fata vererer.
Nunc impar tibi, nate, genus præcluſaque leti
Tantum matre via eſt. quin & metuenda propinquant
Tempora, & extremis admota pericula metis.
Cedamus, paulumque animos ſummitte viriles,
Atque habitus dignare meos. ſi Lydia dura
Penſa manu, molleſque tulit Tirynthius haſtas:
Si decet aurata Bacchum veſtigia palla
Verrere, virgineos ſi Iuppiter induit artus,
Nec magnum ambigui fregerunt Cænea ſexus.

Has

252. *Dediſſet quos dabat.*] Illud tangit quod in principio operis commemoravimus: Jovem ductuꝛum fuiſſe Thetidem uxorem, niſi à Protheo monitus fuiſſet ſibi cavendum eſſe à tali conjugio, quod ex eo naſciturus eſſet qui patris facta ſuperaret. Senſus eſt ergo: O care fili, ſi ex Jove (ut ſors ferebar) natus eſſes, nullus me metus pulſaret tuæ mortis, quaſi dicat noli mirari quod in loca ignota te advexerim. Nam iccirco hoc feci, quod tuæ mortis tempora appropinquare cognoſcebamus. Sicque ſuadet ab utili ſibi cavendum eſſe, & parendum conſiliis ſuis. *Britannic.*

257. *A matre.*] A me, quæ dea ſum & immortalis, & ſecundum Juriſconſultos loqui videtur, qui natum ex matre libera, patre vero ſeruo, ingenuum volunt naſci. *Metuenda tempora.*] Belli Trojani, in quo mihi reſponſum eſt à Protheo te periturum. *Maturant.*

260. *Si Lydia dura.*] Arguit ab exemplo; quod particulare præpoſitum quiddam contendit oſtendere. Debes muliebrem habitum aſſumere, quoniam Hercules quoque aſſumpſit, ſi illum non puduit, cur te pudere debeat? Fabula hoc habet. Hercules cum in Lydiam provinciam veniſſet, ab Euryſtheo miſſus ab Eurythum Lydorum regem trucidandum, qui hoſpites necabat, captus eſt amore Ioles Euryti filiæ, quam alii Omphalem vocant. Fuêre alii, qui Euryti ſunt dicti, ut Rex Oechaliæ, & unus ex Centauris, ſed Iolen ſic perdite amavit Hercules, ut in ejus gratiam neverit, & habitus femineos induerit. *Idem.*

262. *Si decet aurata.*] Rurſus ab exemplo arguit Bacchi, Jovis, Cenei. Et Bacchus quidem in conviviis muliebrem habitum nonnumquam aſſumebat. *Aurata palla.*] Honeſtæ mulieris veſtimentum eſt palla, id tunicæ pallium, deſcendit autem uſque ad veſtigia. *Idem.*

263. *Jupiter induit artus.*] Jupiter adamavit Antiopen filiam Nyctei, ſpecioſiſſimam puellam; cujus dum pater ſuſpectum haberet ſtuprum eam cuſtos mancipavit. Puella ipſa cum adoleviſſet Dianæ ſe conſecravit. Jupiter in habitum ſe vertit D anæ, & puellam corrupit, ita ut arcum & pharethram mentiretur. *Lactant.*

264. *Cenea.*] Cenis virgo fuit quæ à Neptuno pro ſtupri præmio meruit ſexus mutionem. Fuit etiam invulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fuſtium paulatim fixus in terra. Poſt mortem tamen in ſexum rediit. *Idem.*

265. *Numen.*

Has ſine quæſo minas numenque exire malignum.
Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
Luſtra tibi. per ego hoc decus, & ventura juventæ
Gaudia, ſi terras, humilemque experta maritum
Te propter, ſi progenitum Stygos amne ſevero
Armavi (totumque utinam) cape tuta parumper
Tegmina, nil nocitura animo. cur ora reducis?
Quidve parant oculi? pudet hoc miteſcere cultu?
Per te care puer, cognata per æquora juro
Neſciet hoc Chiron. ſic horrida pectora tractat
Nequicquam mulcens, obſtat genitorque roganti,
Nutritorque ingens & cruda exordia magnæ
Indolis. effrenæ tumidum velut igne juventæ

Si

265. *Numen malignum.*] Si quam perverſam habes voluntatem depone. *Britannic.*

266. *Mox iterum campos.*] Removet metum diuturnæ manſionis apud Lycomeden. Hypallage eſt, id eſt, reddam te campis & luſtris Centauricis. *Idem.*

267. *Hoc decus.*] Subaudi, oro te, quaſi dicat per virtutem juventæ tuæ te oro. *Idem.*

268. *Experta maritum Te propter.*] Sl inquit ptopter te, id eſt, ut gignereris, ſuſtinui Peleo homini mortali nubere. *Idem.*

269. *Si progenitum Stygis.*] Nam Achilles, ut ſupra recitavimus parvulus à matre in Stygia palude lotus eſt, ex quo toto corpore invulnerabilis factus eſt, exceptâ eâ parte pedis quâ detentus fuit. unde dolet mater totum lotum non fuiſſe. Nam eâ corporis parte à Paride percuſſus ſagittâ interiit. *Amne ſevero.*] Id eſt Styge horrenda, per quam ut ſcribit Virgilius, *Dii jurare timent, Et fallere numen:* quod ſecundum fabulas ideo eſt, quia dicitur victoria Stygis filia bello Giganteo Jovi faviſſe, pro quo beneficio Jupiter ei tribuit, ut dii jurantes per ejus matrem non audeant fallere. *Idem.*

270. *Tuta.*] Si minus honeſta. *Parumper.*] Ad breve tempus. *Maturant.*

271. *Nil nocitura animo.*] Animi enim robur & virtus nihil infringetur. *Reducis?*] Retro convertis, ut pueri faciunt, qui indignanter aliquid oblatum refugiunt. *Idem.*

272. *Quidve parant oculi?*] Videbatur enim lugere velle. *Idem.*

275. *Obſtat.*] Reſiſtit, refragatur, quominus matri obtemperet. *Genitorque roganti.*] Tribus inquit impediebatur Achilles ne habitum indueretur muliebrem, quod injuriam majeſtati paternæ & Chironi ſimul facere videretur, tum autem quod egregiis adoleſcentiæ ſuæ principiis non inſiſteret. *Genitor.*] Peleus. Nam ejus virtuti reſpondere minime videbatur. *Britannicus.*

276. *Nutritor.*] Chiron, quod ejus diſciplinam abjiciat. *Cruda.*] Dura & aſpera principia, quod ab egregiis adoleſcentiæ ſuæ principiis diſcedat, quæ magna & præclara omnibus facinora pollicebantur. *Idem.*

277. *Igne juventa.*] Invenit aptam comparationem. Nam ita ſe inquit habebat Achilles; quemadmodum equus juvenis indomitus, qui domitoris manibus non facile cedit. Sicque oſtendit Achillem diu matri reſtitiſſe, demum precibus fatigatum acquieviſſe. *Igne.*] Fervore. *Idem.*

279. *Hone-*

Si quis equum primis ſummittere tentet habenis:
Ille diu campis, fluviiſque, & honore ſuperbo
Gaviſus, non colla jugo, non aſpera prabet
Ora lupis, dominique gemit captivus inire
Imperia, atque alios miratur diſcere curſus.
Quis deus attonitæ fraudes, aſtumque parenti
Contulit? indocilem quæ mens detraxit Achillem?
Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem, placidoque ſatæ Lycomede ſorores
Luce ſacra patriis (quæ rara licentia) muris
Exierant, dare veris opes. divæque ſeveras
Fronde ligare comas, & ſpargere floribus haſtam.
Omnibus eximium formæ decus: omnibus idem
Cultus, & expleto teneri jam fine pudoris
Virginitas matura toris: annique tumentes.
Sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit, aut humeris quantum Diana relinquit

Nai-

279. *Honore ſuperbo.*] Quod adhuc alterius poteſtati non fueris obnoxius. Nam nunquam ſerviviſſe honorificum & glorioſum eſt homini. *Idem.*

281. *Dominique negat captivus.*] Noſter & quatuor Grut. *dominique gemit captivus inire Imperia.* Ut lib. I. *nec alterna ferri ſtatione gementes Excubiæ.* Sic etiam Scholiaſtes: *lupis. lupatis ſcilicet frenis in ſimilitudine dentium lupi factis. capt. frenatus, ſervituti redactus. ge. gemitu oſtendit, quod cum dolore ſuſtineat.* Sic denique codex Put. *Gronov.*

283. *Quis deus.*] Admiratur poëta unde Thetidi tanta calliditas: & unde Achilli tanta fuerit patientia, ut illa ſic eum occultare cogitaverit, hic vero ſic parere. *Attonitæ.*] Nimio dolore & ſollicitudine pene obſtupeſcenti. *Maturantius.*

284. *Quæ mens attraxit Achillem?*] Membr. *detraxit.* Et ſic Schol. *quæ mens. quod conſilium. de. mitigavit. indo. difficilem flecti.* Fregit ac depreſſit. *Gron.*

285. *Palladi littoreæ.*] Palladis ſacrificia à puellis celebrabantur, quod ea Jovis filia & virgo & innupta putabatur. *Littoreæ.*] Nam in littore templum erat Palladis, ut infra: *Scyros erat, placidique ſuper Tritonia cuſtos Littoris. Dium honorum.*] Id eſt ſacrificiorum. *Britannic.*

289. *Floribus haſtam.*] Thyrſos intelligit: Juſtinus epiſtola ad Zenam & Zerenum: ὡς περ αἱ βάκχαι διὰ χήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. *Voluit Bacchæ per ſpeciem habitumque pacis lanceas in Thyrſis circumferunt.* adi Plinium lib. XVI. c. XXXVI. *Thyrſus* nihil erat quam haſta frondibus & pampinis involuta, abſque ferro. *Bernart.* Sed Barthius vult *Armaturam Minervæ* floribus aſperſam Statium intellexiſſe.

293. *Quantum virides.*] Maxima pulchritudo Deidamiæ, quæ tantum ſuperabat ſorores quantum Venus ipſa Nereidas ſuperaret, ſi illis adjungeretur, & quantum Diana anteit Najadas, quæ ſunt fontium & fluviorum deæ, ſic dictæ παρὰ τὸ νάειν, quod eſt fluo. *Maturant.*

297. *Pur-*

Naides, effulget tantum regina decori
Deidamia chori, pulchriſque ſororibus obſtat.
Illius & roſeo flammatur purpura vultu,
Et gemmis lux major ineſt, & blandius aurum.
Atque ipſi par forma deæ, ſi pectoris angues
Ponat, & exempta placetur caſſide vultus.
Hanc ubi ducentem longe ſocia agmina vidit
Trux puer, & nullo temeratus pectora motu;
Diriguit, totiſque novum bibit oſſibus ignem.
Nec latet hauſtus amor, ſed fax vibrata medullis,
In vultus, atque ora redit, lucemque genarum
Tingit, & impulſum tenui ſudore pererrat.
Lactea Maſſagetæ veluti cum pocula fuſcant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro:
Sic variis manifeſta notis, palletque, rubetque,

Flam-

297. *Purpura vultu.*] Hoc dicit, ex vultus ſplendore veſtes illuminatas, & omnem corporis ornatum factum pulchriorem. *Britannic.*

298. *Blandior auro.*] *Blandior* legendum eſt, & non blandius aurum, ut ſit ſenſus: Lucem blandiorem auro & omni ornamento acceſſiſſe ex ſplendore vultus, ſicque in puella miram pulchritudinem oſtendit, eſt autem *auro* dativus. *Idem.*

299. *Ipſi deæ*]Palladi, quam formoſiſſimam fuiſſe ſcribunt poetæ. *Pectoris angues ponat.*] Hoc eſt ſi ægidem, tegmen ſcilicet pectoris, in cujus medio caput erat Gorgonis, cujus capilli ſerpentini fuere, & ægis quidem eſt, dum tegit imperatoris aut numinis pectus, alias thorax, vel lorica vocatur. *Maturantius.*

300. *Placetur.*] Mitior fiat. *Exempta caſſide.*] Depoſitâ galeâ. *Maturantius.* Cum enim hæc Dea benigna videri voluit, dicitur ægidem & caſſidem depoſuiſſe.

302. *Temeratus pectora.*] Synecdoche eſt, id eſt pectora non habens, adhuc, temerata, violata, & correpta. *Motu.*] Scilicet amoris. *Britannic.*

303. *Diriguit.*] Obſtupuit. *Idem.*

304. *Nec latet hauſtus amor.*] Jam amor inquit Achillis patebat. *Fax vibrata.*] Id eſt amor immiſſus & infuſus. *Idem.*

305. *Lucem.*] Splendorem, & pulchritudinem. *Idem.*

306. *Tingit.*] Ex interno inquit ardore amoris, vultus rubore ſuffundebatur, tingit ergo, rubore aſpergit. *Idem.*

307. *Lactea Maſſagetæ.*] Duplex eſt comparatio: ſic Achilles vario colore etiam infectus modo pallebat, ſicuti Maſſagetæ pocula inficiunt, cum equinum ſanguinem cum lacte miſcent, & quemadmodum ebur inficitur, cum notis diſtinguitur purpureis, quod Lydiæ mulieres facere ſolebant. Ovidius: *Mæonis Aſſyrium fœmina tingit ebur.* Maſſagetæ populi ſunt Scythiæ Aſiaticæ nobiles, ii cum per deſerta diſcurrunt equorum ſuorum ſanguinem in ſiniſtri pedis vena hauſtum bibunt. Idem Sarmatas Biſaltas ac Gelonos factitaſſe legimus. Martialis: *Venit & epoto Sarmata paſtus equo.* Maturant.

310. *Flam-*

Flamma recens. eat, atque ultro ferus, hoſpita ſacra,
Diſcutiat turba ſecurus, & immemor ævi,
Ni pudor, & juncta teneat reverentia matris.
Ut pater armenti quondam, rectorque futurus,
Cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
Cum ſociam paſtus niveo candore juvencam
Aſpicit, ardeſcunt animi, primuſque per ora
Spumat amor, ſpectant hilares, optantque magiſtri,
Occupat arrepto jam tempore conſcia mater:
Hoſne inter ſimulare choros, & brachia ludo
Nectere, Nate grave eſt? gelida quid tale ſub Oſſa,
Peliaciſque jugis? O ſi mihi jungere curas,
Atque alium portare ſinu contingat Achillem!
Mulcetur, lætumque rubet, viſuſque ſuperbos
Obliquat, veſteſque manu leviore repellit.
Aſpicit ambiguum genitrix, cogitque volentem,
Injecitque ſinus. tunc colla rigentia mollit,

Sub-

310. *Flamma recens.*] Novus amor hoſpita ſacra diſcutiat, immenſam amoris vim oſtendit. *Britannic.*

411. *Turbæ ſecurus.*] Id eſt turbam contemnens, tanquam puellarem. *Immemor ævi*] Quaſi oblitus ætatis muliebris & ſexus. Nam deforme eſt homini in ſexum muliebrem ruere, & aliquid violentum facere. *Idem.*

313. *Ut pater armenti.*] Eclipſis eſt, id eſt ita (inquit) ad amorem incendebatur Achilles, ut juvencus qui futurus eſt pater armenti inflammatur conſpectâ vaccâ. *Quondam.*] Tempus futurum hoc loco ſignificat, alias præteritum. *Id.*

317. *Spectant Hilares.*] Quaſi dicat, ita & matrem lætam fuiſſe perſpecto amoris filio. *Idem.*

319. *Hoſne, &c.*] Malim, *Haſne.* nam de virginibus loquitur. *Gronov.*

320. *Quid tale ſub Oſſa?*] Senſus eſt & ordo, quid tale unquam vidiſti ſub Oſſa, & jugis Peliacis? *Oſſa.*] Mons Theſſaliæ. *Britannic.*

321. *O ſi mihi jungere curas.*] Hæc dicit, ut magis Achilles inflammetur ad ſumendum habitum muliebrem. Eſt enim ſenſus, utinam contingat mihi videre aliquem puerum ex te quem ſinu meo excipiam. [O] & [ſi] optantis ſunt, quæ nunc junguntur. Nam ſingula ante ponebantur. *Idem.*

323. *Viſuſque ſuperbos Obliquat.*] Placet, quod eſt in membr. *viſuſque protervos Obliquat.* Petulantes, laſcivos, incipientes frangi deſiderio Veneris ſignificat. Ut ille apud Terentium *aſpectat limis.* Sic in Saturnalibus: *Et ridens locus & ſales protervi.* Lib.9. Theb. *thyaſi luduſque protervæ Noctis.* Et hic mox: *exercere protervas Gymnadas.* Nec aliter Bernartii codex, & duo Gruteri. Tertius, *paternos.* Gronov.

324. *Veſtes.*] Viriles, ut induat femineas. *Leviore.*] Placatiore. *Maturant.*

325. *Ambiguum.*] Non repugnantem, ſed quaſi dubitantem. *Cogit volentem*] Qui tamen nolle videri volebat. *Idem.*

326. *Innectitque ſinus.*] Sex Gruteri & aliquot inſpecti nobis: *Injecitque ſinus.* Quod magis ob oculos ponit occupantem tempus Thetidem & feſtinantem. Plauto *conjicere in humeros pallium.* Gronov.

329. *Ac*

Submittitque graves humeros, & fortia laxat
Brachia, & impexos certo domat ordine crines.
Ac ſua dilecta cervice monilia transfert,
Et picturato cohibet veſtigia limbo.
Inceſſum, motumque docet, fandique pudorem.
Qualiter artificis victuræ pollice ceræ
Accipiunt formas, ignemque, manumque ſequuntur:
Talis erat divæ natum mutantis imago.
Nec luctata diu: ſupereſt nam plurimus illi
Invicta virtute decor, fallitque tuentes
Ambiguus, tenuique latens diſcrimine ſexus.
Procedunt iterumque monet, rurſumque fatigat
Blanda Thetis: ſic ergo gradus, ſic ora, manuſque,
Nate, feres, comiteſque modis imitabere fictis.
Ne te ſuſpectum molli non miſceat aulæ
Rector, & incepti pereant mendacia furti.
Dixit, & admoto non ceſſat comere tactu.
Sic ubi virgineis Hecate laſſata pharetris,

Ad

329. *Ac ſua dilecta.*] A collo ſuo ad nati collum propria tranſtulit ornamenta, eſt autem monile ornamentum colli mulierum, & ornatus equorum à collo præpendens. *Maturant.*

330. *Picturato limbo.*] Picturis distincto, eſt autem pingere etiam acu variare. Virgil. *Pictus acu chlamydem.* Lymbus vero faſcia eſt, quæ ambit extremitates veſtium ſecundum antiquum ritum. *Idem.*

331. *Fandi pudorem.*] Ut pauca loquatur. Silentium enim mulierem decet, quod Sophocles ait. Dido apud Virgilium, breviter loquitur, & demiſſis in terram oculis. *Idem.*

332. *Qualiter.*] Pulchra eſt comparatio, & eſt ordo ac ſenſus, talis erat imago divæ immutantis natum, nam ex viro feminam faciebat, & ſic ex illa imagine viri aliam formabat. *Ceræ victuræ.*] Id eſt, cum victuræ membra ſtatuæ inter ſe accipiunt formas pollice artificis. *Idem.*

333. *Et ſequuntur.*] Nam ad ignem & manum opus exercetur. *Maturant.*

335. *Luctata.*] Non diu informando Achillem laboravit. *Idem. Supereſt nam plurimus.*] Hoc dicit, haud difficile matri fuiſſe ita componere filium ut mulier probaretur, quia in eo præter vires inerat decor & pulchritudo quædam, ut ſexui femineo valde accederet. Nam ut Homerus ſcribit omnium Græcorum ſpecioſiſſimus fuit & fortiſſimus. *Britannic.*

344. *Sic ubi virgineis.*] Hæc comparatio ad ſtudium duntaxat pertinet, quo in ornando filio Thetis utitur. Hecate, Diana, quæ eadem & Luna eſt, & ſic vocatur quod longe radios & lumen ſuum jacit. ἑκάς. enim longe eſt. Heſiodus in Theog. Hecatem dicit non eſſe Proſerpinam, ſed aliam Aſteries ſororis Latonæ filiam, & Perſei fratris Aſtræi, cui Jupiter vim & poteſtatem in omnia conceſſit elementa, unde Hecate exiſtimatur vocari, ἑκατὸν enim ſigniſi-

Ad patrem fratremque redit, comes hæret eunti
Mater, & ipſa humeros, exertaque brachia velat.
Ipſa arcum, pharetramque locat, veſteſque latentes
Deducit, ſparſoſque ſtudet componere crines.
Protinus aggreditur regem: atque ibi teſtibus aris,
Hanc, tibi, ait, noſtri germanam rector Achillis
(Nonne vides ut torva genas, æquandaque fratri?)
Tradimus, arma humeris, arcumque animoſa petebat
Ferre, & Amazonio connubia pellere ritu.
Sed mihi curarum ſatis eſt pro ſtirpe virili.
Hæc calathos, & ſacra ferat. Tu frange regendo

ſignificat centum, quia infinitas habuit poteſtates. Orpheus in Argonaur. triplicem hanc dicit eſſe, & tria habere capita, dextrum equi, ſiniſtrum canis, medium hominis, & quidem ruſtici. Virgilius:

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Pharetris.] Venatione. *Maturant.*

345. *Ad patrem.*] Jovem. *Fratrem.*] Apollinem, nam Apollo & Diana Jovis & Latonæ filii fuere. *Idem.*

346. *Mater.*] Latona. *Exerta.*] Nudata. *Idem.*

347. *Latentes.*] Subductas, quod venatrices faciunt. Virgilius:

Nodoque ſinus collecta fluentes.

Idem.

348. *Sparſoſque ſtudet componere.*] Non contemnendus liber: *ſparſoſque tumet componere crines.* Quaſi dicat ipſam hoc officio ſuperbire, ambitioſe in eo oſtentare, ut ornatrices ſolent apud dominas; nedum mater apud talem filiam, ex qua toties illi, ſi vatibus fides, *pertentant gaudia pectus.* *Gronov.*

349. *Hanc germanam.*] Pronunciatione adjuvandum eſt, ut ſic rex facilius decipiatur, quaſi dicat, recte ſoror poteſt dici Achillis, nam per omnia illi ſimilis eſt, quæ Polydora appellata eſt. *Britannic.*

351. *Nonne vides, &c.*] Hæc per parentheſin leguntur. Bene removet regi ſuſpicionem virilitatis. Nam in ore aliquid adhuc virile retinebat. *Fratri.*] Nititur probare ſororem eſſe Achillis à viribus corporis. *Idem.*

352. *Arma humeris arcumque animoſa.*] Aſtute hæc proponit ne ſi forte quid tale peragat, vir eſſe putetur. *Idem.*

353. *Ritu Amazonio.*] Nam Amazones eorum Scytharum uxores fuêre, qui per factionem optimatum domo pulſi in Cappadociæ ora juxta amnem Thermodoonta conſederunt; ubi per multos annos ſpoliare finitimos conſueti, conſpiratione populorum per inſidias trucidantur. Eorum igitur uxores videntes exilio ſuo additam orbitatem arma ſumpſerunt; fineſque ſuos ſummoventes primo, mox inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omiſere. Tandem pace armis quæſitâ ne gens interiret concubitum finitimorum ineunt. Si qui mares naſcerentur interficiebantur, feminas vero non ocio, neque lanificio, ſed armis, equis, venationibus exercebant inuſtis infantium dexterioribus mammis, ne ſagittarum jactus impediretur, unde Amazones dictæ ſunt ab α quod eſt ſine, & μαζὸς mamma. Duravere autem uſque ad tempora Alexandri magni. *Idem.*

355. *Sacra.*] Ut Palladis quæ canephora vel ciſtophoria vocabantur, quoniam ea ciſtis incluſa nobiles virgines

Indocilem, ſexumque tene, dum nubilis ætas,
Solvendúſque pudor. neve exercere protervas
Gymnadas, aut luſtris nemorum concede vagari.
Intus ale, & ſimiles inter ſeclude puellas.
Littore præcipue, portuque arcere memento.
Vidiſti modo vela Phrygum, jam mutua jura
Fallere, tranſmiſſa pelago didicere carina.
Accedit dictis pater, ingenioque parentis
Occultum Æaciden (quis divûm fraudibus obſtet?)
Accipit. ultro etiam veneratur ſupplice dextra,
Et grates electus agit. nec turba piarum
Scyriadum ceſſat nimio defigere viſu
Virginis ora novæ. quantum cervice, comiſque
Emineat, quantumque humeros, ac pectora fundat.
Dehinc ſociare choros, caſtiſque accedere ſacris
Hortantur, ceduntque loco, & contingere gaudent.
Qualiter Idaliæ volucres, ubi mollia frangunt

Nubi-

certo anni tempore in arcem ferebant, quod Ovid. ſcribit.. *Frange.*] Vince, doma ſexum muliebrem, ne corrumpatur, facile enim niſi cuſtodiatur labefactari conſuevit. *Maturant.*

357. *Solvendus.*] Diſſolvendus. *Id.*

358. *Gymnadas.*] Ludi ſunt palæſtrici gymnades qui & gymnici vocantur, in quibus nudabantur. Hos primus Lycaon in Arcadia excogitavit. Auctor Plin. γυμνὰς Græce ludus eſt, γυμνὰς & exercitatio: γυμνάζω, Ludo, & exerceo, γυμνάζουσα, femina quæ ludit. Hic pro ludis poſuit, ac ſi diceret, nolito concedere, ut gymnadas exerceat, vel gymnadas imitetur. Non vult ludos exerceri, in quibus Achilli neceſſe ſit nudari. Spartanis mos fuit, ut nudæ puellæ inter luctantes viros exercerentur, quod ſcribit Propertius libro 3. *Idem.*

361. *Vidiſti modo.*] Admonet ſervandas eſſe diligentiſſime puellas, quoniam paulò ante Paris raptam Helenam in patriam reportavit. *Mutua jura.*] Commercia gentium, & jus humanæ ſocietatis, mutua, quæ mutuo ſervantur, *ut non facias aliis quod tibi non vis fieri.* Idem.

364. *Quis divûm.*] Cum ii volunt quem decipere, nemo poteſt reſiſtere. *Barth.*

366. *Electus.*] Hoc ipſo agit gratias deæ, quod ſe unum ex omnibus elegerit, cui filiam commendaret. *Maturant.*

367. *Scyriadum.*] Ibi habitantium puellarum. Ita *Scyrias Deidamia* apud Ovid. lib. 1. de arte amandi. *Barthius.* *Defigere.*] Sic intente intueri, ut ab Achille oculos non dimoverent. *Matur.*

369. *Emineat.*] Supereminent, & anteeat alias, tum claritate corporis, tum pulchritudine. *Idem.* *Humeros, ac pectora fundat.*] Idem Langianus, *quantumque humeros à pectore fundat.* Quem cur non & hîc audiam? *Bernartius.* *Fundat.*] Porrigat, oſtendat quod virorum eſt. *Maturant.*

372. *Idaliæ.*] Comparatio eſt. Idaliæ autem volucres columbæ ſunt Veneri ſa-

Nubila, jam longum cœloque, domoque, gregatæ
Si junxit pennas, diverſoque hoſpita tractu
Venit avis, cunctæ primum mirantur, & horrent,
Mox propius propiuſque volant, atque aëre in ipſo
Paulatim fecere ſuam, plauſuque ſecundo
Circumeunt hilares, & ad alta cubilia ducunt.
Digreditur multum cunctata in limine mater,
Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit
Auribus, & tacito dat verba noviſſima voto.
Tunc excepta freto, longe cervice reflexa
Abnatat, & blandis affatur littora verbis:
Cara mihi tellus, magnæ cui pignora curæ,
Depoſitumque ingens, timido commiſimus aſtu,
Sis felix, taceaſque precor, quo more tacebat
Creta Rheæ. te longus honos, æternaque cingent

Tem-

ri ſacræ propter Satum frequentem & coitum. Idalius vero mons eſt Cypri Veneri ſacer de quo Virgil. *Aut ſuper Idalium ſacrata valle recondam.* Maturantius. *Idaliæ.*] *Columbas* autem Veneri conſecratas eſſe commenta eſt antiquitas hoc modo, Venerem & Cupidinem in campis laſcivientes in contentionem deveniſſe, uter plures ſibi colligeret flores, & cum Cupido alarum ſuffragio plures videretur collecturus, Periſteram Nympham in Veneris auxilium ſurrexiſſe, inde Cupidinem indignatum nympham illico in columbam mutaſſe, quam deinde Venus in tutelam ſuam aſſumpſit. Alii autem rei veritatem perſequentes Periſteram apud Corinthios inſignem fuiſſe puellam, quæ in plurimorum amplexus venit. Quam ob cauſam ab ipſo Cupidine, id eſt, libidinis ſtimulo in columbam verſam dixere, περιστερὰ enim Græce, columba dicitur Latine. *Britannic.*

379. *Multum cunctata.*] Conjunge multum cum cunctata, ut ſit multum *Cunctata in limine*, id eſt, remorata. *Id.*

381. *Noviſſima.*] i.e. vale, quod à diſcedentibus poſtremum dici ſolet. *Idem.*

382. *Longe cervice.*] Quo geſtu eſſe latentes ſolent, vel ſic ſe convertebat ut quoad poſſet filium ad Scyrum intueretur. *Maturant.*

384. *Cara mihi.*] Oratio eſt qua Scyro filium commendat, & præmia pollicetur taciturnitatis. *Idem.*

385. *Depoſitum ingens.*] Quod enim majus depoſitum eſſe poteſt filio? *Idem.*

387. *Creta Rheæ.*] Hæc fabula eſt. Saturnus poſtquam à Themide oraculo comperit à filio regno ſe poſſe depelli, natos ex Rhea uxore devorabat, quæ natum Jovem pulchritudine delectata nymphis commendavit in monte Cretæ Dictæo, ubi eum aluerunt apes, & adhibiti ſunt Curetes & Corybantes, qui tinnitu æris prohiberent audiri pueri vagitum. Unde ipſi ſunt matris Deum miniſtri. Ut autem fingatur Saturnus filios ſuos comeſſe hæc ratio eſt, quia dicitur Deus eſſe æternitatis & ſeculorum. Secula autem annos ex ſe natos in ſe revolvunt, inde Græce Κρόνος quaſi Χρόνος, id eſt, tempus dicitur. Ergo *quo more tacebat Creta Rheæ*, id eſt, quia illis certa Jovis nutritus eſt, ne à Saturno patre occideretur; ſic tu (ô Scyros) commendatum tibi Achillem abſconde. *Lactant.*

 388. *Inſta-*

Templa; nec inſtabili fama ſuperabere Delo.
At ventis, & ſacra fretis, interque vadoſas
Cycladas, Ægeæ frangunt ubi ſaxa procellæ,
Nereidum tranquilla domus, jurandaque nautis
Inſula, ne ſolum Danaas admitte carinas,
Te precor. hic thiaſos tantum, nihil utile bellis,

Hic

388. *Inſtabili fama ſuperabere Delo.*] Major (inquit) erit fama & nomen tuum quam Deli inſulæ, quæ Apollinis oraculo toti orbi notiſſima fuit. *Inſtabili*, rem fabuloſam proſequitur, quæ ſic ſe habet. Jupiter ſimulatque Latonam gravidam fecit, Aſteriæ ejus ſorori vim inferre conatus eſt: verum puella fugiens numinum miſeratione in coturnicem converſa eſt, quam Græci ortyga vocant. Jupiter autem in Aquilam mutatus cum eam rapere vellet, divino uſa auxilio in lapidem transformata eſt, qui diu ſub aquis latuit, cæterum Jupiter precibus Latonæ motus eum ſuper aquas efferri fecit. præſentiens deinde Juno Latonam ex Jove gravidam immiſſo Pythone ſerpente eam per omnem terram perſecuta eſt, quæ tandem cum ad littora perveniſſet à ſorore ſuæ ſuſcepta eſt, ibique peperit Dianam & Apollinem in Cyntho monte qui inſulam nantem adhuc, inſtabilemque cernentes amplius errare paſſi non ſunt. Unde eſt illud Virgilii *At pius arcitenens oras, &c.* Ait ergo *Delo inſtabili*, quia ante diu fluctuata eſt. Eam Solinus ſcribit appellatam eſſe Ortygiam, quia ibi primum viſæ ſint coturnices; quas Græci ut diximus ortygas appellant, Ariſtoteles Delon appellatam eſſe prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Ægloſtenes Cynthiam, alii Aſteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrpilem igne ibi primum reperto. *Britannic.*

389. *At ventis & ſacra fretis.*] Ex præceptis artis inſulam commendat ab ea re, quam impetrare cupit: ut ſcilicet ita fugiat ſtrepitum bellorum & naves Græcorum ut tranquilla ſemper conſuevit eſſe & receptaculum duntaxat nympharum. Eſt ergo ordo: at tu tellus ſacra ventis & fretis, & domus tranquilla Nereidum, & inſula juranda nautis inter Cycladas ubi procellæ Ægeæ frangunt ſaxa ne admitte carinas Danaas. *Idem.*

393. *Thiaſos.*] Saltationes, choreas Liberi, id eſt, liberalia. Originem belli Thebani taliter hiſtoria refert, Herculem cum Colchos iret perdito Hyla poſt peragratam Miſiam navibus Trojam veniſſe, à cujus portu cum eum Laomedon arceret, occiſus eſt, & ejus filia Heſiona belli jure ſublata comite Lamotii tradita eſt, qui primus aſcenderat murum, unde natus eſt Teucer. Nam Ajacem ex alia conſtat eſſe natum. Tunc Hercules Priamum quoque redemptus à vicinis hoſtibus in patrio regno locavit, unde eſt Priamus dictus ἀπὸ τοῦ πρίασθαι id eſt, emere. Cæterum quæ de liberata dicuntur Heſiona conſtat eſſe fabuloſa. Poſtea cum excreviſſet, Priamus volens repetere ſororem, profectus eſt cum legatis Salamina, ubi conſtabat eam regnare, & minime eam repetere valuerunt Græcis dicentibus, eam habere jure bellorum; unde commotus Priamus miſit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret, aut uxorem regis aut filiam, qui dum ambulaſſet ſollicitavit Helenam, Menelai uxorem, quæ cum ei conſentire noluiſſet egreſſus eſt ille & civitatem obſedit, qua everſa Helenam rapuit, unde & poſtea à marito * recipi meruit. *Lactantius.* *Nihil utile bellis.*] Aſtute monet bellica illic non tractanda, ne qua ſpes Græcis ſit petendi illinc auxilii, ut ſic Achilles ibi tutius lateat.

eſt

Hic famam narrare doce. dumque arma parantur
Dorica, & alternum Mavors interfurit orbem:
(Cedo equidem) ſit virgo pii Lycomedis Achilles.
Interea meritos ultrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, & ſupplice regum
Conqueſtu flammata movet, quippe ambit Atrides
Ille magis, cui nupta domi, facinuſque relatu
Aſperat Iliacum, captam ſine Marte, ſine armis
Progeniem cœli, Spartaque potentis alumnam:
Jura, fidem, ſuperos, una calcata rapina.
Hoc fœdus Phrygium, hæc geminæ commercia terræ?
Quid maneat populos, ubi tanta injuria primos
Degraſſata duces? coëunt gens omnis, & ætas:
Nec tantum exciti, bimari quos Iſtmia valla
Clau-

eſt enim ordo. Doce famam narrare hoc videlicet hic tantum Thyaſos celebrati, & nihil utile bellis. *Britannic.*

394. *Dumque arma.*] Senſus eſt. Volo Achillem, ut virginem tantiſper apud Lycomedem eſſe dum bella ad Trojam parantur. *Idem.*

395. *Alternum orbem.*] Aſiam & Europam. *Interfurit.*] Præpoſitionem detractam nomini addidit verbo. *Idem.*

396. *Cedo equidem.*] Per parentheſim legendum eſt. quaſi dicat, concedo quidem, & patior eum eſſe ut virginem apud Lycomedem. *Idem.*

397. *Europa.*] Græci. (Nam Græcia illa in Europa eſt.) *Maturant.*

397. *Dulcibus furiis armorum.*] Omnes enim prompti ad bellum rapiebantur pro vindicta facienda, quæ dulcis ſolet eſſe, vel *dulcibus furiis*, quoniam ob violatum Menelai amorem bellum ſuſcipiebatur, vel quod dulce hominibus conſuevit eſſe arma tractare & bellum gerere. Apparatus autem belli contra Trojanos deſcribitur. *Idem.*

398. *Regum.*] Agamemnonis & Menelai, qui de injuria apud omnes conquerebantur, & omnibus ſupplicabant auxilium poſtulantes. *Idem.*

399. *Atrides.*] Menelaus. *Idem.*

400. *Cui nupta domi.*] Scilicet rapta fuerat, vel quod melius eſt, Agamemnon, qui majoris erat auctoritatis, cui nupta domi, ſcilicet eſt Clytæmneſtra, quam & ipſam rapi poſſe ſicut Helenam dicebat. *Idem.*

401. *Aſperat.*] Auget, & in majus extollitur. *Facinus Iliacum.*] Factum Paridis. *Sine Marte.*] Non in bello quod tolerabilius fuiſſet, ſed in pace cum nihil tale ſuſpicarentur. *Idem.*

404. *Fœdus.*] Quod dicit fœdus hiſtoriam tangit, quæ refert, quod Trojani cum Græcis fœdus habuerint, unde etiam Paris amicabiliter eſt ſuſceptus hoſpitio & ſic commiſit adulterium. *Lactant.* *Geminæ terræ.*] Aſiæ & Europæ. *Maturant.*

405. *Maneat populos.*] Locus eſt concitandæ indignationis, à majori ad minus, qui læſit majores, quomodo is à minoribus lædendis abſtinebit; qui injuriam fecit regibus, quid is faciet in privatis? *Idem.*

407. *Nec tantum exciti, bimari.*] Non ſolum inquit ad bellum venerunt qui Peloponeſum incolunt, ſed & qui extra Iſthmum habitant ad Helleſpontum. Peloponeſus enim peninſula inter duo maria Ægeum & Ionium cir-

 cuitum

Clauſtra, nec undiſonæ quos circuit umbo Maleæ,
Sed procul amotæ, Phrixi qua ſemita jungi
Europamque, Aſiamque vetat, quaſque ordine gentes
Littore Abydeno maris alligat unda ſuperni.
Fervet amor belli, concuſſaſque erigit urbes.
Æra domant Temeſæ: quatitur navalibus ora
Euboïs, innumera reſonant incude Mycenæ:
Piſa novat currus: Nemee dat terga ferarum:
Cyrrha ſagittiferas certat ſtipare pharetras:
Lerna graves clypeos cæſis veſtire juvencis.
Dat bello pedites Etholus, & aſper Acarnan:
Argos agit turmas. vacuantur paſcua ditis
Arcadiæ: frenat celeres Epiros alumnos:
Phocis, & Aoniæ jaculis rareſcitis umbræ.

Muro-

cuitum quingentorum ſexaginta trium millium paſſuum colligit, ut ſcribit Iſidorus. Anguſtiæ unde procedit Iſthmus appellatur. ait ergo poëta *Iſthmus clauſtra*, id eſt anguſtiæ, unde incipit Peloponeſus. *Vallo bimari.*] Hoc eſt duobus æquoribus. Nam Iſthmi latera, ut diximus, Ægeo & Ionio abluuntur, in quorum medio habitatur colonia Corinthus. *Britann.c.*

408. *Umbo Maleæ.*]Malea promontorium eſt Laconicæ, quo ut ſcribit, tota fere regio includitur. *Umbo.*] Metaphoricos, id eſt dorſum & tractus promontorii. *Idem.*

409. *Sed procul admoti.*] Senſus eſt. & ad bellum illos motos eſſe qui Helleſpontum incolunt. *Idem. Sed procul admoti.*] Noſtri & quidam Gruteri & Schol. *amotæ.* ut referatur ad *gentes.* Lege igitur: *Nec tamen exciti, &c. Et procul amotæ.* Gronov. *Semita Phrixi.*] Id eſt Helleſpontus ab Helle Phrixi ſorore nominatus. nam Phrixum Athamantis filium novercæ inſidias declinantem una cum ſorore Helle è Græcia fugiſſe conſtat, quorum uterque cum ex deorum oraculo, ex Europa in Aſiam aureo arieti inſidens transfretaret, virgo in mare delapſa Helleſponto nomen dedit, Phrixus vero in pontum proficiſcens Colchos pervenit, ubi cum ex oraculi præcepto arietem ſacrificaſſet, pellem auream in templo Martis ſuſpendit. Lege Diodorum. *Semita.*] Ideo ſemitam dicit, quia Helleſpontus, ſeptem duntaxat ſtadiis Europam ab Aſia dividit illic habens inter ſe contrarias urbes in Europa Callipolin & Seſton, in Aſia Lampſacum & Abydon. *Idem.*

411. *Alligat unda ſuperni.*] Hoc dicit & eas gentes eſſe commotas ad bellum, quæ ad Propontidem habitant. Nam ab Helleſponto in Pontum naviganti occurrit Propontis, id eſt pars illa maris quæ ſe expandit. nam ubi primum mare ſe coarctat: Helleſpontus vocatur, Propontis ubi expandit: ubi iterum preſſit Thracius Boſphorus, ubi iterum effundit Pontus Euxinus, unda igitur maris Superni, id eſt Propontidis. *Idem.*

413. *Æra domant.*] Modo ponitur quomodo erectæ ſunt urbes ad ſtudia belli. *Temeſæ.*] Urbs Græciæ apud quam optimum naſcitur ferrum. *Maturantius.*

422. *Meſſa*

Murorum tormenta Pylos, Meſſanaque tendunt:
Nulla immunis humus. velluntur poſtibus altis
Arma olim dimiſſa patrum, flammiſque liqueſcunt
Dona deûm: raptum Superis Mars efferat aurum.
Nuſquam umbræ veteres: minor Othrys, & ardua ſidunt
Taygeta, exuti viderunt aëra montes.
Jam natat omne nemus; caduntur robora claſſi:
Silva minor remis. ferrum laxatur ad uſus
Innumeros: quod roſtra liget, quod muniat arma,
Belligeros quod frenet equos, quod mille cathenis
Squallentes nectat tunicas, quod ſanguine fumet,
Vulneraque alta bibat, quod conſpirante veneno
Impellat mortes, tenuantque humentia ſaxa
Attritu, & nigris addunt mucronibus iras.

Nec

422. *Meſſanaque tradunt.*] Non culpo. Verum tamen elegantius: *Meſſanaque tendunt*, haud dubie ad morem priſcum, quo funibus machinæ ſolent tendi. *Bernart.* *Pylos Meſſanaque tradunt.*] Quod è ſuo notat Bernartius, quinque Gruteri & mei cum Scholiaſte firmant: *tendunt.* hoc eſt, funibus intenta fabricant. *Gronov.*

423. *Poſtibus altis arma.*] Ex poſtibus inquit domuum arma avellebantur. Hocque ex conſuetudine eſt Romanorum, in quorum foribus & circa limina excellentium animorum imagines erant, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. Eratque hæc ſtimulatio ſumma & ingens exprobrantibus tectis quotidie imbellem intrare in alienum triumphum. *Britannic.*

424. *Arma patrum.*] Id eſt quæ majores illic ſuſpenderant. *Idem.*

425. *Raptum Superis.*] Ablatum ex templis. *Efferat.*] Ad opus impium, & ferum parat. *Idem.*

426. *Umbræ veteres.*] Subaudi, ſunt, ut ſit ſenſus nuſquam ſunt ſylvæ veteres, quia ſuccidebantur. *Othrys.*] Mons Theſſaliæ. *Idem.*

427. *Taygeta.*] Mons eſt Taygetus Laconiæ non grandis admodum, cæterum excelſus & erectus, ex Aquilonis parte Arcadiæ radices contingens. *Id.*

428. *Jam natat omne nemus.*] Navium multitudinem oſtendit, quas ſupra mille fuiſſe produnt. *Idem.*

430. *Innumeros.*] Quos numerat ipſe. *Quod roſtra liget.*] Id eſt è quo fiat munimen roſtrorum navium, quæ in bellis adhibebantur. *Muniat arma.*] Id eſt thoracas, aliaque arma munita reddat fortis. *Maturant.*

432. *Squalentes.*] Vel fulgentes à ſquamis piſcium, quæ ſplendent, quamvis ſqualere ſit interdum ſordidum eſſe, vel *ſqualentes*, quod in formam ſquamarum conficiatur lorica. *Sanguine, &c.*] Propter enſes, & ſpicula dicit. *Idem.*

433. *Bibat.*] Hauriat ſanguinem ex his more bibentis. *Maturant.*

434. *Humentia ſaxa Attritu.*] Molæ enim & cotes atteruntur dum gladii acuuntur. *Britannic.*

435. *Nigris.*] Aut mortiferis, aut (quod magis placet) nigris ante politionem. *Idem.*

 436. *Aut*

Nec modus, aut arcus lentare, aut fundere glandes,
Aut torrere ſudes, galeaſque attollere conis.
Hos inter motus pigram gemit ora quietem
Theſſalis, & geminis incuſat fata querelis:
Quod ſenior Peleus, nec adhuc maturus Achilles.
Jam Pelopis terras, Grajumque exhauſerat orbem
Præcipitans in tranſtra viros inſanus, equoſque,
Bellipotens. fervent portus, & operta carinis
Stagna, ſuaſque hyemes claſſis promota, ſuoſque
Attollit fluctus. ipſum jam puppibus æquor
Deficit, & totos conſumunt carbaſa ventos.
Prima rates Danaas Hecateïa congregat Aulis,
Rupibus expoſitis, longique crepidine dorſi
Euboicum ſcandens Aulis mare: littora multum
Montivagæ dilecta deæ. juxtaque Caphareus
Latra-

436. *Aut lentare arcus.*] Id eſt incurvare & flectendo facere arcus. *Fundere glandes.*] Id eſt pilas plumbeas conflare, quas priſci fundâ jaciebant. *Idem.*

437. *Torrere ſudes.*] Palis enim adustis antiqui in bello utebantur. Virgil. *Stipitibus duris agitur ſudibuſque præuſtis.* *Conis.*] Dicitur Conus pinna illa galeæ in qua criſtæ defiguntur. *Idem.*

438. *Hos inter motus.*] Cum univerſæ (inquit) Græciæ urbes ad tantum bellum ſumma alacritate pararentur, ſola Theſſalia angebatur quod Peleus eſſet ſenex, & Achilles immaturus qui ad bellum mitteretur. *Britannic.*

441. *Terras Pelopis.*] Peloponeſum, Moream. *Maturant.*

442. *In tranſtra.*] Tabulata navium in quibus ſtant remigantes. *Idem.*

444. *Stagna.*] Aquæ. *Suos fluctus.*] Nam cum ſoleat ex vento hyems cavari, nunc ex tanta perturbatione maris, ex tanto numero navium tempeſtas agitabatur, commotis fluctibus. *Suos.*] A navibus commotos. *Idem.*

446. *Deficit æquor.*] Quaſi non capax, hyperbole, ὑπερβάλλω, transjacio, ſeu tranſcendo, hic veritatem ſuperat, non omnino mentitur, ſic cum dicit. *Conſumunt.*] Id eſt, non reſtat aliqua pars venti, quæ non ſit accepta à velis, quaſi tanta erat velorum copia, quod ventos omnes capiebant, hyperbolice. *Idem.*

447. *Hecateïa.*] Id eſt, Dianæ conſecrata. Nam in Aulide Dianæ ædes fuit memoratiſſima multis ſæculis ante Trojanum bellum, ut ſcribit Plinius, exædificata. In cujus luco cervam ab Agamemnone confoſſam fuiſſe conſtat, pro qua coactus eſt Iphigeniam filiam immolare Dianæ. Hecaten enim Dianam dicimus, qua appellatione eſt & Luna & Proſerpina. *Aulis.*] Aulis nobis eſt portus terræ Phocidis, ubi claſſis primo conſediſſe dicitur Græcorum, qui in eo conjuravere ſe in Græciam non ante reverſuros quam Ilium everteretur. *Britann.*

448. *Expoſitis.*] Extrapoſitis in mare. *Crepidine.*] Crepido à crepando ſciſſura ſaxorum. *Dorſi.*] Superficiei. *Maturant.*

449. *Aulis.*] Dico, &c. appoſitio. *Littora.*] Appoſ. *Idem.*

450. *Deæ.*] Dianæ. *Juxta.*] Sed tamen in adverſa parte. Euripus Mare, dividit Bœotiam ab Eubœa, unde corruptum vocabulum eſt, volentes dicere Euri-

Latratum pelago tollens caput. ille Pelaſgas
Ut vidit tranſnare rates, ter monte, ter undis,
Intonuit, ſævæque dedit præſagia noctis.
Cœtus ibi armorum Trojæ fatalis: ibi ingens
Juratur bellum, donec Sol annuus omnes
Conficeret metas. tum primum Græcia vires
Contemplata ſuas: tunc ſparſa, ac diſſona moles
In corpus, vultumque coit, & rege ſub uno
Diſpoſita eſt. Sic curva feras indago latentes
Claudit, & admotis paulatim caſſibus arctat.
Illæ ignem, ſonitumque pavent, diffuſaque linquunt
Avia, miranturque ſuum decreſcere montem,
Donec in anguſtam ceciderunt undique vallem,
Inque vicem ſtupuere greges, ſocioque timore
Manſueſcunt. ſimul hirtus aper, ſimul urſa, lupuſque
Cogitur, & captos contemnit cerva leones.

Sed

Euripon, Nigripon dixêre, in littore Bœotiam verſus Aulis eſt, quæ portus eſt Bœotiæ. In contrario littore ejus maris Eubœam verſus promontorium eſt qui Caphareus dicitur. *Idem.*

451. *Latratum.*] Paſſive, ſine origine verbi, non dicimus latror. *Caput latratum.*] Quaſi tumultu fluctuum affectum. *Ille.*] Capha. *Pelaſgas.*] *Græcas*, quanquam Pelaſgi proprie ſint Theſſaliæ populi. *Idem.*

453. *Sævæ noctis.*] Qua Græci illiſi ſcopulis ex Nauplii inſidiis naufragium fecere. *Britannic.*

454. *Cœtus ibi armorum.*] Subaudi congregatur, aut aliquid tale. *Fatalis.*] Nominativus eſt, id eſt, Cœtus exitioſus Troiæ. *Idem.*

455. *Juratur.*] Nam, ut diximus, conjuravere Græci domum non primus reverſuros quam Troia everſa eſſet. *Donec Sol annuus.*] Hoc dicit, Dum in Aulide Græci congregantur annum unum tranſiviſſe. *Idem.*

457. *Sparſa.*] In diverſas urbes. *Diſſona.*] Propter diverſas linguas Æolicam, Ionicam, Doricam, Atticam & communem. *Maturant.*

459. *Sic torva feras indago.*] Immo *curva*, ut ſcripti, ut Scholiaſtes: *indago curva. circuitu facta. claudit. ambit.* Ut ipſe Statius in Leone manſueto: *curvaque indagine clauſus.* Gronov.

460. *Admotis paulatim.*] Quod paulatim in anguſtum redeunt, ubi omnes arctatæ reſtrictæque capiuntur. *Matur.*

461. *Ignem.*] Quem faciunt venatores ad terrores ferarum, ut fugiant quo velint. *Idem.*

462. *Avia.*] Sylvas denſas. *Idem. Suum decreſcere montem.*] Qui ſubjungitur hic verſus: *Donec in anguſtam:* & in aliis reperitur membranis & à Scholiaſte agnoſcitur: *ceciderunt. venerunt. anguſtam. non revera, ſed brevis eſſe videtur propter multitudinem affluentium. vel quod ibi anguſtantur & coarctantur & coadunantur.* Denique nec ignoravit eum Maturantius. *Gronovius. Decreſcere.*] Igne ſcilicet, vel quia deſcendentibus à monte minor videtur, quam cum eſſent in ſummitate. *Maturant.*

 467. *Sed*

Sed quanquam gemini pariter ſua bella capeſſant
Atridæ, famamque avidi virtute paternam
Tydides, Sthenelusque premant, nec cogitet annos
Antilochus, ſeptemque Ajax umbone coruſcet
Armenti reges, atque æquum mœnibus orbem,
Conſiliis, armiſque vigil contendat Ulyſſes;
Omnis in abſentem belli manus ardet Achillem:
Nomen Achillis amant, & in Hectora ſolus Achilles
Poſcitur. illum unum Teucris, Priamoque loquuntur
Fatalem. quis enim Æmoniis ſub vallibus alter
Creverit, effoſſa reptans nive? cujus ab ortu
Cruda rudimenta, & teneros formaverit annos
Centaurus? patrii propior cui linea cœli?

Quem-

467. *Sed quanquam.*] Senſus eſt. Quamvis Græcorum duces quiſque per ſe virtutibus plurimum polleret: Achilles tamen ad bellum expetebatur. Hocque ad Achillis laudem ſpectat, ſine quo Troja capi non poterat. *Gemini.*] Agamemnon & Menelaus. *Britannic.*

469. *Tydides.*] Diomedes filius Tydei. *Sthenelus.*] Capanei regis fuit filius ex Euadne uxore, qui in bello Trojano egregiam operam navavit, in equo incluſum fuiſſe Virgil. teſtatur:

Tiſandrus Sthenelusque duces & dirus Ulyſſes.

Premant.] Urgeant & ſequantur vel certe ſuperent. *Cogitet annos Antilochus.*] Quaſi dicat. Quamvis audacius ſe in bellum ferat, quam anni adoleſcentiæ patiuntur. Nam is admodum juvenis in bellum profectus eſt. *Idem.*

470. *Antilochus.*] Quem ut noſtri dixerunt, Hector interemit, ut Quintus vero poëta Punicus Memnon auroræ filius poſt Hectoris cædem. Filius fuit Neſtoris Pylii. *Ajax.*] Telamonis filius, qui cum duodecim navibus Salaminiorum venit in bellum. *Coruſcet.*] Compendioſe dictum, id eſt, coruſcando gerat. *Septem reges armenti umbone.*] Id eſt, umbonem ſeptemplicem, id eſt, ſeptem tergoribus bubulis contectum. *Idem.*

471. *Atque æquum montibus.*] Accedunt mei Put. codici exhibenti, *mœnibus.* Scholiaſtes: *mœnuris. ejus vires innuit eſſe maximas.* Homerus de Ajace Ιλ. η. φέρων σάκος ἠΰτε πύργον. Gronov. *Orbem.*] Clypeum magnum ad ſimilitudinem montis, hyperbole. *Maturant.*

473. *Ardet.*] Huc uſque dependet oratio quod quamvis omnes iſti eſſent contra Trojam, tamen omnes deſiderabant Achillem. Et eſt figura anacolyton. *Idem.*

474. *In Hectora.*] Contra Hectore. *Idem.*

476. *Quis enim.*] Rationes quare ita expoſceretur. *Alter.*] ut Achilles. *Idem.*

477. *Effoſſa.*] Manibus, dum reperet. *Cujus.*] Alius, præterquam Achillis. *Ab ortu.*] Quaſi ab ipſo tempore nativitatis. *Idem.*

378. *Cruda.*] Quod antequam aptus & maturus eſſet, ad diſciplinam data ſint. *Idem.*

379. *Cui linea cœli.*] Commendatio eſt à genere, ut jure poſcendus ſit ad bellum Trojanum, utpote qui divino auxilio plurimum niti poſſit. Nam Peleus, pater Achillis natus eſt ex Æaco, Æacus ex Ægina, & Jove. Ergo Achilles pronepos eſt Jovis. *Britannic.*

480. *Quem-*

Quemve alium Stygios tulerit ſecreta per amnes
Nereis? & pulchros ferro perſtrinxerit artus?
Hæc Grajæ caſtris iterant, traduntque cohortes.
Cedit turba ducum, vincique haud mœſta fatetur.
Sic cum bellantes Phlegræa in caſtra coirent
Cœlicolæ, jamque Odryſiam Gradivus in haſtam
Surgeret, & Libycos Tritonia tolleret angues,

In-

480. *Quemve alium Stygios, &c.*] Hoç eſt ex hiſtoria (ut diximus) ſuperius. Nam Thetis cum fatorum ordine ſciret Achillem in bello Trojano periturum ad inferos eum detulit, totumque in Stygiæ palude lavit extra plantam pedis, quæ manu tenebatur, unde invulnerabilis eſt factus. Hoc igitur dicit, ut oſtendat magnam ſpem habendam eſſe in homine invulnerabili. *Idem.*

481. *Nereis.*] Thetis filia Nerei. *Ferro perſtrinxerit artus.*] Morem lavantium ſe in balneis reſpexit qui ſtrigilibus utebantur ad ſudorem detergendum. *Perſtrinxerit*, deraſerit. Nam ſtringere eſt radere; ut ait Marcellus. *Idem.*

483. *Cedit turba ducum.*] Quamvis inquit ducibus turpe videtur ab uno Achille ſuperari, æquo tamen animo rem ferebant, ejus virtuti minime invidentes. *Idem.*

484. *Sic cum bellantes.*] Hæc comparatio tota eſt ad ſummam Achillis laudem, in quo non minus univerſa Græcia ſpem ſuam vincendæ Trojæ collocaverat, quam omnes dii in ſolo Jove adverſus gigantes. *Idem.* *Sic cum palantes Phlegræa.*] Bernartius, *pallentes.* ut complures libri, & Scholiaſtes. Ego tamen hæreo binis meorum biniſque Gruteri, in quibus, *bellantes.* l. 10. Theb. *tumidæ poſt prælia Phlegræ.* Gronovius. *Phlegræa in caſtra coirent Cælicolæ.*] Phlegræi campi ſunt in Campania non longe ab Acheruſia palude & Cumis, ubi gigantes auctore Strabone cum imperium cæleſte affectarent, à diis profligati ſunt, in quorum pugna cum multi fulminibus è cælo dejecti interemptique eſſent, reliquos qui ſuperfuerunt ad Leucam oppidum Calabriæ ab Hercule pulſos tradunt confugiſſe, contractoſque ſubiiſſe terram, quos ideo arma contra deos tuliſſe fictum eſt, quia terra ipſa ſuapte virtute præliorum concitatrix eſt. *Britannic.*

485. *Odryſiam haſtam.*] Id eſt, Threiciam. Nam Odryſii populi ſunt Thraciæ: Thracia enim domicilium eſt Martis. *Idem.*

486. *Libycos.*] Gorgoneos & Meduſæos, nam Gorgades auctore Pomponio Mela inſulæ ſunt in Oceano Æthiopico, ubi tres ſorores cognominatæ Gorgones regnaſſe dicuntur, Euryale, Sthenio, & Meduſa, quæ miræ fuiſſe pulchritudinis produntur. Meduſam tradunt circa littora ſolam ambulantem amatam fuiſſe à Neptuno, quæ cum illam perſequeretur Neptunus, jam feſſa in templum Palladis refugit: In quo ardens deus illam compreſſit. Unde turbata Minerva crines ejus mutavit in angues, quia Neptuno per capillos maxime placuerat, fecitque ut omnes Meduſam aſpicientes in lapides converterentur. *Tritonia.*] Dicta eſt auctore Herodoto à Tritonide palude Libyæ, juxta quam temporibus Ogygis regis apparuiſſe virginali ætate fertur, ex cujus nomine & ipſa Tritonia dicta eſt. ut autem tradit Diodorus, nomen accepit à Tritone fonte Cretæ juxta quem ortam eſſe ex Jove fabulantur, & nunc quoque eum fontem ubi nata eſt huic deæ conſecratum. *Angues.*] Id eſt, ægida. Nam ægis munimentum eſt pectoris æreum habens in medio Gorgonis caput, quod munimentum ſi in pe-

ctore

Ingentemque manu curvaret Delius arcum;
Stabat anhela metu ſolum Natura Tonantem
Reſpiciens. quando ille hyemes, tonitruſque vocaret
Nubibus, igniferam quæ fulmina poſceret Ætnam.
Atque ibi dum mixta vallati plebe ſuorum
Et maris & belli conſultant tempora reges,
Increpitans magno vatem Calchanta tumultu,
Proteſilaus ait: (namque huic bellare cupido
Præcipua, & primæ jam tunc data copia mortis,)
O nimium Phœbi tripodumque oblite tuorum
Theſtoride. quando ora deo poſſeſſa movebis
Juſtius? aut quando Parcarum occulta recludes?
Cernis ut ignotum cuncti, ſtupeantque, petantque
Æaciden? ſordet vulgo Calydonius Heros,
Et magno genitus Telamone, Ajaxque ſecundus,
Nos quoque: ſed Mavors arreptaque Troja probabunt.
Illum neglectis (pudet heu) ductoribus, omnes
Belligerum ceu numen amant. dic ocyus (aut cur

Serta

ctore numinis fuerit, ægis vocatur, ſi vero in pectore hominis, ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis fuit, lorica dicitur, unde Martialis:

Dum vacat hæc, Cæſar, poterit lorica vocari:
Pectore cum ſacro ſederit, ægis erit.

Idem.

487. *Delius.*] Apollo, à Delo inſula ubi natus eſt. *Idem.*

488. *Natura.*] Omnium rerum creatrix & patens. *Idem.*

492. *Conſultant tempora.*] Id eſt conſilium capiunt de tempore, & navigationis & belli gerendi. *Idem.*

493. *Vatem Calchanta.*] Theſtoris Trojani fuit filius, vates maximus, qui cum circa principia belli à Trojanis miſſus eſſet cum multis muneribus ad Delphicum oraculum, reſponſumque accepiſſet, ut omiſſis Trojanis Græcorum felicitatem ſequeretur, ad eos tranſivit. *Idem.*

494. *Proteſilaus.*] Unus de ducibus Græcis qui primus obiit ad Trojam. *Huic.*] Proteſilao, ideo ipſe magis quam cæteri locutus. *Maturant.*

495. *Prima mortis.*] Quod ita fatum, quod primus ingreſſus contra Trojam ptimo moreretur. *Tripodum.*] Tripodes, menſa trium pedum propter tempus præſens, præteritum & futurum, quæ vates conſiderant. *Idem.*

500. *Sordet.*] Nullo propemodum in ptecio eſt in comparationem Achillis. *Heros Calydonius.*] Id eſt Diomedes Tydei filius à Calydone civitate Ætoliæ ubi regnavit denominatus, qui una cum Sthenelo ad bellum venit cum navibus octoginta. *Britannic.*

501. *Ajax.*] Duo enim fuêre, unus filius Telamonis, alius filius Oilei, qui minor alio fuit viribus & tempore, oriundusque à Locride regione contermina Ætholiæ. *Maturant.*

502. *Nos quoque*] Subaudi, ſordemus. Et loquitur de ſe ipſo. *Britannic.*

504. *Aut cur ſerta comis.*] Nam vatis

Serta comis, & mitis honos?) quibus abditus oris,
Quave jubes tellure peti. nam fama nec antris
Chironis, patria nec degere Peleos aula,
Eja irrumpe deos, & fata latentia laxa,
Laurigeroſque ignes; ſi quando, avidiſſimus hauri:
Arma horrenda tibi, ſævoſque remiſimus enſes.
Nunquam has imbelles galea violabere vittas,
Sis felix, numeroque ducum præſtantior omni.
Si magnum Danais per te portendis Achillem.
Jamdudum trepido circumfert lumina motu,
Intrantemque deum primo pallore fatetur
Theſtorides, mox igne genas, & ſanguine torquens
Nec ſocios, nec caſtra videt, ſed cæcus & amens
Nunc ſuperûm magnos deprendit in æthere cœtus,
Nunc ſagas affatur aves, nunc dira ſororum
Licia, thuriferas modo conſulit anxius aras.
Flammarumque apices rapit & caligine ſacra

Paſci-

tis caput lauro præcinctum erat. Eſt enim laurus Apollini conſecrata. Senſus eſt igitur. Cur ergo omnia vatum ornamenta geris, ſi prædicere non vis quæ quærimus? per parentheſim enim leguntur. Eſt enim ordo. Dic ocius quibus oris abditus ſit, id eſt abſconditus. *Nam fama nec antris Chironis.*] nam inde mater (ut dictum eſt) abducens ad Lycomedem regem Scyri detulerat. *Idem.*

508. *Eja irrumpe deos.*] Fecerunt Pariſiis: *Eja irrumpe moras.* Valde male. Tolerabilius quidam: *Eja age, rumpe moras.* Saltem hoc Latinum eſt. Sed non mutanda vulgata. Lib. 3. Thebaid. *Quid me Perſei ſecreta ad culmina montis Ire gradu trepido ſuperumque irrumpere cœtus Egiſtis?* Silius Italicus libro 1. *Aſt ubi quæſitas artis de more vetuſto Intravit mentes Superum.* Noſter libro 3. Thebaid. *cœlo mentem inſertaſſe.* Gronovius. *Laxa.*] Aperi, vel vexa, quaſi per vim, ſecreta ipſorum elicias, trahas manifeſta nobis, ut indignatus loquitur. *Maturantius.*

509. *Laurigeroſque ignes.*] Senſus eſt, ſi unquam vaticinandi furorem concepiſti, nunc cum ſumma aviditate fac concipias. *Laurigeros.*] Furores Apollineos. *Si quando.*] Subaudi, cupide hauſiſti. *Avidiſſimus hauri.*] Id eſt, concipe. *Britannic.*

510. *Arma horrenda.*] Aſtute vacationem militiæ ei promittit. *Idem.*

511. *Imbelles.*] Non convenientes, non aptas bello. *Idem.*

518. *Deprendit.*] Cum Apolline plenus eſſet, omnia hæc videbat, nunc cœtus deum in aëre. *Maturant.*

519. *Sagas.*] E quibus præſagia capiuntur per auſpicium. *Dira Licia.*] Id eſt, ipſas Parcas & umbras Stygias. *Idem.*

521. *Rapit.*] Mente conſulendo, Ita enim per flammarum motus ſolebant judicare, ut Tireſias In Thebaide quando judicavit Menœcium moriturum pro patria. *Caligine.*] Fumo, per πυρομαντείαν, *Idem.*

522. *Paſci-*

Paſcitur. exiliunt crines, rigidiſque laborat
Vitta comis, nec colla loco, nec in ordine greſſus.
Tandem feſſa tremens longis mugitibus ora
Solvit, & oppoſitum vox eluctata furorem eſt:
Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum
Fœmineis, Nerei, dolis? huc mitte: quid aufers?
Non patiar: meus iſte, meus. tu diva profundi,
Et me Phœbus agit. latebris quibus abdere tentas
Everſorem Aſiæ? video per Cycladas altas
Attonitam, & turpi quærentem littora furto.
Occidimus: placuit Lycomedis conſcia tellus.
O ſcelus! en fluxæ veniunt in pectora veſtes.
Scinde puer, ſcinde, & timidæ ne crede parenti.
Hei mihi raptus abit, quænam hæc procul improba virgo?
Hic nutante gradu ſtetit. amiſſique furoris
Viribus, ante ipſas tremefactus corruit aras.
Tunc hærentem Ithacum Calydonius occupat Heros:
Nos vocat iſte labor, neque enim comes ire recuſo,
Si te cura trahit. licet ille ſonantibus antris

Te-

522. *Paſcitur.*] Sorbendo fumum, vel quantum ad animum judicando. *Idem.*

523. *Loco.*] Quum nutarent huc illuc. *Idem.*

524. *Mugitibus.*] Quia vates non videbantur ipſi loqui, ſed alii intraſſe majori voce, quam humana, unde Virg. *per centum tonat ore deos*, tonat dixit. *Idem.*

525. *Oppoſitum.*] Quia nimio furore lingua loqui impeditur, & accidit ut nimia iracundia quis nequeat loqui. *Idem.*

526. *Quo.*] Loquitur per furorem videns Thetiden filium aſportantem, tanquam eſſet præſens. *Idem.*

528. *Meus.*] Quaſi mihi debetur & Græciæ, aliqui dicunt reſponſum eſſe matris. *Diva.*] Quaſi dicat, ſi tu es dea, & ego habeo deum in pectore, unde non eris potentior me, omnino habeo eum. *Idem.*

532. *Occidimus.*] Eo quod fortem virum inter omnes Cycladas non potuerit ponere in pejori loco, quam in Scyro, inter mulierculas. *Idem.* *Lycomedis tellus.*] Id eſt Scyrus inſula. *Conſcia.*] Propter Deidamiam dictum, quæ ſola Achillem noverat. *Britannic.*

533. *Veniunt.*] Dum veſtiuntur à matre, quia ita videre videbatur. *Maturantius.*

535. *Raptus.*] Ab oculis meis, & quædam virgo mihi incognita eum rapuit, omnia videtur videre quæ ſupradicta ſunt de Thetide occultante Achillem, virginem hanc Deidamiam intellige, quæ cauſa fuit cur Achilles vellet latere. *Idem.*

538. *Hærentem.*] Mente cogitantem. *Ithacum.*] Ulyſſem. *Calydonius Heros.*] Id eſt Diomedes ex Calydone civitate Ætoliæ. *Britannic.*

540. *Si te cura trahit.*] Melius ſcripti: *Si tua cura trahit.* Tuum conſilium,

Tethyos adverſa, gremioque prematur aquoſo
Nereos, invenies, tu tantum providus aſtu
Tende animum vigilem, facundumque erige pectus.
Nam mihi quis vatum dubiis in caſibus auſit
Fata videre prior? ſubicit gaviſus Ulyſſes:
Sic Deus omnipotens firmet, ſic annuat illa
Virgo paterna tibi. ſed me ſpes lubrica tardat.
Grande equidem armatum caſtris inducere Achillem.
Sed ſi fata negent, quam fœdum, ac triſte reverti?
Vota tamen Danaum non intentata relinquam.
Jamque adeo aut aderit mecum Peleius Heros,
Aut verum penitus latet, & ſine Apolline Calchas.
Conclamant Danai, ſtimulatque Agamemno volentes:
Laxantur cœtus, reſolutaque murmure læto
Agmina diſcedunt. Quales jam nocte propinqua
E paſtu referuntur apes, vel in antra reverti
Melle novo gravidas mitis videt Hybla catervas.
Nec mora, jam dextras Ithaceſia carbaſus auras
Poſcit, & in remis hilaris ſedere juventus.
At procul occultum falſi ſub imagine ſexus

Æaci-

lium, res à te ſuſcepta & gerenda. Sequenti verſu: *Tethyos adverſæ*, non eſt *iratæ nobis*, ut habet Scholiaſtes: ſed accipiendum ut Lib.8. Thebaid. ℣ſ. 358. *Qualis ubi adverſi ſecretus pabula cœli Nilus & Eoas magno bibit ore pruinas.* Sic enim & plures & meliores, non *averſi*, ut vulgatur. Polum Antarcticum intelligit. Et bene Lactantius: *Adverſi. meridiani.* Gronov.

543. *Facundum.*] Callidum. Virg. *Facundum concute pectus.* Lactant.

544. *Quis vatum.*] Bene ab ea re hominem commendat, quam cupit exhiberi, id eſt ut induſtriam ſuam oſtendat. Senſus eſt. Reperietur ne aliquis vates qui in caſibus dubiis cognoſcendis ſit te melior? *Britannic.*

557. *Hybla.*] Oppidum eſt Siciliæ nobilitatum præſtantia mellis. ut Hymetum in Attica. *Idem.*

558. *Carbaſus auras.*] Id eſt, ita jam omnia parata erant ad navigandum, ut nihil præter ventum expectaretur. *Idem.*

559. *In tranſtris hilaris ſedere juventus.*] Multo eruditius ſcriptorum: *& in remis hilaris ſedere juventus.* Ut & Lindenbrogius dedit. *Juventus in remis* ſunt juvenes remiges vel remos manibus tenentes & moventes. Libro 4. Theb. *ſic Ambracii per litora ponti Nauticus in remis juvenum monſtrante magiſtro Fit ſonus.* Tale libro eodem: *procul ipſe gravi metuendus in haſta Eminet.* Lib. 7. *Turbidus aëria Capaneus occurrit in haſta.* Valerius Flaccus lib. 1. *triſida Neptunus in haſta Cœruleum fundo caput extulit.* Lib. 5. *in vittis geminæ cum lumine tedæ Colchis.* id eſt, vittata. Eodemque: *paritérque levi Cytiſorus in haſta.* Gronovius.

560. *At procul.*] Proponit in hac

quarta

Æaciden furto jam noverat una latentem
Deidamia virum, ſed opertæ conſcia culpæ
Cuncta pavet, tacitaſque putat ſentire ſorores.
Namque ut virgineo ſtetit agmine clarus Achilles,
Exolvitque rudem genitrix digreſſa pudorem,
Protinus elegit comitem (quamquam omnis in illum
Turba coit) blandeque novas nil tale timenti
Admovet inſidias. illam ſequiturque, premitque
Improbus illam oculis, iterumque, iterumque reſumit.
Nunc nimius lateri non evitantis adhæret.
Nunc levibus ſertis, lapſis nunc ſponte caniſtris,
Nunc thyrſo parcente ferit. modo dulcia notæ
Fila lyræ, tenueſque modos, & carmina monſtrat
Chironis, ducitque manum, digitoſque ſonanti
Infringit citharæ. nunc occupat ora canentis,
Et ligat amplexus, & mille per oſcula laudat.
Illa libens diſcit, quo vertice Pelion, & quis
Æacides, puerique auditum nomen, & actus
Aſſidue ſtupet, & præſentem cantat Achillem.
Ipſa quoque & validos proferre modeſtius artus,

Et

quarta parte hujus libri quomodo fuit cognitus Achilles, & primo proponit eum cognitum, deinde quomodo fuit cognitus. *Procul.*] A loco iſto ubi erant Græci. *Maturant.*

562. *Conſcia culpæ, &c.*] Veriſſimum dictum & facilius flammam ore compreſſeris, quam accuſante conſcientia ſecurus ſis. enimvero ut eleganter prudentiſſimus hiſtoricus inquit, *Suus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet*, planeque:

Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora pro facto ſpemque metumque ſuo.

Nihil itaque conſultius quam ſerio ſibi perſuadere licet, *omnes deos homineſque celare poſſumus, nihil tamen avare, nihil injuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum.* Bernart.

565. *Exolvitque.*] Rupit pudorem in Achille, id eſt poſtquam fecit ut Achilles pudorem deponeret. *Rudem.*] Novum & primum, quem antea in nulla alia muliere amiſerat. *Britannic.*

566. *Comitem.*] Deidamiam. *Idem.*

569. *Reſumit.*] Reſpiciendo. *Matur.*

571. *Sertis.*] Jaciendo in eam ſerta & caniſtros & thyrſos, leviter tamen. *Id.*

577. *Quo vertice.*] Subaudi ſit, id eſt diſcit libenter docente Achille, cantare ad lyram qualis ſit Peleus, & qualis Achilles. Nam ipſe ſe ſimulabat ſororem Achillis. *Pelion.*] Mons Theſſaliæ. *Britannic.*

580. *Ipſa quoque.*] Nunc contra oſtendit à Deidamia Achillem inſtructum ad opera muliebria. *Validos proferre.*] Id eſt artus prævalidos, præpoſitionem enim detractam nomini addidit verbo. *Idem.*

583. *Somnum.*]

Et tenuare rudes attrito pollice lanas
Demonſtrat, reficitque colos, & perdita dura
Penſa manu, vociſque ſonum, ponduſque tenentis.
Quodque fugit comites, nimio quod lumine ſeſe
Figat, & in verbis intempeſtivus anhelet,
Miratur. jam jamque dolos aperire parantem,
Virginea levitate fugit, prohibetque fateri.
Sic ſub matre Rhea juvenis regnator Olympi
Oſcula ſecura dabat inſidioſa ſorori
Frater adhuc, medii donec reverentia ceſſit
Sanguinis, & veros germana expavit amores.
Tandem detecti timida Nereidos aſtus.
Lucus Agenorei ſublimis ad orgia Bacchi
Stabat, & admiſſum cœlo nemus. hujus in umbra,
Alternum revocare pia Trieterica matres

Con-

583. *Sonum.*] Quod viri, non mulieris eſſet vox. *Pondus.*] Vires, nam interdum dum Achilles eam ſtringeret amplexando, videbatur ſentire vires non muliebres. *Maturant.*

584. *Fugit.*] Quia abdita ſolum cum Deidamia quærebat. *Seſe.*] Deidamiam nimium reſpiciendo. *Idem.*

585. *Intempeſtivus.*] Quod medio ſermone ſuſpiraret, quod ex amore erat, hæc omnia miratur. *Idem.*

586. *Aperire.*] Volentem eam comprimere. *Idem.*

587. *Levitate.*] Neſciebat quod facere vellet, tamen fugiebat quadam laſciviâ puellari. & hoc modo prohibet fateri. *Idem.*

593. *Lucus Agenorei.*] Deſcribit locum in quo primum Deidamia ſtuprum eſt paſſa. *Orgia.*] Sacrificia, orgia Græce. Latine cerimoniæ donatur. *Bacchi Agenorii.*] Id eſt Thebani ex ſanguine Agenoris. Nam Cadmum Agenoris tradunt ex phœnicia ad inveſtigandam Europam ſororem à rege miſſum ea lege, ut aut virginem ſecum reduceret, aut in phœniciam non rediret, & cum diutius quæſitam virginem non inveniret in Bœotia ædificatis Thebis permanſiſſe, ubi ex Hermione uxore Veneris filia Semelem, Inonem, Autonoem, Agavem, ac Polydorum progenuit. quarum Semelem cum Jupiter dei majeſtate aſſumptâ cum tonitribus & fulgere deſcendiſſet, gravidam fecit, illa prægnans cum neque fulguris, neque tonitrus vim ferre poſſet, edito per abortum filio igne expiravit. Jupiter infantem (ut tradit Diodorus) nymphis educandum miſit per Mercurium Nyſam, quod antrum eſt inter Phæniciam & Nilum, unde ab Jove Nyſaque. appellatus eſt Dionyſius. *Agenorei* igitur quia ex Cadmo Agenoris filio originem ducit, qui Thebas ex oraculi reſponſo condidit. *Britannic.*

595. *Alternum revocare piæ Trieterica.*] Quidam, *Alternæ renovare.* Suſpicor ſcribendum: *Alternam revocare piæ Trieterida matres Conſuerant.* Solet enim *trieterida* dicere pro trietericis. Lib. 4. *& atra ſacrum recolit trieteris Ophelten.* Lib. 7. *da, parve, tuum trieteride multa Inſtaurare diem.* Lib. 9. *cum Bacchica mugit Buxus, & inſanæ maculant trieterida matres.* Silius lib. 4. *Odonis ut Pangæa ſuper trieteride mota It juga, & incluſum ſuſpirat pectore Bacchum.* Gronovius.

Conſuerant, ſciſſumque pecus, terraque revulſas
Ferre trabes, gratoſque deo præſtare furores.
Lex procul ire mares. iterat præcepta verendus
Ductor, inacceſſumque viris edicitur antrum.
Nec ſatis eſt: ſtat ſine dato metuenda ſacerdos,
Exploratque aditus, ne quis temerator oberret
Agmine fœmineo: tacitus ſubriſit Achilles.
Illum virgineæ ducentem ſigna catervæ,
Magnaque difficili ſolventem brachia motu,
(Et ſexus pariter decet, & mendacia matris)'
Mirantur comites. nec jam pulcherrima turbæ
Deidamia ſuæ, tantumque admota ſuperbo
Vincitur Æacide, quantum premit ipſa ſorores.
Ut vero à tereti demiſit Nebrida collo,
Erranteſque ſinus edera collegit, & alte
Cinxit purpureis flaventia tempora vittis,
Vibravitque gravi redimitum miſſile dextra:
Attonito ſtat turba metu, ſacriſque relictis
Illum ambire libet, pronoſque attollere vultus.

Talis

Trieterica.] Sacra erant Bacchi ita denominara, quod cum Bacchus in Indiam cum exercitu tranſiſſet, triennio poſt multis cum ſpoliis in Bœotiam rediit, primus omnium triumphans elephanto Indico vectus. Unde Bœotii cæterique Græci, Thraces quoque in memoriam expeditionis Indicæ ſacra Trie:erica ei inſtituerunt, unde in multis Græciæ urbibus tertio quoque anno mulieres conveniunt, apud quos de more virgines thyrſum ferunt in honorem dei Bacchantes, eique per cœtus ſacrificantes hymnos & cantus renovant. *Britannic.*

596. *Sciſſumque pecus.*] Utrum tympana quæ ex pellibus conficiuntur? Nam tibiis, tympanis, tintinabuliſque ſacrificia Bacchi celebrantur, unde inferius, *Bacchæsque terga, mitraſque huc taleris*, id eſt tympana, an nebridas intelligit? nam pellibus cervorum incinctæ mulieres ſacra peragebant quod ideo faciebant, ne (ut ſcribit Plini.) dormientes ſupra eas ſerpentium acceſſus timerent. *Idem.*

597. *Trabes.*] Id eſt haſtas, quos thyrſos dixêre. Eæ erant aculeatæ & hederâ ſive pampinis ob:ectæ. *Furores.*] nam furiis agitatæ ferebantur, unde Menades dictæ ſunt à μαινομαι verbo Græco, quod ſignificat furo. *Idem.*

609. *Demiſit.*] Deorſum miſit, ne impediret eum jaculantem. *Nebrida.*] pellem cervi, quam ferebant, quam Plinius dicit hoc efficere ne dormientes ſupra eam ſerpentum acceſſum timeant. νεβρὸς hinnulum ſive pullum cervi ſignificat. *Maturant.*

610. *Sinus.*] Demiſſæ nebridis, ut quando exertam manicam ludentes pilâ cingunt zonâ, ne impediantur. *Idem.*

615: *Talis*

Talis ubi ad Thebas vultumque animumque remiſit
Evius, & patrio ſatiavit pectora luxu:
Serta comis, mitramque levat, thyrſumque virentem
Armat, & hoſtiles inviſit fortior Indos.
Scandebat roſeo medii faſtigia cœli
Luna jugo, totis ubi Somnus inertior alis
Defluit in terras, mutumque amplectitur orbem;
Conſedere chori, paulumque exercita pulſu
Æra tacent. tenero cum ſolus ab agmine Achilles
Hæc ſecum: Quonam timidæ commenta parentis
Uſque feres? primumque imbelli carcere perdes
Florem animi? non tela licet Mavortia dextra,
Non trepidas agitare feras? ubi campus & amnes
Æmonii? quæriſne meos, Sperchie, natatus,
Promiſſaſque comas? an deſertoris alumni

Nul-

615. *Talis ubi ad Thebas.*] Talis inquit erat Achilles, qualis poſt anni relaxationem ad Thebas conſpicitur Bacchus cum armatut adverſus Indos *Brit.* Nam ut Bacchus apud Thebas mollitiem exercet, ut mulier, apud Indos means, iſtam deponit, ſumens virilem habitum; ita Achilles dum puellari habitu geſtitet decora videbatur virgo, ſed poſtquam ad jactandum ventum eſt, tunc vir apparuit.

616. *Evius.*] Bacchus. Nam plurima ei cognomina ab rebus quas egit ſunt ab hominibus indita: Bacchum enim alii à mulieribus, quæ Bacchantes illum ſequebantur dixere, alii à torculari quo vinum exprimitur Leneum. Quidam Bromium à tonitru, qui in ejus ortu contingit. Triomphator etiam appellatur, quod primus (ut dictum eſt) omnium de Indis elephanto invectus triumphaverit. Evius inſuper cognominatus eſt, quod cum in bello giganteo dilaniatus à gigantibus (ut ſcribit Orpheus) fuiſſet, Juppiter eum quærens magnis clamoribus, & lamentationibus ita appellabat. Evoe. id eſt, bone fili. Nam εὖ bene, υἱὸς Græce, filium ſonat Latine. *Britannic.*

617. *Mitramq; levat.*] Aufert in bellum proditurus. *Mitram.*] Nam ſi quando Liber ex potu caput agitaret mitra caput alligabat, unde & μιτρηφόρος dictus eſt, reges vero poſteri pro mitra caput diademate vincire ſoliti ſunt. *Idem.*

618. *Hoſtiles.*] Pro hoſtes poſuit. *Indos.*] Nam exercitum ſecum non tantum virorum, ſed etiam mulierum circumducens, in Indiam tranſivit, qua triennio poſt (ut dictum eſt) debellata in Græciam triumphans reverſus eſt. *Idem.*

623. *Æra.*] Cymbala. nam tibiis cornibus, cymbalum, & tintinnabulum agebantur. *Idem.*

624. *Quonam.*] Thmeſis eſt, id eſt, quonamuſque? *Idem.*

628. *Sperchie.*] Fluvius eſt Theſſaliæ, in quem ſe demittebat jubente Chirone, ut aptior eſſet ad ſuſtinendum aquarum impetum, hoc oſtenditur in fine operis. *Idem.*

629. *Promiſſaſque comas?*] Conſuetudo enim erat apud antiquos, ut quis, prout libitum erat, diverſis Deabus vel fluminibus crinem aut barbam

 ſuam

Nullus honos? Stygiaſque procul jam raptus ad umbras
Dicor? & orbatus plangit mea funera Chiron?
Tu nunc tela manu, noſtros tu dirigis arcus,
Nutritoſque mihi ſcandis, Patrocle, jugales:
Aſt ego pampineis diffundere brachia Thyrſis,
Et tenuare colos (pudet heu, tædetque fateri)
Jam ſcio. quin etiam dilectæ virginis ignem,
Æquævamque facem, captus, nocteſque, dieſque,
Diſſimulas? quonam uſque premes urentia pectus
Vulnera? teque marem (pudet heu) nec amore probabis?
Sic ait, & denſa noctis gaviſus in umbra
Tempeſtiva ſuis torpere ſilentia furtis,
Vi potitur votis, & toto pectore veros
Admovet amplexus: riſit chorus omnis ab alto
Aſtrorum, & teneræ rubuerunt cornua Lunæ.
Illa quidem clamore nemus montemque replevit,
Sed Bacchi comites, diſcuſſa nube ſoporis
Signa choris indicta putant. fragor undique notus
Tollitur, & thyrſos iterum vibrabat Achilles.
Ante tamen dubiam verbis ſolatur amicis:
Ille ego (quid trepidas) genuit quem cœrula mater
Peliacis ſilvis, nivibuſque immiſit alendum

Theſ-

ſuam voveret. *Lactantius.* *Promiſſas.*] Hoc eſt ex hiſtoria, nam (ut ſcribit Homerus) Peleus Sperchio comam flavam Achilles promiſerat, ſi is è bello Trojano in patriam incolumis reverteretur, quam comam Achilles Patroclo defuncto largitus eſt. *An deſertoris alumni.*] An me impudentem appellant alumnum, qui deſerui magiſtrum meum? ordo eſt, an dicor eſſe nullus honos alumni deſertoris? ut dicimus, nullus honos impii diſcipuli. *Britann.*

633. *Patrocle.*] Nam Patroclus cum Opunte Æanem puerum Amphidamantis filium iratus inter ludendum peremiſſet, confugiſſetque ad Peleum (ut ſcribit Home.) ab eo una cum Achille filio ad Chironem miſſus eſt, ut eiſdem pariter moribus & diſciplinis imbuerentur. *Idem.*

639. *Nec probaris.*] Non probaveris te virum ſaltem in amore, quaſi arguat ſe, quod quamvis in omnibus diſſimularet virum, ſaltem in amore non debuiſſet diſſimulare. *Maturant.*

644. *Rubuerunt.*] Pudore affecta ſunt, utpote virginis pudicæ, *Idem.*

647. *Signa.*] Nam clamoribus dabatur ſignum ſacris, unde: *nocturnuſque vocat clamore Cytheron*, unde ubi illa exclamavit, violentia illata ſorores & aliæ putarunt exclamaſſe, ut ſignum daret illis. *Idem.*

651. *Peliacis.*] Id eſt, Theſſalicis. nam Pelion mons eſt Theſſaliæ. *Nivibus.*] A laboris perpeſſione ſumpta eſt

com-

Theſſalicis. neque ego hos cultus, aut fœda ſubiſſem
Tegmina, ni primo te viſa in littore: ceſſi
Te propter: tibi penſa manu, tibi mollia geſto
Tympana. quid defles magno nurus addita ponto?
Quid gemis ingentes cœlo paritura nepotes?
Sed pater ante igni, ferroque exciſa jacebit
Scyros, & in tumidas ibunt hæc verſa procellas
Mœnia, quam ſævo mea tu connubia perdas
Funere non adeo parebimus omnia matri.
Vade, ſed ereptum taceas, celeſque pudorem.
Obſtupuit tantis regina exterrita monſtris,
Quamquam olim ſuſpecta fides, & cominus ipſum
Horruit, & multum facies mutata fatentis.
Quid faciat? caſuſne ſuos ferat ipſa parenti?
Seque ſimul, juvenemque premat, fortaſſis acerbas
Hauſurum pœnas, & adhuc in corde manebat
Ille diu deceptus amor. ſilet ægra, premitque

Jam

commendatio, ſic enim per labores virtus perficitur, nam frigoribus & laboribus aſſuefactus eſt à teneris annis, chirone ità inſtruente, unde Horatius:

Multa tulit, fecitque puer, ſudavit & alſit.

Britannicus.

652. *Neque ego hos cultus.*] Favorabilem ſe facit commendanda puella, ſenſus eſt, nunquam ego has veſtes muliebres ſumpſiſſem, niſi te prius vidiſſem in littore. *Idem.*

657. *Pater ante.*] Anthypophora eſt, quaſi puella dixerit ſe vereri ne à patre interimatur, & is reſpondeat, ante pater tuus & tota denique inſula igni & ferro penitus vaſtabitur, quam patiar te à patre interfici, & noſtrum matrimonium ſolvi. *Idem.*

659. *Sævo funere.*] Quod Achilles interficeret Lycomedem. *Maturantius.*

660. *Funere.*] Quod pater te interficiat, & ego in uxorem non habeam, quamvis expoſuerit. *Omnia.*] In omnibus, nam oſtendam me eſſe virum. *Idem.*

661. *Sed arreptum taceas celeſque pudorem.*] Reſtituo, *ſed ereptum taceas celeſque pudorem.* & hanc conjecturam non recuſo exigi ad obruſſam. *Bernartius.*

662. *Regina.*] Deidamia filia regis. *Britannic.*

663. *Quanquam olim ſuſpecta fides.*] Hæc per parentheſim leguntur, ut ſit ordo, exterrita eſt, & horruit. *Suſpecta.*] Ne mulier non eſſet qualem ſimulabat. *Idem.*

664. *Et facies multum mutata fatentis.*] Id eſt, longe alia viſa eſt facies, & apparentia in eo. *Fatentis.*] Oſtendentis ſe eſſe virum. *Idem.*

668. *Ille diu deceptus amor.*] Jam aperit in quam partem deliberatio pendeat, ut ſcilicet omnia celet patrem. *Ægra.*] Sollicita, nam ægrum dicimus, cujus tam animus quam corpus languet. *Idem.*

Jam commune nefas. unam placet addere furtis
Altricem ſociam, precibus quæ victa duorum
Annuit. illa aſtu tacito raptumque pudorem,
Surgentemque uterum, atque ægros in pondere menſes
Occuluit, plenis donec ſtata tempora metis
Attulit, & partus index Lucina reſolvit.

669. *Jam commune.*] Quia inceperat aſſentiri, ideo commune, quod ante ſolum Achillis nefas fuerat. *Maturantius.*

672. *Ægros.*] Moleſtos, qui ægritudinem afferunt. *Britannic.*

673. *Occuluit.*] Texit. *Stata.*] Id eſt, ſtatuta, & legitima. *Idem.*

674. *Index.*] Quod pueros indicet, & in lucem mittat, nam ob eam rem parturientibus præeſſe fertur, quod ſtatim nata operam nutricis præſtitit Latonæ matri parturienti Apollinem. *Lucina.*] Diana, quæ parturientibus præeſſe dicitur, nomenque accepit à luce, eo quod in lucem fœtus proferat. *Idem.* *Reſolvit.*] Quia tendebatur antea venter. Ovid. lib x.

Tendit onus matrem. ——

Aperire partus dixit pari ratione Horatius Carmine ſeculari:

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres.

Barthius.

P. PAPINII STATII
ACHILLEIDOS
LIBER SECUNDUS.

Jamque per Ægæos ibat Laërtia fluctus
Puppis, & innumeræ mutabant Cycladas auræ,
Jam Paros, Olearoſque latent. jam raditur alta
Lemnos, & à tergo decreſcit Bacchica Narox,

Ante

JAmque per Ægæos.] Hoc libro deſcribit poëta navigationem Ulyſſis & Diomedis ad Scyton inſulam, ubi Achillem habitu femineo deliteſcentem invenerunt inter puellas regias. *Laertia.*] Id eſt Ulyſſis, nam Laërtæ filius fuit ex Anticlea. *Britannicus.*

2. *Innumeræ mutabant Cycladas auræ.*] Celeri, inquit, ventorum flatu Cycladum multæ præteribantur ſicque tranſeundo mutabantur. *Idem.*

3. *Paros Olearoſque.*] Ex Cycladibus ſunt, quæ ut diximus initio duodecim fuiſſe produntur in Ægeo ſitæ. Paros antem lapidem producit quem Parium appellant ad marmoreas ſculpturas aptiſſimum. *Latent*] Naturale enim eſt, ut quanto magis ab uno loco digredimur è conſpectu noſtro is ſubtrahatur, & contrà ea nobis magis appareant, quibus appropinquamus, unde infert, *Ante oculos, &c.* Idem.

4. *Bacchica Naxos.*] Ex Cycladibus una eſt Baccho conſecrata, nam Naxii ferunt hunc deum apud ſe nutritum, ob eamque rem inſulam ſibi acceptiſſimam eſſe,

Ante oculos creſcente Samo. jam Delos opacat
Æquor. ubi excelſa libant carcheſia puppe,
Reſponſique fidem, & verum Calchanta precantur.
Audiit Arcitenens, Zephyrumque è vertice Cynthi
Impulit, & dubiis pleno dedit omina velo.
It pelago ſecura ratis. quippe alta Tonantis
Juſſa, Thetin certas fatorum vertere leges
Arcebant ægram lachrymis, ac multa gementem,
Quod non erueret pontum, ventiſque, fretiſque
Omnibus, inviſum jam tunc ſequeretur Ulyſſem.
Frangebat radios humili jam pronus Olympo
Phœbus, & Oceani penetrabile littus anhelis
Promittebat equis: cum ſe ſcopuloſa levavit
Scyros; in hanc totos emiſit puppe rudentes
Dux Laertiades, ſocioſque reſumere pontum
Imperat, & remis Zephyros ſupplere cadentes.
Accedunt juſſi. magis indubitata, magiſque
Scyros erat, placidique ſuper Tritonia cuſtos

Litto-

eſſe, Nyſiadamque à nonnullis dici, vina habent præcipua, Virg. *Bacchatamque jugis Naxon.* Idem.

5. *Samo.*] Inſula eſt maris Icarii patria Pythagoræ. *Idem.* *Creſcente Samo.*] Quia quanto magis ad eam appropinquabant, tanto melius cernebant, unde major videbatur; ideo creſcere videbatur. *Opacat.*] Umbrat: erant enim jam apud eum maris locum, quo Delos umbram exporrigit. *Maturant*

7. *Reſponſique fidem.*] Ut id præſtet, quod Calchas prædixerat, ita ut veridicus ſit Calchas. *Britannicus.*

8. *Arcitenens.*] Apollo, cui peritia ſagittandi tribuitur, & gloria. Unde eſt illud Ovidii:

Iſta decent humeros geſtamina noſtros.
Qui dare certa feræ, dare vulnera poſſumus hoſti.

Cynthi.] Mons eſt Deli Apollinis ſimul & Dianæ ortu inſignis. *Britannic.*

9. *Impulit.*] Immiſit ut propitium, & ſecundum. *Dedit omina.*] Confirmavit omina venti proſperitate. *Idem.*

11. *Fatorum evertere leges.*] Audi veteres *fatorum vertere leges.* Bernart.

15. *Frangebat.*] Vel quia ſol cum eſt in Occaſu, breviores radios jacit, unde fracti videntur, reſpectu radiorum meridiei; cum eſt ſupra caput noſtrum, vel quia cùm vadit ad Occaſum, prius ſolis ſub orizonte, pars ſupra eſt. unde videtur partem radiorum ad nos partem ad antipodes jam jacere: ideo *frangebat* dixit. *Maturant.*

19. *Reſumere.*] Recedentes à portu naves remis deducuntur, donec altum mare ubi ventis vela concedunt nautæ, cùm autem appropinquant ad portum, tunc etiam malignitate aquarum venti minus potentes ſunt, unde remis adjuvant ventos, ideo dicit. *Reſumere portum, & zephiros, &c.*] Id eſt jam deficientes propter vada jam inita. *Idem.*

21. *Magis indubitata.*] Id eſt, magis certa, & manifeſta erat. *Britann.*

22. *Placidique ſuper.*] Subaudi à ſuperio-

Littoris. Egreſſi numen venerantur amicæ
Ætoluſque Ithacuſque deæ. tum providus heros
Hoſpita ne ſubito terrerent mœnia cœtu,
Puppe jubet remanere ſuos. ipſe ardua fido
Cum Diomede petit. ſed jam prævenerat arcis
Littoreæ ſervator Abas, ignotaque regi
Ediderat (ſed Graja tamen) ſuccedere terris
Carbaſa. procedunt, gemini ceu fœdere juncto
Hyberna ſub nocte lupi, licet & ſua pulſet
Natorumque fames, penitus rabiemque minaſque
Diſſimulant, humileſque meant, ne nuntiet hoſtes
Cura canum, & trepidos moneat vigilare magiſtros:
Sic ſegnes heroes eunt, campumque patentem
Qui medius portum, celſamque interjacet urbem,
Alterno ſermone ſerunt. prior occupat acer
Tydides: Qua nunc verum ratione paramus
Scrutari? namque ambiguo ſub pectore quondam
Verſo, quid imbelles thyrſos mercatus, & æra,
Urbibus in mediis, Bacchæaque terga, mitraſque
Huc tuleris, varioque aſperſas Nebridas auro?

Hiſne

periore erat. Eſt autem templum Palladis de quo ſuperius. *Palladi littore celebrabat Scyros honorum Forte diem.* Idem.

23. *Armata deæ.*] Nam Pallas Græcis ſemper favit in bello Trojano. *Idem.*

28. *Littoreæ.*] Quæ erat in littore extra urbem, qua ſpeculabatur venientes. *Maturantius.*

29. *Ediderat.*] Nuntiaverat regi ſuccedere carbaſa ignota. *Sed graja.*] cognoſcebat eſſe Græca, ſed cujus eſſent neſciebat. *Idem.*

35. *Segnes eunt.*] Paulatim inceduut nullo vigore animi oſtenſo. *Vet. Schol.*

37. *Alterno ſermone ſerunt.*] Verbum rei accommodatum invenit: bene enim dixit ſerunt, quia campum patentem præmiſit, ſumptum ab agricolis, qui agros ſuos ſemine replent. *Britann.*

39. *Ambiguo ſub pectore quondam.*] Lege ex MSS. & Scholiaſte: *namque ambiguo ſub pectore quondam Verſo.* id eſt jamdudum. Ut *olim* in dicto genii, ſi credibile eſt apud Ammianum: *Olim, Juliane, veſtibulum ædium tuarum obſervo latenter, augere tuam geſtiens dignitatem.* Gronov.

41. *Bacchæaque terga.*] Id eſt tympana quæ (ut diximus) in ſacris adhibebantur, impropriè tamen terga dixit pro tergora. *Britannicus.*

42. *Nebridas auro.*] Pelles Bacchantium intelligit. Papinius hoc eodem libro:

Ut vero è tereti dimiſit Nebrida collo:

Tacitus: *Feminæ pellibus accinctæ aſſultabant velut ſacrificantes vel inſanientes Bacchæ.* Videndus tibi omnino Athenæus lib. 13. quo de Pyrrhicâ ſaltatione agit. *Bernart.*

43. *Hiſne*

Hiſne gravem Phrygibus, Priamoque armamus Achillem?
Illi ſubridens Ithacus paulum ore remiſſo:
Hæc tibi, virginea modo ſi Lycomedis in aula
Fraude latens, ultro confeſſum in prælia ducent
Peliden. tu cuncta citus de puppe memento
Ferre, ubi tempus erit, clypeumque iis jungere donis,
Qui pulcher ſignis, auroque aſperrimus ardet.
Hæc ſat erunt: tecum lituo bonus, adſit Agyrtes,
Occultamque tubam tacitos apportet in uſus.
Dixerat, atque ipſo portarum in limine, regem
Cernit, & oſtenſa pacem præfatur oliva.
Magna (reor) pridem veſtras pervenit ad aures
Fama trucis belli, regum placidiſſime, quod nunc
Europamque, Aſiamque quatit. ſi nomina quæras
Huc perlata ducum, fidit quibus ultor Atrides,
Hic tibi, quem tanta meliorem ſtirpe creavit
Magnanimus Tydeus; Ithacis ego ductor Ulyſſes.
Cauſa viæ (metuam quid enim tibi cuncta fateri:
Cum Grajus, notaque fide celeberrimus unus?)
Explorare aditus, inviſaque littora Trojæ,
Quidve parent. Medio ſermone intercipit ille:
Annuerit Fortuna, precor, dextrique ſecundent
Iſta dei. nunc hoſpitio mea tecta, piumque

Illu-

43. *Hiſne gravem.*] Interrogativè pronunciandum eſt, quaſi dicat, his armis Achilles armandus non eſt contra Trojanos. *Britannicus.*

46. *Ultro confeſſum.*] Præoccupat futura. Nam Achilles harum rerum oſtenſione ſpretâ, ſcutum & arma capiet, ut in ſequentibus patebit. *Idem.*

56. *Nomina quæras.*] Si, inquit, eorum regum audiviſti nomina, quibus potiſſimum confidit Agamemnon, hic eſt Diomedes unus ex illis vir fortiſſimus, quem Tydeus genuit meliorem de tanta ſtirpe, id eſt de omni turba Græcorum quaſi dicat de omni Græcorum multitudine Diomedes eſt præſtantior. *Idem.*

58. *Tanta ſtirpe.*] Stirps Diomedis Tydeus, qua genitus eſt. Melior autem dicebatur patre, armorum virtute. Nam alias facile poterat, cum pro improbo homine decantatus ſit Tydeus Æſchylo, Val. Flacco & aliis. Auſon.

Conditus hic genitore bono melior Diomedes
Crimen ob uxoris pulſus dotalibus agris.

Barth.

63. *Medio.*] Non expectatâ fine, quaſi non putans honeſtum libenter aliorum ſecreta audire, quaſi diceret quicquid ſit dii ſecundent, interim domum meam venies. *Vagis.*] Id eſt ipſe vagus. *Maturantius.*

 66. *Illu-*

Illuſtrate larem. ſimul intra limina ducit.
Nec mora, jam menſas famularis turba toroſque
Inſtruit. interea viſu perluſtrat Ulyſſes,
Scrutaturque domum, ſi qua veſtigia magna
Virginis, aut dubia facies ſuſpecta figura.
Porticibuſque vagis errat, totoſque penates
Ceu miretur, adit. velut ille cubilia prædæ
Indubitata tenens multo legit arva Moloſſo
Venator, videat donec ſub frondibus hoſtem
Porrectum ſomno, poſitoſque in ceſpite dentes.
Rumor in arcana jamdudum perſtrepit aula,
Virginibus quà fida domus, veniſſe Pelaſgûm
Ductores, Grajamque ratem, ſocioſque receptos.
Jure pavent aliæ, ſed vix nova gaudia celat
Pelides, aviduſque novos heroas, & arma
Vel talis vidiſſe cupit. jamque atria fervent
Regali ſtrepitu, & picto diſcumbitur oſtro.
Tum pater ire jubet natas, comiteſque pudicas
Natarum. ſubeunt quales Mæotide ripa
Cum Scythicas rapuere domos, & capta Getarum
Mœnia, ſuppoſitis epulantur Amazones armis.

Tum

66. *Illuſtrate.*] Quaſi adventu veſtro ornate. *Idem.*

72. *Velut ille.*] Abundat (*ille*) ordo eſt, adit Ulyſſes totos Penates, veluti venator tenens cubilia prædæ indubitata, legit arvá multo Moloſſo. *Britannic.*

73. *Legit.*] Percurrit. *Moloſſo.*] Cane Epirotico: nam Moloſſia pars eſt Epiri optimis canibus inſignis. Virg. *Acremque Moloſſum Paſce ſero pingui.* Idem.

74. *Hoſtem.*] Id eſt aprum. *Idem.*

75. *Porrectum.*] Proſtratum, fuſum humi. *Idem.*

79. *Jure.*] Meritò, ut decet muliebrem ſexum timere. *Aliæ.*] Præter Achillem. *Matur.* *Vix celat.*] Quin ipſe eloquatur & palam ſe prodat. *Novos.*] Quales ante nunquam conſpexerat. *V.S.*

81. *Vel talis.*] Etiam talis, id eſt, in habitu muliebri, quod dedecebat fortem virum viros fortes in habitu muliebri videre. *Vel.*] Ergo pro etiam, Virgilius, *Vel Priamo miſeranda manus.* Maturantius.

83. *Ire jubet*] Id eſt, prodire in conſpectum advenarum Regum. *V. Schol.*

84. *Subeunt quales.*] Eo (inquit) ordine ſe habebant puellæ regiæ in accubatione, quo Amazones cum epulantur. Hæcque comparatio in hoc eſt, ut puellarum diſcumbentium oſtendat numerum, & ordinem decorum. *Mæotide ripa.*] Mæotis palus eſt quæ Cimerio Boſphoro commiſſa Tanaim amnem ex Rhiphæis móntibus defluentem accipit, dictaque eſt à *μαῖα*, quod ſignificat nutricem, eo quod Euxinum & Cimmerium Boſphorum uberi aquarum effuſione efficiat, alatque. *Britannicus.*

85. *Scythicas.*] Scythia prima eſt gentium

Tum vero intentus vultus, ac pectora Ulyſſes
Prælibat viſu. ſed nox, illataque fallunt
Lumina, & extemplo latuit menſura jacentis.
Et tamen, erectumque genas, oculiſque vagantem,
Nullaque virginei ſervantem ſigna pudoris,
Defigit, comitique obliquo lumine monſtrat.
Quod niſi præcipitem blando complexa moneret
Deidamia ſinu, nudataque pectora ſemper,
Exertaſque manus, humeroſque in veſte teneret,
Et prodire toris, & poſcere vina vetaret
Sæpius, & fronti crinale reponeret aurum;
Argolicis ducibus jam tunc patuiſſet Achilles.
Ut placata fames epulis bis terque repoſtis,
Rex prior alloquitur, pateriſque hortatur Achivos:

In-

tium Septentrionalium à Tanai, quæ uſque ad Caſpium ſinum extenditur. *Getarum.*] Getæ Thraciæ ſunt populi, Daci à Romanis dicti. *Idem.*

88. *Prælibat.*] Libare, eſt unumquodque leviter deguſtare, unde *prælibat*, id eſt oculos jacit, modo in hanc, modo in illam, non firmando oculos in una tantum. *Maturantius.*

89. *Latuit menſura jacentis.*] Reſpicit veterem accumbendi ritum: ſed neſcio an ſatis cautè, priſco illo ævo uſurpatum ſcribat. Homerus ſanè non accumbentes, ſed ſedentes ſemper Heroas introducit. *Bernart.*

90. *Erectum genas*] Figuratus eſt ſermo, id eſt, genas erectas habentem in oculos audaciâ virili. *Britannicus.*

92. *Defigit.*] Annotat. *Comitique.*] Diomedi. *Idem.*

93. *Quod niſi præcipitem.*] Niſi inquit Deidamia Achillem blandimentis retinuiſſet, ſtatim eum duces Graji cognoviſſent. *Idem.*

97. *Crinale reponeret aurum.*] Faſciam auream notat, quam inſtat diadematis in fronte gerebant virgines nobiliores. Virgilius de Camilla:

Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuviæ, per dorſum à vertice pendent.

Bernartius.

99. *Epulis bis terque repoſtis.*] Notat diviſionem cœnæ, quæ antiquis triplex in Antecœnam, cœnam propriè dictam, & Menſam pomorum. Antecœna; erat Miſſus primus, qui & Guſtatio ſeu guſtus atque etiam promulſis dicebatur, quod primam ſitim antiqui ferè mulſo ſedarent. Cœna; Miſſus ſecundus erat, in quo præcipui cibi: Menſa pomorum Miſſus tertius in quo bellaria. Vide quæ notavit latè Lipſius noſter Antiquarum lect. lib. III. Ad ea quæ Lipſius de Promulſide notavit, adde locum hunc Tertulliani de Pallio: *Vereor ſanè ne parva ſit iſta trutina, cum Druſillanus & quidam ſervus Claudii quinquagenariam promulſidem ædificat, ſupraſcriptis fortaſſe menſis neceſſariam.* poſuit *promulſidem*, pro ipſo *promulſidario*, id autem eſt vas quo promulſis continetur. Ulpianus lib. XI. §. argento, de auro & arg. leg. *ſcutellas vel promulſidaria contineri.* Bern.

100. *Pateriſque invitat Achivos.*] Suavius meo animo in quibuſdam: *pateriſque hortatur Achivos.* Noſter in Hercule Vindicis: *Sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens Hortetur menſas.* Et ſic

etiam

Invideo veſtris (fateor) decora inclyta gentis
Argolicæ, cœptis: utinam mihi fortior ætas,
Quæque fuit, Dolopas cum Scyria littora adortos,
Perdomui, fregique vadis. quæ ſigna triumphi,
Vidiſtis celſas murorum in fronte carinas.
Saltem ſi ſoboles, aptam quam mittere bello.
Nunc ipſi vireſque meas, & cara videtis
Pignora. quando novos dabit hæc mihi turba nepotes?
Dixerat, & ſolers arrepto tempore Ulyſſes:
Haud ſpernenda cupis. quis enim non viſere gentes
Innumeras, varioſque duces, atque agmina regum
Ardeat? omne ſimul roburque decuſque potentis
Europæ, meritos ultro juravit in enſes.
Rura, urbeſque vacant: montes ſpoliavimus altos.

Omne

etiam vetus Scholiaſtes: *rex. Lycomedes. prior allo. Achi. Ulyſſem & Diomedem & hor. illos. pat. pateram ut ſatis bibant ita dicens.* Ubi tamen aliquid excidiſſe videtur. *Gronovius.*

103. *Quæque ætas.*] Servat decorum ut laudator temporis acti ſe puero. *Dolopas.*] Populos in extrema parte Theſſaliæ qui bello navali à Lycomede ſuperati fuerunt: nam alii populi Pyrrho dati ſunt, pater Myrmidones, filius Dolopas habuit: *Myrmidonum Dolopumve*, Virgilius, aliqui dicunt Dolopas fuiſſe ſub Phœnice magiſtro Achillis in bello Trojano, de quo Homerus nullam facit mentionem. *Maturantius.*

104. *Quæ ſigna triumphi.*] Ne vanum putaret quod dixerat, ideo ſubjungit hoſtium ſpolia conſpici potuiſſe in muris. *Britannicus.*

107. *Nunc ipſi, &c.*] Inſeritur hic verſiculus:

Poſſem, plena forent mihi gaudia; namque juvarem,
Nunc ipſi, &c.

Verſum hunc inficetiſſimum inſulſiſſimumque expunximus: quia nec erat in membranis bonæ fidei, nec illum agnoſcit Scholiaſtes. Sic enim ille: *Saltem ſi. ex quo non poſſum illuc. ſubo. eſſet mihi. quam. ſobolem eſſet. aptum. quam congruum. mihi. mittere bello. ad bellum. vel mittere libenter. vel quam aptam. congruam & convenientem ad pugnandum eo poſſem libenter mittere bello. nunc ipſi. vos. &c.* Ex quibus utcumque ſcriptis liquet jam tum dubium fuiſſe, præcedenti *aptum*, an *aptam*, legi oporteret. Sed rectius *aptam*: *Saltem ſi ſoboles, aptam quam mittere bello.* Poſtquam de ſe optavit, & priſtinam virtutem ſuam recordatus eſt ex more ſenum heroum, adjungit: ſaltem, ſi mihi eſſet ſoboles, quam bello aptam mittere liceret. haberem aliquod defectarum mearum virium ſolatium. Sic enim explendus ſenſus, non ut iſti ſtolidi auctores fatui verſus fecerunt. Lib. 3. Theb. *necdum apta doloribus ætas.* Lib. 4. *Non hæc apta mihi nitidis ornatibus, inquit, Tempora.* Gronov.

108. *Quando novos.*] Cum interrogatione & deſiderio dictus. *Britannic.*

110. *Quis enim non viſere gentes innumeras.*] aſtute ea proponit, quibus excellentis animi juvenis ad bellum inflammari poteſt. *Idem.*

114. *Montes ſpoliavimus.*] Arboribus, ſcilicet ad navium ædificationem. *Idem.*

116. *Arma*

Omne fretum longa velorum obtexitur umbra.
Tradunt arma patres, ruit irrevocata juventus.
Non alias unquam tantæ data copia famæ
Fortibus, aut campo majore exercita Virtus.
Aſpicit intentum vigilique hæc aure bibentem,
Cum paveant aliæ, demiſſaque lumina flectant.
Atque iterat: Quiſquis proavis & gente ſuperbus,
Quiſquis equo jaculoque potens, qui prævalet arcu,
Omnis honos illic: illic ingentia certant
Nomina. vix timidæ matres, vix agmina ceſſant
Virgineæ. hic multum ſteriles damnatus in annos,
Inviſuſque deis, ſi quem hæc nova gloria ſegnem
Præterit. exiſſet ſtratis, niſi provida ſigno
Deïdamia dato, cunctas hortata ſorores
Liquiſſet menſas, ipſum complexa. ſed hæret
Reſpiciens Ithacum, cœtuque noviſſimus exit:
Ille quidem incepto paulum ex ſermone remiſit

Pau-

116. *Arma patres.*] Quaſi dicat, patres filios ad bellum hortantur, tanto unuſquiſque tenetur ſtudio evertendæ Trojæ. *Irrevocata.*] Irrevocabilis quaſi quæ nullo modo retineri poſſit. *Idem.*

117. *Unquam tantæ data copia famæ Fortibus.*] Nunquam (inquit) viri fortes opportuniorem comparandæ ſibi gloriæ occaſionem nacti ſunt. *Idem.*

119. *Vigilique hæc aure trahentem.*] Sic quidem Scholiaſtes: ſic & Priſcianus. Mihi tamen potior auctoritas membranarum, quæ præiverunt mihi ad illum, quem dixi, exturbandum verſum viam, liquido habentium: *vigilique hæc aure bibentem.* Cujus quidem illa interpretatio videtur. Propertius: *Incipe, ſuſpenſis auribus iſta bibam.* Horatius: *ſed magis pugnas & exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure vulgus.* Et noſter: *Has bibit uſque rogus.* Et ſæpe ſimiliter. *Gronov.*

121. *Quiſquis proavis.*] Attende aſtutam commemorationem ſimul & promiſſionem honorum. ſenſus enim eſt, in hac quidem expeditione eximius honos exhibetur, pro ea qua quiſque virtute præditus eſt. *Britannic.*

124. *Timidæ matres ceſſant.*] Vix cohibentur ipſæ mulieres quin in bellum ruant. *Idem.*

125. *Multum ſteriles.*] Abominatio & devotatio ejus, qui vir ſit, & non ſequatur hunc exercitum; ſcilicet ut nec ſenex nec juvenis quicquam boni ex eo unquam poſſit provenire. Oblique autem omnia diriguntur ad ſenſum Achillis. *Schol. Vet.*

127. *Exiſſet ſtratis.*] Toris, quibus ſedebat ad menſam. *Maturant.*

129. *Complexa.*] Scilicet jungendo ulnas, ut tanquam hoſpitem honoraret, præberetque animum. *Hæret.*] Firmatur Achilles. *Idem.*

130. *Cœpto ſermone.*] De cœpto ſermone remittat, non autem ſermonem remittit: nam proſequitur ſed non ad cœptum propoſitum, ſed ad aliud, tamen, ne videretur tantummodo reſpectu filiarum loqui, ſi his recedentibus finem loquendi feciſſet. *Idem.*

136. *Viri-*

Pauca tamen jungens: At tu tranquillus in alta
Pace mane, cariſque para connubia natis,
Quas tibi ſidereis divarum vultibus æquas
Sors dedit. ut me olim tacitum reverentia tangit!
Is decor eſt. formæ ſpecies permixta virili.
Occurrit genitor: quid ſi Bacchæa ferentes
Orgia. Palladias aut circum videris aras?
Et dabimus, ſi forte novus cunctabitur Auſter.
Excipiunt cupidi. & tacitis ſpes addita votis.
Cætera depoſitis Lycomedis regia curis
Tranquilla ſub pace ſilet, ſed longa ſagaci
Nox Ithaco, lucemque cupit, ſomnoque gravatur.
Vix dum exorta dies, & jam comitatus Agyrta
Tydides aderat, prædictaque dona ferebat.
Nec minus egreſſæ thalamis Scyreïdes ibant
Oſtentare choros, promiſſaque ſacra verendis
Hoſpitibus. nitet ante alias regina, comeſque
Pelides. Qualis Siculæ ſub rupibus Ætnæ
Naides Æenneas inter Diana, feroxque
Pal-

136. *Virili.*] Quod aliquod virile habent, ut Amazones videantur, non molliciei muliebri tantum deditæ, ſed quaſi malis animi ſtudiis virilibus aptæ, tanquam aliquid virile ſaperent, quod præcipue propter Achillem dicit. *Idem.*

137. *Occurrit.*] Sermone obviam procedit. *Quid*] Scilicet diceres? & eſt figura quæ dicitur κατὰ τὸ σιωπώμενον, per ſilentium, & taciturnitatem aliquid dicitur, vel innuitur, σιωπάω, σιωπῶ taceo ſignificat, unde participium à paſſivo, &c. *Ferentes.*] Facientes. *Idem.*

139. *At dabimus.*] Verbo uſus eſt ludis apto, id eſt, eas exhibimus videndas in iis ſacris. *Cunctabitur.*] Morabitur vos. *Britannic.*

140. *Excipiunt.*] Scilicet promiſſa. *Id. Spes.*] Quia curabant ibi ſtare aliquandiu, quo poſſent Achillem detegere, quo cauſam oblatam ſibi accipere. *Maturantius.*

141. *Cætera.*] Præter ea quæ Ulyſſem capiebat. *Idem.*

142. *Longa.*] Cupienti diem. *Idem.*

143. *Somno.*] Id eſt, nocte, ne contrarius ſibi ſit auctor. *Idem.*

146. *Thalamis Scyriades ibant.*] Putarim ſcribendum *Scyreïdes*, inquit Gruterus. Certe ita legit Scholiaſtes, à quo forte hanc conjecturam ſumpſit ille. habuit enim. Sunt igitur illius hæc verba, vel potius hi apices: *nec mi. ſicut ille veniendo afferebat dona. cire. i. filiæ Licomedis ita dictæ à chiro inſula.* Ubi vides, quid corrigendum ſit. *Gronovius.*

149. *Qualis.*] Hæc comparatio ſumitur de rapina Proſerpinæ quod tempore quo rapta eſt Juppiter juſſit Veneri & Palladi & Dianæ adeſſe ibi. UNDE CLAUDIANUS: *Accelerat præcepta Venus, juſſaque parentis Pallas, & infelix terret quæ mænala cornu, addunt ſe comites.* Maturantius.

151. *Sponſa*

Pallas, & Elyſii lucebat ſponſa tyranni.
Jamque movent greſſus: thyaſiſque Iſmenia buxus
Signa dedit, quater æra Rheæ, quater Euia pulſant
Terga manu, varioſque quater legere recurſus.
Tunc thyrſos pariterque levant, pariterque reponunt.
Multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu
Quoque pii Samothraces eunt. nunc obvia verſæ
Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacænas
Delia, plaudenteſque ſuis intorquet Amyclis.

Tunc

151. *Sponſa tyranni.*] Hoc eſt Proſerpina uxor Plutonis, nam Pluto cum ex inferis ad ſuperos egreſſus eſſet fundamenta Siciliæ inſpecturus (quæ tunc Typheo ſuperimpoſitam inſulam abjicere conante aperiebantur, & lucem uſque ad inferos mittebant) proſerpinam in Campis Ætneis flores legentem conſpexit; eamque ad inferos ductam matrimonio ſibi conjunxit. Solinus vero ſcribit in Sicilia campum Ætneum eſſe floridum & ſemper vernantem, ubi & demerſum foramen aſpicitur per quod Ditem ad raptum Proſerpinæ exeuntem fama eſt habuiſſe lucem, ommitto quæ ab Euſebio, Auguſtino, & Varrone traduntur de proſerpina. *Britannic.*

153. *Æra.*] Quæ facta erant in modum ſemiſpherarum ex ære quæ ſphæram conficiunt, eo quod Ceres, Cybele, & Terra eadem fertur, his in ſacris utebantur, collidendo clamorem movent. *Maturant.*

154. *Terga.*] Tympana. ἀπὸ τύπτω. verbero. *Idem.*

157. *Quoque pii Samothraces.*] Pios Samothraces dicit quia rerum divinarum cultores extitiſſe produntur, hincque maxime probatur quod tradunt Samothraces ante Deucalionis diluvium, aliud quoque antea magnum apud eos, extitiſſe. Id primum ab Hoſtio Cyaneo deinde ab Helleſponto erupiſſe tanta aquarum inundatione, ut Aſiæ magna pars, juxta mare ſita, fuerit abſumpta diluvio, plana quoque Samothraciæ ora, creſcente mari vaſtata eſt, decreſcente deinde mari accolas vota diis feciſſe, ſalutemque conſecutos, circum inſulam ſalutis terminos ſtatuiſſe tradunt, erexiſſeque aras in quibus ſacrificarent, adeo ut palam ſit ante diluvium eam inſulam habitatam, hincque Dardanum Jovis & Electræ filium edoctum fuiſſe à patre ceremonias initiandi, quas haud fas eſt audire niſi initiatos. Hic poſtea in Aſiam tranſiens deos Penatos in Phrygiam advexit, quos mox Æneas in Iliam ex Phrygia detulit. Horum autem ſacrorum miniſtri Caberi, & Corybantes, & Curetes ſunt nominati, qui in ſacris armiſonam quandam cum ſaltibus agilitatem edebant. *Britannic.*

158. *Pectine Amazonio.*] Id eſt, ordine, qui ab Amazonibus in choreis ſervatur. *Modo.*] Nunc. *Quo citat orbe Lacenas Delia.*] Id eſt, eo gyro agebantur, quo puellæ Lacenæ celebrantes ſacra Dianæ. Nam Dianæ paluſtre templum in Laconicæ ac Meſſeniæ terræ finibus eſt, ubi utriuſque populus commune ſacrificium conventumque celebrabat. In eo profectas feriatum virgines Meſſenii procaciter inceſtarunt, unde cum Meſſenii nullis violatores pœnis multaſſent, conflatum eſt bellum. *Idem.*

159. *Intorquet.*] Immiſcet, & ſaltando implicat. *Suis Amyclis.*] Nam Amyclæ civitas eſt Laconiæ, ubi hæc celebrabantur, tota autem regio Menelai imperio ſubdita. *Idem.*

161. *Vices.*]

Tunc vero, tunc præcipue manifeſtus Achilles,
Nec ſervare vices, nec jungere brachia curat.
Tunc molles greſſus, tunc aſpernatur amictus
Plus ſolito, rumpitque choros, & plurima turbat.
Sic indignantem thyrſos, acceptaque matris
Tympana, jam triſtes ſpectabant Penthea Thebæ.
Solvuntur laudata cohors, repetuntque paterna
Limina, ubi in media jamdudum ſedibus aula,
Munera virgineos viſus tractura locarat
Tydides: ſignum hoſpitii, pretiumque laboris.
Hortaturque legant, nec rex placidiſſimus arcet.
Heu ſimplex, nimiumque rudis, qui callida dona,
Grajorumque dolos, variumque ignorat Ulyſſem!
Hinc aliæ, quas ſexus iners, naturaque ducit
Aut teretes thyrſos, aut reſpondentia tentant
Tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis,
Arma vident, magnoque putant donata parenti.
At ferus Æacides radiantem ut cominus orbem
Cælatum pugnis ſævis, & fortè rubentem

Bel-

161. *Vices.*] Saltationum alternationes. *Idem.*

164. *Sic indignantem.*] Ita (inquit) ſe habebat Achilles in neglectu ſaltationis, ut Pentheus, cum Bacchi ſacrificia contempſit. Nam Pentheus Echionis & Agaves filius Thebarum rex Liberi patris ſacra contemnens, cum eo acceſſiſſet, ubi illa celebrabantur, ab Agave matre temulentia & furore percita, interemptus eſt, unde à luctu ſortitus eſt nomen: nam πένθος ſignificat luctum. Pagus autem ex quo Pentheus deductus, & diſcerptus fuit Scolus appellatur in ora Aſopia ſub Cithærone, auctor eſt Strabo. *Idem.*

166. *Laudata.*] Laudantur prius, quod rectè omnia fecerint, deinde dimittuntur. *Vet. Scholiaſt.*

169. *Hoſpitii.*] Hoc apud antiquos maxime obſervabatur, ut hoſpites tam recipiens quam receptus invicem donarentur, ut Virgilius Æneam apud Didonem, & alias apud Aceſtem inducit, quæ dona ξένια vocabantur, id eſt, hoſpitalia, ξένιος, hoſpitalis, unde Ζεὺς ξένιος, Juppiter hoſpitalis. *Laboris.*] Saltationum. *Maturant.*

170. *Legant.*] Capiant. *Idem.*

171. *Rudis.*] *Lycomedes*, Non cognoſcens cauſam donorum. *Idem.*

172. *Varium.*] Πολύτροπον Homerus; quod Horat. *duplicem* vertit:

Et curſum duplicis per mare Ulyſſei.

Varius hominem ambiguæ fidei & verſipellem deſignat. *Barthius.*

174. *Reſpondentia.*] Sonantia, quod pulſata reclament. *Maturant.*

176. *Arma.*] Quæ tamen propter Achillem poſita erant. *Idem.*

177. *At ferus Æacides.*] Bellorum, nam in his verſatus erat, unde ſanguis in eo cernebatur. *Idem.*

181. *Nuſ-*

Bellorum maculis, acclinem & conſpicit haſtam:
Infremuit, torſitque genas, & fronte relicta
Surrexere comæ. nuſquam mandata parentis,
Nuſquam occultus amor, totoque in pectore Troja eſt.
Ut leo, materno cum raptus ab ubere mores
Accepit, pectique jubas, hominemque vereri
Edidicit, nullaſque ruit niſi juſſus in iras:
Si ſemel adverſo radiavit lumine ferrum,
Ejurata fides, domitorque inimicus, in illum
Prima fames, timidoque pudet ſerviſſe magiſtro.
Ut vero acceſſit propius, luxque æmula vultum
Reddidit, & ſimilem tandem ſe vidit in auro,
Horruit, erubuitque ſimul. Tunc acer Ulyſſes
Admotus lateri ſummiſſa voce: quid hæres?
Scimus, ait, tu ſemiferi Chironis alumnus,
Tu cœli, pelagique nepos: te Dorica claſſis,
Te tua ſuſpenſis expectat Græcia ſignis.
Ipſaque jam dubiis nutant tibi Pergama muris.

Eja

181. *Nuſquam mandata parentis.*] Subaudi, ſunt, id eſt, mandata matris omnino obliviſcitur, quæ juſſerat eum habitu femineo illic deliteſcere. *Britannicus.*

182. *Nuſquam occultus amor.*] Non amplius (inquit) recordatur amoris ſecreti Deidamiæ ſuæ, ſed tota mens eſt circa bellum Ilienſe. *Idem.*

183. *Ut leo.*] Hac comparatione oſtendit, ita ad res bellicas Achillem excitari amorum aſpectu, ut leo jam manſuetus in cædem irritatur, ſi domitoris arma ſibi minantia aſpexit. *Idem.*

187. *It jurata fides.*] Si ad leonem referas, id eſt quam jure in domitorem ſervare debebat, ſi ad Achillem, quæ matri & Deidamiæ ſincere præſtanda fuit. *It.*] abit, & non præſtatur. *Idem.* *It jurata fides.*] Admiſimus è codice Puteano: *Ejurata fides*: quod tam eſt elegans ipſum, quam ineptum alterum. neque enim leo unquam juraverat, nec memini legiſſe: *it fides*: ut ſit, negligitur, abit, abjicitur. Nec juvat *juratam* dici *quaſi promiſſam*, ut interpretatur Scholiaſtes. Nuſpiam invenies *jurare* pro quocunque modo promittere, ſed promittere teſtibus & vindicibus diis advocatis. Sed *ejurare* dicimus & omne id, quod cum ante habuerimus & præ nobis tulerimus, abjicimus & omittimus. Ut *ejurare bonam copiam, liberos, parentes, patriam*: & ſic *fidem.* Gronov.

193. *Semiferi.*] Centauri. Nam corporis pars poſterior in equum deſinebat, anterior verò in hominem ſurgebat. *Britannicus.*

194. *Te Dorica claſſis.*] Huc reſpicit illud, quod ſuperius dictum eſt: *Omnis in abſentem belli manus ardet Achillem, Nomen Achillis amant, & in Hectora ſolus Achilles Poſcitur.* Idem.

195. *Suſpenſis ſignis.*] Dubiis, & incertis, quaſi quæ nihil audeat te abſente, vel *ſuſpenſis*, Nondum è ſuo loco motis, ad tantam expeditionem, ſed melior eſt prior ſententia. *Idem.*

Iii 197. *Sine.*]

Eja age, rumpe moras: ſine perfida palleat Ide,
Et juvet hæc audire patrem, pudeatque doloſam
Sic pro te timuiſſe Thetin. jam pectus amictu
Laxabat, cum grande tubâ, (ſic juſſus) Agyrtes
Inſonuit. fugiunt diſjectis undique donis,
Implorantque patrem, commotaque prælia credunt.
Illius intacta cecidere à pectore veſtes,
Jam clypeus, breviorque manu conſumitur haſta,
(Mira fides) Ithacumque humeris excedere viſus.
Ætolumque ducem: tantum ſubita arma, calorque
Martius, horrenda confundit luce penates.
Immaniſque gradu, ceu protinus Hectora poſcens
Stat medius trepidante domo. Pelëia virgo
Quæritur. aſt alia plangebat parte retectos
Deidamia dolos, cujus cum grandia primum
Lamenta, & notas accepit pectore voces,
Hæſit, & occulto virtus infracta calore eſt.
Dimittit clypeum, regiſque ad lumina verſus,
Attonitum fatis, inopinaque monſtra paventem,
Sicut erat, mediis Lycomedem affatur in armis:
Me tibi care pater (dubium dimitte timorem)

Me

197. *Sine.*] Permitte. *Palleat.*] Timeat, & revera. *Ida.*] Apud Trojam, alia apud Cretam. de Trojana intellige, Ide nominativus græcus ἴδη dicitur quemadmodum κρήτη Creta ἴδη, η in ι, & in α vertitur, Ide & Ida dicitur. *Perfida.*] Propter Paridem, qui hoſpitalia jura fregit, in raptu Helenæ. *Maturant.*

198. *Et juvet hæc audire patrem.*] Callidè illum incendit ad bellum, affirmans hoc fore jucundum patri. Nam excellentis animi filius ad præclaras virtutes, in gratiam patris, accendi ſolet. *Britann.*

201. *Fugiunt.*] Puellæ regiæ. *Idem.*

203. *Intactæ.*] Quaſi dicat, ſponte veſtes cecidêre, indignatæ tantam virtutem per eas turpiter occultari. *Maturantius.*

204. *Brevior.*] Reſpectu Thyrſi, qui longior eſt haſta bellica. *Conſumitur.*] Id eſt, ſumitur vel conſumitur tractando. *Idem.*

205. *Mira fides.*] Quaſi acclamatio eſt in ejus magnitudinem, qui ſumptis armis viſus ſit & Ulyſſe, & Diomede longe altior. *Britannicus.*

206. *Calor Martius.*] Furor, & armorum cupiditas. *Idem.*

207. *Confundit.*] Quod tanta erat lux, & adeo erat inflammatus ipſe, ut tota ipſius domus eſſet attonita præſentia, & viſus eſt jam major Ulyſſe & Diomede. *Maturant.*

217. *Me tibi care pater.*] Mira arte compoſita eſt oratio ad iram regis minuendam. Nam ea omnia proponit, quibus moleſtum eſſe non debet regi, ſi filia ab ſe compreſſa ſit cum ab diis originem ducat. Deinde puellam excuſat ab imbecillitate ſexus omnem

culpam

Me Thetis alma dedit. te pridem tanta manebat
Gloria. quæſitum Danais tu mittis Achillem.
Gratior & magno (ſi fas dixiſſe) parente,
Et dulci Chirone mihi. ſed corda parumper
Huc adverte libens, atque has bonus accipe voces.
Te Peleus nato ſocerum, & Thetis hoſpita jungunt,
Allegantque ſuos utroque à ſanguine divos.
Vnam virgineo natarum ex agmine poſcunt.
Daſne? an nos humiles tibi, degnereſque videmur?
Non renuis. junge ergo manus, & concipe fœdus,
Atque ignoſce tuis. tacito jam cognita furto
Deidamia mihi. quis enim his obſtare lacertis,
Quæ potuit noſtras poſſeſſa evadere flammas?
Me luere iſta jube: pono arma, & reddo Pelaſgis,
Et maneo. quid triſte fremis? quid lumina mutas?
Jam ſocer es. natum ante pedes projecit, & addit
Jam-

culpam in vires ſuas transferens. *Care pater.*] Patrem appellando, multum ponderis attulit ad mitigationem. *Dubium dimitte pavorem.*] Quaſi rex metueret, ne is non eſſet, quem ſibi Tethis ſervandum cum puellis ſuis tradiderat, ergo: *Dimitte pavorem.* Britannicus.

220. *Gratior.*] Tu gratior mihi ipſo Peleo patre & Chirone, hoc enim plurimum potuit lenire ejus iracundiam. *Id.* *Gratior, &c.*] Cur non audiam veterem, egregia emphaſi: *Gratior es magno?* Bernartius. *Parente.*] Peleo. *Fas dixiſſe.*] Quia à patre, eo quod eſſe habeamus, maxime omnium debemus. *Maturant.*

221. *Chirone.*] Qui fuit præceptor, qui loco patris habetur, unde Alexander ſolitus erat dicere ſe magis debere Ariſtoteli, quam Philippo, quod à patre éſſe tantum, à præceptore bene eſſe accepiſſet. *Idem.*

223. *Te Peleus nato ſocerum.*] Certifico te, quod volente Patre & matre mea tu ſocer mihi es, & ego ſum gener tibi. *Vet. Scholiaſt.*

224. *Utroque ex ſanguine.*] Nereum ſcilicet à ſanguine materno, Jovem verò à ſanguine paterno. *Britannicus.*

226. *Degenereſque videmur.*] Quaſi dicar, non videmur degeneres. *Idem.*

227. *Num renuis? Junge ergo.*] Male cohærent. etenim ſi renueret, nequaquam profecto dextram porrigeret natamque illi polliceretur. Nimirum invaſit hæc idem mendum, quod alibi quoque inoleviſſe alias notavimus, & ſcribendum: *Non renuis.* Silentium & habitum Lycomedis vultumque non averſum pro conſenſu accipit Achilles, eoque pignus ejus dextram flagitat. Neque accepit aliter Scholiaſtes: *n. re. ſerio legam vel interrogative. ſi non renuis. vel non re. tanquam Lycomedes dixiſſet: Achilles non renuo.* Gronovius.

229. *Quis his obſtare lacertis.*] Ab imbecillitate ſexus puellam excuſat, omnem in ſe culpam transferens. *Britannic.*

230. *Flammas.*] Amores & amplexus. *Idem.*

231. *Luere.*] Perſolvere, & pati. *Pono arma.*] Quaſi paratus ad dandas pœnas, nec in bellum prodibo. *Idem.*

 234. *Jam-*

Jamque avus. immitis quoties tractabitur enſis,
Turba ſumus. Tunc & Danai, per ſacra, fidemque
Hoſpitii, blanduſque precum compellat Vliſſes.
Ille, etſi cara comperta injuria nata,
Et Thetidis mandata movent, prodique veretur
Depoſitum tam grande deæ, tamen obvius ire
Tot metuit fatis, Argivaque bella morari.
Fac velit: ipſam illic matrem ſpreviſſet Achilles.
Ne tamen abnueret genero ſe jungere tali;
Vincitur. Arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniam nec protinus amens
Credit, & oppoſito genitorem placat Achille.
Mittitur Æmoniam, magni qui Pelea facti

Im-

234. *Jamque avus.*] Subaudi, à ſuperiore, es, quaſi qui hoc ſæpe cupiveris, ut ſuprà, *quando novus dabit hæc mihi turba nepotes.* Idem.

235. *Turba.*] Id eſt nos tres Achilles Deidamia & Pyrrhus, quaſi dicat, ſi ſumes arma contra nos, jam ſumus una turba contra te, ſed pueriliter, dicas ergo. immitis turba ſumus nos omnes, quotiens tractabitur enſis inter nos, quoniam ſumus juncti ſanguine, poſtquam ex nata tua filium ſuſcepi. *Maturantius.*

237. *Etſi cara comperta injuria natæ.*] Etſi (inquit) multa erant, quæ regi Lycomedi ſuadebant Achillem continendum eſſe domi, & quod filiæ vis illata ab eo jam cognita erat, & quod Thetis oraverat ne eum à ſe amitteret, tamen fatis adverſari non eſt auſus, quæ Achillem ad bellum deſtinaverant. Injuria comperta cognita, quæ poſtulabat ei ab uxore non eſſe diſcedendum. *Britannic.*

238. *Thetidis mandata*] Nam Lycomedi indixerat ne à ſe abire pateretur, ſed inter puellas ſuas aleret, ut lectum eſt ſuperius:

Intus ale, & ſimiles inter ſeclude puellas:
Littore præcipuè portuque arcere memento,
Vidiſti modo vela Phrygum.

Idem.

240. *Fatis.*] Nam Deorum voluntate hæc omnia tam mirifica accidere videbat. *Vet. Scholiaſt.*

241. *Fac velit.*] Occurrit, quæ poſſet fieri objectioni. Si (inquit) ipſa mater filium domi continuere voluiſſet, filius matris obedientiam abjeciſſet, quaſi dicat non mirum eſſe ſi à Lycomede retentus non ſit. *Fac velit.*] Subaudi retinere. *Ipſam.*] Emphaſim habet, quaſi quæ filio legitimâ quâdam ratione imperare poteſt. *Britannicus.*

242. *Abnueret genero ſe jungere tali.*] Quamvis injuria affectus videretur Lycomedes, non tamen talem generum repudiandum cenſebat. *Idem.*

243. *Vincitur.*] Æquior fit in Achillem. *Idem.* *Pudibunda.*] Peccantis naturam expreſſit. *Idem.*

244. *Veniam nec protinus amens Credit.*] Subaudi eſſe datam, & ideo placat patrem. *Idem.*

245. *Oppoſito Achille.*] Id eſt, Intercedente Achille, aut oppoſito id eſt objecto, quaſi in eum vim & culpam derivans. *Idem.*

246. *Mittitur Æmoniam.*] Deeſt ad, ut ſit ad Æmoniam, hoc eſt, Theſſaliam de qua ſuperius multa diximus. *Magni facti.*] Magnum factum appellat, & quod gener factus ſit regis Lycomedis, & ab univerſa Græcia in bellum poſcatur. *Idem.*

248. *Annos.*]

Impleat, & claſſem, comiteſque in prœlia poſcat.
Nec non & geminas regnator Scyrius alnos
Deducit genero vireſque excuſat Achivis.
Tunc epulis conſumpta dies, tandemque receptum
Fœdus, & intrepidos nox conſcia jungit amantes.
Illius ante oculos nova bella, & Xanthus, & Ide,
Argolicaque rates: atque hac jam cogitat undas,
Auroramque timet. cara cervice mariti
Fuſa novi, lachrymas jam ſolvit, & occupat artus.
Aſpiciamne iterum, meque hoc in pectore ponam
Æacide? rurſuſque tuos dignabere partus?
An tumidus, Teucroſque lares, & capta reportans
Pergama, virginea nolis meminiſſe latebræ?
Quid precer, heu, timeamve prius? quidve anxia mandem
Cui vix flere vacat? modo te nox una deditque,
Inviditque mihi. thalamis hac tempora noſtris?
Hicne eſt liber Hymen? ô dulcia furta, dolique,

O ti-

248. *Alnos.*] Modicas naves, armatis militibus inſtructas. Vid. *Scholiaſt.*

249. *Deducit.*]In pelagus duci & parari jubet. Virg. Georg. lib. 1.

—— *Quando armatas deducere claſſes*
Aut tempeſtivam ſilvis evertere pinum.

Barthius. Et notandum ex Britannico *Deducere.* Eſſe de terra in aquam ducere, ut *ſubducere* contra eſt de aqua in terram. Ut Virgil. *Deducunt ſocii naves.* Et alibi: *Subducite naves.*

250. *Conſumpta dies.*] Non quod tota die epulis incubuiſſent, ſed quod in occaſu ſolis cœnaſſent more majorum qui ita ſoliti ſunt in occaſu cœnare cum tantùm in die cibum ſemel ſumerent. *Receptum.*] Inter Achillem & Deidamiam. *Maturant.*

251. *Fœdus.*] Connubii. *Intrepidos.*] Tunc qui antea ſemper cum timore juncti fuerant. *Idem.*

252. *Illius.*] Decorum, tanquam fortem virum inducit Achillem cogitantem de armis & Troja, Deidamiam timentem adventum diei quo abiturus erat Achilles. *Idem.* *Xanthus.*] Fluvius eſt Troadis Simoenti junctus, qui in portum Achæorum influit. *Britannicus.*

254. *Auroram.*] Adventu ſequentis diei. *Idem.*

255. *Occupat artus.*] Complectitur. *Idem.*

257. *Partus.*] Pyrrhum, inviſeſne unquam filium, ſaltem ſi me inviſere nolueris? *Maturant.*

259. *Latebræ.*] Quod nolis unquam moi meminiſſe, apud quam more muliebri latueris, tanquam hoc ducas tibi dedecori. *Idem.*

262. *Thalamis noſtris.*] Id eſt matrimonio noſtro. Nam Thalamus proprie dicitur novæ nuptæ cubiculum. *Britann.*

263. *Hic ne eſt liber Hymen.*] Quaſi dicat matrimonium quidem liberum nobis non eſt, cum non liceat nobis frui eo. Nam Hymen ſive Hymeneus apud antiquos nuptiarum deus habebatur, iſque in nuptiis invocabatur. Ovidius:
Affuit, & ſertis tempora vinctus Hymen.
O dulcia furta.] Acclamatio poëtæ, quaſi qui miſereatur amoris puellæ. *Dulcia furta.*] Dulces concubitus. *Idem.*

O timor! eripitur miſera permiſſus Achilles.
I, (neque enim tantos auſim revocare paratus)
I, cautus, nec vana Thetim timuiſſe memento.
I felix, noſterque redi: nimis improba poſco.
Iam te ſpectabunt lachrymis, planctuque decoræ
Troades, optabuntque tuis dare colla lacertis,
Et patriam penſare toris. aut ipſa platebit
Tyndaris, inceſta nimium laudata rapina.
Aſt ego vel primæ puerilis fabula culpæ
Narrabor famulis, aut diſſimulata latebo.
Quin age duc comitem: cur non ego Martia tecum
Signa feram? tu penſa manu, Bacchæaque mecum
Sacra, quod infelix non credet Troja, tuliſti.
Attamen huc, quem mœſta mihi ſolatia linquis,
Hunc ſaltem ſub corde tene. & concede precanti
Hoc ſolum, pariat ne quid tibi barbara conjux,
Ne qua det indignos Thetidi captiva nepotes.
Talia dicentem non ipſe immotus Achilles

Sola-

264. *O timor.*] Miſeretur timoris puellæ, quæ metuebat ne Achilles in bellum prodiret. *Idem.* *Eripitur miſera promiſſus Achilles.*] Si non habuiſſet eum antea, recte diceretur *promiſſus* maritus. Sed cum jamdudum contra vetitum & furtim eum habuerit, ſcribendum: *permiſſus.* Poſtquam ſancte & juſte illo frui conceſſum eſt. *Gronovius.*

266. *Timuiſſe memento.*] Nam de ſalute filii matrem fuiſſe anxiam teſtatus eſt poëta ſuperius.

Namque modo inſenſos utero mihi contuor enſes,
Nunc planctu livere manus modo in ubera ſævas
Ire feras. Britann.

267. *Improba.*] Inſanabilia. Morem ac decus muliebre optimè ſervat, quaſi dicat, ſcio quod peto nimis magna, quoniam videbunt te illæ Trojanæ, & cupient; & tu, facies poteſtatem tui. unde nimis improba poſco, cum velim te reverti meum. *Maturant.*

268. *Lacrymis decoræ.*] Quæ pulchriorem faciunt mulierem, lachrymæ fecere decorem. *Idem.*

270. *Penſare patriam thoris.*] Id eſt compenſare, & rependere, id eſt non pigebit eas reliquiſſe patriam, modo matrimonio tibi jungantur. *Britann.*

271. *Tyndaris.*] Helena Tyndari filia. *Nimium laudata inceſta rapina.*] Aſtute eam in contemptum, & odium trahit, dicendo nimium laudatam turpi rapinâ & turpi ſcelere. *Idem.*

272. *Aſt ego tunc primæ.*] Senſus eſt. Tunc me mulieribus captivis narrabis, ut fabulam puerilem, id eſt dices me ſimplicitate quadam puellari à te primo concubitu compreſſam eſſe. *Idem.*

274. *Cur non ego Martia tecum.*] Occurrit Achilli qui dicere potuiſſet eam ad arma ferenda non eſſe aptam. Ait ergo, cur ego minus ad hæc apta ſum, quam tu fuiſti ad lanas, & alia officia muliebria. *Idem.*

277. *Mœſta ſolatia.*] Dicit hoc Pyrrhum

Solatur, juratque fidem; jurataque fletu
Spondet, & ingentes famulas, captumque reverſus
Ilion, & Phrygiæ promittit munera gazæ.
Irrita ventoſa rapiebant verba procellæ.
Exuit implicitum tenebris humentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorque coruſcæ
Lucis, adhuc hebetem vicina nocte levabat,
Et nondum excuſſo rorantem lampada ponto.
Et jam punicea nodatum pectora palla,
Inſignemque ipſis, quæ prima invaſerat armis
Æaciden (quippe aura vocat, cognataque ſuadent
Æquora) proſpectant cuncti, juvenemque, ducemque
Nil auſi meminiſſe, pavent. ſic omnia viſu
Mutatus rediit, ceu nunquam Scyria paſſus
Littora, Peliaco raptus deſcendat ab antro.
Tunc ex more deis (ita namque monebat Vlyſſes)
Æquo-

rhum Patri oſtentans. Ex illo Maronis ſolatiorum mentionem trahens; lib. IV.
—— *Si quis mihi parvulus aula*
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret
Non equidem omnino capta aut deſerta viderer. Barth.

282. *Fletu.*] Quaſi fletus ſpondeat, id eſt ſit fidejuſſor promiſſionis, nam cum juraret, & juramento accederent lachrymæ, hæ viſæ ſunt dare majorem fidem & robur juramento, ſpondere enim eſt pro alio promittere, ut fidejuſſores faciunt. *Maturant.*

285. *Rapiebant.*] Venti ferebant illa verba, nam habitura effectum non erant ea verba, cum moriturus Achilles eſſet in bello Trojano, unde reverti non poſſet. *Idem.*

286. *Exuit implicitum.*] Hac parte, Achillis navigatio ad Trojam continetur. More poëtarum adventum diei deſcribit, cum de nocte nulla ſit facta mentio. *Britannicus.*

288. *Hebetem lampada.*] Cauſam ſubjungit, quare hebetem, propter vicinitatem ſcilicet noctis. *Idem.*

289. *Nondum.*] Conjunge cum. *Excuſſo ponto.* Unde putatur oriri, opinione vulgari. *Idem.*

290. *Nodatum pectora palla.*] Emendatio à libris veteribus eſt. Vulg. *nudatum.* Bernartius:

291. *Prima.*] Nam antea apud Chironem nunquam arma geſtaverat, unde illa prima arma fuerant. *Maturantius.*

292. *Quippe.*] Ratio quare ita ſummo mane adeſſet Thalamo Achilles. *Cognata æquora.*] Et placidum erat mare & venti commode ſpirabant. *Scholiaſt. Vet. Et* Cognata, quaſi per Thetidis favorem ipſi obſecundarent. *Schol.*

294. *Nil auſi meminiſſe pavent.*] Membr. *meminiſſe palam.* Muſſaverint fortaſſis aliquid: nemo certe audebat de præteritis loqui ut exaudiretur. *Gronovius*

295. *Mutatus rediit.*] Ita (inquit) in conſpectum omnium venit omnibus mutatis, ceu nunquam illic fuiſſet, ſed ex Theſſalia eò veniſſet. *Nunquam paſſus.*] Habitando. *Britannicus.*

297. *Tunc ex more.*] Scilicet navigantium, qui diis marinis vino & extis taurinis

Æquoreis matrique litat, fluctuque ſub ipſo
Cœruleum regem tauro veneratur, avumque
Nerea, vittata genitrix placata juvenca eſt.
Hic ſpumante ſalo jaciens tumida exta profatur:
Paruimus genitrix, quamquam haud toleranda jubebas,
Paruimus nimium, bella ad Trojana, rateſque
Argolicas quæſitus eo. ſic orſus, & alno
Inſiluit, penituſque Noto ſtridente propinquis
Abripitur terris: jamque ardua creſcere nubes
Incipit, & Scyros longe decreſcere ponto.
Turre procul ſumma, lachrymis comitata ſororum,
Confeſſumque tenens, & habentem nomina Pyrrhum
Pendebat conjux, oculiſque in carbaſa fixis
Ibat, & ipſa fretum, & puppem jam ſola videbat.
Ille quoque obliquos dilecta ad mœnia vultus
Declinat, viduamque domum, gemituſque relictæ
Cogitat: occultus ſub corde renaſcitur ardor,

Dat-

ginis litant, Virg.

Dii quibus imperium Pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus, extaque ſalſos
Projiciam in fluctus, & vina liquentia fundam. Idem.

301. *Jaciens.*] Ita diis maris ſacrificabant jaciendo inteſtina in mare, ut apud Livium de Scipione procedente in Aphricam dum deis maris ſacrificat, exta in mare jacit. *Maturantius.*

304. *Quæſitus eo.*] Diſceſſum ſuum excuſat, ne matris obedientiam contempſiſſe videatur. *Quæſitus.*] Ab Ulyſſe & Diomede, ita univerſa Græcia jubente. *Sic orſus.*] Id eſt, finivit hoc loco loqui, aliàs incepit loqui, ut *Inde Thoro pater Æneas ſic orſus ab alto.* Britannicus.

306. *Nubes ardua incipit.*] Nam nebulæ crebrò in mari apparent, & oculis diſcedentium à littore rerum formam minorem reddunt, unde ait;

Et Scyros longe decreſcere Ponto. Idem.

307. *Et Scyros longe decreſcere ponto.*] Placet in ſcriptis: *longo decreſcere ponto.* Solet enim interdum Statius *longum* ponere pro lato aut longe diſtanti. Sic l. 5. *longo rapit arva morantia paſſu.* Lib. 10. *volucrum ſic turba recentum Cum reducem proſpexit in æthere matrem.* Gronov.

309. *Confeſſum.*] Paſſivè, quem jam confitebatur. *Pyrrhum.*] Ideo quia criſpos, & flavos capillos haberet, ita Græce πυῤῥὸς dicitur quaſi ruffus. Pyrrhus dictus quoque Neoptolemus, quod juvenis admodum ad bellum miſſus ſit, νέος, juvenis; πόλεμος, bellum. *Maturant.*

96. *Pendebat conjux.*] Ordo eſt. Conjunx pendebat è turre ſumma. Nam ea pendere dicuntur, quæ in aëre & loco ſublimi ſunt, unde & uvæ penſiles quæ domi ſuſpenſæ conſervantur, & horti penſiles, qui columnis fulti in aëre ſunt extructi. *Conjunx.*] Deidamia. *Britann.*

311. *Ibat & ipſa fretum.*] Id eſt, per fretum, puellæ immenſum erga maritum amorem ſignificavit, quæ oculis tam intentis navem intuebatur, ut & ipſa ſibi navigare videretur. *Idem.*

317. *Veſte-*

Datque locum virtus. ſenſit Laërtius heros
Mœrentem, & placidis aggreſſus flectere dictis;
Tene (inquit) magnæ vaſtator debite Trojæ,
Quem Danaæ claſſes, quem divûm oracula poſcunt,
Erectumque manet reſerato limine bellum,
Callida fœmineo genitrix velavit amictu?
Commiſitque ullis tam grandia furta latebris?
Speravitque fidem? nimis ô ſuſpenſa nimiſque,
Mater! an hæc virtus tacita torperet in umbra,
Quæ vix audito litui clangore, refugit
Et Thetin, & comites, & quos ſuppreſſerat ignes?
Nec noſtrum eſt quod in arma venis. ſequeriſque precantes,
Veniſſes ultro. quem talibus occupat heros
Æacides: longum eſt reſides exponere cauſas,
Maternumque nefas. hoc excuſabitur enſe
Scyros, & indecores, fatorum crimina cultus.

Tu

317. *Vaſtator debite.*] Mira calliditate virtutem ejus extollit, indignum eſſe oſtendens, tantum juvenem inter mulieres deſidere, ſicque animum ejus à memoria Deidamiæ revocans eum ad bellum inflammat. *Vaſtator debite.*] Deſtinate fatis, unde ſupra *unum illum Teucris Priamoque loquuntur fatalem.* Nam (ut diximus) Troja capi non poterat abſente Achille. *Idem.*

318. *Quem Danaum claſſes.*] Propter id. *Omnis in abſentem belli manus ardet Achillem.* Idem.

319. *Erectum.*] Jam ſuſcitatum, & ſuſceptum; *Manet.*]Expectat. *In limine reſerato.*] Ut ſi dicat ceteris jam paratis ad tantam rem. Reſpexit autem ad Romanorum conſuetudinem, qui indicto bello & ad hoſtes pergentes, portam ædis Jani reſerabant, neque poſtea niſi bello confecto claudebatur; unde eſt illud Virgil.

Claudentur belli portæ.

De hoc Suetonius, Servius, & Ovidius in faſtis ſuis. *Idem.*

320. *Fœmineo.*] Quaſi dicat, commiſit tantum ſcelus, quòd vellet ut tam fortis vir lateret, & hæc verba dat, ut avertat animum à mœrore concepto. *Maturr.*

321. *Ullis furta.*] Quòd ita magna latebra inveniretur, quæ te maximum caperet. FIDEM, quòd non manifeſtareris. *Grandia.*] Magna non poſſunt occultari. *Idem.*

322. *Suſpenſa.*] Tanquam tu non poſſes te defendere in bello. *Idem.*

325. *Suppreſſerat.*] Quos hactenus ipſum ſocerum & matrem ſuam celaverat; ad unum tubæ ſonitum propalavit. Tantæ erat virtutis. *Idem.*

326. *Nec noſtrum.*] Non aſcribimus nobis hanc gloriam, nec te nos tam puſillanimen credidimus, ut opus eſſet tibi perſuaderi. Si paulum commorati fuiſſemus, ultro te ad noſtrum exercitum contuliſſes. *Vet. Schol.*

329. *Excuſabitur Styros.*] Id eſt, nolo verbis, ſed enſe excuſare; non propter ignaviam, quæ acta ſunt in Scyro, acta eſſe. *Maturantius.*

330. *Fatorum crimina.*] Rejicit in fata, quòd ita voluerint eum latere, ſed (inquit) potius dic mihi cauſam ſuſce-

Tu potius dum lene fretum, Zephyriſque feruntur
Carbaſa, quæ Danais tanti primordia belli,
Ede, libet juſtas hinc ſumere protinus iras.
Hic Ithacus paulum reperito longius orſu:
Fertur in Hectoreâ (ſi talia credimus) orâ
Electus forma certamina ſolvere paſtor
Sollicitas tenuiſſe deas, nec torva Minervæ
Ora, nec ætherei ſociam rectoris, amico
Lumine, ſed ſolam nimium vidiſſe Dionen.
Atque adeo lis iſta tuis exorta ſub antris
Concilio ſuperum, dum Pelea dulce maritat
Pelion, & noſtris jam tunc promitteris armis.
Ira quatit victas: petit exitialia judex
Præmia. raptori faciles monſtrantur Amyclæ.
Ille Phrygas lucos, matris penetralia cædit
Turrigeræ, vetitaſque ſolo procumbere pinus

Præ-

pti belli, & primordia, ut ego juſtè iraſcar Trojanis. *Idem.*

335. *Fertur in Hectorea.*] Peleus cum Theridem uxorem duceret, ad nuptias omnes deos excepta diſcordia invitavit, quare indignata dea inter epulantes deos pomum aureum, in quo ſculptum erat, (*Formoſiſſimæ eſto.*) projecit. *Britannic.*

337. *Sollicitas tenuiſſe deas.*] Liber haud ſpernendus: *Sollicitas habuiſſe.* Cato in fr. *me ſollicitum atque exercitum habitum eſſe ac porro fore.* Plaut. Menæchmis: *Qui neque leges neque æquum bonum uſquam colunt, ſollicitos patronos habent.* Terent. Heaut. *Relevi dolia omnia, omnes ſerias. Omnes ſollicitos habui.* Gronovius. *Tenuiſſe deas.*] Nam in Ida monte Phrygiæ de dearum forma judicavit, ubi eas nudas coram videre voluit, unde Ovidius:

Et in altis vallibus Idæ
Tres tibi ſe nudas exhibuere deæ.

Britannicus.

339. *Dionem.*] Venerem: nam poëtæ Dionem pro Venere ſæpe poſuere, ut Ovidius in faſtis:

Hippolyte infelix, velles coluiſſe Dionem.

Verum Dione ut ſcribit Heſiodus; & Homerus ſentit, filia fuit Oceani; & Tethyos; quæ cum eſſet formoſiſſima à Jove dilecta, compreſſaque Venerem genuit. *Idem.*

340. *Adeo lis illa tuis.*] Hujus autem (inquit) diſcordiæ inter deas, cauſa orta eſt in nuptiis patris tui, ubi pomum aureum (ut dictum eſt) inter deas diſcumbentes, projectum fuit à diſcordia. *Idem.*

343. *Ira quatit victas.*] Junonem & Palladem, quæ tali judicio perturbatæ Trojanis ſemper infenſæ fuerunt. *Judex.*] Paris. *Idem.*

344. *Præmia exitialia.*] Id eſt Helenam, quæ Trojanis exitii cauſa fuit. *Amyclæ.*] Civitas eſt Laconiæ in regione mediterranea Caſtoris & Pollucis patria. Hoc autem loco poëta Amyclas à vicinitate dixit pro Sparta. *Idem.*

345. *Turrigeræ.*] Nam coronam turritam dicitur geſtare, & hujus fictionis talis eſt ratio. Cybele enim deûm mater curru vehi dicitur, quod ipſa eſt terra, quæ pendet in aëre. Suſtinetur autem rotis quia mundus rotatur, & volvitur. Et ei ſubjugantur leones, ut oſtendatur mater-

Præcipitat, terraſque freto delatus Achæas
Hoſpitis Atridæ (pudet heu, miſeretque potentis
Europæ) ſpoliat thalamos, Helenaque ſuperbus
Navigat, & captos ad Pergama devehit Argos.
Inde dato paſſim varias rumore per urbes,
Vndique inexciti ſibi quiſque, & ſponte coimus
Vltores. quis enim genialia fœdera rumpi
Capta dolis, facilique trahi connubia raptu,
Ceu pecus, armentumve, aut viles meſſis acervos
Perferat? hac & non fortes jactura moveret.
Non tulit inſidias divûm imperioſus Agenor,
Mugituſque ſacros, & magno numine vectam
Quæſiit Europen, aſpernatuſque Tonantem eſt
Ut generum. Raptam & Scythico de littore prolem

Non

maternam pietatem totum poſſe ſuperare. IdeoCorybantes ejus miniſtri cum ſtrictis gladiis eſſe finguntur, ut ſignificetur omnes pro terra ſua debere pugnare. Quod autem turritam geſtat coronam, oſtendit ſuperpoſitas terræ eſſe civitates, quæ turribus inſignitæ ſunt. *Servius in Virgilium.* Idem.

351. *Inde dato paſſim.*] Ordo eſt, & ſenſus: Nos inde, id eſt, ex tanta injuria undique exciti, id eſt, valdè commoti, coimus ultores. *Idem.*

352. *Quiſque ſibi.*] Nam unuſquiſque ſuâ intereſſe arbitrabatur, ulciſci tantum ſcelus. *Coimus.*] Congregamur, & conjungimur. *Idem.*

353. *Quis enim.*] Probatio eſt quare unuſquiſque debeat ad tantum facinus vindicandum properare. *Idem.*

356. *Hæc & non fortes jactura moveret.*] Quaſi dicat, fortis quidem ille non eſt cenſendus, qui tali injuriâ non moveatur. *Idem.*

357. *Non tulit.*] Ab exemplis nobilium regum ſuadet Paridem perſequendum eſſe, cùm & Agenor etiam Jovem omnium deorum, & hominum rectorem, perſecutus ſit. nam cùm Jupiter Europam Agenoris filiam in taurum verſus aſportaſſet: Cadmus à patre (ut ſuprà dictum eſt) ex Phœnicia ad inveſtigandam Europam ſororem miſſus eſt, eâ conditione, ut aut ſecum virginem duceret, aut in Phœniciam non rediret, qui cùm puellam non inveniret, in Bœotia, ædificatis Thebis deſedit. *Idem.*

360. *Et Scythico raptam.*] Non æquo inquit animo Æeta tulit Medeam ſuam abduci ab Argonautis, ſed eos ſtatim armis & claſſe inſectatus eſt: cum enim Jaſon Theſſalus Æſonis filius navi longâ extructâ cum quatuor & quinquaginta ſociis ad Colchos perveniſſet, indeque vellus aureum (quod in templo Martis aſſervabatur) abſtuliſſet beneficio Medeæ, quæ templum ingreſſa draconem pellis cuſtodiæ incubantem, ſemperque (ut ferunt fabulæ) vigilem, veneno peremit, Medeam ſecum duxit, patrem autem Æetam cognitâ re tradunt Argonautas inſecutum, plures juxta littus comperiſſe, & commiſsâ pugnâ Iphitum unum ex Argonautis Euryſtei filium occidiſſe, poſtremo adauctâ utrinque cæde Æetam regem à Meleagro interemptum eſſe. *Prolem.*] Medeam, quam ei & Circem & Calcyopen & Abſyrtum ſive alio nomine Ægileum peperit Hecate uxor. *Idem.*

363. *Semi-*

Non tulit Æetes, ferroque & claſſe ſecutus
Semideos reges, & ituram in ſidera puppim.
Nos Phryga ſemivirum, portus, & littora circum
Argolica, inceſta volitantem puppe feremus?
Uſqueadeo nuſquam arma & equi, fretaque invia Grajis?
Quid ſi nunc aliquis patriis rapturus ob oris
Deidamian eat, viduaque à ſede revellat
Attonitam, & magni clamantem nomen Achillis?
Illius ad capulum rediit manus, & ſimul ingens
Impulit ora rubor. tacuit contentus Vlyſſes,
Excipit Oenides: quin ô diguiſſima cœli
Progenies, rituſque tuos, elementaque prima
Indolis, & valida mox accedente juventa,
Quæ ſolitus laudum tibi ſemina pandere Chiron,
Virtutiſque aditus, quas membra augere per artes,
Quas animum, ſociis, multumque faventibus ede,
Sit pretium longas penitus quæſiſſe per undas
Scyron, & his armis primum intendiſſe lacertos.
Quem pigeat ſua facta loqui? tamen ille modeſte
Inchoat, ambiguus paulum, propiorque coacto:

Di-

363. *Semivirum.*] Qui nunquam niſi forma muliebri laudatus eſt: & arguit à majori, ſi illi barbari, dei & ſemideûm rapinam poni non voluerunt. Nos Græci patiemur rapinam cujuſdam ſemiviri. *Maturantius.*

366. *Quid ſi nunc aliquis.*] Aſtute ei proponit raptum uxoris ſuæ. Quid (inquit) ageres, ſi quis Deidamiam tibi rapiat? quaſi dicat nunquid ferendum eſt tantam injuriam illatam eſſe regi? Sicque ejus animum incendit ad tale ſcelus ulciſcendum. *Britannicus.*

374. *Quæ ſolitus.*] Subaudi, ſit, ordo autem eſt, ede ritus tuos & ſemina laudum, quæ Chiron ſolitus ſit tibi pandere. *Semina laudum.*] Principia ad laudes aſſequendas. *Idem.*

377. *Sit precium.*] Si inquit hæc nobis narraveris, id loco præmii putabimus pro labore, quem tulimus dum quærimus te. *Idem.*

378. *His armis primum intendiſſe lacertos.*] Malim *hos*: dein forte non adſpernabile quod in MS. *primum veſtiſſe lacertos.* Solet alioqui uti pro induere, tegere. Ut lib. 3. *clypeum veſtiſſe juvenco.* Lib. 6. *hunſta veſtitur arena.* Lib. 12. *thyrſos hederis veſtiſtis.* Claudianus 2. in Ruf. *Par veſtitus equis ferrata fronte minantur, Ferratoſque levant ſecuri vulneris armos.* Gruteri tres codices, *tendiſſe.* Gronovius.

379. *Quem pigeat ſua facta loqui.*] Antipophora eſt, quaſi ille dixerit, turpe eſt homini ſua facta narrare, & hic reſpondeat, neminem gravari debere ſua geſta commemorare, legendum eſt cum interrogatione. *Tunc ille modeſte.*] Bene inquit modeſtè, nam arroganter de ſe ipſo prædicare, vicioſum eſt. *Britann.*

380. *Propiorque coacto.*] Quaſi ſimilis homini coacto, & qui invitus loquatur. *Idem.*

381. *Et-*

Dicor, & in teneris, & adhuc creſcentibus annis,
Theſſalus ut rigido ſenior me monte recepit,
Non ullas ex more dapes habuiſſe, nec almis
Vberibus ſatiaſſe famen, ſed ſpiſſa leonum
Viſcera, ſemianimeſque libens traxiſſe medullas.
Hæc mihi prima Ceres, hæc læti munera Bacchi,
Sic dabat ille pater. mox ire per avia ſecum
Luſtra gradu majore trahens, viſiſque docebat
Arridere feris, nec fracta ruentibus undis
Saxa, nec ad vaſtæ trepidare ſilentia ſilvæ.
Iam tunc haſta manu, jam tunc cervice pharetra,
Et ferri properatus amor, durataque multo
Sole, geluque cutis. tenero nec flexa cubili
Membra, ſed ingenti ſaxum commune magiſtro.
Vix mihi biſſenos annorum torſerat orbes
Vita rudis, volucres cum jam prævertere cervos,
Et Lapithas cogebat equo, præmiſſaque curſu
Tela ſequi, ſæpe ipſe gradu me præpete Chiron.
Dum velox ætas, campis admiſſus agebat
Omnibus, exhauſtumque vago per gramina paſſu
Laudabat gaudens, atque in ſua colla levabat.

Sæpe

381. *Et adhuc creſcentibus annis.*] Quaſi non nunc quoque creſcerent. Scholiaſtes & duo MSS. Gruteri, *reſtantibus.* Unde ille haud invita, ut videtur, Minerva: *& adhuc reptantibus annis.* Claudianus 2. in Ruf. *teneroque annis reptatus Achilles.* In quartum Honorii Conſ. *Cretaque ſe jactat tenere reptata Tonanti.* Gronov.

382. *Theſſalus.*] Id eſt Chiron. *Britannicus.*

384. *Sed ſpiſſa leonum viſcera.*] Pueritia (inquit) mea carnibus leoninis paſcebatur, nam viſcera carnes ſignificare oſtendit, Virgil.

Et viſcera nudant.

Spiſſa.] Naturam carnis reſpexit, quæ dura eſt, & ſpiſſa in leone. *Idem.*

396. *Prævertere cervos.*] Maronianum hoc lib. XII.

Vel conferre pedem, vel equo prævertere ventos.

Sil. Italic. lib. VIII.

— Campi per aperta volantem
Ipſe pedes prævertit equum. —

Barthius.

398. *Gradu prepete.*] Id eſt veloci.

399. *Admiſſus.*] Ad curſum concitus. Nam admiſſos equos dicimus currentes. Ovidius:

Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.

Britann.

399. *Agebat me.*] Inſequebatur me. *Idem.*

400. *Omnibus campis.*] Per omnes campos, ut ad labores me firmaret. *Idem.*

401. *Levabat.*] Tanquam bajularet eum feſſum, donec vires reciperet. *Maturantius.*

402. *Primo*

Sæpe etiam primo fluvii torpore jubebat
Ire ſuper, glaciemque levi non frangere planta.
Hoc puerile decus. quid nunc tibi prælia dicam
Silvarum? & vacuos ſævo jam murmure ſaltus?
Nunquam ille imbelles Oſſæa per avia lynces
Sectari, aut timidos paſſus me cuſpide damas
Sternere, ſed triſtes turbare cubilibus urſas,
Fulmineoſque ſues, & ſicubi maxima tigris.
Aut ſeducta jugis fœta ſpelunca leæna.
Ipſe ſedens vaſto facta expectabat ab antro.
Si ſparſus magno remearem ſanguine, nec me
Ante niſi inſpectis admiſit ad oſcula telis.
Iamque & ad enſiferos vicina pube tumultus
Aptabar, nec me ulla feri Mavortis imago
Præteriit. didici quo Pæones arma rotatu,
Quo Macetæ ſua geſa citent, quo turbine caſtum

Sau-

402. *Primo torpore.*] Id eſt, dum inciperet congelari, non expectans quòd nimis duraretur glacies. *Idem.*

405. *Vacuos.*] Quia feras omnes ego interfecerim, quæ aſperiores ſunt, ideo dicit, *ſævo murmure*, ut leonum. Nam murmura parvorum animalium reſtabant. *Idem.*

406. *Nunquam ille imbelles.*] Nunquam (inquit) voluit me feras imbelles, & timidas perſequi, ſed ſævas, & immanes tantum. *Avia Oſſæa.*] Id eſt Avia Oſſæ montis Theſſaliæ. *Lynces.*] Animal eſt timidum Baccho dicatum, hoc India mittit. Ejus animalis urinam redditam Plinius ait glaciari in gemmas carbunculis ſimiles, unde Ovidius;

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho
E quibus (ut memorant) quicquid veſica remiſit,
Vertitur in lapides & congelat aëre tacto.

Britann.

409. *Sues fulmineos.*] Appellant poëtæ fulmineos ſues quod more fulminis obvios irati proſternant. Martial.

Fulmineo ſpumantis apri ſum dente perempta.

Tigris.] Animal eſt truculentum & velociſſimum, quo, & India & Hyrcania abundat ejuſdem nominis eſt etiam fluvius Armeniæ. *Idem.*

415. *Nec me ulla feri Mavortis imago fugit.*] Tractandorum inquit armorum nulla me meditatio fugit. *Nulla imago.*] Nullum pugnæ ſimulacrum. *Idem.*

416. *Pæones.*] Populi ſunt Macedoniæ, qui uſque ad Strymonem fluvium Thraciæ extenduntur. *Idem.*

417. *Quo Macedæ.*] Macedas appellat Macedones, quemadmodum & ſuperius, *nec Macedum gens dura placet*, pro Macedonum, & hoc neceſſitate carminis, nam Macedones carmen non recipit heroicum propter tres ſyllabas breves. *Idem.* *Quo Magete ſua gæſa.*] Vetus *Maſetæ.* Præſto legendum Macetæ, id eſt, Macedones. adi nobiliſſimi à ſe & majoribus, Joſ. Scaligeri ad Auſonium lectiones libro 1. cap. 11. *Bernartius.* *Quo turbine cæſtum.*] Scaliger, *ceſtrum.* Lipſius dubitare ait, *contum*, an *reſtim*: ſed magis placere poſterius. At *contum*

& nos

Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus
Tenderet, & flexæ Balearicus actor habenæ
Quo ſuſpenſa trahens libraret vulnera tortu,
Incluſum quoties diſtringeret aëra gyro.
Vix memorem cunctos (etſi modo geſſimus) actus.
Nunc docet ingenti ſaltu me jungere foſſas,
Nunc caput aërii ſcandentem prendere montis
Quo fugitur per plana gradu: ſimulachraque pugnæ
Excipere immiſſos curvato umbone molares,
Ardenteſque intrare caſas peditemque volantes
Siſtere quadrijugos. memini, rapidiſſimus ibat
Imbribus aſſiduis paſtus, nivibuſque ſolutis
Sperchios, vulſaſque trabes, & ſaxa ferebat

Cum

& nos in ſcripto & in binis reperit Gruterus, nec aliter Maturantius & Britannicus legerunt. Silius lib. 15. *Suſtentata genu per campum pondera conti Sarmatici prona adverſos urgebat in hoſtes.* Quod an emendandum ſit, ne dubitare quidem debebat elegantiſſimus Opitius. Valerius Flaccus lib. 5. *& ingentis frenator Sarmata conti.* Tacitus lib. 6. ann. *Sarmatæ omiſſo arcu, quo propius valent, contis gladiiſque ruerent.* Et mox: *neque conti neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt, uſui.* Claudianus etiam de Romano milite in 3. conſ. Honorii: *pars cominus horrida contis.* In quarto: *quis tendere contum Acrior?* Nec vero τὸ *turbine* non congruit *conto*. Eſt enim Virgilii lib. 11. Æneid. *quo turbine torqueat haſtam.* Silius lib. 4. *Sic ait, intorquens directo turbine robur.* Conſul puta Gracchus. Cæſtibus in præliis uſos non modo miramur, ſed nullam etiam gentem uſam fuiſſe ſcimus. *Gronov.*

419. *Baleares.*] Inſulæ Hiſpaniæ Majorica, & Minorica, in quibus uſus fundæ fuit, unde nomen cæpit. βάλλω enim jacio ſignificat. *Maturantius.*

420. *Suſpenſa.*] Ante jactum. *Libraret.*] In aëre. *Idem.*

421. *Gyro.*] Graphicè deſcribit jactum fundæ, nam circunvolvuntur habenæ, & cauſatur circulus, unde videtur aër dividi in gyrum. *Idem.*

422. *Vix memorem cunctos actus.*] Longum (inquit) eſſet omnem tractandorum armorum rationem explicare. *Jungere foſſas*] Tunc foſſæ dicuntur jungi ſaltu, cum ab altera parte ad alteram tranſilitur. *Britannicus.*

425. *Simulacraque pugnæ.*] Ordo eſt, docet me excipere molares umbone. *Simulacra pugnæ.*] Id eſt, quæ ſunt imagines veræ pugnæ, nam ſic tirones per ſimulatas pugnas erudiuntur ad vera certamina. *Idem.*

426. *Molares.*] Lapides dicuntur majores, Ovidius:

——— *dextrâque molarem*
Suſtulit, & magnum magno conamine miſit.

Molaris item capitur pro dente, quo cibus conficitur, Juvenalis.

——— *interque molares*
Difficili creſcente cibo. Idem.

327. *Peditem.*] Id eſt, me peditem docet equis currentibus præcurrere, & remorari. *Idem.*

428. *Quadrijuges.*] Dicuntur equi quod quaterni curribus ſunt ſubjecti, bijuges verò quod bini. *Idem.*

430. *Sperchius.*] Fluvius Theſſaliæ. *Idem.*

431. *Refere-*

Cum me ille immiſſum, qua ſævior impetus undæ,
Stare jubet contra, tumidoſque repellere fluctus.
Quos vix ipſe gradu toties obſtante tuliſſet.
Stabam equidem, nec me referebat concitus amnis.
Et latæ caligo viæ. ferus ille minari
Deſuper incumbens, verbiſque urgere pudorem.
Nec niſi juſſus abii, ſic me ſublimis agebat
Gloria, nec duri tanto ſub teſte labores.
Nam procul Oebalios in nubila condere diſcos
Et liquidam nodare Palen, & ſpargere cæſtus

Lu-

434. *Referebat.*] Retro ferebat. *Idem.*

435. *Et latæ caligo viæ.*] Subaudi erat id eſt, profunditas aquæ immenſa quidem erat, & quæ timorem ingenerare poſſet. Nam *Latæ viæ.* Intelligit lati fluminis, ſicque occurrit iis qui dicere potuiſſent aquas profundas non fuiſſe. *Minari.*] Pro minabatur, quo ſermonis genere hiſtoriographi ſæpe utuntur. *Idem.*

436. *Urgere pudorem.*]Verbis (inquit) me accuſabat, & me veluti tremebundum verbis juvabat. *Pudorem*] Id eſt me ipſum,in quo erat pudor & verecundia, ne ea non obirem quæ imperaret. *Idem.*

437. *Sic me ſublimis agebat gloria.*] Ita (inquit) laudibus, & gloria incendebar. *Idem.*

439. *Oebalios.*] Laconicos. Diſcum autem Laconicum ob id appellat, quod is ludus infamis ſit factus cæde Hyacinthi, id eſt, Laconici, qui dum diſco cum Apolline amatore ſuo certaret interfectus eſt, unde eſt illud Ovidii:

Laberis Oebalide prima fraudate juventa,.
Phœbus ait. ———

Nam Oebalia appellata eſt Laconia ab Oebalo rege Arguli filio. *Condere in nubila.*] In palæſtorio diſcus erat, in quo jactando is commendabatur qui in aërem altiùs miſiſſet, erat enim lapis gravis, & latus qui ad exercitationem corporis in auras mittebatur, qui jaculabantur oleo perfundebantur. Ovidius:

Corpora veſte levant, & ſucco pinguis olivæ
Splendeſcunt, latique ineunt certamina diſci.

Idem.

440. *Et liquidam nodare palen.*] In gymnaſio palæſtritæ exercebantur nudo & uncto corpore, ut ad bellicos labores & tumultus eſſent promptiores, quam exercitationem Græci πάλην ſive παλαίστραν vocavêre, Latini verò luctam, qualis autem eſſet ludus, Plutarchus loquens de Alcibiade nos monet his verbis: *cùm aliquando in palæſtra cum puero quondam luctaretur, jamque adverſarius eum ad terram deprimeret, volens Alcibiades ignominiam vitare, manum illius dentibus apprehendit.* Idem. *Pales.*]Gen. is Dea paſtorum. *Nunc te magna pales.* In tertio Georgicorum. Pale, pales, pro palæſtra ponitur. ἡ πάλη τῆς πάλης dicitur. *Liquidam.*] Quia in palæſtris ungebantur nudati, unde ludi gymnici appellati ſunt, & gymnas, ipſa palæſtra dicitur, quòd nudos haberet. γυμνὸς enim nudus à Græculis dicitur. In Arabia olea dotatur lacryma, quæ medicamentum conficitur à Græcis enhæmon dictum ſingulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. Plinius XII. cap. XVII, *Cæſtus.*] A cædendo. Ludus in quo ludentes manicas corii inducbant, & juxta ma-

Ludus erat, requieſque mihi. nec major in iſtis
Sudor, Apollineo quam fila ſonantia plectro
Cum quaterem, priſcoſque virûm mirarer honores.
Quin etiam ſuccos, atque auxiliantia morbis
Gramina, quo nimius ſtaret medicamine ſanguis,
Quid faciat ſomnos, quid hiantia vulnera claudat,
Quæ ferro cohibenda lues, quæ cederet herbis
Edocuit, monituſque ſacræ ſub pectore fixit
Juſtitiæ, qua Peliacis dare jura verenda
Gentibus, atque ſuos ſolitus pacare bimembres.

Hacte-

ta manum plumbeas pilas habebant, quibus invicem cædebantur uſque ad necem. interdum & cæſtus cæſti dicitur, hoc ceſtum ſine æ cingulum eſt Veneris, unde Homerus *κέστον ἱμάντα* appellat *ἱμὰς ἱμάντος* cingulum ſignificat. *Maturantius.*

441. *Ludus & requies.*] in his ludis alii maximè laborant, ſed ego ut ludum, & requiem hos exercebam. *Idem.*

442. *Sudor.*] Non magis laborabam in his ludis quam pulſando citharam. *Idem.* *Apollineo.*] Quo primum uſum fuiſſe conſtat Apollinem, nam (ut fabulæ tradunt) cùm Mercurius lyram feciſſet in Cyllene monte Arcadiæ, deinde poſtea Apollinis boves abegiſſet, deprehenſus ab eo, quo ſibi faciliùs ignoſceret petenti Apollini, ut liceret dicere ſe inveniſſe lyram, conceſſit, & ab eo virgulam quandam muneri accepit, quam caduceum appellant. Ait ergo poëta, *Plectro Apollineo*, cujus inventorem ſe voluit vocari. *Mirarer.*]Cum admiratione celebrarem laudes veterum virorum. *Britannicus.*

444. *Quin etiam.*] Ponit quomodo didicit medicinam à Chirone qui fertur unus de inventoribus medicinæ, quidam volunt ideo nuncupatum Centaurum quia medicinam ad hominem & ad equum pertinentem invenerit, & nuper inventus eſt liber, qui Chiron de medicina equorum inſcribitur. *Maturantius*

445. *Staret.*]Effluens ſanguis ſiſteretur. *Idem.*

446. *Somnos.*] Ut papaver, quando ægroti non poſſunt dormire. *Idem.*

447. *Quæ ferro cohibenda lues.*] Utrum quæ vulnera ferro ſint recidenda, an (quod magis placet) quæ vulnera ferro ſanentur, ut de ærugine intelligamus ferri, quam ab Achille inventam fuiſſe diximus utiliſſimam emplaſtris, ut ſit, *ferro*, id eſt rubigine ferri in vulnus infuſa. *Cohibenda.*] Id eſt, coërcenda, & reprimenda, ne ulteriùs ſerpat ulcus. *Quæ cederet herbis.*] Quæ vulnera herbis curarentur. Nam (ut dictum eſt) alia vulnera ferro, alia herbis ſanantur. *Idem.*

449. *Juſtitiæ.*] Nam Homerus Chironem *δικαιότατον κενταύρων* vocat, id eſt, juſtiſſimum Centaurorum. Et dicto per quas artes Chiron auxiſſet membra, nunc ponit quomodo auxit animum, at Diomedes petiit ſuprà: *quas membra augere per artes, Quas animum. Peliacis gentibus.*] Quæ in Pelio monte erant, quas Chiron regebat. *Maturantius. Peliacis.*] Theſſalis. Nam Pelion mons eſt (ut ſæpe diximus) Theſſaliæ, ubi ſedes fuit Chironis, natus ibi ex Saturno & Philyra filia Oceani in equam converſa à Saturno, quod ideo fecit ne deprehenderetur ab Ope uxore adventante, unde eſt illud Virgilii, *Philyrides Chiron.* Britannicus.

450. *Suos.*] Id eſt, ſibi ſubjectos, nam inter Centauros populos Theſſaliæ principatum obtinuit navigavitque cum Argonautis. *Idem.*

Hactenus annorum comites elementa meorum
Et memini, & meminiſſe juvat. ſcit cætera Mater.

451. *Comites.*] Vocativus eſt caſus. *Idem.*

452. *Meminiſſe juvat.*] Cætera enim non juvat commemorare, cum exiſtimationem meam quodammodo lædant. Si ſcire volueritis, commemorabit vobis mater, cujus juſſibus obſequi me ætas cogit. *Vet. Scholiaſt.* Verſus qui in aliquibus exempl. additur:

(Aura ſilet; puppis currens ad littora venit.)

perfidæ temeritatis alicujus aſini eſt, opus abſolutum indicare volentis & pridem à doctis exploſus. Inſanit auctor ejus, opus autumans à Papinio ſic pro perfecto editum, in qua ſtultiſſima perſuaſione fuit & Johannes Britannicus. *Barthius.*

FINIS.

A01 465368

INDEX

INDEX
* Rerum, Phraſium & Verborum memorabilium.

Literæ *a*, primam, *b* alteram paginæ columnam deſignant.

A.

ABa, oppidum Phocidis. 219.a
Abas, Acryſii pater. 438.a
Abas, bellator. 336.a
Abantia unde appellata. 219.a
Abruptæ ſpei. 714.b
Abruptè, pro *præciſe, & ſine limitatione.* ibid.
Abſciſſum æquor animantibus. 144.a
Abſilire. 707.a.731.b
Abydenus juvenis, pro *Leandro.* 27.a
Abydos, oppidum. 27.a
Acanthus, herba. 130.a
Accæ duæ fuerunt. 83.a
Accidere ad aures, vox vel ſonitus dicitur. 652.b
Acclinis, pro *acclinatus.* 253.a
Acharnæ, locus in quo primum Dionyſia & inventa & celebrata dicuntur. 796.a
Achæmene, Parthorum, ſeu Medorum civitas. 621.b
Achelous amnis. 308.a.417.a.553.b.
ejus cum Hercule certamen. 417.a
Acheron, fluv. lacrymas pro undis habet. 434.a
Achilles Muſicus fuit. 112.b
Achilles parvulus à matre in Stygia palude lotus. 828.843.a
Acriſius, rex Argivorum. 336.a
Acrocorinthus, mons. 566.b
Acropolis, arx Athenarum. 796.b
Acta, littus. 135.a
Actaa, regio Attica. 439.a
Actæus imber. ibid.
Actæonis fabula. 381.b
Aderrare. 652.b
Adhoc, pro *præterea.* 455.a
Adjuncta, pro *adjungenda.* 295.a
Admeti & Alceſtidis fabula. 237.b
Admetus, rex Moloſſorum. 160.b
Admiſſi equi. 877.b
Admonere. 245.b
Adorare, pro *compellare & ſalutare.* 126.b
Adorea. 66.b
Adraſti equus fatidicus. 754.b
Adraſtus, Talai & Eurynomes filius. 465.a
Adſciſcere. 10.b.11.a
Adſerere. 11.a
in Adverſum creſcere. 545.a
Advivere. 786.b
Æacus immenſis urnam quatit umbris. 91.a
Ædes, ſacra erat: Baſilica vero profana. 11.b
Æchion. 533.a
Ægææ hiemes. 241.a
Ægæi fabula. 394.a
Ægæonis fabula. 824.b
Ægæum mare unde ſic dictum. 394.a.467.a.811.a
Ægina, Aſopi fluv. filia, à Jove in aquilam mutato vitiata. 586.b.601.a
Ægis quid. 843.b.844.a
Ægium, oppidum. 145.a.415.b
Ægon, promontorium Lemni. 469.b
Ægyptiorum dii, eorumque vana ſuperſtitio. 148 a
Ægyptiorum odium inter ſe ob diverſitatem deorum. 147.b
Ægyſthus, Clytemneſtræ adulter, Agamemnonis parricida. 321.b
Æmathii manes. 148.b
Æmon, Creontis filius. 721.b
Ænaria, inſula. 176.b
Æoliæ inſulæ, Vulcani officina. 293.b
Æpy, oppidum Meſſenæ. 421.b
Æpytus, unus è comitibus Amphionis. 708.b
Æquor Latinis ſcriptoribus quidquid planum eſt. 725 a

Aër, pro fulgore. 43.b
Æs Corinthium. 96.a
Æs & ferrum qui primùm fabricati fuerint. 209.b
Æs ubi primum repertum. 219.a
Æs primus ſignavit rex Servius. 156.a
Æſculapius ubi natus. 392.a. è Coronidis mortuæ utero exſectus. 398.a
Æſculapius cur à Jove fulmine occiſus fingatur. 54.b.529.a
Æſculapii in anguem verſi fabula. 164.a
Æſtuare annum Piſæum. 42.a
Ætas ſua. 242.a
Æthiopes duplices, Occidentales, & Orientales. 692.a
Æthiopes, homines juſtiſſimi. 488.b
Æthon, unus ex equis Solis. 268.a
Ætnæ nymphæ, à Jove compreſſa, fabula. 774.b
Ætolus, Tydei equus. 657.b
Africa ſemper aliquid novi affert, proverb. 110.a
Agalia inſula. 368.b
Ἄγαλμα. 226.a
Ἀγαλματοφορεῖν. ibid.
Agave filium furens occidit. 447.a
Agenoreæ arces. 347.b
Ager Formianus. 47.b. Tarquinienſis. 241.a Tuſculanus. 47.a
Agere ſe. 655.a
Agger Milvius. 88.b
Agnæ ſuccidua. 584.b
Agon Archemori apii corona celebrabatur. 506.a
Agon Pythius in honorem Apollinis inſtitutus. 565.b
Agon gymnicus ubi primum inventus. 264.b
Agon Jovis Olympici. 543.b
Agon Iſthmiacus. 566.a
Agones, ſacerdotes. 440.a
Ajaces duo fuere. 844.b
Αἰθεροβατεῖν. 35.b
Albula, ſeu Albulæ, flumen. 43.b
Alcæus Mytilenæus, poeta lyricus. 213.b
Alceſtis, Admeti regis uxor. 160.a. pro marito ſeſe morti obtulit. 529.b. ab Hercule Orco revocata. 226.b
Alcinoi dapes. 183.a. horti. 47.a
Alcmæon, Epigonorum dux. 406.a
Alcmæon, in furorem converſus. 342.b
Alcman, poëta lyricus. 213.b. quando claruerit. 260.a
Alex. Minervæ templum. 429
Aleus, Aphidantis filius, Arcadiæ rex. ib.
Ales, fœmin. genere, malum, maſculino, bonum augurium portendit. 373.b
Ales Phœbeius, pro Corvo. 107.a
Alexander Jovis Ammonis filium ſeſe dicebat. 123.b. ad Babylonem primo ſepultus. 124.a
Alexandrinum opus, Marmorationis genus. 62.b
Alpheus fluvius. 34.b.297.a.426.b
Alta dextra. 236.a
Altaria unde dicta. 439.b
Alterna ripa. 41.b
Alternum pedem facere. 21.a. frangere. ibid.
Alternus. 753.a,b. pro alternatim, vel alternis. 737.b
Althea, Meleagri mater, laqueo gulam fregit. 416.b
Altis gaudere. 54.a
Altus, pro magno. 289.b
Alumnus unde dictus. 618.b
Amazones, quæ & unde ſic dictæ. 833.b. ab Hercule victæ. 212.b
Ambracius pontus. 461.b
Ambroſius ſuccus. 679.b
Ἀμβροσίας. 303.b
Amentare. 754.a
Amicitiæ, pro amicis. 549.b
Amicitiarum exempla maxime celebrata tria, Herculis & Telamonis, Theſei & Pirithoi, Achillis & Patrocli. 201.b. 309.a
Amictus fundere, pro dimittere. 166.a
Amomum. 28.b
Amphiaraus, Somniorum & Aruſpiciorum ſolertiſſimus interpres. 305.a. poſt mortem oraculum habuit. ibid. cum unam noctem in domo fatidica obdormiviſſet, ſtatim divinare cœpit. 394.b. hiatu terræ demerſus. 452.a
Amphiarma. 617.b
Amphiaron, oraculum. ibid.
Amphigenia, civitas. 421.b
Amphion, Jovis & Antiopæ F. lyræ carminibus ſaxa ad ædificandum Thebanos muros duxiſſe dicitur. 143.b. 279.b.351.b.434.a.809.a
Amphryſus, fluvius. 57.b
Amplexus, pro eo qui amplectitur. 550.a
Amyclæ, civitas Laconiæ. 425.a.863.b. 681.a. pro Sparta. 874.b

Amyclæi fratres, Caſtor & Pollux. 585.b
Amyclai olores. 31.a
Amycus, Bebryciorum rex. 389.b.822.a. à Polluce in caſtuum certamine proſtratus. 389.b
Amymone, Danai filia, à Neptuno compreſſa. 350.a
Amymone, fons. 457.b
Anacreon Theius, poëta lyricus. 213.b
Anemoria, civitas. 581.b
Anhela dies. 454.a
Anien, ſeu Anio, fluvius. 41.a.61.b
Animæ quare ad aſtra redeant ſecundum Pythagoram. 556.a,b
Animas cum corporibus interire, quorundam opinio. 376.a
Animas defunctorum humano ſanguine propitiari, credidit antiquitas. 771.a
Animas è corporibus excedentes ſtridere, excogitavit Homerus. 603.a
Animas in aqua exſtinctorum cum corporibus interire, nonnulli veterum credidere. 657.a
Animus primus, 253.a
Anni muti. 422.b
Annona ſequens. 221.a
Annonæ præfectura, ejuſque origo. ibid.b
Annus, pro annona. 141.a
Annus, pro hieme. 410.a
Annus Piſaus. 40.a
Antecœna. 859.b
Ancedone, Eubœæ civitas. 658.a
Anthedon, civitas Bœotiæ. 143.a.580.b. 660.a
Anthæus ab Hercule palæſtrico certamine ſuperatus. 557.a
Anthiopa, Nyctei filia, à Jove in Satyrum verſo ſtuprata. 665.a
Antigone, Oedipi filia, Polynicis ſoror. 574.a
Antiopæ ab Epapho ſtupratæ fabula. 447.b
Antiphates, Læſtrygonum rex. 47.b
Antium, urbs. ibid.b
Antra, pro antris. 811.b
Antra Thracia, Diomedis Thraciæ tyranni mapalia. 129.b
Anubis latrator in pompatico comitatu Iſidis. 148.a
Aon, Rex, Neptuni filius. 281.b
Aones, Bœotiæ gens indigena. 232.b. 294.a
Aonia, Bœotia dicitur. 808.a
Aoniæ inferiæ. 152.a
Apelles quando floruerit. 18.a
Aper Calydonius. 353.a
Aphesas, mons. 405.a
Aphronitrum quid. 223.a
Apii uſus in coronis. 506.a
Apis, taurus lunatus Iſidis. 396.a
Apobathra, locus. 27.a
Apollinis, Admeti, Theſſaliæ regis, armenta paſcentis fabula. 529.a
Apollo à diverſis gentibus variis appellatus nominibus. 323.a
Apollo quomodo fingeretur. 20.a
Apollo cur imberbis fingatur. 322.a
Apollo Branchiades. 396.a,b
Apollo ἐπάκτιος. 135.a. Actiacus unde dictus. ibid.
Apollo Maleoticus. 425.a
Apollo Telechinus. 209.a
Apollo unde Thymbræus dictus. 318.a,b
Aponinæ ſortes. 47.a
Appia via. 93.a,b
Aqua unde ſic dicta. 818.b
Aqua & ignis in ſanciendis nuptiarum fœderibus adhibebatur. 20.b.776.a,b. 777.a
Aqua ſtagnans proprie quæ. 147.b
Aquila & ſigna ſervabantur in ædicula in Romano exercitu. 697.a
Aquila in tutela Jovis. 400.a
Aquilæ apud Romanos ſignis erant appoſitæ. 575.a
Ἀεὶ pro [illegible]. 246.a
Ara Tarenti. 181.b.182.a
Aræ littorales. 134.b
Aræ ſilveſtres. 493.b
Aracynthus, Atticæ regionis mons. 337.b. 439.a
Araxes, fluvius. 55.b
Arbor inſana. 485.a
Arbores vivæ. 622.b
Arcadia, olim Lycaonia dicta fuit. 396.b
Arcadum & Phrygum de antiquitate certamen. 429.a
Arcas inter ſidera relatus, alio nomine Arcturus & Arctophylax vocatus. 408.a
Arcas Tegeaticus, pro Mercurio. 59.b
Arces Munichiæ. 257.b
Archemorus, fons. 456.b
Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώϊον, ἢ τελευτήν. 227.a

Archilochus poëta Jambici carminis inventor. 99.b
Arcitenens, pro *Apolline.* 201.a
Arcus, ejuſque vocis origo. 26.a,b
Arcus fugax. 55.b
Arcus, inſigne Regium apud Perſas. 622.a
Arcus triumphalis Domitiani. 193.b
Area, locus rogi. 509.b
Arene, Meſſeniæ urbs. 415.b
Arethuſa in fontem mutata. 297.a
Argentei-excerebronides. 105.b
Argia, uxor Polynicis. 339.a
Argo, navis. 336.b. *prima navium, ab ipſa Minerva ædificata fingitur.* 121.a
Argonautæ quot fuerint. 819.b
Argonautarum hiſtoria in quotum mundi annum incidat. 367.a
Argos, regio & civitas. 304.b
Argus à Mercurio occiſus. 296.a
Ariadne, Minois filia. 30.b
Ariadnes & Theſei fabula. 798.a
Aries in aſtra tranſlatus. 396.a
Arion Adraſtæus. 14.a
Arion, Amphiarai equus. 532.a.537.a
Arion præſagus. 532.a
Ariſtoteles, cum non poſſet Euripi naturam inveſtigare, tædio animam efflaſſe dicitur. 580.a
Arma unde ſic dicta. 817.b
Armeniorum mos in ſanciendis privatim publiceque amicitiis & fœderibus. 308.b
Armifer. 393.a
Armorum cuſtos. 156.b
Armus quid. 596.b
Arte gravis. 242.b
Artemites, inſula. 368.b
Artes mutæ. 422.b
Arvalium collegium unde dictum & à quo inſtitutum. 83.a. *eorum inſignia, ſpicea corona & infulæ.* ibid.
Aruſpicina. 440.b
Aſarota pavimenta. 44.b.45.a
Aſcalaphi in bubonem converſi fabula. 398.b
Aſchetos, nomen equi. 537.a
Aſinius Pollio primus bibliothecam publicavit, in eaque doctorum imagines poſuit. 96.a
Aſopos, fluvius. 389.a. *cur à Jove fulminatus.* 579.a.601.b
Aſpergo, quid. 564.b
Aſſio Cajanus. 222.a
Aſter, quaſi Stelles, id eſt, amica ſtellæ. 34.a
Aſterie in avem Ortygiam converſa. 461.a 836.a
Aſterion, fluvius. 456.a
Aſtra, pro *cœlo.* 707.a
Atalanta, Iaſi filia, ſumma venatrix. 353.a
Atalantæ duæ celebrantur apud Poëtas. 427.a.539.a,b.576.a
Atedius Melior. 101.a
Athamantea corona. 259.b
Athamas, Æoli filius. 447.b
Athenienſes primi legum tabulas invenerunt. 790.a
Athos mons operis Xerxis à continenti diſciſſus. 190.a
Athracie, magica ſcientia. 286.a
Atlas mons. 195.b
Atlas, Japeti & Clymenes F. 285.b. *in montem mutatus.* 286.a
Atrei & Thyeſtis fabula. 300.b.431.a,b
Atticus ſenior, pro *Phidia.* 18.b
Ἀττικοὶ Ἑλλώνιται. 219.b
Attoniti. 26.b
Attoniti qui dicantur. 727.b
Audax animi. 713.a
Audere, pro *non timere.* 17.b
Averni luci. 194.a
Auferendi caſus, pro *dandi caſu.* 305.b
Augeas, Eleorum rex. 113.b
Auguria ſiniſtra cur optima, & dextra, infauſta crederent veteres. 397.b
Avibus unde conceſſum ſit futura prædicere. 397.a,b
Avius Sol. 290.a
Aulis unde dicta. 580.a
Aulis, portus Bœotiæ, unde Hecateïa cognominata. 840.b.841.a
Aures iis tinnire, de quibus alibi fiebat mentio, credebant veteres. 197.a
Aurigæ unde muliones *dicti.* 189.a
Aurinia & Veleda loco numinum habitæ apud pleroſque Germanos. 56.a
Auris, pro *auditu.* 567.a
Aurum Albanum. 186.b. *Palladium.* ibid.
Auſones, populi, unde dicti. 204.b
Auſonii enſes. 156.b

Ἄξιος,

Ἄξιος, vox Corbulonis ſe ferientis, quod ſceleſto Principi nimium credidiſſet. 686.b
Azan, mons. 430.a
Azanes, populi. 202.b

B.

BAcchis Corinthus. 94.a
Bacchiadum familia ducentis annis Corinthum tenuit. 94.a. à Cypſelo tyranno deleta. ibid.
Bacchi Orgia Trieterica. 364.a
Bacchus Thebis pracipue cultus. 453.a
Bacchus, cum naſceretur, merus ignis fuit. 665.b
Bacchus unde Agenoreus dictus. 849.b. Bimater unde. 569.b. Dionyſius. 849.b. Dithyrambus. 569.b. Evius. 851.a. Lenaeus. ibid. Niſaeus unde. 435.b
Bacchylides Ceus, poëta lyricus. 213.b
Bactri, populi. 149.b
Bageada, fluvius. 193.a
Bajana aqua. 64.b
Baleares inſula, Majorica & Minorica. 879.a
Balnea in editiori loco ſuſpenſa. 43.b
Barathrum quid. 285.a
Barbam conſecrandi mos. 127.a
Barbam aut crinem diverſis deabus aut fluminibus vovebant veteres. 851.b
Barbaros Latini omnes vocabant prater ſe & Gracos. 514 a
Barbarus, pro Trojano. ibid.
Barritus, id eſt, barbarus ritus. 436.a
Baſilisa Jul. Caſaris. 11.b. Pauli. 12.a
Baſſarides. 118.b
Batrachomyomachia auctor quis. 4.b
Βάξις, vox. 118.b
Bebrycia, Bithynia dicta eſt. 390.a
Bebrycia arena. 204.a
Bebrycium nemus. 389.b
Belida fratres. 524.b
Bella, pro bellatoribus. 420.b. 550.a
Bellaria. 66.b
Bellerophon, Glauci filius. 448.a
Belli nota. 9.b
Bellona, dea belli; ſoror Martis. 811.a
Bellona ſacra. 564.b
Bellum indicendi mos projecta haſta. 411.b
Bibere aliquid auribus. 861.a
Bibliothecam primus Aſinius Pollio publicavit. 95.a
Bis ſextus honos, pro duodecim faſcium & lictorum honori. 179.b
Biſtones, populi. 383.a
Biſtonides marita. 473.a
Biſtonus, Thracia rex. 10.b
Bithynia regio, olim Bebrycia dicta. 822.a
Blaſus, puer Melioris. 89.a
Bœoti non ſunt Graci. 595.a
Bœotia unde dicta. 598.a
Bolarchus. 142.a
Bolothebus. ibid.
Βόστρυχος. 165.b
Boves coronati diebus feriatis. 132.a
Branchiades Apollo. 396.a,b
Branchus Theſſalus, dilectus Apollini. ibid.
Branchus, Apollinis filius, futurorum peritiſſimus deus. 616.a
Brauron, locus Attica regionis. 795.a,b
Brevis Natnea. 71.a
Briareus, gigas. 360.a. 361.a
Briſo, Ethmeis dea ſomniorum. 161.a
Brutum famina annum fleverunt. 52.b
Bulla quid. 510.b
Bullâ dignus. 511.a
Bullata nuga, pro puerilibus. ibid.
Buſiris, rex Ægypti, advenas ſolitus ad aras mactare. 129.b. 774 a
Buxum quid. 569 b
Buxus incitatrix furoris in ſacris Berecynthia. 696.b
Bysus Reginus vel Meſſinus, poëta lyricus. 213.b
Byſſhonius enſis. 360.a

C.

C & Q ſapius permutantur. 89.a
Cacus, ejuſque ſpelunca. 102.b
Cadmi origo à Jove. 386.a
Cadmi novalia. 405.b. 406.a
Cadmus Thebarum conditor. 175.a. 446.b. 452.b
Cadmus traditur Apollinis oraculo bovem ſecutus, & ubi procubuit, illic Thebas condidiſſe. 598 a
Cadmus in draconem verſus. 446.b
Caduceus Mercurii. 89.b
Ceſtus, arma pugilum. 822.a
Caſtus, qualis ludus. 880.b

Cajanus aſtiv. 222.a
Cajolus. 67.b
Calcare ruinas alicujus. 763.b
Calcei lunati. 243.b
Calix à κύλιξ. 238.b
Callimachi duo fuere. 267.a
Callimachi patria. 38.b
Callirroë, fons novem capitibus means. 795.b
Calchas, vates. 843.a
Calais & Zethes, Boreæ & Orithyiæ filii. 489.a
Calydon, Ætoliæ civitas. 305.a 353.a
Calydonius heros, pro Diomede. 845.b
Calyſto, Lycaonis filia, in Urſam verſa. 408.a 560 b. inter ſidera relata. 408 a. eadem quæ Arctophylax. 506.b. etiam Helice nominatur. ibid.
Camini Siculi. 8.b
Campi, pro qui in campis. 256.b
Campus latus. 213.a
Camaſi. 42.a
Cancellarius. 230.b
Camphora, Palladis ſacra. 833.b
Canicula, ſidus noxium. 317.b
Canopæorum luxuria. 148 a
Canopiſmus, pro petulantia & immodica laſcivia. ibid.
Canopus, Menelai gubernator. 122.b oppidum in Ægypto. ibid.
Capaneus, Hipponoi & Aſtimoniæ F. 282.a. unus è ſeptem ducibus Thebani belli. 403.a,b. Jovis fulmine interiit. 452.a
Caphareus, mons Eubœæ. 583.a.659.a. 815.b
Capillos condendi & tonſorandi mos. 127.a
Capillos decidere, barbam radere, crines tumulo imponere, aut in rogum conjicere, in exequiis alicujus, maximi doloris indicium apud priſcos. 517.b
Capillos & barbam puerorum etiamnum infantium à teneris annis diis aut fluminibus conſecrabant Græci & Romani. 80.a
Capitolium bello civili concrematum, à quo reſtauratum fuerit. 12.a
Capra Olenia, Jovis nutrix. 532.a
Capreæ. 136.a
Capri ſanguis cur in Liberi ſacris biberetur. 474.b
Captatores orborum. 215.a
Capularis ſenex. 509.b
Capulus quid. ibid.
Capulus, pro gladio. 375.a
Caput operire inter ſacrificandum Æneas Phrygius inſtituit. 261.a
Carbaſus quid. 507.b
Cardo, pro ultima imminenti neceſſitate. 730.b
Carica, genus ficus. 221 b
Carmen diffuſum. 99.a
Carmen inexpertum. 202 b
Carmen intactum. 37.a
Carmen obliquum. 20.a.22.b
Carmina omnibus monumentis perenniora. 226.a
Carpathium mare. 136.a
Carpathos, inſula. ibid. & 818.b
Carpere viam. 247.b. gyrum. ibid.
Carratium, templum Dianæ ſacrum, unde ſic dictum. 425.a,b
Caryotides latente palma. 68.a,b
Caryſte, inſula. 583.a
Caryſtium marmor. 31.b.62.a
Caryſtos, inſula. 62.a
Caryſtus ante Chalcodetis vel Macris dicebatur. 219.a
Caſeus etiam inter dona Saturnalitia ſuit. 67 b
Caſpiæ portæ. 199.a.622.a
Caſtalia virgo, ab Apolline adamata in fontem ſe præcipitavit. 321.b
Caſtalius fons. 314.a
Caſteria quid. 552.a
Caſtigata frons. 79.a
Caſtigatum pectus. ibid.
Caſtor & Pollux aperto templo inter ſe dimicare viſi ſunt. 585.b
Caſtores fratres. 14.a
Caſtoris & Pollucis fabula. 609.a
Caſtorum ſidera navigantibus ſalutaria. 604 b
Caſtra Cornelia. 193.a
Caſtris minor. 11.a
Caſus qui dicantur. 559.a
Cataclyſmi deſcriptio. 401.a
Catafta. 81.a
Catenæ, regum vincula, pendentes è collo, cum ducerentur in triumphum. 149.a
Catenatus, pro continuus. 84.a
Cathena unde dicta, ibid.a
Cava nox, pro obſcura. 505.a

Cavea triplex in ſpectaculis. 69.a
Caucaſus, mons Scythiæ. 436.a
Cecropidæ, Athenienſes, à Cecrope rege ſic dicti. 823.b
Cecropiæ leges. 23.b
Cecropium lutum. 147.a,b
Cecrops, primus Athenarum conditor. 147.b
Celænæ, Lydiæ civitas. 363.b.422.b
Celeritas & Ira duo adverſiſſima rectæ menti. 724.a
Celſe nati. 158.a
Celſus eques. 52.b
Cenchreus portus Corinthi. 414.b
Cenchrea, promontorium. 191.a
Cenis virgo pro ſtupri præmio ſexus mutationem à Neptuno meruit. 827.b
Cenotaphium apud veteres non fuit religioſum. 775.b
Cenſus expoſiti. 101.b
Centauri ex Ixione & Nube geniti. 445.b
Centauri in nuptiis Pirithoi à Lapithis interempti. 479.a.537.b.817.a
Centumviri. 198.b
Cephiſſus fluvius, cæde Zephyri proſtratus, Apollinis miſeratione ſacratus eſt. 582.a
Ceræ, colorum omne genus. 134.a
Ceraſtes, ſerpentis genus. 286.a
Ceraunia, montes Epyri excelſi. 715.b
Cerberus ex Typhone & Echidna natus. 441 b. cadaveribus paſci fingitur. 325 a. ab Hercule è ſpelunca extractus. ibid.b
Cereris Sacerdotes cur taciti dicti. 219.a
Ceres Ætnæa, Proſerpina Sicula. 418.b
Ceres inferna, Proſerpina. 473.a
Certamina ſacra in Græcia quatuor fuere, Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemeæa. 506.a
Ceſton, Veneris cingulum. 340.b.468.a
Ceycis & Halcyonis fabula. 173.b.661.b
Chalcedon, oppidum. 42.a
Chalcidicum carmen. 261.b
Chalcis, Eubœæ urbs. 42.b
Chalcis unde ſic dicta. 219.a
Chaonia, regio. 376.a
Chaonium nemus. 512.b
Charadros, Achajæ fluvius. 413.b
Chartæ Thebaicæ. 222.b
Charybdis, ſcopulus. 145.b
Chemis, id eſt, Panos urbs. 98.b
Cherſinæ, teſtudines terreſtres. 222.b
Chios, inſula. 97.b
Chiron, Centaurus. 35 b
Chironomia poſita inter civiles virtutes Platoni & Chryſippo. 174.a
Chirurgicus habitus qualis eſſe debeat. 57.b
Chlamydes militares filiorum olim texebant matres. 421.a
Chorœbus, monſtrū Apollinis interfector. 524.a. ne Argi peſtilentia laborarent, Apollini ſe periturum obtulit. 336.b
Chremetes, Chremetaon. 577.b
Chromis, Herculis filius. 527.b
Chromis, unus natorum Priami. 361.b. unus è ſeptem Pterelai filiis. 362.a. Myſorum ductor. ibid. puer paſtoralis. ibid. unus è Centauris. ibid. inter ſacra vulnere proſtratus occubuit. 371.a
Chthonius, unus è Spartis ſive draconigenis quinque. 357.a
Ciconiæ unde veniant. 206.b
Ciliſſa ſpica. 238.a
Cimmerii, Italiæ populi. 146.b
Cimmerii Boſphorani. ibid.
Cimmeris montes. ibid.
Cinnamum ubi naſcatur. 204.b
Cinnamum Liber devicta India advexit. 509.b
Cinctus. 21.b
Cinyps, fluvius. 193.a
Circe cur Vitrea dicta. 47.b. poſt mortem Marica vocata. ibid.
Circes fabula. 446.a,b
Ciſſophora, Palladis ſacra. 833.b
Cithæron, mons Baccho ſacer. 287.a. 328.b.625.a
Clamatus, pro conclamatus, comploratus. 116.a
Clanis, fluvius. 193.a
Clarare, illuſtrare, clarum facere. 480.b
Claria, civitas, in qua Jupiter, Neptunus, & Pluto mundum dicuntur fuiſſe ſortiti. 617.a
Claudius Etruſcus. 59.a
Clavi caligarii. 242.b
Clavi trabales. 411.b
Cleona, urbs. 413.b.554.b
Cleopatra ubi ſe necaverit. 149.a
Clitumnus, fl. alba armenta faciens. 59.a
Clymenea germina. 29.b
Clypei cœligenæ. 346.a
Nubigenæ. ibid.

Cælibibus & orbis pœna irrogata. 215.a
Cælum perambulare. 35.a. plantis contingere. ibid.b
Cælum, pro nimbis. 308.a
Cælum ſemper ſerenum, ubi præſens Venus. 24.b
Cœna diviſio antiquis triplex, in Antecœnam, Cœnam proprie dictam, & Menſam pomorum. 859.b
Colchis, Scythiæ civitas. 442.b. Medeæ patria. 490.b
Collucare proprie quid. 243.b
Color herbidus. 85.b
Coloßi etymon. 8.a
Coloſſus Rhodius. 19.b. Tarentinus. ibid.
Columbæ cur Veneri conſecrata.27.b.425.b 835.a
Colus compta cum fuſo & ſtamine cur præferretur novæ nuptæ. 423.b
Coma, perpetuum decus Apollinis. 20 a
Coma puerorum virginumque apud Romanos & Græcos alicui deo conſecrabantur. 162.a
Comans humus. 493.a
Comes rei privatæ. 154.b
Comitos metallorum. ibid.
Comites ſacrarum largitionum. ibid.
Comites regni. 746.a
Committere. 289.b
Communicati ſunt, pro communicaverunt. 326.a
Componi mortui quando dicantur. 239.a
Conchæ cur Veneri dicata. 29.a
Concipere ſolatia. 226.a
Conclamati qui. 379.b
Concordiæ ædes. 12.a
Conditor alter. 179.b
Conferre, de muneribus functo aut rogo donatis. 157.a
Conſcientia rerum multis inanimis tribuitur. 380.a
Conſcientiæ ſupplicia tria. 315.b
Conſcius ignis. 380.a
Conjugium, pro conjuge. 549.b
Conſecrare Majeſtati. 178.a
Conſulatum ante annum XLIV. gerere, fas non erat. 33.a
Continere, pro patere, extendi, continuari. 561.a
Convivia, pro convivis. 550.a
Conus quid. 840.a
Copiæ cornu. 317.a
Coptos, civitas Mareotica Ægypti. 296.b
Corda ſobria. 230.a
Corduba, patria Lucani. 1 19.b
Corinna, poëtria. 26c.b. unde Muſca Lyrica dicta. ibid.
Corinthus, unde Ephyre dicta. 94.a. Baccheis unde. ibid. incendio deleta. 96.a
Cornua cur fluviis tribuantur. 564.a
Corollarum luxus in conviviis. 133.a
Corona quercea. 15.b
Coronia, civitas Baccho fertilis. 578 a
Coronidis ab Apolline imprægnatæ fabula. 398.a
Corpora, pro ſervis. 353.b
Corvorum mira docilitas. 107 a
Corvus cur Apollini dicatur. 398.a
Corybantes & Curetes matris Deûm miniſtri. 460.b.835.b
Corycia umbra. 252.a
Corycium nemus. 582.a
Corycus, urbs Ciliſſa. 238 a
Corymbus quid. 60.b
Corytos, theca ſagittarum. 428.b
Corytos velox, pro ſagittis velocibus. 598.a
Corytos, pro pharetra. 679.a
Coſtum, herba. 87.a
Crebenis, fluvius Phrygiæ. 61.a
Crepaneis pilæ. 64.a
Crepido quid & unde dicta. 668.a.840.b
Crepido, pro baſi. 14.b
Χρυσόφρυς piſcis ſpecies, auri decus imitata, Veneri φιλοχρύσῳ olim conſecrata fuit. 163.b
Crimen alicui induere. 50.b
Crinem niſi prius Proſerpina ex vertice abſtuliſſet, neminem mori poſſe, credebant veteres. 86.a
Crines Furiarum erant ſerpentes. 285.a
Crinés, pro ignium flammis. 257.b
Crines præſecari ſolebant morientibus.685.b
Croenn Cilicium principatum obtinet.253.b
Crotopus, rex Argivus. 314.a.322.b
Crudelia ſacra. 137.a
Crudus amor. 344.a
Crux pendula. 188.b
Cuba, dea. 85.a
Cubicula villarum ſuarum juxta aquas collocabant Romani, ut è lectulo maria poſſent contemplari. 96.a,b
Cunabula, pro principiis, ſeu rudimentis. 811.b

Cuni-

Cuniculatores qui. 349.b
Cunina, dea. 84.b
Cupidines plebejos quoſdam finxit Antiquitas. 164.a
Cupreſſus arbor luctibus apta. 439.b
Cupreſſus puer in arborem ſui nominis converſus. 440.a
Cupreſſus Diti ſacra. 234.b
Cura annuli. 230.b
Cura deorum, pro *hominibus felicibus.* 183.b
Cures, Sabinorum oppidum. 205.b
Curetes, Latine lares familiares. 460.b
Curia unde dicta. 332.b
Currus Famæ. 232.a
Currus falcati. 600.b
Currus, pro *equis.* 725.b
Curtius lacus. 725 b
Cuſtodiæ, pro *vinctis.* 550.a
Cyane, nympha. 484.a
Cybele, mater deûm, quomodo effingatur. 874.b. *ubi culta.* 165.a
Cybeleia limina. 33.a
Cybeles ſacerdotes. 238.b
Cyclades, inſulæ, unde ſic dictæ. 823.b
Cyclopæa ædificia. 319.b
Cyclopum antra. 254.b
Cycnus cur Phœbo dicatus. 106.a
Cyllarus & Xanthus, Caſtoris equi. 14.b. 526.b
Cyllene, Arcadia. 571.a
Cymbium, poculi genus. 519.b
Cyme. 191.b
Cyniphii campi. 222.b
Cynoſura, locus Arcadiæ. 430.b
Cynthus mons, Apollinis & Dianæ ortu inſignis. 336.b.855.a
Cypſelus, tyrannus. 94.a
Cyrrha, Bœotiæ planities. 328.a
Cyrrha, urbs in Phocide. 137.b
Cyrrha, jugum Parnaſſi montis & oppidum. 582.a
Cyrrha, oppidum, à Cyrrha nympha dictum. 376.b. *priſco nomine Giſſa appellatum.* ibid.

D.

D*Acorum mons ſacer.* 8.b.9.a. *regia.* ibid.
Dactyli Idæi. 209.b
Dædala, dies feſti. 434.b
Dalmaticum metallum. 32.a
Danaës, una cum filio Perſeo in mare projecta fabula. 82.b
Danaës & Jovis in imbrem aureum mutati fabula. 336.a.524.a
Danai quinquaginta filiabus ſuadentis, ut ſponſos interimerent, hiſtoria. 471.b
Danaidum fabula. 336.b
Danubius, alias Iſter, fluvius. 230.b
Daphne in laurum converſa. 313.a,b
Dardanus paſtor, id eſt, Paris. 810.a
Dardanus primus Jovi ſacrificavit. 448.b
Dare Domino Cæſari. 178.a
Dare, pro *dicere.* 579.a
Dare ſententiam, pro *dicere & ferre.* 154.a
Daulis, oppidum. 581.b
Daunia pubes, pro *Rutulis.* 260.b
Decertata, pro *perdita atque amiſſa concertando.* 279.a.309.b
Deculcare. 317.a
Decurſionis funebris uſus antiquiſſimus apud veteres. 520.a
Deducere naves. 869.a
Deformis ora. 434.b
Deianira, Oenei & Æthiſæ filia. 333.a
Deire jugis. 357.b
Delicati, deliciæ, pueri in amoribus. 76.b
Delicias ſuas Romani pueros Ægyptios appellabant. 271.b
Delos, media Cycladum inſula. 824.a. *cur inſtabilis dicta.* 836.a. *unde Ortygia appellata.* ibid. *eam Apollo ſtabilem fecit in honorem materni partus.* 570.b
Delphin, cur Simo dictus. 42.a
Deprecari. 612.b
Deſcite. 342.b
Deſolare. 558.a
Deſolatus. 91.b.92.a
Deſolatus, μονωθεὶς, ſolus relictus. 697.b
Deucalionis & Pyrrhæ fabula. 401.a,b
Deviæ. 190.b
Deus, *ſignum quoddam in extis.* 475.b
Diæta, cœnaculum. 97.a
Diana unde Cynthia dicta. 337.a,b. *Dictynna cur.* 674.b
Diana inferna, eadem cum Proſerpina & Luna. 266.a
Diana Nemorenſis. 131.b
Diana Taurica humano ſanguine placari ſolita. 629.a,b
Dianæ feſta. 132.a

Diana

Dianæ templum in Aventino. 103.a
Dicarchæa olim dicti ſunt Puteoli. 92.b
Dictamnus, herba. 57.a
Dictys, piſcator Seriphius. 82.b
Diem Romani initio ſolum in ortum & occaſum diſtribuerunt. 705.a
Dies anhela. 454.a
Dies conditus albo vellere. 21.a
Dies illos, quibus ſingulari voluptate afficiebantur, ſuos vocabant Veteres. 119.a
Dies intercisi. 334.a,b
Diffibulare. 539.b
Dii cur pedes laneos habere dicantur. 65.b
Dii fulmina mittentes quot. 104.a
Dii αἰγιάλιοι. 135.a. *Marini.* ibid.
Dii læti, propitii, triſtes, irati & adverſi. 624 b
Dii Patrii. 219.b
Dimidium quid & unde dictum. 596.b 597.a
Dindymon, mons. 9.a
Diomedes, Thracum rex, equos ſuos humanis carnibus nutriebat. 774.a
Dione Iſthmia. 118.a
Dionem pro Venere ſæpe poſuere Poetæ. 874.a
Διπλογόνασις. 306.a
Dirce, fons Thebanus. 282.a.343.b.8:8.b
Dirces, in fontem ſui nominis converſæ, fabula. 382.a
Direptio, ſparſio miſſilium. 71.b
Diſcus quid. 138.a
Diſpaleſcere vulgo. 178.a
Diſiicere. 315.a
Diſsignare. 299.b
Diſsimulare. 682.b
Diſſonum carmen. 99.a
Diſtinere, pro *dividere ac ſeparare.* 561.a
Diviſes. 316.a
Dividuum quid & unde dictum. 597.a
Dodonæi Jovis oraculum & templum. 376.a,b
Dolopes, populi. 860.a
Dolor feſtus. 125 b
Domini appellationem nonnulli Impp. ut maledictum & opprobrium refugerunt. 73.a
Domitiani ſtatura. 165.b
Domitianus Dominum & Deum ſe appellari juſſit. 35.a.73.a,b
Domus, pro *familia.* 412.a
Dona ad guſtum vel odorem facientia in rogum defunctorum jaciebant Veteres. 514.b. *ut & pretioſiſsima quæque ac ſibi cariſsima.* 517.a
Donare ſidera. 281.b
Dorica nox. 40.a
Doridos antra. 141.a
Dorylas ſaxo periit. 371.a
Dracones an criſtati. 340.a
Dryades nymphæ. 427.b.512.a
Dryas, Orionis filius, à Diana occiſus. 684.a.685.a
Dryas cur tridentem in clypeo geſſerit. 575.a
Dyrce, fons. 435.a
Ducere campos Aonios. 256.b
Duces in prælio morientes in clypeo ponebant veteres. 643.a
Ducis optimi officium. 366.a
Ductus obliquus. 22.b
Dulce periculum. 203.b

E.

EBoſia inſula. 67 a
Ebuſitana Carica. ibid.
Ebuſus, inſula. ibid.
Echinades, inſulæ. 368.b
Echion, pater Penthei. 290.a.447.a
Eclipſis Solis quando fiat. 675.b
Effectus, artificioſe factus, elaboratus. 521.b
Effatus. 555.b
Egaleos, mons Atticus. 796.a
Egerere æquora fundo. 486.a
Ἐγγαστρίμυθοι, ἐγγαστριμάντεις. 233.a
Ejurare. 865.b
Elea, civitas. 334.b
Electare. 155.a
Electrum ubi naſcatur. 29.b
Elei, populi. 113.b
Elementa, pro *initiis.* 515.a
Eleuſis, oppidum Athenis vicinum. 347.a. 385.b. 773.a
Eleutheria quinto quoque anno apud Bœotios celebrari ſolita. 434.b
Elicere. 821.b
Eliſſos, fluvius. 414.a
Elyſii, pro *iis qui in Elyſio habitant.* 607.a
Elyſos & Elyſium, fluvius beatorum locorum. 645.a
Emeritus Sol. 301.b
Emiſſa dies. 36. a. *hyems.* ibid.
Enſis eburnus, pro *eburneo capulo.* 375 a

Enuntiare in vulgus. 178.a
Enyo, Bellona, ſoror Martis. 474.a
Eoa laurus. 194.a
Epaphus Jovis F. in Ægypto regnavit. 458.a. 570.b
Ephialtes & Othus, Aloi filii, cœlum expugnare tentarunt. 730.b
Ephyrę, civitas, quæ & Corinthion & Dyrrachium dicta. 94.a. 414,a
Ephyræa rura. 335.a
Epicedion. 75.b
Epidaurus, civitas Argivorum. 392.a. 418.b. 558.a
Ἐπιθαλάμιον. 20.a
Ἐπίχορις, *luſus genus.* 278.b
Eques, pro *equites.* 231.b
Equi Diomedis humana carne paſti. 297.b
Equis humanos ſenſus dant Poëtæ. 654.a
Equum alatum Papinium noſtrum appellabat Jul. Scaliger. 201.b
Equus, pro *equite.* 432.a
Eraſinus, fluvius. 302.b. 456.a
Erectus, pro *ſuperbo.* 292.a
Erigone cur inter ſidera recepta. 455.a
Error plectri. 99.b
Erupturus, pro *erumpens.* 599.a
Erymanthus, mons & ſilva. 430.b. 500.b
Erynnis, ut Pallas, bello præeſt. 262 a
Erythræ, civitas. 576.a
Erythræum mare. 593.a
Eryx, Butæ & Veneris filius. 163.a
Eſſi verbum habes aliquid rituale & pontificale. 439.b
Eſſe, pro *fuiſſe.* 309.a
Eteonos, Græciæ civitas. 576.a
Euadne, in Capanei conjugis rogum ſe præcipitat. 804 a
Euan, Liber pater. 503.b
Eubœa unde ſic dicta. 219.a
Εὔχαδες, pro ἐπεὔχαδες. 246.a
Eubippus, rex Argivorum. 338.b
Evius (aliis *Euchius*) *Bacchi epitheton.* 328.b
Eumæi ſervi amor erga Ulyxem. 114.b
Eumelis, id eſt, Parthenope. 219.a
Εὔκλς σφάλλεις, *parœmia.* 115.b
Euplœa, Veneris cognomen. 96.b
Euripus quid. 580.a. *ſæpius pro foſſa ponitur, qua ludi circumdabantur, ſeptorum loco.* ibid. *imo pro canali ſeu ductu aquarum ſalientium.* ibid.
Europa quoto mundi anno rapta dicatur. 367
Eurotas, fluvius Laconiæ. 113.b. 287.b. 426.a
Eurydices quatuor. 237.a
Euryſthei caput, locus. 128.b
Euryſtheus, Mycenarum rex. ibid. & 525.b
Exæſtuare iram. 748.a
Execrare. 533.a
Exhauſtum, finitum & terminatum. 10.b
Exiguus videri. 88.b
Experiri chordas. 281.b
Expoſiti cenſus. 162.b. *mores.* ibid.
Expoſitum limen. ibid.
Exorare. 319.b
Exta quid? 206.b
Extenebrare. 105.b
Exteri. 753.a
Exterris, quaſi exterris, exul. 672.a

F.

Fabulinus deus. 83.a
Facere alterum pedem. 21.a
Faces Furiarum ex taxo arbore fuere. 441.b
Faces in nuptiis apud Romanos adhibitæ. 220.b
Faliſcus venter, farciminis genus. 222.b
Famæ currus. 232.a
Fames ſecura. 591 b
Familiaritates, pro *familiaribus.* 549.b
Famulare timens. 130.b
Fas hominum eſt, Jus legum. 289.b
Faſcia pectoralis. 85.a
Faſti quando gaudere dicantur. 180.a
Fatum quid. 293.a
Fauni, dii propriè Latinorum, unde ſic dicti. 826.b. *libidinoſi.* 455.a. *canna & harundine coronabantur.* 497.a
Fauni & Nymphæ poſt annorum millia pereunt ſecundum Ariſtotelem. 662.a,b
Felicior, pro *peritior.* 554.a
Fera ſonora, pro *teſtudine.* 59 a
Feralia vota. 750.a
Feretrum quid. 509.a,b
Feriæ meſſium. 198.b. *Vindemiarum.* ib.
Feriatus, otioſus. 65.b
Ferox, proprium ventorum. 371.b
Ferre, de muneribus functo aut rogo donatis. 157.a
Ferre mores. 146.a
Ferrum & æs qui primi fabricati fuerint. 209.b
Feſſus pater, pro *longævus.* 151.a

Feſtinus laudum. 259.a. *vati.* ibid. & 510.b
Feſtum facularum. 411.b
Feſtus dolor. 125.b
Fibrenus, fluvius. 193.a
Fides, argumentum fidem faciens. 349.a
Fiſtulas ſuas Pani dedicabant Paſtores. 201.a
Flagellare annonam. 101.a
Flagrare aliquam. 248.a
Flaminescus filo laneo capute ingerent. 262.a
Flammea hyems, pro *Veſuviani montis incendio.* 174 b
Flammeum, veſtimenti genus. 344.a
Flammeus orbis. 73.b
Flammiger ales, pro *aquila.* 641.a
Floribus ninguere. 22.a
Floribus & ramis tam in publica quam privata lætitia, templa & januas ædium ornabant veteres. 338 a
Fluere, pro *delabi.* 8.a,b
Fluidi amictus. 102.b
Fluviorum exundationes pro infelicibus ſignis habebantur. 655.a
Fluviorum ſimulacbra quomodo pingantur. 664.a
Fluvios Inferorum lacrymis atque igne fluere & conſtare credidit antiquitas. 607.b
Fœdare mares, pro *caſtrare.* 167.b
Fœnus, à fœtu. 101.a
Fœtus quid. 380.b
Fors, pro *fortuna aut caſu.* 545.b
Fortia ſacra. 137.a
Fræna, pro *equo.* 587.a
Fræna mordere. 23.a
Frænare centum equos, pro *equites.* 231.b
Frangentia, pro *fracta.* 326.a
Frangere alternum pedem. 21.a
Frangere ſexum, pro *caſtrare.* 167.b
Frons caſtigata. 79.a
Frons contracta. 171.a
Frons pudica, pro *lauro.* 313.a
Frontis honores. 28.b
Frontis honos, pro *ornatu capitis.* 78.b
Fulguea unde dicta. 302.b
Fulmen, pro *damnatione ad exilium, ſive pœna capitis.* 158.b
Fulmen unde bidentum dictum. 281.b
Fulmen ex quibus conſiſtat. 388 a
Fulminis ignis nullum corpus conſumit. 735.a
Fulminum genera undecim. 104.a
Fundere amictus. 166,a. *humeros.* ibid.
Furari curam. 650.b
Furia honeſta. 211.a
Furiæ cur faces ex taxo gerere dicantur. 606.b.739.b
Furiæ tres Plutoni deſervientes, earumque nomina. 309.b
Furtim poſſidere. 650.b
Futile quid. 622.b

G.

GAdes inſulam noti orbis terminum credidit antiquitas. 139.a,b
Galatea, pro *mari.* 55.b
Galatia provincia juxta Bithyniam. ibid.
Galeâ pro nenâ in militiâ utebantur. 530.b
Galeſus, Calabriæ oppidum. 99.a
Gallina Numidica. 72.b. 108.b
Gallus, Phrygiæ flumen. 165.a
Ganges, Indiæ fluvius. 436.a
Ganymedes, Troïs regis & Callirhoës F. miniſter Deorum. 312.b
Gargaphye, fons. 576.b
Gargara, ſumma partes Idæ montis. 313.a
Gaudere altis. 54.a
Γαστερόχειρες. 254.b
Gaurani colles. 137.b
Gaurus, mons Campaniæ. 635.a
Gelati pallore vultus. 775.b
Geminare. 37.b. *pro copulare, conjungere.* 7.b
Geminata ſtatua. ibid.
Geminati Conſulatus. ibid.
Geminum ferrum. 563.a
Gemma à margaritis ſeparata. 510.a
Genæ, pro *oculis.* 21 b
Generata ſpecies ex ære. 226.a
Geniata moles. 7.b
Genitalis lux. 104.b
Genitos liberos cur minus diligamus, quam adoptivos. 82.a
Genius dominorum Imperatorum. 229.b
Geſa, haſta Gallorum. 580.b
Geſa, haſtæ viriles. 415 a
Geſi, Gallis viri fortes. ibid.
Geſtatorium. 536.b
Geſtoria, lectica. ibid.
Getæ, Thraciæ populi, Daci à Romanis dicti. 859.a
Getica volucres, pro *hirundinibus.* 789.a
Geticus maritus, pro *Marte.* 25.a

Gigantes cur dracoripedes dicti. 496.b
Gladiatores rude donati gladios ſuos Herculi ſuſpendebant. 201.a
Glauci duo fuerunt. 134.a
Glauci piſcatoris fabula. 580.b.660.a
Glauciæ nutrices, Lacheſis & Invidia. 85.a
Gliſcere, pro *vehementer deſiderare.* 374.a
pro *exſultare.* ibid. pro *ſævire.* ibid.b
Gnoſſis, Diana. 239.b
Gnoſſus, Minois regia. 30.b
Γόμφος. 189.b
Γόμφωμα. ibid.
Gordiano puero conſulatus delatus. 33.a
Gorgades , inſulæ in Oceano Æthiopico. 843.b
Gradivus , Martis epitheton. 185.a,b
Græcia à Philippo patre Alexandri in ditionem reducta. 210.b
Gramen Indum. 87.a
Gratiæ quot , earumque nomina. 341.a
Gratum eſt , formula flebile gaudentium. 87.a
Gravari. 132.b
Gregale ſulfur. 72.a
Gregalia poma. ibid.
Grues Veſpaſiani temporibus in deliciis. 206.a
Gymnas , idem quod gymnaſium. 92.b.
pro *lucta.* ibid.
Gymnades , ludi palæſtrici , à Lycaone primum excogitati. 834.a

H.

Habe excindere. 633.b
Habena , pro *recitare.* 654.b
Habere aliquem ſollicitum. 874 a
Habitudo ad qualitatem , Habitus ad cultum refertur. 573.a
Habitus , pro *cultu.* ibid. pro *forma* et *cujuſque.* ibid. *pro qualitate.* ibid.
Hæmonia unde Theſſalia vocata. 815.b
Hamus , taurus , ſacrificio Jovi dicatus. 745.a
Hæmus , Thraciæ mons. 465.a.476.a
Halcyonis & Ceycis fabula. 661.b
Hammonis Jovis templum. 396.a
Harmione cum Cadmo in ſerpentem converſa. 386.b.446.b
Harmonia, Martis & Veneris filia. 291.b. 339 a
Harpaſti luſus. 178.b
Haſtâ projectâ bellum indicebant veteres. 411.b
Hebe , Herculis uxor. 129.a
Hebræi liquores. 238.a
Hebrus , fluvius. 124.a.564.a
Hecate , unde ſic dicta. 832.b
Hegaleos , mons Atticus. 796.a
Helena , Tyndari filia. 870.b
Helenæ raptus. 809.b
Helenæ ſtella nautis infauſta. 604.a
Helicon canorus. 20.b
Helicon , fluvius. 577.b
Hellanicus , celeberrimus mythologus & Philologus. 315.a
Helles & Phryxi fabula. 340.b.491.b. 810.a,b
Helleſpontum mare unde ſic dictum. 810.b
Herculea nox. 40.a.781.b
Hercules Tiburtinus , alio nomine Saxanus dictus. 47.a
Hercules unde Tirynthius dictus. 127.a. 419.a
Hercules τριέσπερος. 207.a
Hercules indutus veſte Neſſi ſanguine tincta rogum in Oeta monte conſcendit. 420.a. 745.a,b
Herculis cum Augeâ coitus. 130.b
Herculis columnæ. 139.b
Herculis & Acheloi certamen. 417.a
Herculis proceritas. 208.b. *vires.* ibid.
coloſſus. 209.a
Hermatelenchus. 142.a
Hermus , fluvius. 30.a
Herna Marſis ſaxa. 205.b
Hernici unde ſic dicti. ibid.b
Heroës , ſemidei. 213.b
Herus quis. 233.b
Heſperidum horti. 340.a
Heſperus , Atlantis filius , ſubito ventorum turbine raptus. 113.a
Hiare proprie quid. 144.a
Hiemes , pro *undis maris.* 228.a
Hieron Siculus Rei Ruſticæ ſcriptor. 259.a
Hieronica qui dicti. 506.a
Hippolytus Æſculapii ope ab inferis revocatus. 131.b
Hippomedon , Neſimachi & Naſicæ filius. 282.a. *ſummus heroum apud Achivos, poſt Amphiaraum & Tydeum.* 652.a. 653.b
Hippomene. 26 b
Hipponax , poëta. 99.b

Hircani,

Hircani, populi. 591.b
Hirundine loquacior, proverb. 789.a
Hirundinum muraes. 147.a
Hiſmenides, Hiſmeni fluvii filia. 659.a
Homerum ſeptem oppida ſibi vindicarunt. 120.b
Homerus Sellius Grammaticus. 4.b
Homicidii rei exulabant apud antiquos. 305.
Hominem mutare, pro *caſtrare.* 167.b
Homo, pro *famulo.* 111.b
Homo varius. 864.b
Honeſtus ignis. 128.a
Honos frontis, pro *ornatu capitis.* 78.b
Honor maiorum. 158 a
Honos regius. 212.a
Hormius, fluvius. 577.b
Horti penſiles. 872.b
Hoſpitii neceſſitudinem, non inter privatos modo, ſed reges, populos, oppida, veteribus contrahere ſollenne. 688 a
Hoſtilis, pro *hoſtis.* 851.b
Hyacinthus in florem verſus. 425.a
Hyanthiæ ſorores. 118.b
Hybla, oppidum & mons. 79.a.847.a
Hydra Lernæa. 489.b
Hydra novem capitum. 89.a
Hylæ, à Nymphis rapti, fabula. 61.a,b. 34.a.489.b
Hylus, Herculis & Omphales filius. 633.a
Hymen, ſive Hymenæus, nuptiarum deus. 869.b
Hymen profeſſus. 22.b
Hymenai fabula. 386.a
Hymenæum in nuptiis inclamabant Græci, Thalaßionem Romani. 424.a
Hyperborei montes. 486.b
Hyperion, Solis & Lunæ pater. 119.b
Hyperion, pro *Sole.* 608.b. *Priſcorum varia de eo fabula.* 372.a.609.a
Hyrcania, Indiæ regio. 476.b
Hypſeus, Æaci frater. 578.a. *huic Jupiter ex formicis ſocios fecit exiſtere.* ibid.

I.

Ialmenus, Aſpledonenſium & Orchomeniorum dux. 703.b
Jambici carminis inventor Archilochus. 99.b
Iantides. 118.b
Ianus, præſes fori. 180.a
Japetus, Japetion, Japetionides. 332.a
Jaſon primus longa navi navigavit. 144 a
Iaſus, antiquus Argivorum rex. 312.a
Icarium aſtrum. 460.a
Icarius (aliis Icariotus) Erigones pater, primus uvam & vinum mortalibus oſtendit. 137 b
Ἰχνοσκοπία. 135.b
Ida, mons Cretæ, in quo Jupiter colitur. 417.a
Idæi dactyli. 209.b
Idaliæ volucres, columbæ Veneri ſacræ. 834.b.835.a
Idalii ſulci. 40.b
Idalium nemus Cypri Veneri dicatum. 32 a
Idumæa palmetis conſpicua. 67.a. *à Caſio monte incipit.* 249.b
Ignes laurigeri, pro *furoribus Apollinis.* 845.b
Ignis conſcius. 380.a
Ignis honeſtus. 128.a
Ignis ſolemnis ad nuptias. 20.b
Ilecta, Chironis filia. 35.b
Iliſſus, fluvius beatorum locorum. 645.a
Illuminare, coloribus depingere. 134.a
Imber, pro *ſparſione miſſilium.* 67.a
Immittere lucem opibus. 105.a
Impar numerus proſpera ſignificabat. 469.a
Impellere, pro *commovere*, *loco movere.* 816.a
Imperator miſer eſt, apud quem vera reticentur. 375.b
Imperioſus. 701.a
Impete, pro *impetu.* 594.a
Impetus aulæ. 184.a
Impetus male cuncta miniſtrat. 723.b
Implicitus. 724.b
Improbus. 25.b
Improbus, magnus. 557.a
Improper, pro *prope.* 307 a
In haſta, pro *haſtatus.* 847.b
In remis juventus, pro *juvenes remiges vel remos manibus tenentes & moventes.* ibid.
In vittis Colchis, pro *vittata.* ibid.
Inachus, fluvius. 302 b.417.b.418.a
Inane, omne regnum infernum ſonat. 441.a
Inane, pro *aere.* 299.a
Inane ſolum. 282.b
Inanis leo, pro *pelle leonis.* 309.b
Inante, pro *ante.* 307.a

Inarime, eadem inſula quæ Pithecuſæ. 96.b
Incanus. 509.b
Inceſtare diem. 740.a
Inceſtum quid. 340.b
Inceſtus quis. 812.a
Includere. 150.b
Incoram, pro *coram.* 307.a
Incubare capitas. 693.b
Incunabula, pro *educatione.* 811.b
Indago, inis, quid. 358.a.788.a
Inde, pro *nunc vero, ab hoc momento, enimvero jam.* 143.b
Indicare in vulgus. 178.a
Indutus veſte & veſtem. 359.b
Induere alicui crimen. 50.b
Inexpletus, id eſt, plurimus, abundans. 400.a
Inexpertum carmen. 202.b
Infamare. 649 a,b
Infantes νηπίους in terram deponendi priſcus mos. 28.a.272.b
Infanti quoto die nomen daretur. 25.b
Inferorum Deos Solem conſpicere nefas erat. 443.b
Inferre, pro *afferre.* 223.b
Inferre cauſam. ibid.
Inferis ſiniſtra manu immolabant pocula. 442.b
Infortunia ſua, Fatorum ac Deorum crimine & invidia ſibi accidere exiſtimabant priſci. 50.b
Infrindere. 500 b.666.a
Infrendes, infantes ſine dentibus. ibid.
Ingratus. 160.a
Ingratus, paſſive. 121.b
Iniquum, pro *grave.* 556.b
Ino, Cadmi filia, à Græcis Leucothea nominata, eadem cum Matuta & Aurora. 663.b
Ino cum Palæmone ubi ſe præcipitarint. 347.a,b.414.a
Inſana arbor. 485.a
Inſervare. 559.a.732.a
Inſervare volucres. 616.a
Inſimul, pro *ſimul.* 307.a
Inſtita quid. 597.a
Inſtrumenta ſua Diis, in quorum erant tutela, abſoluto jam opere, dedicabant Veteres. 201.a
Inſula finguntur jaculabiles fuiſſe Gigantibus. 421.
Intactum carmen. 37.a
Intarde. 199.b
Integer artus. 416.a
Integrare. 466.b
Intereeptus. 362.b
Intercęſimen. 362.b
Intercisi dies. 331.a,b
Intercludere latus. 234.a
Internectere plagas. 615.b
Intrantes domus. 95.a
Inuſque. 307.a
Io, à Jove compreſſa & in vaccam mutata. 418.a
Ionium mare unde ſic dictum. 811.a
Jovi Cuſtodi ædes à Domitiano conſecrata. 5.a
Jovis in aquilam mutati fabula. 836.a
Jovis Ammonis templum. 123.b.396.a
Jovis cum Capaneo bellum. 729.b
Jovis & Alcmenæ concubitus. 419.a.781
Jovis in olorem mutati cum Leda concubitus. 426.a
Jovis & Antiopes fabula. 827.b
Jovis Dodonæi oraculum & templum. 376.a,b
Jovis Licæi templum. 297.a. *in eo pueri ſacrificabantur.* ibid.
Jovis Nigri atria. 326.b. *Vide* Jupiter.
Iphitus, Phocenſium dux, Nauboli F. 581.b
Ira & Pudor ſæpe communibus verbis exprimuntur. 373.b
Ire, pro *venire.* 573.b.784.a
Ire polo. 35.a
Iris quid. 193.b. *unde Thaumantia cognominata.* 825.a
Irrumpere deos. 845.a
Jurare proprie quid. 584.a
Iſis, Ægypti numen, antea Io dicta. 147.a
Iſmarii, id eſt, Thraces. 252.b
Iſmarus, mons Thraciæ. 599.a
Iſmenius heros. 342.b
Iſmenus, fluvius. 282.a
Iſter, alias Danubius, fluvius. 230.b. *ejus oſtia quot.* 249.a,b
Iſthmia, agon in honorem Leucotheæ & Palæmonis conſecratus. 507.a.539.a
ab Iſthmo perfodiendo cur deſtiterit Nero. 190.a
Iſthmos quid. 561.a
Iſthmus Corinthiacus. 301.b
Italia olim Siciliæ juncta fuit. 403.a
Ithone, civitas Bœotiæ, Minervæ ſacra. 368.a. 579.b

Jubati humeri. 530.a
Judices ſorte eligebantur. 530.a
Juga, pro *equis.* 481.b
Junctum , pro *vicinum.* 522.a
Junctum ſtemma. 111.a
Jungere cyathos. 60.a
Jungere foſſas ſaltu. 879 b
Juno Romana. 163.a
Juno torva, μισόνοθ@. 209.b
Junonis Argivæ templum. 134.b
Jupiter ab Amalthæa capra nutritus. 417.a
Jupiter Ammon ſub forma arietis in Libya cultus. 617.a
Jupiter in ſpeciem Dianæ verſus cum Calyſtone concubuit. 430.b
Jupiter ſecundus , pro *Neptuno.* 812.a. *Vide reliqua in* Jovis.
Jurare, pro *devovere & conſecrare.* 80.a
Jurata barba. ibid.
Jus legum eſt, Fas hominum. 289.b
Jus reddere. 53.a
Jus trium liberorum. 217.b
Juſta, Ludorum funebrium ſolennia. 561.b. 663.a
Juvenile præceps. 53.a,b
Ixionis pœna apud inferos. 445.b.609.a

K.

Κατομαντεία. 718.b.845.b
Καμπτομάντεις. 437.a
Καλαπειραστήρ. 142.b
Καλαπειραστηρία. ibid.
Κόρυμβ@. 365.b
Κρώβυλ@.. 365.b

L.

LAbdaciæ cohortes. 676.a
Labi. 363.b
Lacertus Byzantiacus. 221.a
Laconia ab Oibalo rege Oebalia appellata. 880.a
Lacteus circulus. 24.b
Lacus Curtius. 15.b
Lacus, pro *potu.* 445.b
Ladon, fluvius. 463.a
Laſtrygonum ſides olim Formianus ager. 47.b
Lagou, puer egregia forma. 67.b
Lampas , pro *nuptiis.* 220.b
Lampea, Arcadiæ civitas. 430.a
Lamus , Ciliciæ fl. & urbs Laſtrigonum. 680.a
Langia , fons , qui poſtea Archemorus vocatus. 456.b. *palus.* 414.a
Lanificio olim etiam Regum filiæ manus admovebant. 423.b
Lapithes , Lapithaon. 577.b
Lapſare. 652.a
Lapythæ , Theſſaliæ gentes. 358.b
Lariſſa, arx Argivorum , à Lariſſa Pelaſgi filia dicta. 410.b
Lariſſa, oppidum. 304.a.338.b
Latona ubi Apollinem & Dianam enixa ſit. 461.a
Latonæ & Bythonis fabula. 494.b
Latous vatum pater. 35.b
Latrans pectus. 344 a,b
Laureatæ epiſtolæ. 218.b
Laurentum, oppidum. 182.b
Laurum in gremio Iovis deponere. 182.a
Laurus Apollini ſacra. 845.a
Leandri amor. 27.a
Lebadia , civitas Apollini ſacra. 581.b
Lechæa , promontorium. 191.a.347.a
Lectus , pro *electus.* 56.b
Leda à Jove in cygnum mutato compreſſa. 713.b. *poſt mortem Nemeſis dicta.* 47.b
Legati ſorte mittebantur. 530.a
Lemniadibus cur hircinum odorem immiſerit Venus. 465.b. *à maritis deſeruntur.* 466.a.467.a
Lentare arcus. 840.b
Lentulus Bardiacus. 187.a
Leo exuvio, pro *pelle leonis.* 309.b
Leo in ſenecta præſ. homines appetit. 108.a
Leonis Cleonæi , ab Hercule interfecti ſpecus. 413.b
Leptis, oppidum. 204.a,b
Lerna , palus apud Argos. 89.a. 302.b. 304.b. 660.b.
Lernæa tela. 489.b
Lernæi, Græci, à Lerna palude. 452.a
Lernæus fons. 350.a
Leſbia lyra. 95.a
Lethe, fluvius inferorum. 151.a. *item , fl. in Hiſpania.* ibid. *ut & in Aſia.* ibid.
Letifer annus. 322.a
Leucas, promontorium Epirotici maris. 461.b
Leucothoë, poſtmodum Mater Matuta dicta. 280.b
Levum lumen , pro *noxio.* 317.b
Levus recubans 523.b
Lex Julia de Adulteriis. 247.a
Libandi poſſeus ritus. 313.a
Libare quid. 859.a

Libatia

Libatio duabus rebus expediebatur, lacte & ſanguine. 518.b
Libellio. 222.a
Liber unde Bimater dictus. 569.b. *Dithyrambus unde.* 328.a,b. 569.b. *Niſæus unde.* 435. b. *ejus primus & ſecundus natalis.* 328.a,b
Liberior campi. 184.a
Libya, Africæ pars, pro *tota Africa.* 211.a
Libyca palæſtra. 138.a
Libye regio à Libye Epaphi filia ſic appellata. 458.a
Lignum viduum. 357 a
Limbus quid. 528.b.529.a.832.a
Limen expoſitum. 101.b
Limen pulſare ſenatus. 220.b
Limen Romuleum. 159.a
Limina tergere. 235.a
Limon, nomen prædii. 97.a
Linea cretæ. 161.a
Lingua ſimili protervus. 272.a
Lini Apollinis F. à canibus diſcerpti fabula. 510.a
Linterna palus. 191.b
Litamina. 719.b
Litare. 68 b. *ut differat à ſacrificare.* 719.b
Littorales dii. 135.a
Lituus quid. 595.b
Lituus, pro *impulſore.* ibid.
Locri Epicnemidii. 114.b. *Opuntii.* ibid. *Ozolæ.* ibid. *Zephyrii.* ibid.
Locus inſidiis. 755.b
Logotheta. 230.b
Longa manus. 236.a
Longum, pro *late aut longe diſtanti.* 872.b
Lucanica quæ & unde dicta. 222.b
Lucanum mare. 145.b
Lucanus à Nerone mori juſſus. 125.a
Lucem ducere. 181.a
Luci Averni. 194.a
Lucifer, unum idemque aſtrum, & mane & veſpere oritur. 521.a
Lucina, unde ſic dicta. 854.a,b
Lucorum ſenium. 43.b
Lucta, qualis ludus. 880.b
Lucunculus. 68.a
Lucus omnis Dianæ eſt conſecratus. 438.a
Ludi Iſthmii. 137.b. *Megaleſiaci.* 33.a. *Nemei.* 137.b. *Olympii.* 131.a.137.b. *Pythii.* ibid, *Tarentini ſeu Sæculares cur inſtituti.* 51.a
Lumina colorum, 134.a
Luna, Hetruriæ oppidum. 197.a
Luna, pro *nocte.* 268 a.621.a
Luna quando Proſerpina, Diana & Hecate dicatur. 438.a,b. 610.b
Lunam carminibus cœlo deduci poſſe, ſibi ſtulta hominum preſumptio vindicavit. 545.a
Lunati calcei. 242.b
Lunatum agmen. 473.b
Lunenſe marmor. 43.a
Luſciniæ humanæ vocis dociles. 107.a
Luſtra coronata. 186.a
Luſtrare civitatem humana beſtia, Gallicus mos. 728.a
Lyæus, Bacchus. 673.a
Lycabeſſos, mons Atticus. 796.a
Lycæus, mons Arcadiæ altiſſimus. 565.a 686.b
Lycaon primus gymnicos ludos excogitavit. 834.a
Lycaonis in lupum verſi fabula. 586. a. 740.b
Lyci, in lyncem verſi, fabula. 453.a
Lycia, Aſiæ civitas, Apollinis ſedes. 617.a
Lycophron, poëta. 260.a
Lycormas, fluvius Thebanus. 463.b. *unde Centaureus dictus.* ibid.
Lycurgi duo fuerunt. 458.b
Lycurgi, Thraciæ regis, fabula. 570.a
Lycus à Junone in furorem verſus. 447.a.b
Lydiæ fœminæ tumentes & obeſæ. 72.a
Lygii, populi. 159.b
Lympha, aqua. 43.a
Lymphare. 566.b
Lynces Baccho dicatæ. 878.a
Lyræ flexæ vox. 260.a
Lyrcius, fluvius. 417.b
Lyris, fluvius. 193.a. *antea Clanis dictus.* ibid.
Lyſippus ſtatuarius. 17.b

M.

M*Actare, quid.* 577.a
Mactare in tumulos, pro *ſuper tumulos.* 255.a
Maculæ, pro *rete.* 331.a
Mænades, Bacchæ. 674.b. *unde dictæ.* 850.b
Mænalus, mons Arcadiæ. 429.b. 541.b. 565.a.675.a
Mæon, Apollinis ſacerdos. 449.a
Mæotis, palus. 858.b

Mara, ſacerdos. 631.b
Magiſtratui venienti & privati, & minor magiſtratus majori aſſurgebant apud Romanos. 327.b
Magiſtratum inituri in leges jurabant. 180.a
Magiſtratuum munia ſorte diſcreta. 530.a
Magnanimus propriè quis. 8 .7.a
Majeſtati conſecrare. 178.a
Malachus. 142.a
Malæ, pro *dentibus.* 365 b
Malæ vires, pro *lachrymis.* 252.a
Male, i. e. infeliciter. 728.b
Malea, promontorium naufragiis infame. 48.a.285.b.325.b.425.a.561.a.838.a
Maleus, Tuſculorum rex, tubæ primus inventor. ibid
Maligna lux. 351.b
Mandata ſigna. 256.b
Manere dicto. 542.b
Manes, pro *pœnis.* 611.a
Manes cur ita dicti. ibid
Manicas habere, veteribus molle ac effœminatum. 597.b
Manlius Theodorus, auctor Aſtronomici, quo tempore floruerit. 154.b. *falſo hactenus* M. Manilius *dictus.* ibid.
Mantho, Tireſiæ filia. 490.a. *vates.* 602.b
Manu factum quid. 168.a
Marathon, civitas. 489.a
Marathros herba. 416.b
Marcidum vinum. 69.a,b
Marcomani, Germaniæ populi. 159.b
Mareoticum vinum. 141.b
hoc Margaritum, & hæc Margarites. 510.a
Margo templi. 690.a
Marica littoris Minturnenſium dea. 47.b
Maritæ quæ dicantur. 424.a
Marmora duûm generum. 43.a
Marrucinus ager. 200.b
Mars Penthesileæ, ſive proprie omnium Amazonum Pater dicitur. 473.b
Marti & Marathoni, Athenienſes jurabant. 489.a
Martis & Veneris adulterium. 563.b. 564.a
Marſias ab Apolline in tibiarum certamine victus. 363.b. *ejus ſupplicium.* 422.b
Martia Ilia. 37.b
Maſſagetæ, populi. 830.b
Maſſyli, Africæ populi. 109.a
Maſſylia, regio. 613.b
Maſſylia, provincia, pro *Mauritania.* 155.a,b. pro *Africa.* ibid.
Matrimonia, pro *matronis.* 549.b
Matronæ crinibus paſſis templa verrebant in ſuppliciis. 675.a
Matuta mater, eadem quæ Ino & Aurora. 663.b
Megale, inſula. 368.b
Megaleſiaci ludi. 35.a
Megalia, nomen prædii. 97.a
Melampus, augur magni nominis, Prætidas inſaniâ liberavit. 395 a
Melaneus. 602.b
Melas, fluvius & fons. 576.b
Meleagrides in aves verſæ. 72.b.108.b. 416.b.632.a
Melete, fluvius. 120.b
Meleus, Tyrrhenorum Imperator, tubæ primus inventor. 531.a
Melicertæ humato luſtrale certamen inſtitutum. 414.b
Melicertes ſe de monte Lechæo in mare præcipitavit. 566.a
Memphis cur Statio invida *dicta.* 147.b
Menander, poëta. 175.b
Menandri multi fuerunt. 84.a
Menœceus ſe pro patria ex reſponſo de muro præcipitem dedit. 574.b
Menſa pomorum. 859.b
Menſa citrea. 155.a
Menſæ cur in ſepulchris poſitæ. 239.b
Mercurialis virgæ poteſtas. 328.a
Mercurii quatuor. 441.a
Mercurius Jovis peculiaris nuncius ad Inferos. 323.a. *palæſtriæ præſ.* 546.a
Merere, pro *militare.* 426.b
Meretrices erant apud Athenienſes ſignatæ & veſte à matronis diſcretæ. 501.b
Meridies quid vocetur. 384.a
Meritum eſt Græcorum ἄξιον. 124.b
Merſus, inclinatus uſque quò poteſt. 552.b
Meſſina, civitas. 421 b
Metalla quæ & unde dicta. 97.b
Metallum Dalmaticum. 32.a
Metari. 245.b
Metatores. ibid.
Methymnæus vates, pro *Arione.* 95.a
Metus parens odii. 288.a
Mide, Bœotiæ civitas. 579.b
Milites emeriti arma ſua Marti vovebant. 201.a
Milvius pons. 88.b

Mimallo-

Mimallones lingua Macedonum Baſchæ. 453.a
Minerva, unde Ithonia cognominata. 168.a 579.b. Tritonia unde. 368.a. ſuperſtitioſe à Domitiano culta. 180.b
Minerva Aleæ templum. 429.b
Miniſteria, pro miniſtris. 549.b
Minos, Cretenſium rex clementiſſimus. 444.b. dicitur apud Manes de ſupremo exitu mortales judicare. 445.a
Minos & Rhadamanthus Jovis & Europæ filii, Cretenſium reges. 488.b.571.a
Minois de urna fictio unde nata. 612.a
Minyæ, appellati omnes Argonautæ. 483.b pro quibuſcunque navis gubernatoribus. 618.a
Miſeni promontorium infame naufragiis. 141.b. 214.b.
Miſenus mons. 176.a
Miſerari. 646.b
Miſericordiæ ara apud Athenienſes. 790.a
Miſſa caſsis, pro demiſſa. 113.a
Mitra quid. 982.a
Mitres rex, primus obeliſcos inſtituit tumulo. 181.b
Moderantes, pro moderatoribus. 688.a
Moderator Tyrii aheni. 31.b
Mœnia, pro muris. 618.a
Mœonii modi, i. e. Lydii. 752.a
Mœræ olim Parcæ dictæ. 66.a
Molaris, pro lapide molari. 879.b. pro dente, quo cibus conſicitur. ibid.
Moliri. 523.a
Moliri greſſus. 308.a
Molle, pro molliter. 300.b
Mollia ſacra. 137.a
Mollire puerum, pro caſtrare. 167.b
Molochibus. 142.a
Molorchus Herculem hoſpitio ſuſcepit. 129.b 420.a
Molorsibus. 142.a
Moloſsia, pars Epiri, optimis canibus inſignis. 858.a
Μολυϐδὶς. 134.a
Molybdus. 142.a
Monere, monitus, propria verba de auguriis, oraculis, prodigiis, &c. 144.a
Monichium, locus juxta portum Athenienſium. 795.b
Monile fatale. 385.b
Monile funeſtum. 339.a.340.a
Monſtro, pro monſtroſe. 295.a
Mopſus, augur. 399.b
Mores Adriæ. 146.a
Mores expoſiti. 101.b
Mors in maritum. 255.a
Morientes oſculandi mos apud Veteres. 88.b
Morituri apud Græcos & Romanos pretioſiſſimas veſtes ſumebant in quibus moriebantur & comburebantur. 517.b.
Morituros futura ſentire credebant veteres. 600.a
Mors imperfecta, pro cæcitate. 760.a
Mortuis vinum libare non licebat. 565.b
Mortuis nono demum die parentabatur. 521
Mortuorum imagines ludis illatæ, iiſque locus publicus quaſi ad ſpectandum aſſignatus. 522.a,b
Mortuos admodum gaudere lacrymis exiſtimabant Veteres. 116.b
Motio altaris ac delubri ſpontanea, ſignum advenientis dei. 170.b
Motus in brutis ſunt, quod in homine iræ. 393.a
Mulcere ferrum toga. 53.a
Mulieri caſtra ingredi non licuit. 233.b
Mulio, pro auriga. 189.a
Mundi ſenium. 216.a
Mundus latens, pro Antipodibus. 528.a
Mundus, pro ſæclo. 741.a
Munichia arces, pro Athenis. 257.b
Murex quid. 825.a
Murtia dea. 27.b
Muſis incorruptis hoſtiis ſacrificatum. 200.b
Mutæ artes. 422.b
Muti anni. ibid.a
Mutare genas, pro ſe mutare in aliam formam. 720.b
Mutare imperia. 487.b
Mycaleſſos, promontorium. 576.b
Mycene. 414.a
Myconos, inſula. 394.a.823.b
Mygdonia, regio in finibus Aſiæ. 331.b
Myrmidones, unde ſic dicti. 578.b
Myron, ſculptor celebris. 44.a
Myrrhæ inceſtus. 238.b
Myrrhina vaſa. 166.a,b
Myrtus Veneri dicata. 27.b

N.

NAiades, deæ, unde ſic dictæ. 829.b
Nana, Sangarii fluminis filia. 165.a
Nani etiam inter gladiatores. 70.b.71.a
Napææ nymphæ. 428.a

Naphtha, bituminis genus. 86.a
Narciſſi in florem verſi fabula. 165.a
Naſamones, Libyæ populi. 123.b.211.a
Naſcentia templa. 129.b
Natalitii ludi. 118.a
Naubolus, Laji auriga. 582.b
Navigaturi diis marinis vino & extis taurinis litabant. 871.b.872.b
Naxi turrium titulus. 30.b
Naxos, inſula, Baccho conſecrata. 854.b
Neapolis peculiariter Græca urbs fuit appellata. 98.a
Neapolis unde Parthenope dicta. 134.a
Nebrides, Baccharum indum. 364.b.850.b
Neceſſitudines, pro *neceſſitudine junctis.* 550.a
Nefaſta loca, pro *nefanda.* 297.b
Neme, oppidum. 137.b
Nemeæa arma. 243.b
Nemeæa certamina. 507.a
Nemorenſis rex. 46.b
Νιφ⊛. 216.b
Neptunus à quibus educatus. 209.a
Nigra turba, pro *hominibus pravi ingenii.* 49.a
Nili fluminis origo. 195.a. *ejus oſtiorum nomina.* 625 b
Nilus unde ſtagnare dicatur. 147.b
Nilus, Ægyptiorum deus. 72.a.b
Niobe, Tantali filia, Amphionis uxor. 322.b. *à Diana & Apolline extincta.* 448 a. *in ſaxum verſa.* 227.b.514.b. 582.a
Niobes filii & filiæ. 381.a,b. *cur iis orbata.* ibid.
Niſa, mons Indiæ. 433.b
Niſus Megarenſium rex. 301.a.347.a. *Mons.* ibid.
Nitor, pro *liberalitate & ſplendore rei familiaris.* 102.a
Nobilis quis. 228.b
Noctem in quatuor vigilias diſtribuere ſoliti veteres. 705.a
Nodare palaſtras. 138.a
Nonacria, nomen loci vel agri Arcadiæ. 430.b
Nondina, Romanorum dea. 25.b
Nota, pro *cicatricibus.* 9.b. pro *ſignis minutis.* ibid.
Novalia Cadmi. 405.b 406.a
Novemdialia. 521.a
Novemdialis cœna. 239.b
Nox Somni & Mortis nutrix. 693.b
Nox, pro *concubitu.* 284.a
Nox Dorica. 40.a. *Herculea.* ibid. *Phrygia.* ibid. & 781 b
Noxa & noxia ut differant. 718.a
Noxa, pro *reo, qui nocuit.* 550.a
Nubere non modo fœminæ dicuntur, ſed & viri. 228.a
Nubes veterni. 702.b
Nubigenæ clypei. 249.b
Nubilus, infernus. 441.a
Nubilus, triſtis. 480.a
Nudare manu. 169.a
Numidæ, Nomades. 62 a
Numidicæ guttæ, pro *avibus Aphris.* 72.b
Numina minora non poſſe nocere putata ſunt, niſi poteſtatem à majoribus accepirent. 572.a
Nuptiæ noctu inſtituebantur apud Vitios. 810.b
Nuptiæ ſecundæ erant infames apud Romanos. 220.b
Nuptiarum jura celebrabant apud antiquos ante aras numinum. 342.a
Nuptum, accuſandi caſu, *pro nuptiis.* 228.a
Nurus, pro *fœminis.* 476 b
Nyctææ in avem verſæ fabula. 398.b
Nymphæ veteribus Græcis aqua. 43.a
Nymphæ arboribus præeſſe credebantur. 512.a
Nymphæ & Fauni poſt annorum millia pereunt ſecundum Ariſtotelem. 662.a,b
Nyſa, Arabiæ felicis antrum. 36.a
Nyſa, jugum Parnaſſi montis. 582.a

O.

Obeliſci Solis numini ſacrati. 184.b
Ὀβελ⊛. ibid.
Obire audita imperia. 819.a
Obliquum carmen. 20.a.22.b
Obliquus ductus. 22.b
Obliquus, pro *notho.* 476.b
Obvarare. 554.b
Ocila, Gebennitarum poetus. 264.b
Octobrem menſem Domitianum *nominavit Domitianus.* 182.b
Odium, pro *odioſo.* 550.a
Odryſii, Thraciæ populi. 843.b
Oeageius, Ciconum rex. 483.b
Oebalia, urbs Spartæ. 489.a
Oebalidæ, Caſtor & Pollux. 140.b.489.a

Oeba-

Oebalus, rex Laconiæ. 809.b
Oedipodes, Oedipodion, Oedipodionides. 332.a
Oenea Diana. 352.b
Oeneus, Ætoliæ rex. 353.a. propter numen Dianæ contemptum oppreſſus. ibid.
Oeneus, Calydonis rex. 572.a
Oeneus, Tydei pater. 333.a
Oenomaus, Martis filius. 333.b
Oenomaus, rex Elidis & Piſæ. 23.b.24.a 727.a
Oeteæ lampades, pro ſtellis quæ videntur in Oeta monte oriri. 268.a
Offenſus, pro occupatus. 561.b
Ogyges, rex Thebanorum. 291.a
Ogygia, inſula. 248.a
Ogygiæ Thebæ. 335.b
Ogygidæ, Thebani, ab Ogygio terrigena. 360.a
Ogygius deus, id eſt, Liber pater. 493.b
Ogygius poſt Cadmum Thebas rexit. 582.a
Olearos, una ex Cycladibus inſula. 854.b
Olenia aſtra. 48.a.371.a
Olenia capra, Jovis nutrix. 532.a
Olenium, Arcadiæ oppidum. ibid.
Olenium pecus. 145.a
Olenos, Ætoliæ regio. 305.a.357.a
Olenos, Arcadiæ civitas. 417.a
Oliva ſupplex. 789.b
Olores Amyclæi. 31.a
Olympi montes quatuor fuerunt. 144.b
Olympia certamina in honorem Pelopis inſtituta. 506.b
Olynthus, civitas. 790.b
Omina quæ dicantur. 559.a
Onchestus, Neptuni filius. 576.b
Onychina vaſa. 166.a,b
Opheltes, Lycurgi F., poſtea Archemorus dictus. 456.b.457.a.504.b
Opimus. 44.a
Opulentus quis. 228.b
Orbis & cœlibibus pœna irrogatæ. 215.a
Orbis partis diverſimode conſtituerunt veteres. 55.a
Orcades inſulæ. 199.a
Oreades nymphæ. 428.a
Oreſtes ubi à furore purgatus. 791.a
Orgia, triennalia Liberi ſacra. 269.b.599.a
Orion ex Jovis & Neptuni urina natus. 371.b. in cœlum tranſlatus. ibid. 575.a
Orontes fluvius, prius Typhon dictus. 215.b
Orphei fabula. 609.b.610.a
Orphei mors variè deſcripta. 252.b
Orphei caput in Ebrum fluvium Thracium abjectum. 124.a
Orpheos quinque fuiſſe contendunt Græci. 95.b
Orſa, pro carminibus. 84.b
Ortus quicquid habet, finem timet. 91.a
Ortygia, inſula. 36.a. eadem Delos dicta. ibid. & 461.a.836.a
Orythia à Borea Thracio rapta. 796.b
Oſcitatio. 222.a
Oſſa, mons Theſſaliæ. 419.a.819.a.831.a
L. Otacilius Philetus. 116.a
Othriadis, Lacedæm. ducis fortitudo. 413.b
Othrys, mons. 819.b.839.b
Othus & Ephialtes, Aloi filii, cœlum expugnare tentarunt. 730.b
Otioſæ ſententiæ. 222.a
Οὐ γάϐλα κινεῖν, ἢ λύεα πρίπς. Adag. 77.a
Ovis in luſtrationibus adhibebatur. 437.b
Oxygarum. 223.a
Oxyporum. ibid.

P.

PÆan, Græcè dicitur omnis laus. 618 b
Palæmon, deus marinus, ejuſque fabula. 586.a,b. idem qui Portumnus 143.a
Palæſtina olim Syria dicta. 238.a
Palæſtini liquores. 237.b
Palatus, pro palans. 599.a
Pale, es, pro palæſtra. 88[illegible].b
Pali acuti, pro telis. 628.b
Palici, i. e. bis geniti, Ætnæ nymphæ filii. 774.b
Palla, veſtimentum muliebre. 827.b
Pallas ſuperſtitioſe à Domitiano culta. 18[illegible].b
Pallas littorea. 135.a
Pallas, unde Ithonia cognominata. 368.a. Tritonia unde. ibid. & 483.b
Palladis operæ & ingenio præclariſsima quæque artificia adſcribebantur. 8.b
Palladis ſacrificia à puellis celebrabantur. 829.a,b. 833.b
Pallenai triumphi. 186.a
Pallene, Thraciæ civitas. 360.b
Pallor, pro colore croceo. 344.a
Pan ore caprino & hircinis cruribus à Mendeſiis cultus. 98.b
Pancarpus, ſeu Pancarpum. 73.a
Pandion, Erichthonii, Athenarum regis, filius. 368.a

Pandionis, regis Athenarum, quatuor filii, Ægeus, Lycus, Pallas, Niſus. 168.b
Panes cur ſemidei *dicti.* 513.a
Pangæa, mons Thraciæ. 544.a
Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μυκόνον. *proverb.* 394.a
Panope, civitas. 581.a
Papinii agnomen an Surculus. 1.a,b. & ſeqq.
Paratonia vel Paratonium, civitas olim Ammonia dicta. 465.a
Parcæ ad ſcribenda vel canenda pueri fata, ultima die hebdomadæ advocabantur. 84.b
Parcæ olim Mœræ dictæ. 66 a
Parens Latius. 33 b
Parnaſſi vertices duo, in uno Phœbus, in altero Bacchus colebatur. 581.b
Parnaſſus, terræ umbilicus. 287.a
Parnes, mons Atticus. 796.a
Paros, una ex Cycladibus inſula. 854.a
Parthenium, Arcadiæ nemus. 429.b
Parthenopæus, cujus filius. 427.a,b
Parthenope, Eumeli filia. 219.a
Parthenope, Neapolis dicta à Parthenope una ex Sirenibus ibi ſepulta. 134.a
Parthenope in otia nata. 175.a
Parthenope Sirene. 174.b
Parrhaſii, populi. 2 2.b
Parrhaſis, Arcas à gente dicta. 560.a
Parthaon, Oenei pater. 368.b
Parthaonia, regio. 320.a
Parthia, regio. 312.a
Paſithea, una è Gratiis. 341.a
Paſſum receptum. 223.a
Patara, Lyciæ civitas. 321 b
Patientior actus. 706.b
Patrii Penates. 219.b
Patricias intrare fores. 220.b
Pavidus & pavens ut differant. 496.a
Pavimenta aſarota. 44.b.45.a
in Pectore Relig. & Amicitiæ ſedes. 5 1.b
Pectus amicitiæ, pro *Amico.* ibid.b
Pecus, de equis. 297.b
Pedes laneos habere cur dii dicantur. 65.b
Pegaſæ, Theſſaliæ civitas. 813.a
Pegaſus, Neptuni & Meduſæ Gorgonis filius. 414.b
Pegaſus, an navis fuerit. 395.b
Πειράζειν. 281.b
Pelaſgi, Theſſaliæ populi. 841.a
Pelethronia, regio. 360.b
Peleus, pater Achillis. 485.b
Pelion, mons altiſſimus. 819.b
Pelopea phalanx. 726.a
Peloponneſus. 837.b
Peliaa pinus, Argo navis. 483.a
Pelios, mons Theſſaliæ. 811.b
Pelta, Amazonum ſcutum. 473 b.570.a
Pendere curſus. 247.b
Peneus, fluvius Theſſaliæ. 419.a
Peneus, palus. 430.a
Pentheus, Liberi patris ſacra contemnens, occiſus. 280.a.572.a.864.a
Peplum quid. 690.b. *id matronæ in ſupplicitiis deabus offerebant.* ibid.
Perdices an humanæ vocis dociles. 107.b
Pergama. 9.a
Pergameus deus, pro *Æſculapio.* 162.a
Periculum dulce. 203.b
Periodi victores, qui dicti. 506.b
Periſteræ, in columbam verſa, fabula. 425.b 425.b
Perſea, pro *Perſeïa.* 418.a
Perſeus, Jovis & Danaës filius. 294.a. *Argis regnavit.* 394.b
Perſtare animo. 753.b
Perſtringere. 500.b
Pertinere, pro *extendi, porrigi.* 561.a
Perverſa vota. 744 a
Pharetra proprie quid. 679.a
Pharii liquores. 87.b
Pharius annus. 141.a
Pharos, Ægypti civitas. 464.b
Phaſidis alis. 206.a
Phaſis, fluvius. 490.b
Philetas, elegiographus, Thelephi F. 216.a. 48.a
Phinei, Arcadiæ regis, ob excæcatos liberos ſuos, pœna. 620.a
Phiſtenes, filius Pelopis & Hippodamiæ. 811.a
Phlegethon fl. ignem pro undis habet. 444.a
Phlegra, regio. 528.a
Phlegra, Thraciæ civitas, poſtea Pallene nominata. 360.b
Phlegræa prælia, pro *gigantæis.* 262 a
Phlegræi campi. 843.a
Phlegyas, Martis filius, Apollinis templum incendit. 322.b
Phocæ, vituli marini. 813.a
Phocis, oppidum, à Phoco Æaci filio dictum. 328.a.581.a.747.a
Phœbeius juvenis, pro *Æſculapio.* 162.a
Phœbus regis Admeti armenta pavit. 57.b

Phœnix

Phœnix, Amintoris filius. 82.b. Agenoris pater. ibid. fluvius. ibid. mons. ibid.
Phœnix, avis. 108.b. ejus vivacitas. 148.b
Phænomoë, Phœbi filia. 94.b. prima carmen heroicum cecinit. ibid.
Pholoë, nomen ancillæ. 102.b. nomen montis & oppidi. ibid. & 403.b. 826.a. pro una ex Naïadibus. 102.b
Phorci chorus. 93.b
Phoroneus, Inachi filius. 295.b. primus judicia & leges conſcripſit. 147.a. 312.a primus Junoni ſacrificaſſe dicitur. 448.b
Phoſphoros, ſtella. 115.b
Phrygia nox. 40.a
Phrygum & Arcadum de antiquitate certamen. 429.a
Phryxeum æquor. 538.a
Phryxi & Helles fabula. 340.b. 491.b. 810.a,b. 838.a,b
Phylaceia, Laodamia. 266.b
Phyllus, Arcadiæ regio, Græcis Phyllalia vocata. 413.a
Pietas proprie quid. 255.a
Pilæ crepantes. 64.a
Pilea Saturnalibus mittebantur. 222.a
Pili Romani figura. 155.b
Pilum pampineum, thyrſus. 597.a
Pimplæa enthea. 51.b
Pindari familia in dirutione Thebarum excepta ab Alexandro M. 210.b
Pindarus, poëta lyricus. 213.b. 214.a
Pinus colebatur in ſacris Matris Deûm. 696.b
Pirene, fons, ſedes Muſarum. 51.b
Pirithoi & Theſei fabula. 609.b
Pirithous, Lapitharum rex. 479.a
Piſæ, civitas Elidis. 306.b
Piſæa lex. 23.b. 24.a
Piſani annui. 40.a
Pithecuſa eadem inſula quæ Inarime 96.b
Placita, id eſt, probata, placens, litanſque. 571.a
Placitiſſimus. 781.b
Planctus quid. 520.a
Plangere, eſt verbum medium. 598.a
Platanus infuſo mero enutritur. 103.b
Platea, oppidum Bœotiæ. 434.b. 580.a
Plaudere. 31.a
Plectri error. 99.b
Plenus vita. 105.a
Pleuron, Ætoliæ civitas. 305.a. 368.b. 416.b. 632.a
Pliades, Atlantis & Pleiones filiæ. 145.a. unde Vergiliæ appellatæ. ibid.
Plinius Veſuviano incendio periit. 174.a
Πλόκαμος. 165.b
Poëtæ vittas & lauros ſuas abſoluto opere vovebant Apollini. 201.a
Pollentius ſaltus. 115.a
Pollex, alienationis & favoris index. 607.a
Pollicem premere, ibid. vertere. ibid.
Pollucis & Caſtoris fabula. 609.a
Polybus, Corinthiorum rex. 283.b
Poma Heſperidum. 138.a
Pompa traductio. 522.a
Pompeji, oppidum Campaniæ. 39.a
Pomum aureum in nuptiis Pelei à Diſcordia projectum. 874.a.b
Populi generatrix. 140.a
Porcia Bruti uxor. 78.b
Porgi, pro porrigi. 644.b
Porthmos. 287.b
Portumnus deus. 280.b
Poſtes Mauri. 42.b
Potamides nymphæ. 428.a
Potens quis. 228.b
Potiti cade. 318.a
Præceps immane. 53.b. Juvenile. ibid.a,b
Præfecti Theſaurorum. 154.b
Præfectura prætorii locum obtinuit. 50.a
Prægreſſus moras. 54.a
Prælibare quid. 859.a
Prælibare verendum nectar. 166.b
Præludere. 5.a
Præſagia, divinationes. 617.b
Præſagus Arion. 532.a
Præſides qui. 245.a
Præſidia, pro præſidiariis. 550.a
Præterire ſtultos dies. 183.a
Prætexta Conſularis. 179.a
Prævertere vota. 744.a
Praxitelis ſtatuarii opera. 207.a,b
Precans oliva. 353.a
Priamus quibus muneribus Hectoris corpus redemerit. 121.a
Priamus unde dictus. 836.b
Primitiæ proprie quæ dicantur. 747.b
Primus animus. 253.a
Priſcillæ conditorium per CIↃ CCCC. ferme annorum ſeriem fuit. 239.b
Priva vetuſto quæ nobis ſingularia. 405.a
Pro parte, id eſt, pro viribus. 58.a
Proavita rura. 200.b
Probatus quis. 228.b

Procnes in hirundinem conversa fabula. 107.b.147.b
Procnes & Terei fabula. 471.b.472.a
Prochyta, insula. 96.b.200.a
Proconſules ſorte in provincias mittebantur. 243.b
Prodigiorum genera. 583.a
Prodigus fortunarum. 374.a. *vitæ.* ibid. & 628.a
Prœti fabula. 448.a
Prœtides, furore à Venere immiſſo, boves ſibi ſunt creditæ. 336.a. *à Melampo inſaniâ liberatæ.* 395.a
Prœtus, Abantis filius, Argivorum rex. 395.a
Profeſſa res. 22.b
Profeſſus Hymen. ibid.
Profringere. 714.a
Prolicere. 450.a
Promulſidarium quid. 859.b
Promulſis quid. ibid.
Pronum, pro *facili, prompto.* 259.b
Propertii patria. 38.b
Προπομπή. 140.a
Propontis. 838.a
Profecta quæ & unde dicta. 499.b
Proſerpina ſex menſibus cum matre, totidem cum marito erat. 610.a,b. *unde ſic dicta.* 612.a
Proſerpinæ raptus. 863.a
Proſubigere. 714.a
Proſymna, area templi Junonis. 388.a
Proſymna, civitas Argivorum. 304.b. 413.a
Protervus lingua ſimili. 272.a *ſalibus.* ibid.
Proteſilai & Laodamiæ fabula. 125.a
Proteus, vates. 810.a
Προτίθεσθαι. 239.a
Provinciæ Proconſulibus ſorte adſignatæ. 530.a
Ψαλμοὶ τόξων. 422.a
Pſamate, Crotopi regis filia, ab Apolline compreſſa. 314.a,b.322.b
Pſithiæ vites. 223.a
Ptolemæus Ægyptius, Pompejum interfici juſſit. 123.b
Publius Terentius Varro. 123.a. *ab Atace vico* Atacinus *dictus.* ibid. *Argonautarum navigationem ſcripſit.* ibid.
Pudibundus. 481.a
Pudor & Ira ſæpe communibus verbis exprimuntur. 373.b
Puella, pro *vidua.* 32.b
Puellæ Libyæ, id eſt, Heſperides. 212.b
Pugnandi mos vetus. 636.a
Pulchrum eſt vitam donare minori. 553.a
Pulſare. 151.a
Pulſare limen Senatus. 220.b
Pulvere in luctu ſeſe adſpergendi ritus apud Judæos, Græcos & Roman. 372.b.373.a
Pulvis Puteolanus. 174.b
Purpura iterata. 149.b
Purpura Sidonia. 29.b
Puteoli olim Dicarchæa dicti. 92.b
Puteoli quot ſtadia à Bajis diſtent. 214.b
Putris, ſolubilis. 457.b
Putror. 192.b
Pygmæorum & gruum bellum. 71.b
Pylos Neleia. 418.b
Pyra, locus in monte Oeta, inde ex Herculis ibi concremati. 128.a
Pyra regibus mortuis extruebatur exuviis hoſtium. 770.b
Pyracmon, unus ex Cyclopibus. 361.a
Pyrenæi montes. 204.a
Pyrrhæ & Deucalionis fabula. 401.a.755.b
Pyrrhæ diluvium. 755.a
Pyrrhus unde ſic dictus. 872.b. *cur quoque Neoptolemus appellatus.* ibid.
Pythagoræ anima in quos migraſſe dicatur. 397.a,b
Pythagoras duobus hemiſpheriis proprios deos aſſignat. 444.a
Pythecuſæ, inſula. 200.a
Pythia certamina in honorem Apollinis inſtituta. 507.a
Pythonis come, locus in Aſia. 206.b
Pythonis Latonam gravidam perſequentis fabula. 494.b

Q.

Quando, pro *quoniam.* 465.b
Quarnellæ. 715.b
Quercica corona. 15.b
Quercus Jovi conſecrata. 438.a
Quercus Chaoniæ, in quibus ſedentes columbæ ſciſcitatoribus futura dicebant. 396.a
Querula domus. 106.b.107.a

R.

Rapidum cœlum, pro *volubili.* 292.b
Rapina, ſparſio miſſilium. 71.b
Recedere, pro *reduci.* 95.a
Recenſere, id eſt, animo repetere. 651.b
Recipere diem. 119.a

Recli-

Reclinus. 704.a
Recludere ſpeculum. 170.a
Reconditor. 179.b
Rectus. 292.a
Reddere jus. 53.a
Refringere, pro *frangere.* 202.b
Refringere verba. 85.a
Regius honos. 212.a
Regna, pro *rege.* 550.a
Renati olim dicebantur, qui ab exilio erant reverſi. 65.a
Revidere. 799.b
Reparator. 179.b
Retendere arcum. 197.b
Retexere quid. 651.a
Rhadamanthus & Minos, Jovis & Europæ filii, Cretenſium reges. 571.a
Rhipheus, mons Scythiæ. 306.a
Rhodope, mons Thraciæ. 476.a.776.a
Rhœtium, mons. 812.a
Rimari proprie quid. 602.b
Ripa alterna. 41.b
Rite, pro *ritu.* 474.b
Robora Maurorum, pro *citreis menſis.* 185.a
Rogum, combuſto jam cadavere, vino extinguere ſoliti Romani. 116.b
Romulus poſt mortem Quirinus dictus. 47.b
Ros Syriacus. 237.b
Roſa fronde mixta. 22.a
Roſa, Muſarum coronamentum. 84.b
Rubigo, pro *ſceleribus & malis artib.* 49.a
Ruere in furias. 262.b
Ῥυμὸς σταυροειδής. 188.b
Rumpere deos. 111.b
Rura proavita. 200.a

S.

SAbini, gens antiquiſſima Italiæ. 205.b
Sacca, pincerna Aſtyagis Medorum regis. 129.a
Sacra dicebantur res omnes familiares Imperatoris. 154.b. *Sacra domus.* ibid. *Sacri vultus.* ibid. *Sacrum latus.* ibid.
Sacra crudelia. 137.a. *fortia.* ibid. *mollia.* ibid.
Sacra Cybeles. 778.a
Sacrificare & litare ut differant. 719.b
Sæcula, pro *hominibus.* 761.a
Sagma quid. 679.a
Sagus, divinus. 617.b
Sangarius puer, pro *Aty.* 165.a
Sangarius, Phrygiæ flumen. ibid.
Saguntini, arctiſſima Hannibalis obſidione preſſi, extructo in media urbe rogo, cum omnis auro & argento in ignem pariter ſe præcipitarunt. 128.a
Saguntum ab Hercule conditum. 211.a
Salibus proſervus. 272.a
in Saliorum numero erant nobilium filii. 249.a
Salmacis fons. 61.a
Salum, omnis vis aquarum. 731.b
Salutare, pro *abeuntibus vale-dicere.* 412.a
Samos inſula. 855.a. *Junoni ſacrata* 296.b
Sanguinis humani uſus in conjurationibus ſanciendis. 474.b
Sappho, poëtria. 213.b
Sariſſa, Macedonum lancea. 576.a
Sarmatæ, populi. 159.b
Sarnus, fluvius. 39.a
Saſon, inſula. 191.b
Satiata robora. 32.a
Satietas in omnibus rebus dicitur, Saturitas in cibo tantum. 105.a
Saturare, pro *bene & plene imbuere colore.* 168.a
Saturnalia. 65.a
Saturnus cur fingatur filios ſuos comeſſe. 835.b. *unde Gr.* Κρόνος *dictus.* ibid.
Saturnus cur in compedibus toto anno eſſet. 65.b
Saturnus à Jove vinctus, & cum fratre Japeto, in tartarum conjectus. 608.b
Satyri unde dicti. 98.b
Saucia coma. 168.b
Savo, fluvius. 191.b
Sauromatæ, populi. 389.b
Scalarum admirabilis periphraſis. 730.a
Scalarum, in obſidione urbium, oppugnatio à quo inventa. 403.b
Scapei molares. 317.a
Scelerare, ſceleſtum facere. 364.b
Scelus timidum. 354.a
Scheænus. 188.b
Scipionis Africani cum Iove colloquium. 267.b
Scit peritura, pro *ſcit ſe perituram.* 604.a
Scolos, Græciæ civitas. 576.b
Scorpio in cœlum tranſlatus. 371.b
Scribere, pro *facere, condere.* 40.b
Scribere, pro *pingere.* 134.a
Scrupea, lapidoſa loca circa mare vel flumina. 663.a
Scylla, ſcopulus. 145.b
Scyllæa rura. 301.a,b

Scyron,

Scyron, latro famoſus, à Theſeo de ſaxo deturbatus. 301.a
Scyrus, una ex Cycladibus inſulis. 807.b. *ante Phœnice appellata fuit.* ib. & 846.a
Scytharum mos in ſanciendis privatim publiceque amicitiis & fœderibus. 308.b
Sebetos, fons. 39.a
Secare puerum, pro *caſtrare.* 167.b
Securus pelagi. 826. *turbæ.* 831.b
Sed, pro *tamen.* 156.b
Sedes belli. 354.b. *latronum.* ibid. *ſceleratorum.* ibid.
Semele à Jove dilecta. 280.a
Semidei qui. 814.a
Semidei heroës, Argonautæ. 485.a
Semidei reges. 399.a
Semideum pecus, id eſt, Panes. 513.a
Senectutis nullus certus eſt terminus. 53.b
Senex Siculus, pro *Theocrito.* 259.b
Senior Gargettius, pro *Epicuro.* 18.b.48.a
Senior Theſſalus, pro *Chirone.* 19.a
Senium. 764.b
Senium, morbus eſt ſenectutis. 620.b
Senium mundi. 216.a
Separ cætus. 441.a
Septembrem menſem Germanicum *nominavit Domitianus.* 182.b
Sequens annona. 221.a
Sequeſter quis dicatur. 592.a
Serapidis templum. 122.b
Serere ictum. 551.a
Seriphos, inſula. 824.a
Servate, ſollenne in auſpiciis verbum. 616.a
Servis libertas concedebatur in Saturnalibus. 70.a.73.b
Servitia, pro *ſervis.* 550.a
Servius rex primus æs ſignavit. 156.a
Seſtias, id eſt, Hero. 538.a
Seſtros, oppidum. 27.a
Sibyllinis libris legendis olim xv. viri conſtituti. 33.b
Siculi camini. 8.b
Sicyon, Corinthi municipium. 414.a
Sicyonii, populi. 334.a
Sidera donare. 281.b
Siderei orbes, pro *oculis duo ſidera referentibus.* 79.a
Sidonii amictus. 721.a
Sidonii raptus. 279.a
Sigæum promontorium. 814.a,b
Sigillaria. 67.b
Signa mandata. 156.b
Signa ſervabantur in ædicula in Romano exercitu. 697.a. *apud ea præcipue caſtrorum actus celebrabantur.* ibid.
Signare fores. 235.a
Silentia pennata. 692.a
Silicernium, cœna funebris. 239.b
Simi & Simones. 42.a
Simonides, poeta lyricus. 214.a
Simulacra deorum olim paſſim in littoribus poſita. 134.b
Simulacra domitarum provinciarum quomodo efficta. 14.a
Sinis, latro, à Theſeo interfectus. 793.a
Siniſtrum, in bono augurio. 615.b
Sinus Tyrii. 243.a
Sipylon, mons. 154.b
Sirenum fabula. 77.b
Sirenuſæ. 92.a
Siſtrum, quid. 147.a.297.b
Siſyphi pœna apud inferos. 347.a.445.b
Σκίρπος, puerorum cirrus. 165.b
Sobria corda. 230.a
Sodalis proprie quis. 203.b
Solatia, pro *ultione.* 315.b
Sol emeritus. 301.b
Solem in Iberico freto occidere, vulgata Poetarum fabula. 139.b
Solem in ſpelæis coli primi invenerunt Perſæ. 323.a
Solis equi. 392.b.393.a
Solis cum Rhode puella concubitus. 106.a
Sollicitum aliquem habere. 874.a
Solum, quodvis cujuſvis rei fundamentum. 282.b
Solymus civis. 249.b
Somniorum portæ duæ. 267.a
Somno alas adfingunt Poëtæ. 694.b
Somnum turbata, id eſt, per ſomnum. 671.b
Somnus locatur in aditu inferorum. 693.a
Sonare & Sonorare, ut differant. 319.a
Sopor, conſanguineus leti. 693.b
Sordida vulnera. 499.a
Sorte pleraque, quæ militiam concernebant, peragebantur. 700.a
Sortes Herculi Tiburtino inſtituta. 47.a
Sortibus antiqui ſæpiſſime & maximis in rebus utebantur. 530.a
Soteria. 49.a
Spargere olenti nimbo. 22.a
Spartanorum διαμαστίγωσις. 629.b
Spartus Spartæ conditor. 147.b
Spectacula, pro *ſpectatoribus.* 539.b

Specta-

Spectatus eſt, pro *ſpectavit*. 326.a
Specula Brunduſina. 169.b
Sperare, pro *timere*. 650.b
Sperchius, *fluvius*. 463.b. 816.a. 826.b. 851.b
Sphæromachia. 178.a
Sphenna, ludus pilarius. 178.a
Sphynx, *monſtrum quale*. 283.a. *unde ſic dictum*. ibid.
Sphyngis ænigmata. 355.a,b
Sphyngis vultus Thebanorum ſigna ornabat. 575.a
Spica Ciliſſa. 238.a
Spondere quid. 871.a
Stabulum, *omne domicilium*. 486.b
Stagnans aqua proprie quæ. 147.b
Statina, *inſula*. 176.b
L. Statius Urſulus. 2.a,b. 3.a.
Statuam Dei cujuſdam in menſa ponebant Pagani, *velut ejus genium & tutelam*. 208.a
Stemma quid. 199.b
Stemma junctum. 111.a
Steſichorus, *poëta lyricus*. 213.b.260.a
Sthenelus, *Capanei regis filius*. 842. a. *ad Thebas evertendas dux*. 408.a
Stola apud Græcos etiam inter virilia veſtimenta; Romanis non niſi inter muliebria. 37.a
Strabas. 770.b
Strangulare divitias. 101.a
Strictus amnis. 192.b
Stringere. 26.a. 843.a
Strongyle, *inſula*. 30.b
Strymon, *fluviorum celerrimus*. 20.b.476.a
Sturnus humanæ vocis docilis. 107.a
Stymphalides aves ab Hercule occiſæ. 430.b
Styx, *fluvius infernalis*. 444.a
per Stygem pejerantes graviſſima manebant ſupplicia. 607.a
Stygis filiæ, *Victoria*, *Vis*, *Robur*, *Zelus*. 608.a
Subducere naves. 869.a
Subiti proceres, *tumultuarii*. 697.b
Subtexere aſtra. 407.b
Subtexere laurum myrto. 27.b
Succiduus. 584.b
Sues fulmineos cur appellent Poëtæ. 878.a
Sulcator pallidus umbriferæ undæ, pro *Charonte*. 607.a
Sullanæ proſcriptiones. 212.b
Sumere bellum. 262.b. *furias*. ibid.
Συνθεσις. 165.b
Super cœnam. 473.a
Super honores. ibid.
Super ſomnos. ibid.
Superbus, pro *ſuperbum*. 300.a
Supercilium, pro *faſtidio*. 510.a
Supplices ex ritu veteri ſedebant. 72.b
Surculus, an agnomen Statii. 1.a,b. & ſeqq.
Surrentinum vinum. 98.a
Suſpirandum, pro *deſiderabile*. 412.a
Syene, *civitas Æthiopiam ab Ægypto dividens*. 458.a
Syllæ prius Sybillæ dicti. 211.b
L. Sylla mollities & ſocordia in conviviis tempeſtivis. 211.b
Sylvas cur opera ſua appellarint veteres. 3.a,b
Synnadicum marmor. 97.b
Syntheſis quid. 223.b

T.

Tabes quid. 365.b
Tænarum, *Laconiæ promontorium*. 325.b
Tænarus, *locus profundus*. 285.b
Tagetis ſaltus. 241.a
Tagus, *fluvius*. 30.a
Talaſſionem in nuptiis inclamabant Romani, *Græci Hymenæum*. 424.a
Talaus, *Talaion*, *Talaionides*. 332.b
Tanagræus, *Artadius*. 650.a
Tanagreus, *civitas Eubœæ*. 679.b
Tantali ſcelus & pœna. 295.a.445.b. 609.a
Tantalis, *Niobe*, *Tantali filia*. 381.a
Taras, *Neptuni filius*, *ejuſque effigies*. 19.a,b
Tardus in fœdera. 16.a
Tarentum cur mite *dictum*. 19.b. *à Tara ædificatum*. 99.a. *à Laconibus expugnatum*. ibid.
Tartarus quid. 285.a
Tauri nivei, *præ cæteris, diis accepti putabantur*. 58.b
Taurubula. 136.a,b
Taxus arbor venenoſa. 606.b
Taygeta, *mons Laconiæ*. 46.b.629.a
Teate, *oppidum Marrucinorum*. 200.b
Tectum ſcribere. 40.b
Tegea, *Arcadiæ oppidum*. 21.b
Tegeæus & Tegeaticus volucer, pro *Mercurio*. 21.b.59.a,b
Tegere, *verbum funebre*. 743.a

Tegere alitibus fratrique. ibid.
Telamon, pater Ajacis. 485.b. *ejus & Meleagri mutuus amor.* 648.a
Telchines fratres, vicinorum agros, ut infœcundos redderent, Stygiis aquis ſparſere. 339.b
Telchines artium inventores primi. 209.a. *faſcinatores fuere.* ibid.
Teleboæ, populi. 136.a
Telchinius Apollo. 209 b
Telegonus, Ulyxis & Circes filius. 47.a
Telephus quomodo ab Achille ſanatus. 58 a
Temerarius. 24.a
Temerantus pectora. 830.a
Temeſe, urbs Græciæ. 838.b
Temeſa, Cypri oppidum, ære celebre. 13.b
Tempe, locus inter Oſſam & Olympum. 35.b.826.a
Tempeſtas benigna. 604.b
Templa noſcentia. 129.b
Templorum fores diebus feſtis frondibus ornabantur. 132.b
Templorum limina crinibus profuſis in ſummo luctu converrere ſolebant veteres. 424.a
Tempus auxilio. 755.b
Tempus nocturnum cur diis acceptum creditum. 18.a
Tenebræ ſagaces. 436.b
Tento, pro *prœludo, meditor, experior.* 281.b
Tenuare, temperare. 257.a
Terapnæ Bœotica. 115.b
Teraphnæ, Laconiæ urbs. 99 a
Terga, pro *tergora.* 815.a
Tergeminus. 524.b
Terrore minus, id eſt, *ſine terrore.* 312.a
Teſſera quid. 574.a.688.a. *uſus ejus, quæ in pace, quæ in bello.* ibid. *in pace triplex, frumentaria, ludicra, hoſpitalis.* ibid. *in bello itidem triplex, ad colligendum militem, ad excubias, ad pugnam.* ibid.b
Teſſera cœnaria, nummaria, olearia. 689.a
Thales rerum principia in aquam retulit. 818.b
Thamyris à Muſis cæcatus. 422.a
Thaſii è Tyro & reliqua Phœnice oriundi, ad Europam quærendam cum Thaſo Agenoride claſſe profecti. 209.a
Thaſos, inſula. 62.a.97.b
Thaumantis, Junonis miniſtra. 154.a. *unde dicta.* ibid.
Theatrum nudum. 175.b
Thebæ ante cataclyſmon Ogygis conditæ. 248.a
Thebæ unde Græcis ἑπτάπυλος dictæ. 372.a
Thebæ ubi conditæ. 175.a
Thebæ ab Alexandro M. dirutæ. 210.b. *Herculis patria.* ibid.
Thebanæ civitatis portarum nomina. 625.a
Thebe, ſing. num. 454.a
Thelebra. 136.b
Thelpuſa, urbs & ager in Arcadia. 684.b
Theramna, civitas. 185.b.393.b.604.b
Theſei & Ariadnes fabula. 798.a
Theſei & Pirithoi fabula. 609.b
Theſei ſtemma. 814.a
Theſeus ſecundo bello Thebas evertit. 573.a
Theſpiaci luci. 119.a
Theſpius, Theſpienſium rex. 130.b
Theſſala pinus, Argo navis. 399.b
Theſſali currus. 121.a
Theſſalia unde ſic vocata. 815.b
Theſſandrus ad Thebas evertendas dux. 408.a
Thetis maxima, uxor Oceani. 825.b. *nutrix Junonis.* 408.b
Theumeſia arva. 347.b
Theumeſius leo. 416.a
Theumeſos, mons Thebanorum. 310.a.362.a 434.b.469.b
Thiſbe, civitas. 575.b
Thoas, Hypſipyles pater, rex Lemnius. 478 a
Thoas, Liberi Patris filius. 459.b
Tholus quid. 52.a.57.a.369.a
Thraces unde Biſtones dicti. 10.b
Thracia Martis ſedes Poëtis. ibid.b
Thracum inter pocula pugna. 329.a
Thule, inſula ultima Orcadum. 171.b. 199.a
Thyas Theumeſia. 469.a
Thyaſi, qui. 673.b.744.b.836.b
Thyaſus, bacchatio, à θύω. 130.b
Thyeſtis & Atrei fabula. 431.a,b
Thymbra, locus Trojæ. 321.b
Thyone, quæ & Semele, Liberi patris mater. 479.b
Thyre, civitas. 413.b
Thyrſus quid. 568.b.673.b.829.b
Tiara quid. 622.b

Tibiæ uſus in funeribus. 513.b.514.a
Tibur, oppidum. 39.b
Tigris, ejuſque feritas. 77.a
Tigris, pro *pelle tigridis.* 676.a
Τιμαὶ τριπαιδες. 158.a
Timavus fons & fluvius. 216.b
Timidum ſcelus. 354.a
Tiphata, locus prope Capuam. 200.b
Tiphys, gubernator navis Argo. 487.b. 491.b
Tireſias vates. 329.a. *cur à Junone excæcatur.* ibid.
Tirynthe, Peloponneſi civitas. 127.a
Titulus quid. 379.a. pro *nomine honorifico & dignitate.* 122.a
Titus Mutius cur damnatus. 234.a
Tityon, Latonæ concubitum affectans, Jovis ſagittis interemptus eſt. 735.b
Tmolus, mons, ante Timolus dictus. 153.b. 599.a. *vini generoſitate nobiliſſimus.* ibid.
Toga pura. 245.a
Τόξον, à τίκτειν. 101.a
Tonitru juvenile. 53.b
Topotheſia quid. 325.b
Tori riparum. 462.a
Torrentia flumina quæ dicantur. 669.a
Tota quies. 43.b
Toti, pro *omnibus.* 285.a
Trabales clavi. 411.b
Trabalis haſta. ibid.
Trabea, ut primum equitum, ſic poſtmodum proprium equeſtris ordinis inſigne. 184.b
Trabes, pro *navibus.* 812.a
Tradere, pro *dicere.* 17.b
Tragœdi larvas ſuas & perſonas Baccho dedicabant. 201.a
Trajani, enſem coram Proceribus ſtringentis, memorabile dictum. 205.b
Trames quid. 515.b
Transfugæ in exercitu ſigna & arma vertebant. 468.b
Tranſire ætatem. 183.a
Tranſmittere annos ſteriles. ibid.a
Tranſtinere. 565.a
Tribulis, pro *pauperrimo.* 181.a
Tribunal Imp. Rom. in caſtris ſemper ceſpiticium. 583.b
Tribunorum duo genera in legione. 231.b
Trichorum. 45.a
Trieterica Bacchi Origa. 364.a. 565.b. 850
Trigon, locus in balneis. 64.a,b
Tripos, ſpecies lauri. 311.a. *menſa Apollinis, corio Pythonis ſerpentis tecta.* ibid.
Triptolemi & Lyci fabula. 185.a. 453.a
Triſte, pro *triſtiter.* 411.b
Tritones, monſtra marina. 812.b
Tritonis μελωνυμικῶς, olea Palladia. 120.a
Tritonis, palus Libyæ. 368.a,b. 843.b
Trœzen, civitas. 415.b
Trojæ mœnia à quibus ſtructa. 135.b
Trojani muri à quibus fabricati. 815.a
Tubæ inventores Tyrrheni. 406.a
Tubæ ſigno omnes ludi, etiam Scenici, commiſſi. 137.a
Tunica potens. 243.a
Tuor, pro *intuor.* 378.b
Turmale fremens. 130.b
Turpare. 48.b. 710.b
Turris, omne fortius munimentum, fortior Heros. 390.a
Tydeus cum Argonautis floruit. 367.a
Tydeus, fratricida. 305.b
Typhon fluvius, à Typhone gigante ſic dictus. 215.b
Tyrrheni tubarum inventores. 406.a
Tyrrhenum mare. 145.b
Tyrrhenum murmur, pro *tuba.* 531.a
Tytii pœna apud inferos. 445.b

V.

VAcuus doloris. 770.a
Væ ætati tuæ, pro *væ tibi.* 761.a
Vaga nox. 131.a
Vagitanus deus. 83.a
Varius homo. 864.b
Varum, antiquis curvum. 554.b
Vaſa Myrrhina. 166.a,b. *Onychina.* ibid.
Vates deo plens & anhelantes reſponſa dabant. 617.b
Vates erant vittati. 38.a
Vaticinia ex inſomniis olim captata. 161.a
Uda gaudio lumina. 241.b
Veleda & Aurina loco numinum habitæ apud pleroſque Germanos. 56.a
Venatio direptionis. 73.a
Veneris biga duobus oloribus trahitur. 31.a
Veneris Erycinæ fanum. 163.b
Veneris & Vulcani fabula. 385.a,b
Venter Faliſcus. 222.b
Ventriloqui, præcantatores. 232.b

Venus

Venus cur aurea Poëtis paßim dicatur. 163.b
Venus ex ſpuma maris nata. 29.a
Venus Acrocorinthia. 118.a
Venus Ægæa. 631.b
Venus Verticordia. 468.a
Venus cur Ignis dicatur. ibid.b
Verba reſingere. 85.a
Verbius mons. 200.a
Veſevi montis incendium prodigioſum ſub Tito. 217.a
Veſper & Veſpera ut differant. 474.b
Veſte nigra, priſcis temporibus, in luctu etiam uſæ mulieres. 150.a
Veſtigare in umbra. 741.b
Veſtinus juſſu Neronis in conſulatu interfectus. 212.a
Veſtire, pro induere, tegere. 876.b
Vexatæ opes. 101.a
Via Appia. 93.a,b
Viæ populi. 188.b
Vices, pro militum cuſtodiis. 783.b
Victimatores. 440.b
Victoriolarum Imperatorum manibus innitentium effigies. 13.a
Viduum lignum. 357.a
Vigil ſenſus. 482.b
Vigilantia pila, pro vigilibus. 289.a
Vino rogum ne reſpergito, antiqua Numæ lex. 116.b
Vinum libare mortuis non licebat. 565.a
Vinum marcidum. 69.a,b. Mareoticum. 141.b. Surrentinum. 98.a
Violantilla. 23.a
Vir quandoque Heroëm notat. 415.a
Virga Mercurii. 89.a. ejus poteſtas. 328.a
Virgines Spartanæ in palæſtris nudabantur. 218.a
Virgines Veſtales ſorte lectæ. 530.a
Virgo aqua. 61.b
Viri ingentes. 553.b
Virilitatem eripere, pro caſtrare. 167.b
Victus cur ſuperbire dicatur. 388.b
Virtutis comites quæ. 242.a
Virtutis ſimulacrum cur olim pulverulentum depictum fuerit. 10.a
Virus, Græce φάρμακον. 57.a
Vitam quid appellarit Epicurus. 110.a
Vites Pſithiæ. 223.a
Vitrea Circe. 47.b
Vitrum poſt M. Agrippæ tempora cameris adhiberi cœptum. 63.a
Vitta quid. 501.a. in luctu poſita. 508.a
Viva marmorea. 44.a
Vivere ſub uno cœlo. 216.a
Vix, pro mox. 479.b
Ulyſſes, Laertæ filius. 854.a
Umbilici, librorum ornamenta. 221.a
ad Umbilicum ducere. ibid. pervenire. ibid.
Umbo quid. 303.b
Umbo Iſthmius. 561.a
Umbo montis. ibid.
Umbo, pro extremitate viæ utrinque ſtratæ. 189.b
Umbratus tempora canis. 539.a
Unguenta Ægyptia. 87.b
Vocales undæ. 269.a
Volucres Tyrrhenæ, pro Syrenes. 256.a
Vopiſci nominis etymon. 6.a.39.a
Vota perverſa. 744.a
Urania, Helenæ ſtella, nautis infauſta. 604.a
Urinari. 142.b
Urna quid. 606.a
Urſinorum familia. 2.a
Urſulus Grammaticus. 2.a,b
Uvæ ollares. 223.a. marcentes. 69.a,b. penſiles. 872.b
Uvenses ſcopuli. 137.b
Vulcani, Martis & Veneris adulterium indicantis, fabula. 822.a,b
Vulnus, pro haſta. 661.a
Vulnus, pro ſanguine. 331.a
Vulturnus, fluvius. 191.b

X.

XAnthus, fluvius. 363.a.869.a

Z.

ZAcynthus, Herculis comes. 211
Zariaſtes, oppidum. 149.b
Zetus, ruſticus, Jovis & Antiopæ filius. 809.a
Zeugma, oppidum. 149.b

FINIS.

Ao1 1465368